


8080

16  
52



PARALIPOMENON  
ET ELECTORVM IVRIS  
CIVILIS SELECTARVM QVE  
ANTIQUITATVM. *W. P. A. O.*  
TOMVS I.

IN QVO DIKÆOLOGIA, VARIA QVE  
*dialexi iuris civilis gnosis disquiritur inuenitur & libratur;*  
*eiusque monumenta antiqua aperiuntur, euol-*  
*uuntur, & illustrantur: opus utile rectam*  
*iuris prudentiam amantibus,*  
*salutantibus, & co-*  
*lentibus.*

*Auctore.*

Athanasio Oteyza & Olano, Iuris Vtrius-  
que Doctore in celebri Vallis-Oleti Aca-  
demia, & in ea post varias Cathedrarum vi-  
ctorias Primario nunc legum Ante-  
cessore, & in Regali Chancella-  
ria causarum patrono.

---

VALLIS-OLETI.

---

Apud Antonium de Rueda typographum Chancellariae,  
Anno 1646.

Almudena. Ossuna. Alcalá de Henares.  
Alcalá de Henares. Madrid. Comillas. Guadarrama.  
Guadarrama. Madrid. Alcalá de Henares.



Monro de Orozco inv.  
& sculps. Fasiebas  
Vallis-oleci



PANEGYRIS GRATVITA DE  
HOCLIBRO AD CONSULTISSIMVM PRI-  
marium Athanasium Otheyza, & Olano, Iuris vtriusque  
Doctorem, omnigenæ literaturæ  
doctissimum.

Scribebat D. Ioannes de Villasante Laßo de la Vega, post utrā-  
que Institutionum Cathedram prima Cathedra Codicis  
Iustiniane antecessor.



VÆ tandem electi prodis, lecta te produt statim: te enim sa-  
piunt protinus doctrina, locutio, dispositio, copia demque, &  
humanae literarum amicitias; sane materia omnis tuis  
æqua viribus, crisis tuo digna ingenio, eruditio tuo propria la-  
bori, totum sane opus te ore ferens. Nō tantū expectabat auc-  
torem, nec libram electis reservata æcum illud rethorico, u  
qui scribentibus consulebant, vt ea segerent methodo, ea distributionis serie;  
vt post quam selectiora in exordio, & coronide collocaſſent, quæ nō essent seu  
materia poadere, seu ingeñis ſubtilitate vehementia, mediū caperent. Ædepol  
mirarentur egregie opus, cuius quælibet pars, quæcumuis ordine posterior, eſt  
tamen prima propter altissimum Iuris prudentiæ traſtum; propter æquabilē,  
vberimā, ſubtiliſſimā iugenij aciem; proprieṭ ingens, genitum, culiſſimum  
ornamentum. Venerarentur hercule librum vndique electum, ſeu inſigni ver-  
borum cognitione electum vndique: eſt ſiquidem puriſſimo Iuris prudentiæ  
auro; & ſolido eruditioſis cōpactum argento. Genitum ergo habes omni cō-  
ruptionē ſecurum; filium cum ipſa Aſtrobiā ætate viuitarum, quem vbi ma-  
numittas, in ſuam adoptriam vindicabit fama ſamiliā. Hinc tamen nulla tibi ge-  
nuinæ doctriñæ propagandæ quies, nec quodclari auctoritis obtinendas indelebi-  
le pignus, vlla feliciffimi numinis conuentia; imo vt nobiliflma mēris pro-  
genies publicæ rei literariæ bono producatur vegetior, arduam aditam ſcribē-  
di prouiciā prosequere noſo percutit oſtro diuino, vt legibꝫ, rationibꝫque  
omnibus Primariæ dignitatis inſervias, vt qui ſudoribus magisteria potellati  
factus es clarus, dum authoritatē dignitatis ingenio tuo augeas altote cala-  
mo per omnium ora volites clarior. Iterum te ciuant primi iuſtitiæ fæcēdōtes,  
vera doctrina Manibus iſorum parentem. Iterum te ſitiant Romanæ pru-  
dentiæ fontes, veram disciplinam ducentem, & docentem; non adaqꝫ dactus  
ſpecimen, vt eorum factō qui ob eruditioſis defecitum quāli per ſubterraneos,  
cuniculos inuitam, ſue luce trahunt Iuris prudētiā; vt eorum qui malignā-  
te diſſentiendi ambitu arcato opere ducentes (ſeu potius educentes) obliquam  
faciunt, reſtam iuris ciuilis ſuenniam. Iterum ergo te prouocer in opere iſto al-  
ta gloriæ congeries. Accendat ergo ſe magis glorioſa virtus, & ingenuum ani-  
mum vſque ad culmē eferat, & fastigium; vt qui ſanguine nobilitatis egregio,  
Guipuzcoana gloriæ regiōne oriundus; vt qui juuenilia tempora heroica  
lyrica, habuisti, o quoties! hedera redimita virenti; vt qui florentiſſi-  
mam nostram gymnaſticam ingressus Palæſtram, ſi cum fortissimis antagonis-  
tis tibi offert memoria Palæſtritani, ſe pe obans ſæpius reminiſcaris triumpha-  
tor; vt qui poſt quam iuris vtriusque reſerans penetralia in utroque fuisti an-  
teſſor, & vtriusque corona donatus, nunc legum primarius tot adſpicias ſub

ta disciplina interentes, et, tatoque respicias sub tua militia emeritos; ut qui  
enumero eorum, inter quos ad vocatiōnē est manus, grecē, & latīnē disertissi-  
mus eloquentia es nullus secundus; ut qui eum quotidie propter cūlētūm fre-  
quentiam ascendens tribunal, semper oras corporis elegātia visendus, ingen-  
ti ingeñij facundia, & fecunditate mirādus, solida iustitiae demonstratiōne præ-  
dicandus, semper populi plauso, procerum voce, senatoria laude descendis elat-  
us; ut tandem qui ranta uides in tuis eminētē p̄r̄econijs, ad eam p̄r̄cipiā glo-  
riam nitaris impensus, quæ ex scriptorū fama creatur; ut tibi potissimum  
indulget, optimis studijs ornasse patriam, excoluisse disciplinas, & artes, cum  
glorioſo fructu, apud p̄r̄sentes siquidem erit gratia, & apud posteros nominis  
tuierit cura perennis.



Consultissimo viro D. Athanasiō Oteyza, & Olano, Pon-  
tificij, & Cæsarei iuris Doctori, Primo in munere ciuilis  
peritiæ conspicio. Omni denique scientiarum  
genere otnatissimo.

Don Gabriel de Corral Ecclesia Collegiata ciuitatis Taurensis  
Abbas, ipsi addic̄tissimus.

Hoc elegiacum carmen  
dicat.

Singula, quæ plures poterant dispersa beare;  
In te, perpetuo fœdere, iuncta manent.  
Seu Phœbo indulges, latialis plectra Maroni;  
Maonijque melos, cum canis ipse, tacent.  
Diuersas uno ore sonas promptissime voces,  
Incole erunt reliqui, soluus es orbicola.  
Ambiguo cœli tractus, & sydera noris,  
& quot quot vitreostemmata signa micant.  
Addita natura, & niueum virtutis amorem,  
Qua fugienda simul, quaque sequenda doces.  
Assiduus seculi lustras monumenta prioris,  
& repetis nostri temporis acta memor.  
Tenduce, sceptra diu starent fælicia, resque  
Publica, consilijs erudienda tuis.  
Summorum decreta Patrum, præcepta resoluis  
Cæsarea, & primo in culmine munus habes.

L.D.Petri de la Escalera Guevara I. C.H.Curiæ Metato-  
rum in Regio Conuentu Fisci Patroni , & in Perillustri  
Montanorum de Espinosa (Cubicularij Principis à Mon-  
talvo Nuncupati) vetustissimo Collegio Consodalis  
emeriti; S.S.C. Decreto.

Publicum ad Paralipomena , & Iuris Electa Testimonium.

**G**RATIAVE Censorum Hoc Munus à Senatu (Munificientia sua) mihi, licet immerito, sicutius iudicatum, Hodie Prælectioni, Paralipomenon & Electorum I.C. Selectarumque Antiquitatum, Auctore I.V. D. Athanasio Oteyza, & Olano Pumario Legū Antecessore in celebre Vallis-Oletti Academia, iam auctoritali mādatione denudò repetitum, magni quidem à me habitum Ultioneus adtestor. Ecquid? Electorum Iuris, & Selectarum Antiquitatum, Electo Scrutinio, Nominaque Censioni à Summatibus Hellanodicis Electus Ipse, Prætermis- forumque Recognitioni non prætermisso Ego; nec Eis plurimæ cæ testatione grates prætermittam. At Censo qualis? En illa recta Nomina. Operis comp- tata elegans inscriptio, Materia Varietate Gratissima, Venusta Iudicio For- ma, Copia Stylo Sublimis, Ornatus Eloquio Insignis, Sine prelio pretiosus, ab Miles. lib. ipso Datis horreo longè petitus; vbi Graiorum anecdota gaza ( prorsus invia s. coenam sæculi nostri causidicis (& Iuris Professoribus) Quiritumque sermo- nis indigens thesaurus Eleusinus ut frui paruo sumptu, nullo vinculo, nullo claustro, nullo custode, publicè prostant Electa cuncta, vel Electra potius omnibus appetenda. Hæc à nostris prætermissa, nec non ab Athanasio fœliciter invenia, clarissimoque sui laboris eruditæ lampade facile pervia, æquè mitor. Non Beatos puto, quibus Deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere le- Plinius Epist. lib. 6. genda: Beatus mos qui (messi vindictaque peracta) Spicilegium, & Racema, Epist. 104 tionem ita cōficiunt, ut (relictis ibi fractibus heis studiis electis) electione sua gratiores aut Rabulis amasis apparent. Ignanus ipse lucumo, & amusus Agyra si dissentiam, & non illis in eo consentiam, idemque cunctis alius themidis antistibus æquè placitum reditus sentiam, ut ritè censeam. Hoc ita Censorio Mu- nere testor; ut dum Censo queritur, Elogium inueniatur. Ex Museo Nostro, Madridij pridie Idus Septembr. anno 1646.

L.D.Petrus de la  
Escalera Guevara

SVMA PRIVILEGI CATHOLICAE MAIESTATIS.

Tiene el Doctor D. Athanasio Oteyza y Olano Cathedatico de Prima de Leyes de la Universidad Real de Valladolid privilegio de su Magestad para poder imprimire el primero tomo de sus Paralipomenos, y Electos, y Selectas antiguedades, por tiempo de diez años. Dado en Zaragoza a 16. dias del mes de Septiembre de 1643. firmado de su Real mano, y refrendado de don Antonio Hurtado de Mendoza.

Corregida. Arrieta

TASSA.

ESTA tassado a quattro maravedis el pliego deste libro por los señores del Real Cof- sejo. En Madrid a 15. de Septiembre de 1646.

Francisco Velez de Arrieta.

## ERRORES TYPOGRAPHI.

Nulla cura & diligentia euincere potui, quod hi emacularentur errores, & alij leiores, quos corrigere facile cuicunque erit, & quod doledum magis est, quod aliqui eorum dempta, vel addita in negatione rectum perueriant sensum, & sic cum in eo aliquando hastaueris, hanc precor consulas censuram.

Fol. 5.n.25.l.cum pupillus 78.5.1.de conditionib. inslit. lege de conditionib. & demonstrat. fol. 14.n.18. typov legē typov, & statim typov legē typov, fol. 16.n.4.lib.20.animad.lege cap. 20.fol. 21 n.17.de condit. inst. lege de condit. & demonstrat. fol. 21.infine, relativo, lege relativa: fol. 54.n.3. quorum lege quatuor fol. 58.n.8.ad finem, cap. 3. lege dialog. 3. fol. 62.n.7. et 8. lege 70, fol. 103.n.17. & d. ut. 25. lege 24. fol. 127.n.41. ad finem, cum verba requirant, lege, non requirant fol. 131.n.16. post medium, natus poterit stipulati, lege non poterit fol. 137.n.19. curuatiari, lege curuari, fol. 147.n.19. ad eadem legem, lege eadem. f. 148. ad medium; heres mei, lege heredes, f. 151.n.4. in lege Fusiam, dele in fol. 157 n.32. ad finem. Academiacorum, lege, Academicorum, fol. 169.n.10. infine. geminapictas, lege genuina, fol. 172.n.30. aureis, lege auris, fol. 189.n.36. diutid. palege bicardi, fol. 193.n.1. in iuncto, lege cuncto, fol. 196.n.17. summo, lege summe, fol. 198.n.3. leges ergo, lege lex ergo, fol. 201.n.16. Glareano, lege Glareanus, f. 202. in principio, conseruatum, lege conseruatum, & n. 61. t. lege T. fol. 206.n.9. l. lib. 25. lege, tit. 25. fol. cod. n. 96. testatoris fiscus, lege filius, fol. 26.n.2. praetor, lege praetorian, fol. 230.n.24. ad finem, iudices, lege iudicis, fol. 235.n.4. iudiciorum, lege iudicium, fol. 235.n.6. de fideicommissar. heredit. lege libertatibus, fol. 246.n.26. extraordinarium iudicium, lege iudicium, fol. 2. o. n. 38. ad finem, actionem formale, lege actionum, fol. 254.n.7. feligi equos, lege non feligi, fol. 259.n.24. facere, lege facerent, fol. 260.n.29. equi, lege equo fol. 272. in principio, meus, lege meis, fol. 281.n.12. de feud. torn. 3. lege thes. 3. fol. 280.lin.1. ad medium, Cornelia verba, lege Cornelij, fol. 289.n.44. manus, lege manus, fol. 293.n.17. ad finem, patris, lege patres, fol. 319.n.13. intera, lege integrum, fol. 321.n.24. vt Praetoris, lege vi Praetoris, fol. 323.n.31. l. quia poterat, suple ad S.C. Trebell. fol. 327. in principio nuncupatum, l. nuncupatum, fol. 328.n.21. suspectum, lege suspectam, fol. 33.. n.2. ad Ant. Fab. lege Fabrum, fol. 330.lin.2. in principio, a luo, lege a luo, fol. 341.n.37. coniuncta, lege coniuncta, fol. 343. ad finem, in legem, lege in lege, fol. 345.n.2. & prima, lege, & primo, fol. 345.n.3. ab origine codicim, lege eadem, fol. 349. pos medium, in versione Nouellæ 92. supple de Falcidia, f. 351. n.10. naturopagis, lege naturopagi, fol. 362.n.36. veluti fane, lege sine, fol. 365.lin.2. integrum as, lege integer, fol. 382.n.36. quia aut ciuitas, lege, qua, fol. 390.n.3. non in everitate, dele in fol. 401.lin.1. in principio. Ex præscriptis cap. 2. infra, lege, cap. 17. supra, fol. cod. n. 10. lectari, lege lectatori, fol. 410. ad medium vers. redito, pro non scripto haberi, lege pro non scripto non haberi, fol. 428.lin.1. ad medium, Eros, lege Eros, f. 461. in principio, le contextura, fol. 418. in sumario, & 307. 308, lege & 307. 308, fol. 491. col. 1. in principio, barbaricis, lege barbaries, fol. 499.n.41. correpti, lege corrupti, fol. 538.n.24. iudicij iniurias, lege incurias, fol. 541.n.11. percenseri debet, lege non debet.

His dempus respondet proprio originali in Cōuentu S. Pauli 25.Iulij, anno 1646.

Fr. Raphael Manso.

# PRO AVCTORE ET SCRIPTO;

Theatrum exorat, Opus commendat, Lectorem malicit;  
Licent. Dñ. Martinus Sarabia in inclyta Pintiana Academia I.V. professor, & vitrici lauro à Regis supremisque Senatoribus indecretalium promotus Cathedram: in Regaliique Curia causarum Patronus.



V L C H E R R I M A Iurisprudentia illa quæ triumphante Roma cottidie immelius producebatur, & vndeque mihi artibus ornata florescebat, cum felicitate Imperij, & ipsa tuerecepit, suisque avulsa sedibus, deformatis, horrida, inculta, & omnis bona literaturæ expers lugebatur. Omisera conditio rerum usque adeo volubilis, & incertans incertoque diuagaris exitu, ut nec diuæ Iurisprudentiae sua constet auctoritas. Quid olim antiquitatis penitus nō ignorabatur? cum quæ optima ratione præcis temporibus placuerant quisque pro suo libito perniciosa iuris interpretatione, & subcuiusdam æquitatis imagine immutabat. In omni autem quod legum Senatus Consoltorum, cæremoniarum, sacerorum, ritualium, rerum militarium, solemnitatum, officiorum, actionum, formularū, iurispontificij, iurisdictionum, & magistratū erat, Cimerijs (vt aiunt) tenebris inuoluti interpretes noctes inglobabant, voluminaque tenebrosa torquebant, quos & si venerabiliores penuria scribentium fecit, tamen audeo parum instructos iuris Romaninom iare magistros, qui cum tam alte recōditæ in intimis Iur. C. responsis, & Imp. oraculis abdita absque lumine Antiquæ lectionis eruere, & percipere non possent, humili sententia, & in subtili sensu fædarunt: & si sint plures, qui meditatis cogitationibus, & doctrinis veterū prorsus dediti, ab humanioribus studijs ita abhorret, vt Neotericorū, qui elegantioribus literis iura illustratunt scripta funditus explodat, quorū pauci in scholijs, ceteri in iudicijs versantur. Votis hominū sors cōpotuit, successit nascēdiætæ felicior, illuxit clarissima Iurisprudentiæ dies.

**Et ipsa**

*Solemque suum sua syderā nō vint.  
Per obstantes ceteras  
Explicuit sua vitrix arma.*

Fuerunt ē meliori luto, cęlo quac meliori dissipissimi viri,  
qui velut iure honoratio decernere vindicias cęperūt, secū  
dū libertatē Iurisprudentiæ, eaque manu assertā liberare:  
& veritatē, diu tenabrum obumbratā, & consopitā ne-  
bulis, à caligine excutere. Ex eis imprimis, quos vna serie  
reperies magna os numero, Budeū, Brisoniū, Alciatiū, Petru  
Fabriū, Connanū, Duarenū, Ant. Augustinū, Pet.ū Grego-  
riū, Andreā Tiraquelū, Ant. Goucanum, & doctissimū Ia-  
cobū Cuiaciū, qui historię veteris, ac maxime Romanę no-  
titiā in precio habentes, ea, ut aucteo hamo, in iure ciuii i pīs  
cabantur, multaq; è tenebris in lucē traxerūt. Gloriosi hos  
sequitor, propense imitatur, & altius in uentione excellit  
auctor noster. *Elegantia eruditioneq; huius seculi nō cōtētus*  
*cū prisca Iureconsultis de Iurisprudētia contendit, totam illam*  
*veterē, & squalentem syluā legum, tenebrisq; vetustatis*  
*illuminat, multivarijsq; eruditionis floribus, & imbris*  
*Romanos iuris vestit, & irrigat cāpos: ita in vtranq; faciem*  
*splendet, ut queat cultorū censura excipere, quæ cōsulta-*  
*rū prudentia deamat, vnitisque vtrorumq; gemmis, rācri*  
*si, quam iure edocet. Quid nī ipsa Romana Iurisprudentia*  
*quasi rediuiua transanimatione in totum respicit: & quæ*  
*adhuc ei renascenti, nec satis adultæ, desont; vnum hic ins-*  
*taurabit, faxit Deus, ut reliqua Paralipomena, iā pridē per*  
*limata publico Musarum gaudio, literatiū honore lucem*  
*respiciant, & quæ de recta Iuris ciuilis scientia, non minori*  
*ingenij dexteritate, & inuentionum elegantia cottidie pa-*  
*rat, perficiantur, actum erit iam de Iurisprudentia, magna*  
*edit, plura editurus, quoniam nunquam optimarū artium*  
*ac literarū intermitit studia, ut confidenter cum Stoicis di-*  
*ce re valeat, nos sumus qui nullis annis vacationem damus, nos*  
*sumus apud quos nihil oculos est.*

En stat argumētū nobile, & si quod aliud in iure subtile,  
variū, opetosum, vix in eo difficilior vlla materia non tra-  
Etatur: quandoque reconditę, & prisca eruditionis nō pau-  
cā, nulli adducta. Titulos nobis Paralipomenon, id est prater  
missorū, non minus elegans, quā alij, qui inscribuntur. Va-  
riarum

riarum, nouarum, antiquarum lectionum, observationam, miscellancorum, aduersariorum, immo praeclarior profatur magnifica, & adimpler.

Hie studiosi omnes, maximè politioris, & reconditioris, literaturæ, vsum, & delectationē inueniēt: quia cum auctor excurrit, visus interdū integris capitibus itinere decedere, non intempestiuis quibusdā amittentatibus, & quasi iuris re licto scopo faciliores disciplinas pertractat, tunc magnarū artium, seueritatē dulcedine castigat, & intervernantes eruditionis, & antiquitatis flosculos, obseciora Iotis C. respōsa cum misceret, illustrat. In stat censio imperitorum linguis, quid humaniores literæ in sacris legibus? quasi non hiceat mansuetiores Musas seuerioribus copulare, & ex illatum virtutarijs, & hortulis aliquando decerpere, quibus iura cōdecentur nostras in quos eleganter, & gracie irruit D. Gregorius Natiuit. Non contēnenda eruditio est, quia quibusdam ita videtur, sed censemendum leuos. & imperitos illos sic affici, qui vellent, omnes sui similes esse, ut in cōmuni illo grege delitescerent. & in seista reprobationē effugerent, & quasi non ita, & ipsi iurisprudentes iustitiae auerint, qui cū iuris civilis disciplinā principaliter studio exercuerint, ceterarum quoque artium nō expertes fuerunt: grāmaticam, dialecticā, litteras antiquas resq; altioresq; penetrarunt, eaq; præcipue sciētia ad cōnodādes plerosque iuris laqueos vrebantur, sic, inuenire praeclare, enī siare magnifice interdū etiā barbari solent, disponere apte, figurare varie nisi eruditis negatum est, ex Pliniano scito, sed ut inquit Naso.

Nihil inuit, ad surdas, sicut et Phemius auras,  
Cū plenis habenis per hunc erminationis circumdiscutitur,  
quorsum hæc studiorū nouatio? quid nobis cum Græca  
lingua? obgāniant licet, diffiteri nō possunt iuris nostri Ori  
ginē, & Republicæ instituēdæ formæ, Romanos à Græcis  
petitas instituisse, aspiciant quæ sunt antepedes iuris cuna  
bula, & eius diuisionē offendent, Scriptum, & non scriptū, adi  
mitationē Græcorum: ipsi deniq; maiorū gentium iure cō  
sulti cum vtriusq; lingua & perita, & omnīū disciplinarū ge  
nere exculti essent, neminē adhanc religiosissimā artem  
accedere existimabant, nisi, & ipse Græca eruditione instru

Etus esset, subinde e Grecorum thesauris proficiunt, quibus  
in respondendo viuntur voces, & sententias Græcorū phi-  
losophorū, poētarū, oratorū, tanquā gēmas, & lumina, ad  
res significantius exprimēdas in quibus interpretādis usq;  
ad eo opere pretiū fuit doctissimis viris huius linguae incūbe-  
re studio, & eius penetrare arcana, ut & aliter iuris præcipua  
pars dignosci nequiret, cū Roma barbarorū incurisibus oc-  
cupata, Beryto terremoto diruto, sola Cōstantinopolis, &  
Imperijs sedes, & Iurisprudentiæ schola fuit, & iuris studia in  
Græciā translata, saporē illum Romanū peregrino miscue-  
rūt, vnde à Iustiniano Græco Principe, si Procopio credimus,  
Græce editæ sunt nouellæ, & Iurisconsultorū responsa in  
Græcā lingua transfusa. Quid rogo super esse potest ad in-  
corrūptū iuris studiū Primatio nostro? qui cū ad summum  
hac verā, & antiquā Iurisprudentiā a barbarie illa retrahēto  
in pristinūque nitorē instituto Academicō, reducere cura-  
uerit, vt id exacte adipiscivaleret, se in Græcis literis, nullo  
edocēte, erudiſt, in hocque cōmunē sortitus est ingenij for-  
tunā cū inclytæ famæ Iurisconsulto, Iacobo Cujaciō, qua  
in re quantū profecerit, testimonio nō indiget alieno, licet  
labor iste nostro authori infeliciter accidit in hoc opere, cū  
huius vrbis typographi nullos haberet cōsideres Græcos, ita  
vt aliūde emēdicaret aliquos, quiquidē antiquis formis, & si  
ne accentib. & ad spirationibus cōpacti essent: præcipue cū  
cōpositores omnino expertes, & barbari existerent linguae  
literarūq; Græciā. Nec perinde aduocationis de est glorio-  
so muneri, imo solidissimis in iure fundamētis iactis nō vo-  
ragine allegationū confisus sub Papiniano, & alijs optimis  
iuris nostri ducibus militat, vincit, coronatur, & primi gra-  
dus in foro munia absoluit.

Quodcumque recedit

Litibus, incumbit studijs, animusque vicissim

Aut curam imponit populis, aut otia musis.

Meritis tamen non scribit causi dicis, nec proclamatorē aut  
rabulam hoc sermone conquirit, illum dico, cui si iuris vo-  
lumina ostenderis, vt Sycanorum iam diu leges cum Euani-  
tri matre ab hinc sēculis obrutas multis, ridebit insanus,  
vos qui Iurisprudentiam colitis, qui veram Iurisphiloso-  
phiam amatis plaudite.

Linguis omnibus, & fabete votis.

Oram

Oram soluenti: viro, inquam, ingenij acumine, dicendi fa-  
cundia, docēdi peritia, suauissimis moribus, singulari pro-  
bitate, omnifatarum literatum, omniumque coherentū  
vnde quaque virtutum decore ornato, quem ut in studijs  
sic, & in vita pulcherrimum, & humanissimum veneramur,  
& nobilitatis decore non minus conspicuum: cum origi-  
nem antiquissimam duxerit ex Olanorum præclarā fami-  
lia, quæ nunc apud Vascones Cantabros ferè cum ipsis  
concertat seculis: sic contestante Martino Siculo grauissi-  
mæ fidei auctore. Fuit in Italia quondam vir potens, & pradi-  
xes, cui nomen erat Olanus, qui Medi-Olanum condidit; &  
nunc apud Vascones domus est Olanorum, de qua mis-  
hi discipulus fuit Ioannes Olanus, qui nunc  
est Iureconsultus.

DISE-

**DISERTO AD MODVM VIRO DOCTORI**  
Athanasio Oteyza & Olano Primaria Cathedra in iure Cas-  
sareo meritissimo anteceſori D. Sebastianus Montero  
de Espinosa, D. C. Q.

DOCTa Sophoclaeos Cumulet sapientia Riuos,  
Omnis nectareo Rote madescat ager.  
Orbita, quā niueis Ascraea incessibus Errat  
Terphsichore, reſeret Interiora iugi.  
Rex sacer Aonidum Tanti in præconia Olani  
Egregiæ modules Äquet Appollo lyræ.  
(Absit amor) quā Phœbus Hiat nitidissimus; Ad stat  
Illi quis ſimilis? Iure adhibenda fides.  
Tincta noues vix illi Edit lanugo Nitores,  
Cometeque intendit Nobilis ora charis  
Hinc iuuat & ſe ſe Doctis miscere Theatris  
Amplectique choros Inde Minerua tuos.  
Atque ita Pontificum, Regumque ita iuribus Extat  
& legum, & canonum Voluit utrumq; genus.  
Nullus vt in ſæclis, Äuique propagine Compar  
Obtineat gemini Regia signa gradus.  
Abdita Olane ergo Produc glossemata, Edaxq;  
Liuor per eunatas Efferat illa manus.  
Stetq; opus inflamas, Rodensque iniuria ſæcli  
Audeat haud rigidis Commaculare notis.  
In ſupèr & varia hæc Iuris refolumina Sacri  
Noſcat uterque orbis, Äther & ipſe canat.  
Viuas Pintiaci Musæi Primus Olane  
Ut nouades magnis Scripta legendaviris.  
Scribe agedū! ſtudioſa Ambit facundia Rorems;  
Suggerem tuis aquas, Arceat vnde ſitum.

Panc

# IESV CHRISTO CRVCIFIXO.

In ipso colasterio regnatori: triumphatori in Cruce: Victo-  
ri in morte: Potentissimo Domino nostro, Dco que  
Optimo Maximo.

Lytro eos beneficij memor.

Quod genus humanum culpa priorum parentum collapsum sa-  
guine redemerit suo, & restituerit.

Sunt serans Athanasius oblationculam hanc ex voluntate, & tota mente de-  
nota, Dicat, & Conferat.

Apostrophe allegorica.

QVÆ est ista voti expositio, & ex solutio, inter suspensos grassatores Crucifixo homi-  
ni votum figere? Ecce homo: cuius hamatus diademata trillissime regnat: cuique  
Pro molli viola, pro porpureo Narciso

Cardus, & spinis surgit palpus acutis.

Traballat umbellati duo, dum polum sibi quisque rapit, diripiunt corpus, cum alter biper-  
dis crudelissime suffulcat illud. Hinc purpurei fontes felicissime errant, & ambunt mu-  
rice saturare, quos impia sitis inuasit, carnalices. Sed pro hominum fides commixta san-  
guine, & aqua: flumina duo voluuntur ab imo pectori. Quis iste pendens Neptunus, qua  
tridente, seu triclauo insignis vadantem pectoris vnam aperuit? En-

Mixtum spumis vomit ore cruentum.

Exsudant sanguinem artus, qui per candida membra sumansit: imbrum cruenta tempe-  
ras perdit tellurem, & ditat, torpenque glacente tabo restagnat horribilis palus. Cuita-  
tu dete licuit? quæ istæ suppliciorum leges, aut ex leges vindictarum rabies? quæ vltices di-  
xæ tantam stragem in uno intenetur homine? Esto, quod cum inquis reputatus sit, sed proh  
me fas longe exsuperat humana crimina inhumanæ poenæ. Sed vere hic homo filius Deierat:  
contestantur disruptio templi, defectus solis, metidiana nox, pauida conquisatio tellu-  
ris, orbis cuncti contremens ruina, & præcipue in eximijs cruciatibus pīlīsimus, & confi-  
stantissimus animus, atque prætaga diuinorum vatū oracula vndique expansa, & impletæ.

Tanta molis erat mortalem condere gentem

Cui ergo iustius, Clementissime Pater, primores literarum fructus sacra simus, nisi tibi, cu-  
jus in morte reuulsus, cuius in sanguine ambluitur, cuius in pectore tāquā in aia solis  
ardemus humapitatē Phoenices, ut iuuenescamus diuinis? tibi, inquā, qui in ea trabe aereus  
dum roras hominibus gratias, grandinas beneficia, fulminas incōstitutes spiritus tri-  
fidam, & rubentem hallam. Tibi centies, qui in ipsa morte gloriosum patri trophæum sa-  
leras (cuius ductu & auspicijs generis humani prouinciam in potestatem eius redegeras)  
aquo suspendis rorantes coronæ cristas, horrētia spicula, thoraca perfoßum, manus trā-  
uerberatas, & pedes, alas, verbera, & iniurias, atque barbaram Iebusitorum immanita-  
tom. Dignus es domine accipere librum, & aperire signacula eius quoniam occisus es, & re-  
dimisti nos Deo in sanguinetuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos  
Deo nostro regnum. Cum ergo

Apocalips. cap. 57

Regnator terrarum erbisque subactis

Magne parens.

Non numerosis hecatombis, nec prece emaciæ letetis, sed grata & humili mente: namque  
Animas sapientia audire minores.

Te certò scio: supplex & memori redemptiois nostræ, crucis aris opusculi illius honoris  
impono. Accipe, precor, trāquillo & amabili vultu, maiestateque serena, grati animi me-  
moriam; faveque libello, seruoloque tuo: & erit

Hoc ani mibi prima dies, haec limina vite,

61

*Comision del Doctor don Pedro Galvez Colegial de Santa Cruz Prouisor de este Obispado de Valladolid.*

**E**L Doctor D. Athanasio Oteyza y Olano me ha dicho que V. md. tendrá gusto de verle su libro intitulado *Paralipomenon & electorum iuris civilis selectarumque antiquitatum tomus I.* Y assi doy comision para que V. md. tome esse trabajo, y de su censura, y con ella se prouea cerca de la licencia que se pide para poder le imprimir. En Valladolid a primero de Mayo de 1643.

*Doctor don Pedro Galvez*

*Censura del Doctor D. Martin de la Reatigui del Consejo de sus Magestad, y su Oydon en esta Real Chancilleria, y al presente su Alcalde de Casas y Corte.*

**H**E visto por comision del señor don Pedro Galvez Prouisor deste Obispado el libro del Doctor D. Athanasio Oteyza y Olano, Cathedratico de Prima de Leyes desta Vniuersidad, y Abogado en esta Real Audiencia, intitulado *Paralipomenon & electorum iuris civilis, selectarumque antiquitatum, tomus primus,* y le he leydo con summo gusto, admirando en el illustrado lo mas recocido de la Iurisprudencia, y ella hermosada con tan varia, y selecta erudicion Griega y Latina, tanta nouedad acertada en dificiles respondos, y rescriptos del Derecho, y todo tratado con elegancia singular, comprobando bien el autor con esta obra la agudeza, y grandes noticias, con que le he visto disputar en los Estrados. No hallo en esta obra cosa digna de nota, y q se oponga a nuestras buenas costumbres, antes bien siento es digna que se de a la estampa en grá de utilidad de nuestro Derecho civil, y assi juzgo se le deve dar la licencia que pide para la impression. En Valladolid a 3. de Junio de 1643.

*D.D. Martin de la Reatigui.*

*Licencia de don Pedro Galvez Prouisor de Valladolid.*

**N**OS don Pedro Galvez Colegial del insigne de Santa Cruz, Cathedratico de Prima de Canones desta Vniuersidad, Prouisor, y Gobernador general deste Obispado por don Fray Gregorio de Pedrosa por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica Obispo de Valladolid, y del Consejo de su Magestad, &c. Por quanto por nuestra comision vio el dicho libro el señor don Martin de la Reatigui para que diese su censura, y no ha allado en el cosa que impida la impression, damos licencia al Doctor D. Athanasio Oteyza y Olano su autor para que le pueda imprimir en estos Reynos de su Magestad, sin incurrir en pena alguna, guardando las leyes del Reyno que en esta razó hablan. En Valladolid a 10. de Junio de 1643.

*D.D. Pedro Galvez.*

*L.D.*



## LIBER PRIMVS.

# PARALIPOME- NON, ET ELECTORVM IVRIS CIVILIS.

## C A P. I.

**E**XORDIVM Alternatiuarum rerum Vox alternativa ex aliquorū sententia barbara est. 1. Sic & alternatio. 2. Aliquicōtra. 3. Et autor. 4. Verbū alterno, as, receptū Cōsultis, & eruditis. 5. Alteratio similiter, & emēdatur Alcuin. 6. Graci inter maximas virtutes habebat & repaterier, latinis r̄vix permīssum, & quare. 7. Alciati iudicium expenditur. 8. Professores artium suis peculiarib. vocibus, virtutur, & sic nostri interpres. 9. Alternatiua aliud subintelligit per illam, seu a' nos am. 10. & p̄c̄t̄ iste agnitus à Iureconsultis, remissiue. 11. Substantiae r̄o alternatiua. s. u. al- ternus, acceptum fuit a poetis, & solutis: & in excursu Higyno, & Symma- cholectiones corriguntur. 12. Theocriti versio explicatur.



**R**DIOR Alternatiua legata. Legata alternatiua non solum; sed cōtra-etus. Proh Deus quantus extet tractus, quā diffi- ciliſſed audio, plures voce alternatiua ostendi: non latinā, imo barbaram esse, asserentes. Budæus in l. 1. D. de iustitia, & iure, fol. mihi 20. dum meritis laudibus antiquorū iuris pru- dentum elegantiam effert cum Laurē- tio Valla in prefatione ad 3. librum ele- gant. & alibi sapientis in eodem libro: do- let leguleiorum barbariem, qui abor- tivis vocibus iuris prudentiæ fēdarunt pulchritudinē: quasi magna ista Regi- na, præter mūditiam Philosophiæ, pru-

dentia, artiumque aliarum cognitio- nem, non ornaretur verborum elegā- tia, & notitia eruditionis antiquæ. Lō- gius progressa, aut prolapsa pestis, ista est, qua contabuerunt iuriisprudētiæ sa- cerdotes (ipsius interpretes dico) præ- cipue aborigines illi, & coaceruatores pragmatici. Budæus ergo, inter alias, al- ternatiuam vocem damnat, barbaram que dicit: cui conuenit Marius Nico- lins, qui in suo appendice barbararū vocū Talijs obseruatione supposito, barbaram es- se, scribit, vocem alternatio, elegāterque latine verti, viciſſitudo: idē sentit Bar- rientos in sua lima Barbarica, qui scribit, vocem nō esse receptam, quamvis ver- bum alterno legatur. Nec miror ecqui- 2

dem, nam cū ciuile ius, & classicos eruditio-  
nis, elegantiæque autores, seu pa-  
rentes, non indigēter evoluissent, nū-  
quam receptam vocem inueni; reci-  
pit tamen, & latinam confiteatur esse Vi-  
glius in §. si plures, in §. de hered. in §.  
num. 3. & noiter doctissimus Gregorius  
Lopez Madera cap. 20. animaduers. nu.  
4. & ante omnes Bonifatius 8. in reg. in  
alternatiis 70. de reg. suris lib. 6. Ego ta-  
men latinā, grammaticesque legibus  
compositam esse affirmo: nam deriuatio,  
seu denominatio nominis regulis  
consimilium constitit: verbum enim al-  
terno, alternas, Virgilio, Statio, Cicero-  
ni, & elegatissimis quibusq; antiquo-  
rum receptum fuit tan frequenter, vt  
neccōprobatione indigeat, vndē ele-  
ganter Vlpian. in l. qua sub conditione 8.  
§ sed si s. D. de cōdit. in §. alternatam cō-  
ditionem, dixit: prohenit inde alternatio  
verbale nomen: quod quamvis M. Ni-  
zolius de honestet, & incētu barbarorū  
referat, nonita est, cum comprobaue-  
rint doctissimi latinitatis, & elegantie.  
Festus probat, & Vlpian. in l. Prator 7.  
§. quod autem 4. D. de iniurijs, & in l. 2.  
§. 2. alia s. t. non viique, D. de eo quod cer-  
te loco, & in l. si quis seruum 9. D. de ser-  
uo corrupt. & Pontifex in cap. unico de  
plus petitionib. Robert. Stephan. in suo  
Thesaur. P. Cerd. ad Virg. eclog. 5. vers. 15  
lit. D. in explicatione, Flacc. Albinus, seu  
Alcuinus sux ætatis eruditissimus vir,  
in Homilia de natali S. Vuillibordi, ibi:  
Beatus secunda Pictania beati Hilarij Pō-  
tificis reliquijs exultat, quā venditionū &  
emptionū alterationē, in quibus sepe versa-  
tur iniquitas (restituo alternatione, & be-  
ne, ex forma cōtractus.) Verbale enim  
nominē est, regula ordinaria deductū: sic  
similiter deriuatur alternatus, adiecti-  
num nominē à supino alternatus, ex aliorū  
lege, quam præfixit Priscian. lib. 4. in §.  
Grammaticarum, sic donatus, accusati-  
sus, adoptinus, votinus, fugitius, trāsmu-  
tarius, & centum alia classicis elegan-  
tioribus recepta: cur & nō alternatus?

vt argumentatur Viglius, ubi supra. La-  
tinum ergo nomen est, & sic sentio; sed  
non tamē receptum a classicis: propter  
quod Budæus barbarum dixit: non sic  
in Græcis, qui ἡπαθαντιον, idest, al-  
ternatum ab ἡπαθαντω, subalter-  
no diriūt, & accipiunt: testibus peritio-  
ribus linguae Græcae in eius lexicis Hē-  
rico Stephano, & Crispino: forte inde  
discrimen, quia Græci inter maximas  
habebant virtutes, ὀνοματολογία nomi-  
na facere, latinis vero vix permisum, 7  
ut scribit M. F. Quint. lib. 6. Horat. in ar-  
te poet. In quo latè Interpretes, & ante  
Cic. in Academ. Videndus est Gul. Bu-  
dæus in commentario ling. Græcae, fol. m.  
1017. cum seqq. nā latini, nisi expostu-  
laret necessitas, nominē non recipiebat  
nōnum, aut serebant, ut inquit Horat.  
de arte poet.

In verbis et iam tenuis, cautusque seren-  
dis,

Dixeris egregie, notum si callida verbum  
Reddiderit iunctura nouū: si forte neces-  
se est,

Indicys mōstrarre recentibus abdita rerū,  
Et ex Cic. probat multis Budæus, ubi  
sup. fol. mibi. 1016. & Lambin. Brocen-  
sis, & alij ad proximum Horatij locum. La-  
tē Edmund. Richer. de arte figurar. Sic er-  
go tō alternatus, tanquam minusele-  
gans, nec necessarium, cum tō alter-  
nus, eleganter significaret, receptum  
non fuit. Vndē suspicor doctissimū A.  
Alciat. in l. hac verba 144. num. 2. D. de  
V. S. non omnino barbaram vocem al-  
ternatū esse, scripsisse: latina enim est,  
fonteque cadit latino; licet non recep-  
ta. Ego autē vocem istam probo, quia  
legitimis suis stat regulis, ac similia cē-  
tum (ut hic præserui) & cum lingua lin-  
guæ libertas tanta sit, ut Cic. lib. 1. de fi-  
nib. num. 8. mibi locupletiorem Græca  
diudicaret, quod nec Henricus Ste-  
phan. (infra referēdus) diffiteret: quæ  
tanta dementia nostra est, ut in egesta-  
tem miserrimam doctissimam linguā  
detrudamus? contra sententiam Hen-  
rici

rii Stephani im prefatione Thesauri lingua Graeca, & Greci. Bucxi abis sup. fol. m. 1010. cui si represemaré supius loci sententiam, sine dubio, nō improbarē alternatius, vocē. Et quomodo cumque sit à verbo latino, cur nō derivationes legitimas facere permittetur? Priscian lib. 8. Gramm. in e. de figura ad finē, & eruditus Henr. Stephanus. sed apte atq; per clarū Quintil. lib. 8. Orat. cap. 3. sic. Namcum sint corum alia (videlicet Cic.) nativa, id est, quae significata sunt primo sensu: alia reperta, quae ex his facta sunt, & iam nobis posse alia, quamquæ illi rudes homines primique fecerunt; fas nō sit, ut derivare sibi, coniungere, quod natis postea concessum est, quando desj s litteres. Ex Quintiliani ergo sententia, cum tu alterno, verbum receptissimum sit, legitime isteque derivationes permittentur, ut potè alternatio, & alternativa. Et quādo acerbior derivatio, seu compositionis nominis esset, id condonandum iuris civilis interpretibus, qui seis pecularibus vocibus videntur, ut suis aliarum

9 artium professores, Cic. in Academi questionib. lib. 1. num. 19. exditione 2. qualitates (inquit) rigitur, quas metuitas, Graci vocat, quod ipsum apud Graecos non est vulgaris cibum, sed Philosophorum; atq; id in multis dialecticis nullum quoque verba nulla sunt publica: suis videntur: & id quidem commune omnium fere artium: aut enim noua sunt, scilicet nouarum facienda nomina: aut ex alijs transferenda: quod si Graci faciunt, qui in his rebus tot iam secula versantur, quanto id magis nobis concedendum est, qui hac nunc primum tractare conamus. Cœludo denique cum Quintiliano dict. lib. 8. cap. 3. Orat. Latinos aduersus se ipsos esse iniquos iudices, ideoque pauperitate sermonis laborare, quod Enr. Stephanus non de latinis priscis intelligit; sed de eorum posteris: & ego de nostris posterioribus superstitiosa nimis religione non excedentiibus antiquo-

rum voceis p̄fisi enim, ut potè Lucretius, Q. Ennius, Lucilius, & alij luxuriant in nimis in elegantia latina, audacique derivatione, vel compositione. Valeat ergo scrupulosa nimis observationia Bucxi in Romano, & antiquo idemate: principue metas ipsius transcendendi licentias præbentus, & alibi transgressiones castigantis. Nec per hoc barbara admittitur illa, quæ in regulis constant rectissimis, quæ non recepta ab antiquis, cum & ærate dicendi genus varietur, & in eos sum etiam imperium fortuna obtinet, ut ex Quintiliano lib. 4. cap. 2. Baudus scribit ibi sup. fol. mihi 1015. b.  
Nec resistat an quis, quod subtilius interpretes alternatiū dicant, quo di-  
10 rior apparebit barbaries: nam Imper subiecti, ligitti aliquid, per M. T. Senn. an. 1015. i. Reticentia (quæ latè docteque explicat noster Sanchez Brocensis in sua Mineralia lib. 4. de eclipsi) ut potè, alternativa conditio, legari, institu-  
11 tio forma, moans, &c. ut potè enim iste, & antiquis iure Consuliis recepius  
fuit, ut A. Alciat. prædecurit tom. 6. de V. S. lib. 4. n. 7. & 10m. 3 ad rubricā eiusdem ist. n. 15 & 16. vi & figure aliae, quatenus longe probauimus cal. 1. D. deleg. 1. Sed quantum vera ratio sit, maiores suspicor: substantiæ scilicet hoc adiectivo, alternatus, ut interpres nostros: quia prima vox autores elegantiae invenie multoties substativa-  
re (licet mihi sic loqui) adiectivū al-  
ternatus, ut potè maiestatis latini Principem, eclog. 3. v. 59.  
Alteratis dicitis, amant alterna Camæ-

næ.  
Sic sentiunt ibi Mancinell. & Ascens. idem 1. Georg. v. 71. Vbibenc Ascensius, & sup. v. 79.

Sed tamen alternis facilis labor.

Statius Papinius 1. Theb.

Paulatim alternis in verbam inasque.

Cunctantur.

Horatius lib. 1. Satyr. 8;

— Quo pacto alterna loquentes.  
Umbracū sagana resonarēt triste, & acutū  
Martia lib. 5. ep. 39.

— Alternis Callidiores sedē.  
Sic fatentur I. Calvin. in lexico iuris, &  
Robertus Stephan. in suo Thesauro, sed  
poeticum esse: receptam iam en lo-  
quendi formā inuenio apud nostrū  
elegantissimam Senecam, epist. 120.  
ibi: Quidam alternis Vatiny, alternis Ca-  
tones sunt, & modo parum illis severus est  
Curius, Plinius lib. 5. epist. ad Apollina-  
rem, ibi: Alternis metula, alternis in-  
serta sunt poma, C. Plin. lib. 25. natural.  
hist. cap. 13. ibi: Sane si ferro circūscrip-  
ta effodiat aliquis, tangatque eadē tem-  
& alternis ter despat: at reponat in eadē  
locum, ita ut vivat herba. Symma-  
ch. lib. 1. epist. 86. Et idē inre ambo ca-  
nimus, ne alternis vinceremur. Ex qui-  
bus ad struitur eidem lectio lib. 3. epis.  
26. Quoties minatus sum per silentium, si  
alternis temperasse: Cum rō alternis, 2-

pud alios legatur à literis (non male)  
apud alios, si alterius, ut placuit iure-  
to in miscellan. ad eum locum. Eodē  
filo alia emēdatio ducitur Hygini lib.  
3. de descriptionib[us] formarum cœlestiū,  
in princip. VI alterius unaquaque earū  
resupinata caput alterius tegere videa-  
tur. Fran. Miocius nonant. b[ea]t. epis. 121.  
ex libris veteribus legit ut alternis u-  
naquaque. Sic & interpres Thocornū  
veritatis. 8.

Etra δ' α' ψιστα' δων υπελ' αμψιανε Δα' φ-  
ρια α' σδαν.

Deinde alternis exceptit Daphnis cäsinetā.  
Sed minus proprius, verius sic alternā, 13  
concorda ε' ψοι, α' τω' αοιδα'. Substā-  
tive ergo rō alternus, accipitur, & sic  
similiter alternatius, ab illo deriva-  
tum: vi sic grammatici superstitiosi,  
quos in istam & similes nostrorum  
loquendi formulas gaudire scio, com-  
mutescant, & attēnius deinde, quæ re-  
prehendenda sint respectent.

## C A P. II.

**C**OPVLATIVAE Coniunctionis cognitio. 1. Eius vir-  
tus in genere. 2. Quæ specialiter sit copulativa. 3. Transitus ad disiū-  
ctiones copulativas, quæ earum vis, & potestas. 4. Disiunctiū  
formans, ex duobus enunciatis alterum solum vult. 5. Illustratur hæc dis-  
iunctio exemplis. 6. Et expenduntur Virg. Statins, & alij scriptores anti-  
qui Graci, & Latini. 7. Disiunctiū, remissione. 8. Disiunctiūa directa, &  
propria quādo accipiatur. 9. Georgij Pachymerij locus adducitur in signis. 10  
& duo alij A. Gellij. 11. Quid εταγ. εγγενερα ζητακει. 12. Et M. Tullij Cic. 13.  
Commendatur attentio ad cognitionem disiunctiū. 14. Prisciani error cir-  
ca disiunctiūam in duplice Virgilij loco. 15. Vnus est 7. Aeneid. quem re-  
ete interpretamur. 16. & alter 2. Aenei. 17. Notatur P. Foseca & P. Iou.  
Pont. ad eundē locū. 18. Accedimus ad celebre I. C. Proculi respōsum in l. hæc  
verba 124. D. de V. S. Cuius disiunctiū illuſtramus. 19. Exemplū Proculi  
aut dies, aut nox, exornamus multis. 20. Inde restituimus antiquā vocem  
Propertio aduersus Dousam, & Scaligerū. 21. Circa disiunctiūa propriā in re  
pretamur Ulpian. in l. vbiautē 75. S. qui illud 8. D. de V. O. 22. Et Ius-  
tin. in princip. inst. de iure person. 23. L. plane 34. S. si ita 14. D. de  
leg. 1. 24. L. quæ subconditiōne 8. D. de cond. inst. 25. diaſtingens,  
apud Theoph. 26. Explicatur Alex. 3. in cap. inter ceteras 4. de res-  
cript. 27. Disiunctiūa Iuris consultorū dinersa non est à disiunctiūis Grā-  
mat-

praticorum, & Philosophorum, contra dottiſimum Greg. Lop. Maderā.

**D**ISQVISITIONIS alternata exordium sit copulatio & coniunctionis cognitio: & disiunctio, & subdivisio: harumquevis, & virtutis: ad illustrationem acutissimi Iurisconsulti. Vt rāsque coniunxerunt cum alijs, & latè doctèque tractarunt Priscian. lib. 16. Brocensis lib. 2. cap. 18. Minerua, Alphonsus Palentinus de Synonymis in tractatu de coniunctione, ad fin. Godecalcus Stevnechius totò libr. 1. de particulis lingue latine: & in inde primo eiusdem lib. Græcas autem Petrus Ioannes Nunnesius, 1. part. institutionis Grammaticæ Græca & multorum latissimè Fran. Vergara lib. 3. c. 28. & Theodorus Gaza lib. 4. c. de coniunctione. Coniunctionis autem virtus propria est cōiungere, seu (ut inquit Aurelius Casiodorus lib. 1. de arte Grammatica) annectere, ordinare que sententiam: & Brocensis dicit. c. 18. D. Isidorus lib. 1. etymolog. cap. 116. Alphonsus Palen. vbi sup. nec solum sententiam, sed diversa nomina, vel quascumque dictiones casuales, vel diversa verba, vel aduerbia, ex Prisciano lib. 2. ex Vergara in Scholijs dicit. cap. 18. & Theodoro Gaza sup. Hac enim persenibil valet (verba sunt Isidori vbi proxime) sed incopulatione sermonum, quasi quodam exhibet glutinum. Quod de coniunctione ingenerare diximus, copulatio & accommodare possumus, quæ nihil aliud valet, quam verba, sententiasque cōnectere. siue copulent absolute, siue ex conditione, ex Brocense sup. Græcas autem, & Latinas præscripti referunt, de his autem sermo noster, aut discrimen non erit.

Accedo ad disiunctivas, & subdivisiunctivas, in quibus cūctus noster labor, nosterq; conatus insisteret. Et pri-

modo disiunctivas. Disiunctivas sunt (secundum Priscianum dicit. lib. 16.) quæ quāmuis dictiones coniungant; sensum tamen disiunctivum habent, & alteram quādam rem esse, alteram vero non esse significant, aptè Theodori Gaza, v. d. εια, ευτικοί τα διάσεγμα παρωτίστας καὶ ηγάγμα από την πατέρα πατέρα προσώπου διάσεγμα της τέλος φράσεως οὐσιώδεις. Disiunctivas vero sunt, quæ disiuncta cōponunt: & vel rē are, vel persona à persona sciūgetes, orationē copiat: conuenient D. Indor. Palent. Nannehius, Brocens. Ad formam, qua coniunctum apud Rhetores dicitur: ita ut de duobus vnum prius habeat: vii optimi explicat antiquus Rethor Marius Victorinus ad 1. de ethor. Cic. n. 33. Sic est cōiunctio copulativa, quæ de duobus, aut pluribus vnum amat, vnuq; requiri, Latīna sunt aut, vel, ve siue; seu, an, ne, & alia apud Godecalcum. Græca, vīpotē, ἢ τοι, καν, &c., quas omnes explicant isti, sed præcipue more suo illustrat Palentin. d. n. 17. A. Alciat. in l. s. p. 53. de V. S. F. Hotom. dialect. lib. 2. c. 16. P. GilKē. in l. genera litter. 6. C. de inst. & subst. Alber. Gentilis in l. alienationis 28. §. 1. D. de V. S.

Disiunctivam formans, ex duabus enuntiatis alterum solum esse, vel futuri esse credit, quarit, & proponit; quantumuis propter incertitudinem illud, aut illud non discernat, discernit tamen in volūtate alternatiua: ita vt alternata, seu disiuncta nullo modo conuenire possint: aut enuncians velit. Quod præmaxime animaduertendum est ad distinctionem perdiscretam subdivisiunctivæ, (de qua infra) illustrare tamen exemplis aliquibus necessarium duxi. Salust. in coniurat. Publicam miserationem causam pro mea consuetudine suscepit, non quim as alienum meis nominibus ex possessionibus soluere possem; sed

A 2 quod

6 Paralipomen. & elect. Iur. Ciuil. lib. I. Cap. II.

quod non dignos homines honore honestatos videbam, Cicer. ad Atticum lib. 4. epig. 4. Non quo haberem, quod tibi, presertim iam prope praesenti; scriberem; sed ut hoc ipsum significarem, mihi aduentum tuum suauissimum expectatis simumque esse, alios plures locos dat Godelcalcus Steuuechius lib. 1. de particulis ling Latin. in particula, non quo, sed non quo non, sed, fol. mihi 828. cum sequentib. de diiunctiva tamen capio Virg. eclog. 8.

Nunc scio, quid sit amor, duris incotibus illum

Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garantes.

& lib. 2. Georg.

Frigora, nec tantum cana concreta pruina.

Aut grauis incumbens scopulis arenibus astas.

Eleganter Stat. Papin. i.

Syluarum in equo Maxim.

Caelone peractum.

Fluxit opus? Siculis an conformata caminis

Effigies, lassum Steropem Brontemque reliquit?

Ante Palladie talam Germanice nobis

Effinxere manus?

En diiunctiuam expressam, quorum alterum stare, non omne; alternatiue datum est, utpote Propertius lib. 2. eleg. 8.

Vincens, aut vincis? hac in amore tota est.

Expresse Aeschil.

Ad finem sept. ad Thebas.

Δρ' ατεῖ τόλιον, καί με φρ' αται

Τοῖς κλαχ' ιορταῖς πολυνείκαιοις

Afficiat, aut non afficiat malis ciuitatis.

Fleentes Polynicem.

Euripid. Rhei. v. 722.

Εἰτ' οὐδὲν οὐδέποτε μη φοῖσθαι οὐδὲν

Sine igitur (hoc sit facinus) Ulyssis, siue

non, metus metenet.

Homer. Iliad. A. V. 117.

Βολούει γε λανθάνει μη επειδή, οὐ πολεῖ δε.

Volo ego exercitum sospitem esse, potius quam perire.

& v. 144. 35 82 τις ἀρχος αὐτοὶ Κεληφος εἴπει Ηταῖς οὐδομένεις οὐδοσοις

— Unus vero aliquis vir Princeps presit.

Aut Aias, aut Idomeneus, aut nobilis Ulysses,

Sophocles in Aiace v. 814.

καὶ οὐδέποτε τις θωτός οὐτε δικαίος οὐδέποτε

Secundum vulgatam, quod hæc dies. Aiaci, vel mortem esset illatura, vel usquam:

& ante v. 430.

Αλλ' οὐκάλως οὐν κακῶς τεργεύεται

τεργεύεται χρῆ

Sed vel honeste viare, vel honeste mori, Generosum oportet.

De quorum carminum diiunctiuam, 8

Consule Theodorum Gazam dicit. lib.

4. aduersus Georgium Trapezuntium: O

sule etiam Nuaneum, & Fran. Vergaram in relatis locis. Præter Henricum Stephanum in suo Thesauro. Ex

prescriptis ergo considera diiunctiuam directam, propriamque, tum ac

cipiendam esse, quādo alternativa diiunctiuæ copulata simili stare non po-

test; nec enuntians voluit; sed alterum

solummodo, ut apte Vergara his de-

clarat exemplis: νυξ, ημέρα, vel nox,

vel dies, τοις καθαρούς καὶ αἰσθαντος. idest. Aut bonū, aut malum, sed præcipue Georg.

Pachimerius in epitome ad universam 10

Aristotelis differendi artem in cap. de ra-

tiocinationibus connexis, sic nostrā sen-

tentiā illustrat. τρίτος καὶ τετάρ-

τος οὐσιῶν σύστημα οὐ ποτέ μονον τη-

τεργεύεται οὐδέποτε τεργεύεται οὐδέποτε

θετέρα οὐτασθεναζον καὶ οὐδεὶς οὐ ποτέ

οὐγενεῖται μεν οὐσεῖται οὐγενεῖται αὐτοτε

τεργεύεται οὐτασθεναζον θετέρα οὐδέποτε

Tertia,

11. Tertia & quarta sunt in coniunctionibus disjunctis; atque ijs, quæ medio vacant, nam vel valet, vel agrotat sed non valet, agrotat igitur: ita enim sit, ut si unum infirmetur, aliud confirmetur. Contraria vel agrotat, vel valet, sed agrotat, ergo non valet: unus confirmatio alterum refutat. Sic etenim A. Gelini lib. 5. noet. Att. cap. 11. non ratum id, neque instant, disjunctum esse ait: quoniam non necessarium est alterum ex dubiis, quæ disjunguntur verum esse: ergo in alternativa alterum subtiliere debet: immo cum altero propositio prægnare, ut accius idem Autor scripsit lib. 10. cap. 8. In quo cum antea coniunctionem copularinam scripsisset (quam dicunt Græci οὐ πάντα ἀξιόποιοι) subiicit. Est itē alid, quod Græci, σιγένευ μερον ἄξιοποιος, nos disjunctum dicimus, id huiusmodi est: aut malum est voluptas, aut bonum, aut neq; bonum, neq; malum; omnia autem quæ disjunguntur pugnantia esse inter se præporter: corumque opposita, que artilleria per a. Græci dicunt, ea quoque ipsa inter se aduersa esse, &c. Veniat iam uero probationem gravissimes Marcus Tulius Cicer. lib. 2. Academ. Quæstion. qui ex dialecticorum sententia sic statuit. Omne quod ita disjunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modo verum esse, sed etiam necessarium, &c. ut in illo, aut viuet eras Hermachus, aut non viuet, & a. Fato, n. 28. & de natura Deorum libr. 1. num. 48. In eorum dissertatione diuinus infra in morabimur. Videte Hottoman. supra dialect. lib. 2. cap. 10.
14. Hæc disjunctiva attentissime penetranda est, tam in poetis, & historicis, quam iure Consultis, & alijs etiam cunque doctrinæ auctoribus: prædicta exempla præferant studioso facem, in quibus alienatim solummodo alterū subsistere potest, nō utrumque; id enim subdisjunctivum est, quod frequenter inuenitur (ut subiectam infra) ea de causa monitum tam latè volui. Vnde indico
15. (nivis hementer fallor) P. Prisciani Gram-

matici doctissimi errorem, qui cum in nostra suis sententiis comprobatur ea duplice Virgilii loco, coniunctioni disjunctivæ incepto: primo enim 7. Ænei. 16 d. vers 199.

Sine errore via, seu tempestatis acti. Aut subdisjunctiva est, utrumque Rex Latinus consideravit ratione iusta, cum virumque error, & tempestas circumagant misere navigantes, & in errores conuoluant. audi subsequens carmen Virgilij, & iuditium nostrum comprebabis.

*Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.*

Consentient nobis Servius, & Pontatus hic, atque Ascensius his verbis: erro 1. v. 2., quia in obscuro Cœlo, in quo via est nauigantibus, at illa errare possint, vel vi tempestatis inde abstrahi, aut in oceâ intelligendus est de coniunctiva ex positiva, sive rationali (de qua utiliter infra agemus) Alterum Prisciano locu est 2. 17. Æned. versic. 45. in quo Laotco in miseris exclamat Troas, fatalem eum intra Pergamare recipientes.

*Aut hoc in clausi ligno occultantur Achilli:*

*Aut hoc in nostros fabricata est machina muros:*

*Inspectus a domos: venturaque desuper verbi:*

*Aut aliquis latet error.*

Quis sanæ mentis subintelliget in his disjunctivam carminibus? nam aut coniunctiva expositiva est, aut subdisjunctiva, quæ parum à expositiva distat: nam cum antea exclamasset Sacerdos,

*Creditis auctos hostes? aut ulla putatis dona carere dolis Danaum? Sic notus Vlisses?*

Subdisjunctiva ad utrumque responderet: non aucti hostes: quia hoc ligna inclusi: nō carent dolis dona, quia hæc machina fabricata est in muros. Notus est Vlisses: quia aliquis latet error, ut præclare doctissimus pater L. Cer-

8 Paralipomen. & elect. Iur. Civil. lib. I. Cap. II.

da obseruant loco isto lit. D. in explicacione. Subdisiunctina ergo est: nam Lao coontis tribus partibus constans enuntiatum, totum fuisse verum scribitur, nam Græci latebant in ligno: machina fabricata erat in muros: & error, seu dolor (qui errare facit) latebat in equo. Sentit difficultatem carminishu-

<sup>18</sup> rus Pater Fonseca Dialect. inst. libr. 3. cap. 17. & Pater Ioann. Polian. in Symbolis ad hunc locum, qui tamen disiunctinam in his carminibus subesse affirmant (eam ex recentiorum opinione alij intuentes) quæ nūis omnes partes vere sint (ego autem infra & iuxta, id latius disquiram) sed disiunctinam à subdivisiunctina discrimino oppositione alternatioꝝ: & an virum que enunciatum simili consistere, vel non possit, nec nonos dialecticæ magistros euro, quos in contraria esse opinione scio, dum sequor antiquos Philosophos, & iure Consultos totum contrarium consentientes: multa enim illi parum firmi: arguenda, multumque futuaria scripserunt.

<sup>19</sup> Hec omnia non in casum præscripta indices, sed (nī fallor) eleganter deducta ad illustrationem Juris consul ti Procul lib. 2 Epist. int. hac verba 124. D. de verbis significacione. In qua dictus Jurisconsultus disiunctivam grauius disquirit: docteque accipit. De disiunctiva verba ista sunt. *Hac verba, ille, aut ille, non solum disiunctiva, sed etiam subdisiunctiva orationis sunt: disiunctiuum est, veluti cum dicimus, aut dies, aut nox est: quorum possito altero, neceſſe est, tolli alterum: item sublatu altero ponit alterum: disiunctiuum ergo repugnantiam habet in alternatio enuntiatio, ut perspicuo exemplo Proculus docet: veluti, cū dicimus aut dies, aut nox est, quod exemplum, & placuisse Vergaræ prædocuimus capite isto, n. 9. Atque receptissimum fuisse, & in formulam, proverbiūque abisse, ad demonstrandum, quod disiunctum esse vo*

lumus; & intelligimus, pro certo ha-beo. Propert. lib. 1. eleg. 8.

*Siue dies seu nox veneris, illa mea est.*  
Sophocles in elect. v. 781.

*ἴοις οὐτε πυνθανόμενοι, οὐτε εἰπεῖσθαι.*

*Vi nec denōcte, nec interdū  
Suantiter dormire possem  
& vers 363.*

*τοταρίω μεταλόγης  
παλλαζούνται πύκτες οὐρανοὶ τοσοι  
--- Nam sermones reliquos  
Multæ voluerint noctes, & dies pariter.*

P. Virg. Mar. 6. A.

*Noctis atque dies patet atria ianua ditis,  
In quibus locis Pasteratus P. que Laudouicus Cerdas sic obseruarunt, & alijs comprobant: tamen pro nostro Proculo accipe a me ista.*

Terent. in eucho act. 1. scena 2.

*Dies noctesque meames, medesideres,*  
Silius Ital. lib. 7.

*Dum sidera Cælo  
Lucibunt, dum Sol inde se lutore tollit.*

Politian.

*Dumque in tacito vagis sydera Cælo  
Fulgebunt, dum Sol nigris oritur ab Indis.*

Inde Lucan. I.

*Vnde venit Titā. & nox ubi sydera cōdit.*  
Stat Pap. 4. Sylu. de v. a Domitiana.

*Vlra sydera flammeumque Solem,*  
& 7. Theb. vers. 398.

*Interea Danai nocte inque dieg, sub armis  
Notiē uerū, rursusq, diem (sic ira ferebat)*  
*In geminat.*

Elegatē Seneca in Hercule Furēte v. 36

*qualucem premit,*  
*Aperitque Tethys quaferens Titā diem,*  
*Binos propinquat tingit Ætiopas face.*  
Stat 5. Theb.

*Exuit impliū tenebris humentib. orbē.*  
*Oceano prolatā dies: genuoque corrusæ,*  
*Lutis adhuc hebetē visina nocte lebanat.*  
Sophocles in Electra, v. 16.

*οὐκέπει δέ λαχιπέουν κλίσις οὐ λασ*  
*τακτική φτεγματ' ἐριθεν σκοῖ*  
*μελῶνα τ' ἀσρονέλαπτες εὐφρονε*  
*Nam nobis iam splendidum solis tubar.*

Excitat

*Excitat matutinos autum cantus:*

*Et nox astrareliquis astra,  
& v. 202. & 258.*

Vnde S. Altheim. de laud. Virg. n. 26.  
sic famulabantur iugiter noctesq; diesq;  
& lux. n. 29.

Vi Psalmista canit noctesq; diesq; libellos,  
Semper tamen in his, quamvis subdis-  
iunctio aliqua apparcat, tamen dis-  
iunctio, & contraria ex parte rerum co-  
siderantur, ut aut dies aut nox: lux aut ve-  
nere: & alia omnia infinita pene, qui  
bus prouerbiam Proculi u. ultrare pos-  
sem: sed cum praedicta satorate cuius-  
que valeant agendum, & veritatem pro-  
verbij, seu formolæ, subsito; non tamē  
vthis non modis ad ascendam lectu-

21 ram Propertij lib. 3. eleg. 6.

*Vltima qua Patro noꝝ que dieq; que fuit.*

Cum in aliquibus codicibus vox lege-  
retur. Contulit tamen doctissimū Pro-  
pertij Interpretem Palearium: nam  
maculauit Janus Lousa pater, quē pos-  
tea sequuntur fuit Scaliger, reponens τὸ  
vox cum amica, noꝝ legeretur ex forma  
la data.

22 De expressa etiam disiunctiva VI-  
pianus intelligendus est in l. 2. ibi autem  
75. §. quod illud s. D. de verb. oblig. in si-  
pulatione illa, illud, aut illud, velut si  
ego stipulatus fuerim. (exemplum Iu-  
reconsulti est) accim aut sicutum bemi-  
nem, utrum ego velim, ex parte tua Pro-  
culi, cum τὸ utrum ego velim, denonci-  
tent, non utrumque, sed alterum lo-  
lummodo in stipulatione tuille com-  
prehensum, propter quod dubitat. Con-  
sultos utra earum potius praestata s. Ad  
quod referenda illa lib. cum ei uocat,  
vel hominem tantum vel aciem tantum,  
intendere, sibi dare eopportere, τὸ enim tan-  
tum. Iureconsulto reponendum, disiuncta  
ut cognitionis ratione tantum esse po-  
situm à Iureconsulto existimo, cum pa-  
rum ad principalem responsi questionem  
matuneret. Cui mire conuenit l. s.  
exto 8. §. fin. de legat s. lib. : *Quia τὸ  
in alterutra causa legatum s. l. s. sic lega-*

*tum 75. §. si quis 3. l. plane 94. §. 2. cod. 111.*

Nec minus elegans illa disiunctiva est

Caſtaris Iustini in principi de intercep-  
sonarum, ibi: *Quod omnes homines, aut li-  
beri sunt aut serui. & ista in § fin. eius-  
dem tituli, ibi: In liberis autem multa, sed  
enim sunt ingenui, aut libertini. Quibus-  
que conuenit principium. sit. in § de his  
qui sunt sui, vel alieni iuris: tam autem  
pavor, sive disiunctum, incompossibili-  
te, est disiunctio ista, seu diuīlio iuris  
personarum: nullo enim modo serui  
cum liberis, ingenui cum librepunit cō-  
venire possunt: verbam enim diuīlio.  
(sive differentia,) quo Iustini in  
præscriptis locis vobis est, tantum valet,  
quantum disiunctio, cum per diuīlionem  
& disiunctiam status hominum*

disiungantur, probat aut. l. s. ex toto 8.

9 fin. Eandem diuīlio enim habet l. 24

plane 34. § fin. 14 D. de legatis 1. in le-  
gato illo: *Fundam Seianum, vel et sum-  
fructum eius, bibabito, nam vobis fructus  
formalis intelligi non potest, nisi in ab-  
senti. Et oꝝ à proprietate, principium inſtit.*

*de etiſfructu i recte dicimus 25 L ac-  
ſuſructu. inde est, quod legato alterna-  
tivitate & vobis fructu, alterum folu-  
n oꝝ r. h. credatur. Quid illa l. quæ*

*sub conditione 8 D. de conditi n. inſtit. ib. :*

*Ne v. l. h. r. illi, aut consequenter,  
aut per d. rent quod reliquum est & intra-  
sta enīli homines, aut facientes admitten-  
tentur, aut nō facientes deficerent condi-  
tione, & in §. 5. eiusdem legis alternata  
ditione, id est, disiuncta, sive haevoces in his*

*interpretibus receperit, & promiscuæ*

*sunt. Alciat. in l. 29 de V. S. Madera cap.*

*20 animad. num 4. Cuiac. in l. hac verba,*

*D. V. S. De hac ostiadiſiuncta, etiam*

*expressa sunt iu. a. l. s. is qui 13. D. de*

*reb. dub. §. si plures 11. inſtit de bareb in-  
ſtit l. s. D. de bareb. inſtit l. cum pupillis*

*78. §. 1 de cond. iuonib inſtit. In quibusia*

*s. patata: iam alternata: iam disiuncta,*

*dicitur res, §. fin. inſtit. de bareb inſtit. quod*

*recte expressit Theophil. ὅτα εὐτίνως*

*ταῦτα γράψατε, bene γράψατε, 26*

ex recepto verbo in disiunctiuis, ex ame datis.

27. Expressior omnibus est decisio Alex. 3. in cap. inter ceteras 4. de rescriptis. Nec perturbet aliquē versiculus ille, cum aliqua sub disiunctione mandantur, ut existimet, de subdisiunctiuia loqui; quia rō sub disiunctione, scilicet modo est præpositio, quæ regit casum, quasi scriberet, cum aliqua sub ista disiunctione mandantur, &c. Consentunt sic Panorm. A. de Butric, Henricus Bohic, Baldus, Phil. Decius, Gregor. Lopez, Madera cap. 20. animad. & alij. Exemplum à Pontifice subiunctem conuinicit expresse: si vera sunt, quæ in hoc in teatro capite disposuimus. In finitisciapus responsorum est, quo disiunctiwas discurrere possemus: prædicta satis su perque mihi viua sunt, ut cōcludamus

caput: concludentes disiunctiuam, seu alternatam copulariuam componi, cū alternatur ad versa res: aut enūcians alternatiuam, alterum maluit, quam vtrumque; tamen commodiōri loco, id est, postquam disiunctuarum aliis sedem, seu naturam penetrauerimus: difficultum responsorum disquisitionē, & interpretationem referuo. Quæ nostra sententia descimus plane à coctissimo Gregorio Lopez Madera, dict. cap. 20. diuersas, prædocēte, disiunctiwas cl. se Iurisconsultorum à Grammaticis, & Dialecticis, cum contrariam doctrinam veriorem esse comprobauerimus: imò ni Grammaticorum scite percaleamus, non prudentum per nosceimus alternata, pendet utique ista apud maxima illorum cognitione. Specta, & audi libenti aure, & animo sequentia.

### CAP. III.

**S**VBDISIVNCTIVÆ Coniunctiones quæ sint. 1. Qualiter considerentur eodem tempore. 2. Ad id expenditur A. Gellij locus. 3. Παραδειγματιpor eleganter dicuntur. 4. Ad seritur lectio παραδειγμάτων in l. cum quidam 4. C. de verb. signific. 5. Error Alciati notatur, & volentis reponere σωστα, 6. Illustratur Proculus in l. hæc verba 124. D. de verbor. signific. Subdisiunctioes istæ varijs exemplis, & autoritatibus eruditorum comprobantur. 8. (Particulæ, sed, sed etiam, sed quoque, vetum etiā, sub disiunctiis sunt. 9.) Elegans Heliodori locus inducitur. 10. Tituli Platonis subdisiunctiui. 11. (Error Vergaræ. 12.) Insignis etiam Syponentini error in exemplis subdisiunctiis. 13. Discretum subdisiunctuum quod? 14. Huius subdisiunctiui altera species, quando opposita eius non pugnant. 15. In hac παραδειγματi specie explicatur Proculus dict. l. hæc verba. 16. Et adaptatur Faborini Philosophi interpretatio apud A. Gellium lib. 5. Noct. Attic. cap. 11. 17. Georgij Pachymerij insignis locus expenditur. 18. Baptista Rosarij ad eum r̄versione notatur. 19. Sed adhuc varijs locis eruditorum hoc genus disiunctiui illustratur. 20. Denique nucleus capit is datur. 21. In quibus omnibus varijs scriptores antiqui interpretantur, & illustrantur.

**I**VCEDVNT Subdisiunctiuz coniunctiones: in quibus periculū faciamus ad nostrum Proculum in l. hæc verba 124. de verbor. significat. Sed

principiam accedamus ad eū, perquiramus eas ab antiquis, & nouis Grammaticis: atque Philosophis, quorum apud me magna est autoritas: ut potè perito-

peritorum in arti. Primo prium  
inter omnes Priscianū audianus scri-  
bentem ista. Subiunctiæ sunt, quæ ro-  
re disjunctiarum, virumque tamen esse  
significant: vel simul, ut copulativa, vel  
a secula simul, ut Terentius in Eunuch. vel  
Rex semper maximas mihi gratias age-  
bat: pro etiam Rex. Idem in Pborn. vel  
oculum excludo, eis ubi vos vobis ear lo-  
cusi: & Alexander, sine Paris: pro Ale-  
xander, qui & Paris dicitur: similiter  
Mars. seu Mauors gradiens, vel Mars-  
piter, præsul est bellorum. Discreta virum-  
que tamen esse, significant: ut tota die, vel  
legit iste: vel cogitat, significat enim & le-  
gere, & cogitare: sed non simul virum fac-  
ere, sed alijs horis legere, alijs cogitare.  
Similiter rex, vel expedit remum, vel  
arrabit: cum simul pene virumque fieri  
intelligo, sed distincte: alius est enim mo-  
tus pellentis, alius trahentis, quem re-  
ferit, & sequitur Alphonsus Palenti-  
nus de coniunctione. Subdisjunctia  
ergo secundum Priscianum est, quâ-  
do virumque eodem tempore ad-  
mitto, vel diuerso; eodem tempo-  
re. (Cuius explicationem nunc sum-  
mimus) subdisjunctium cum Pris-  
ciano explicamus ex Terentio in Eu-  
nuch (qui locus act. 3. Scena. 1.) in quo  
cum parasitus Gnato iactabundo, &  
impense vano militi referret, mere-  
tricem, pro dono illi dato, ingentes  
gratias agere, elatus respondit.

*Vel Rex semper maximas.*

Mibi agebat, quicquid fecerat: alijs non ite.  
Quasi miles diceret, & alij, & Rex si-  
mul gratias mihi agunt: ut postea eti-  
mus Donatus ibi aduertit: qui apte  
probate eodem Terentio in Hecyra a-  
ct. 1. Scena. 1. v. 60.

*Vel hic Pamphilus iurabat, quotiens Ba-  
chidi*

*Quam sancte, ut quinque facile possit cre-  
dere.*

Et aduertit Euphrasius in illo actu 3. ad-  
ducitque versum elegantem Maro-  
nis eclog. 8.

*Carmina vel Calo possunt deducere lu-  
nam.*

In quo P. Cerdæ, & antiqui sententia  
nostram comprebarunt: quamvis Pie-  
rus scribat, in aliquibus exen piani bus  
legi.

*Carmina & ē Calo possunt deducere lu-  
nam.*

Sed euam Pötarius in nostra fuit sen-  
tentia, quam illi sicut Cicerone, &  
alijs. Perapta in hoc primo genere  
subdisjunctivæ alia exempla Prisciani  
sunt, quæ placent I. Scoppa Partenopeo: qui solum huius primi generis  
disjunctiviæ mcninit. Legro tamen  
subintelligo A. Gellium lib. 16. cap. 8.  
qui posquam cisiunt etiæ exp̄ esle-  
rat, subscriptibit Quod si aut nihil omnium  
verum; aut omnia pluraue, quam unum,  
vera erunt: aut quæ disjuncta sunt, non  
pugnabunt: aut quæ opposita eorum sunt  
contraria inter se non erunt: tunc id dis-  
junctum mendacium est. & appellatur παράδιστον, viciose disjunctum. En-  
disjunctivam eleganter expressam:  
quando disjuncta non pugnant: aut  
inter se contraria non sunt, quod ele-  
ganter παράδιστον vocant, cum  
disjunctu viciolum sit, ut recognoscit  
ex A. Gellio. G. Budavus in comment.  
ling. Græca fol. 146 & H. Steph. in The-  
sauro, & Nomæclator Harmenop. ver.  
παράδιστος, & διατύπωσις. Et antequā  
ad viteriora procedamus: ascriimus  
ex his receptā, & antiquā lectionem,  
l. cū quidam 4. C. de verbis significati: 5  
Melius itaque nobis visum est, omni hu-  
iustmodi verbositate explosa, obiunctionē  
aut pro, & accipi, ut videatur, copulatio  
modo esse prolata: & magis παράδι-  
στος, ut & primam personā inducat,  
& secundam non repellat, in quo loco  
A. Alciat. lib. 9. Parerg. cap. 18. & adl. 6  
29. D. verb. signific. legit oīrē παράδιστο  
contra quem, acrius quam par est, iuit I.  
Cuiacius in l. si unus 27. §. sed si stipula-  
tus 6. D. de pact. & in l. si sic stipula-  
tus 133. D. de verb. oblig. & D. Gotha-  
fræd.

fred. in notis ad dict. l. eū quidam. Edmund. Merilius ad decisiones Justin. d. l. pen. Fran. Raguell. ad easdē dec. Justiniani in lib. 6. ad l generaliter, C. de insit. & subst. resistentes antiquam lecturam. Quibus omnibus mire illustratur noster Proculus dict. l. hæc ver-

7 ba 124. Qui subdivisio[n]e[rum] du-  
plex genus ad seruit[us] quorumque al-  
terum sic aperit: Alterius generis est,  
cum ex propositis finibus, ita non potest  
neuter esse, ut possit virumque esse: ve-  
luti cum dicimus, omne animal aut facit,  
aut patitur: nullum est enim, quod nec fa-  
ciat, nec patiatur: at potest simul & fa-  
cere, & pati. Varia ergo autoritate cō-  
stat, constare subdivisio[n]e, quando  
coniuncta in disiunctione nō repug-  
nant: sed ambo admittuntur: aut ex  
natura sua, aut voluntate enuntiatis.  
Placet pro clariori doctrina ciatū  
illustre istud, siue a' Eiowā, aliqui-  
bus locis, quæ multū doctrinæ pro-  
ducunt, & eruditio[n]em. Et primo se of-  
fert Virgilius, in duplici loco expé-  
sus præcedenti capite: subdivisio[n]e  
que restitutus aduersus Priscian. v-  
nus 7. Aeneid. est.

Sive errore via sen tempestatibus acti.  
Alter 2. Aeneid.

Aut hoc inclusi ligno occultatur Achini.  
(Respicere nos ibi n. 16. & 17. & 18.)  
Idem Virg. i. Georg. v. 556.

Continuo ventis surgentibus, aut freta  
Ponti

Incipiunt agitata tumescere: & aridus  
altis

Montibus audiri fragor: aut resonantia  
longe

Litora misceri: & nemorum inerebescer-  
re murmur.

Desribit Poeta prognostica tempes-  
tatis, sumpta ab experientia. Planum  
est, Virgilium voluisse utrumque pro-  
gnosticum marinum: tumescere fre-  
ta Ponti: & litora resonantia misce-  
ri: utrumque accidit, ventis surgen-  
tibus. Hac simili cōsideratione, tu se-

quentia libra, & discerne. Idem Vir-  
gil. i. Georg. vers. 125.

Ante ionē nulli subigebant arva coloniā.  
Nec signare quidem: ut partiri limite  
campum,

Fas erat.

Et vers. 332.

Aut Atho: aut Rhodopē: aut alta Cera-  
nia telo.

Sic Theocrit. (cui institit Virgilius,) ut interpretes consentiant.

A D. & P. oīōtaw' Kōwkaōvōxāb' ep-  
te.

Aut Atho: aut Rhodopem: aut Caucasum  
extremum.

Idem Virg. 2. Georg. v. 120.

Quid nemora Æthiopum molli canemisa  
lana?

Velleraque ut folijs depestant tenua  
Seres?

Aut quas Oceano proprior gerit India  
lucus.

Extremi sinus orbis?

Cic. lib. 4. ep. 1. Serujo Sulpicio missa:

Itaque mihi venire in mentem nibil po-  
test, nō modo. quod sperem, sed vix iam,  
quod audeam optare, & lib. 10. ep. 25.

Planco. Mibique si ita oppressus essem,  
remque publicam mecum perdidisse, mortuo non modohonorem, sed misericor-  
diam quoque defuturam ( plerumque  
enim particula, sed, sed etiam, sed quo-  
que, verum etiam, quamuis disiuncti-  
us sint, accipiunter subdivisio[n]e.

Vide Godescalcum Steuvench. depar-  
ticul. lingua Latinæ f. 117.) Heliodor.

lib. 1. Æthiop. Hist. Ην δι γε τοιμη  
καθαρι τὴ φαινόμενα οὐ μέλει, ἀλλ' ἀρεμ-  
πικτοὶ οὐγρ' εὐαχίστι οὐκ εύτυχος αἴτης  
τέτο ληξίς αἰσθάνεινα' λειτανεῖα.

Caterio  
nō fuerat in isti prælij nota, ac indicia, qua

apparebant, sed mixta fuerunt in felis-  
cis, & infausti conniuij, ac eiusmodi fi-  
nem soriti, miserabiles reliquie. Nul-  
lam elegantius perquiri locum po-  
test: cum in oratione triplex inserta  
sit disiunctionia, quæ coniungit sem-  
per. Eiusdem virtutis est titulus Pla- 11  
tonis,

tonis secundum Vergaram, miras  
 12 *τηρίσθων*, idest. *Minos vel de legi-*  
*bust*. ( licet errore piano autor iste  
*subdisiunctius addat orationem simi-*  
*lem eis ut p<sup>ro</sup>pos<sup>t</sup>o<sup>n</sup> , n<sup>on</sup> p<sup>ro</sup>pos<sup>t</sup>o<sup>n</sup> , da mibi*  
*aurum, vel argentum, cum proprie disi-*  
*ctua sit: cum alterum intelligatur ex*  
*dictis à nobis hoc, & præcedenti capi-*  
*te) παπρχος, φιλοκρδις. Hipparchus,*  
*vel de tueri cupiatate, p<sup>ro</sup>sa<sup>n</sup>, παριστο-*  
*σοφias, amatores, sine de Philosophia οτ-*  
*αγαγεις παραστασις, idest. Theages sine*  
*de sapientia, & cuncti Platonis iuuui:*  
*qua<sup>e</sup> exempla ad demonstrandam sub-*  
*disiunctiuam, sufficiant: quibusque du-*  
*cibus, si necesse fuerit, aliis alia per-*  
*quirere, & p<sup>ro</sup>fiteare facile poterit. Vi-*  
*dendus est 1. Cuiacius dicit l. bac ver-*  
*ba, & Madera, dicit cap 20. animaduers.*  
*num. 12. qua<sup>e</sup> omnia inscitiam Baroli*  
*coarguit in l. si quis ita 30. D. de aur. &*  
*arg. legat. coniugem suo tempore*  
*foruus ibimus. Ex his refellitur intol-*  
*erabilis Syponini error, qui in sua*  
*Cornucopia epig. 5. ed Domitianum fol.*  
*mibi 482. Subdisiunctiuas dicitur: co-*  
*nones appellat, quia res, vel personas dis-*  
*iungunt: vt hoc, vel illud: meum, vel tuu-*  
*eru: hodie, vel cras: qua<sup>e</sup> veradiscentio*  
*est: vt ex datis supra, euidentissimum*  
*est.*

His omnibus maxime illustrari po-  
 terat, & vindicari a criticorum auda-  
 tia Iustin. in l. pen C. de verbor. signific.  
 qua nulla in toto iure civili lex, ad co-  
 probandum huiusmodi subdisiunctiu-  
 ux genus, elegantior est (vt in hoc c.  
 insinuavi,) sed ne Proculum: & alterū  
 subdisiunctiu<sup>x</sup> genus resecemus: re-  
 linquamusque in suspenso: & cōmo-  
 dius, utiliusque; constituto altero sub-  
 disiunctuo, diuagemur ad illustranda  
 varia rescripta, & responsa, quorum  
 intellectus ab utroque genere pen-  
 dent: accedo libertissime ad alterū.  
 14 Discretum Priscianus dicit coniun-  
 ctum, cum utrumque intelligitur; sed  
 non simul eodem tempore; sed di-

uelso, & inter se contrarium est: ut  
 exemplis perspicue docet Priscian. &  
 Piccol. V. 1. tota die, vellegit iste, vel cogi-  
 gitat: legit ecquidem illuc, & cogitat:  
 sed no<sup>n</sup> in eodem tempore, sed dis-  
 creto: sed alius horis legis; alijs cogi-  
 tat. Similiter illud: remex aut expel-  
 litrem, aut attrahit: non virumque  
 simul eodem; sed distante tempore:  
 alijs enim motus pellentis alijs  
 attrahentis. Sic Cuiacius, *aut causam*  
*agit, aut indicat, non simul: in pot. bi-*  
*le de iure ei: aliud est murus aduccati,*  
*aliud indicis. Julian. in difficulti l. si is*  
*qui ducinta 14.5. virum de reb. dab. abi:*  
*Nem simili ea possunt esse vera quamvis*  
*in iure contraria sunt. Sed alterius πα- 15*  
*ραδιστηρης, cito ex exemplu est*  
*apud A. Gelium ait. lib. 16 cap. 8. Aut*  
*curras, aut ambulas, aut stas: nam ipsa qui*  
*dim inter se aduersa sunt: sed oppugna et co-*  
*rum non pugnat: non ambulare enim: &*  
*non stare. & non currere, contraria iner-*  
*se: non sunt: quoniam contraria ea au- 16*  
*tar quae simili vera esse non queunt: possit*  
*enim: mul eodemque tempore, nec am-  
 bulare, nec stare nec currere sed quiesce-  
 re. (Videb. Taubman ad Plaut. in Sti-  
 cho act. 1. Scen. 1. fol. 105 & ibi: ematis*  
*multis.) Ut sub eodem exemplo Pro-*  
*culus nobis hoc subdisiunctiu<sup>x</sup> non do-  
 cuit, verba sunt. Subdisiunctiu<sup>x</sup> autem*  
*genera sunt: unum, cum ex propositis*  
*finibus, ita non potest utique esse, ut pos-*  
*sit neuter esse: veluti cum dicimus: aut se- 17*  
*det, aut ambulat: nam ut nemopote est viru-*  
*que simul facere: ita aliquis potest neutru-*  
*rum qui accumbit. Congruit his in-*  
*terpretatio Faborini Philippi, quæ*  
*responso Brantii dedit: dixerat enim*  
*iste apud A. Gelium lib. 5. Noct. Attica-*  
*rum cap. 11. ἡ τε καταλύξει στάσις παρέ-*  
*ει μήτε γιατρός δέ τον αγαθὸν πα-  
 τιον ἀπα. i. cui Pulcam ducas; aut de*  
*formē: si pulcam habebis communem, si*  
*non turcam: habebis furiam: neutrūr cu-*  
*tem bonum: non est igitur ducenda viror.*

Audi-

Audi verba A. Gellij, & interpretatio  
nē Fauorini, constituentis discrimē in  
ter disiunctum, & subdivisum. Sed  
Fauorinus noster, cum facta esset forte  
mentio syllogismi istius, quo Bias usus est,  
enius prima & pectus, est ut etiam rebus  
et eas nō oꝝ pax' (an pulchram habi  
turus sis uxorem an deformem) non  
ratus id, neqꝫ instum, disiunctum esse ait:  
quoniam non necessarium est, alterum ex  
duobus, quae disiunguntur, verū esse, quod  
in prologo disiunctum necessariū est.  
Eminenter enim quadam significari for  
marum turpes, & pulchræ videntur: est  
autem (inquit) tertium quoque, inter du  
a ista, quae disiunguntur. Cuius rationem,  
prospectuque Bias non habuit: inter enim  
pulcherrimam fominam & deformissi  
mam (aduerte disiunctum nostrū)  
media quedā forma est, quae a nimia pul  
chritudinis periculo, & a summo defor  
mitatis odio vacat: qualis à Q. Ennio in  
Menalippa per quam eleganti rotabulo  
stata dicitur, qua neque oī. vi futura sit,  
neqꝫ p. vi. Huius subdivisionis gene  
ris meminit Georgius Pachymerius,  
resolutionum priorum cap. de ratiocina  
tionibus connexis, & perapto illustrat  
exemplo πέριος δέ οὐδε τάτου ἀπα  
θετικός απαθετικός, οὐδὲ οὐχ οὐδε τά  
τος δημονίας οὐδε τάτου Χλιδάρον αλλα  
μάτη ψυχούστης δημονίας Χλιδάρον απα  
θετικός απαθετικός. Quidam efficitur in multis, atque disiun  
cta est: hoc vel frigidum est, vel calidum,  
vel horum inter medium tepidum: sed nec  
frigidum, nec calidum est, rigitur tepidū.  
Sic verit Baptista Rosarius: secundū  
cuius versionem Pachymerius con  
fundit, quæ hucusque asserta reliqui  
mus, distinctaque, & discreta: nā quæ  
proprie subdivisiva sunt, disiuncti  
uo attribuit. Sed non ita est, contra  
rium Pachymerius voluit & huius  
modi errorem potuit inferre (vt mul  
totes accidit) iniqua versio: illa enim  
wūttos δέ οὐδε τάτου δημονίας  
απαθετικός (in quibus est difficultas)  
proprie sic verto. Quintus (scilicet rpe

tos seu demonstratio) est in multis disi  
ctis & variis deictis, id est, indestrabilis,  
& qui non recte demonstrari potest:  
quod proprium est subdivisum in ge  
neris: nam vi potè subdivisum nā  
pacta evoca' invocatur, id est viciose di  
siunctum, sic eleganter Pachymerius,  
eleganter quidem A. Gellius apud o  
deictos, dixit, id est, disiunctū indestr  
abilis. (Vnde faciliter ferrem, si lege  
retur, ναπολικτῶν) cū enim subdivisi  
ū etiam non proprie demonstrari & non  
plene, (vt cum Proculo, & alijs proba  
vimus) subdivisum & απαθετικόν Pachymerius vocavit: & secessit. Quin  
tus tropus, seu demonstratio est indestr  
abilis in multis disiunctis, vel ex men  
te Pachymerii, quinta demonstratio est  
in subdivisum. 20

Sed præter data, demus ex poetis  
exempla alia: a Terentio ista perapta  
in Andria. act. 1. Scen. 1.

*Observabam mane illorum scutulos*

*Venientes aut abeentes.*

*Quid stantes? Et in Eunucho act. 2.  
Scen. 3.*

*Quid tu es tristis, quid ne alacris?  
Quid si neutrum? & exprestus Pro  
pert. lib. 1. eleg. 11.*

*Eentrissi veniam, seu contralatus amic  
cis.*

*Idem lib. 2. eleg. 34.*

*Tum mibet ferro pectus, vel perde vene  
no.*

*Quid si ligno? Et lib. 2. eleg. 3.  
Digna quidem facies, pro qua vel obiret  
Achilles,*

*Vel Priamus: bellici causa probanda fuit.  
Hostes erat, & diversi homines, quid  
Agamenon, & Ajax: Martial. specta  
epig. 26.*

*Quis tantas liquidis arcis inuenit in ran  
dis?*

*Aut docuit lusus hos Thetis, aut didi  
cit?*

*Quid si neutrūm ut verum est? Aris  
tophan. in nubibus act. 1. Scen. 3.*

*Eut' αρά Μελανηονος γετωρ χρυσο  
ις εργαζεται οχυροι*

**H**Matth. την λίμνην ἔχετ' ἡ σκάπελον νιφό-  
ειτα μηνεύτος.

**S**ine ad Ntli ostia limpham nūc hauritis  
aqualibus aureis

**S**ine paludem Mæotim, sine Mimanta  
nuosum habitatis.

**Q**uid alia frena, & flamina? Alia plu-  
ra, quæ ad n. anum nobis, in facileme-  
colligere poteris, cōsule Emun. Mc-  
rill. in exposit. ad 50. decis. Iust. cap. 59.  
ad l. 4. C. de V. S. fol. mihi 429. Franc.  
Raguell. ad easde acc. Iust. lib. 6. ad l. 4.  
Alb. Gentil. ad l. hac verba 124. D. de  
V.S. Marc. Anto. Muret. lib. 8. variar.  
21 cap. 7 & 8. Concludo igitur diuinetū

seu ἐστιν γένους alternata rei, seu al-  
ternatio partē vnam solam acn: it-  
tere: seu veram dicere, seu effectum  
sortiri; contrarium est in si bdsūt i-  
nis, sc̄ū παρεξελυγερα, in quibus a-  
liquancorū unque eodem tempo-  
re; aliquando disereto ac mutatur; vt  
potè incipite isto longe datū est. Qui-  
bus tanquam strumentis fundamē-  
ta, quæ super faciemus quod ad ciuile  
nostrum ius expectat: infra emi se-  
riē dabimus longam legum de subdi-  
iunctione loquenā: quas sūs p̄ proprijs  
locis reseruo, ut re etiam subdiunctio-  
num naturā per nos tamen.

## C A P. IV.

**D**IS QVIRITVR late, an indisunctiū sufficiat alterā partem  
esse veram, à num. 1. Autores aliqui referuntur, qui in ea fuerunt  
sententia affirmativa, quam sequitur autor. 2. Et qui contrariam te-  
nuerint. 3. Et quæ fuerit doctissimi Greg. Lop. Maderæ. 4. Fundamēta pro-  
ponuntur pro parte affirmativa, & expenditur locus Arist. lib. 1. de inter-  
pret. cap. 6. num. 5. M. T. Cic. in nostri a fuit sententia, & aliqua eius loca  
adducuntur. 6. Et alia A Gellij. 7. Et aliud I. Sirenij de fato, præter plura in  
excursu. 8. Nova lux datur Proculo in l. hac verba 124. D. de V. S. 9.  
Noue etiam expenditur I. Prætor edixit 7. iunctō S. quod autem 4. D.  
de iniurijs. 10. Et Vlpian. in l. vbi autem 75. S. qui illud, aut illud 8.  
**D.** de V.O. 11. Alternatiua consideratur, et si unares eximatur ab obliga-  
tione. 12. Consideratur I. si duo 128. D. de V.O. 13. Atque licet cum quæ-  
rebatur 13. D. iudicatum solui. 14. Ex predictis illustratur, cap. inter-  
ceteras 4. de rescript. 15. Gregorij Lop. Maderæ fundamēta pro sua sen-  
tentia referuntur. 16. Quibus longe satisfit à num. 17. Disunctiū contra-  
rietatem continet, si non ex natura rei, ex voluntate disponentis. 18. Consi-  
tuens enunciationem alternatiū in ipso conceptionis instanti unum so-  
lutioni ex cogitauit. 19. Enunciatio alternatiua qualiter ex formatione ver-  
borum constet. 20. Locus celebris Aristotelis lib. 1. de interpret. cap. 4.  
interpretatione excurritur. 21. Liberum est uniuersique orationem enuncia-  
tiā circa vera, seu falsa componere. 22. Alius Aristotelis locus expendi-  
tur lib. 8. Topicoru cap. 5. 23. In disunctiū oratione forma, & materia  
voluntas, causa efficiens qualiter consistat. 24. Quodammodo in disunctiū  
necessario requiritur, ut altera pars falsa sit 25. Qua ratione disunctiū  
disunctior erit. 26. In quibus omnibus à recta Philosophia, & Iurispruden-  
tia

riacerta principia deducuntur, & illustrabuntur: quibus eleganter ista di-



I C differunt disiunta, & subdisiuncta, sed aliter etiam; maxime in eo, scilicet, an in disiunctiis sufficiat alterum esse verum: quæstio quidem, quæ, à pragmaticis plerunque, iam in prouerbiū abīt; sed à criticis aliquibus, non solum negatum, sed irritum. Vtrique tamen feliciter minus veritatis album, alie possum, contigere: non contingit qui sorte magis, quam certo iactu deprehendit. Hoc de pragmaticis sentio, quorum sententia mihi vera est, non tamen iustis rationibus, rectaque philosophia, aut ab eis inuenta, aut defensa. Tamen referam aliquorū sententias, ut præuidas lector, quam crudeliter, ab antiquis vtique, in campo isto conflictū sit. Praeā Bart. in l. si quis ita stipulatur, D. de V. O. Alex. in l. si n̄ quis, D. eodem. Alberic in l. sape de V. S. Baldus in l. e legē ad finem, C. de condic. ob causam, & in cap. cum inter ceteras, de rescript. vbi Panorm. A. de Butrio H. Bobic, Felin. Philippus Decius, idē Decius 4. part. cons. 530. num. 6. Guid. Pap. sing. 703. Roder. Suarez alleg. 27. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 4. part. 6. glos. 3. I. P. Surd. de alimentis tit. 4. quæst. 15. n. 59. Euerard. loco à natura alternatiua, ex num. 8. Gratian. disceptat. For. lib. 2. cap. 288. n. 3. & 5. Castillus lib. 5. cōt. 2. part. cap. 130. num. 60. & num. 80. alios dat Velasco in aximat. lit. A. num. 238. A. Gomez in l. 70. Tauri, num. 3. Matiēgo in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. glos. 1. nu. 50. P. Pe Kius in reg. in alternatiuis, nu. 5. d̄ reg. iur. in 6. Fran. Hotom. libr. 3. obseruat. cap. 2. Roberius recepta lect. lib. 2. cap. 22. Cuiacius in l. hac verba 124. de verb. signific. Fonseca dialect. in stis. lib. 3. cap. 17. I. Pontan. in com-

mentarijs ad 2. Æneid. Virg. vers. 4. Aristoteles, Cicer. A. Gellius 1. Sirren. Priscian. in locis infrareferendis, & relatis superioribus capitibus. Quorum sententiam receptam, indubitatem nostris Iurisprudentiæ Sacerdotibus suisse, probabo multis. Contrarium tamē senserunt alij, quibus præiuit dux Epicurus (apud Ciceronem designandus infra) cuius partis consequunti fuerunt Petrus Ramus lib. 20. Animaduers. Arist. (qui nimis petulanter à tantis tamque grauissimis viris descivit) & Calepius in repetitione. l. si is qui, §. cum ita, D. de rebus dubijs, A. Persius lib. nouarum positionum contra ius ciuile possit. 656. Marius Solomon. ad l. Gallus in divisione operis, f. mibi 8. Doctissimus Gregorius Lopez Madera lib. 20. animaduer. iuris Civilis, num. 6. cum seqq. Medium quodāmodo viam ingressus est, in qua (si verum profiteri licet) non longe ab Epicuro, & sequacibus iter fecit: à quibus tamen sententiam suam distare immensis intervallis existimat: diuicit enim, alternatiuam enunciationē consistere non posse, nisi utraque pars vera sit; at vero in concreto cum solutionis effectu commixtam non deficere, si altera eius pars vera deficiat.

Sic prænominati contendunt, sed vt ego quasi καταρράκτης in arenam descendam, prima ab origine sententiam istam deducam: & commixtus antiquioribus discurrat campū. Primo Aristoteles lib. 1. de interpretatione, cap. 6. resolut, contradictiones, quæ vniuersalium vniuersaliter sunt, ita se habere, ut altera pars earum necessario vera sit, altera falsa: & idem in singularibus: nam, vt ipse in eiusdem lib. cap. 6. antea reuolit, si quis piam vniuersaliter quidem de vniuersali- bus

bus enunciat, competere in quam, aut non competere quipiam; erunt enunciationes istae contrariae: nam affirmationem & negationem ex diametro opponi, necessarium est. Convenire enim nullo modo possunt, & sic de singularibus, ut ipso Socrates est albus, Socrates non est albus, & in exemplis iam à nobis datis supra capit. 2. & bene Proculus noster dicit. *hac verba 124. de verborum significacione.* aut dies, & aut nox est; quorum posito altero; necesse est tolli alterum, item sublato altero, ponit alterum. Disputationis ista, cum expresse contradictionem contineat, utrumque admittere non potest, patet autem (ut inquit Aristoteles *dicit. capit. 6.*) & unius affirmationis unam esse negationem: idem enim reportet negationem negare; quod affirmavit affirmatio ipsa: & ab eodem, siue singulare sit, siue universaliter, aut non universaliter sumptum; necessario ergo in disputationia contraria alteram partem falsam esse, afferere debemus. In eadem est sententia Marc. Tull. Cicer. *libr. 2. Academ. question. num. mihi 88.* Apud quem dialectici (verba eius sent) sic statuant, omne quod ita disputationis sit, quod aut etiam, aut non, non modo verum esse, sed necessarium, & infra. Cum igitur (scilicet Epicuro) dialectici pugnent, id est, Antiochus, & Stoici: totam enim exercit dialecticam: nam si è contrarijs disputationis (contraria autem ea dico, cum alterum ait, alterum negat) si talis disputatione falsa potest esse, nulla vera est. Epicurus equidem (ut in loco isto Cicero scribit) conteminet, irridebat, & exercitabat totam dialecticam: hoc principio (apud omnes certissimo) negato. Quæ Epicuri temeritas, seu temerarius error tam alte Ciceronis animo insedit, ut cum alia ἀξιωματα, sive Epicuri effata tractet conuincere: ad

promouendos in Epicurum animos, referat disputationem nostram negasse ac per consequens totam exercitatem dialecticam, vi eius exinde autoritatem extinguat. Sic in hoc libr. 2. *Academ.* facit, & libr. 1. *de natura Deorum num 48.* cuius (tua venia lector) transcribam verba. *Idem facit (de Epicuro loquuntur) contra dialeticos, a quibus cum traditum sit, in omnibus disputationibus, in quibus aut etiam, aut non ponetur; alterum verum esse: permittit, ne si concessum esset huiusmodi aliquid, aut vires eras, aut non viuet Epicurus; alterum fuerit necessarium: totum hoc, aut etiam, aut non; negavit esse necessarium: quo quid ait potest obvius? Probat argumentandi genus Cicero idem in *Topicis ad Trebatum*, & proprium dialecticorum esse, & necessario concludere, concludit quod in disputatione plus uno verum esse non potest (verba Tulli sunt) in disputatione ergo contraria necessario altera pars vera debet esse. Quod a Epiphanie tantum apud Favonium proualuit in A. Gellio *libr. 5.* *Noct. Atticarum, capit. 11.* vt non alia de causa Biani syllogismum reprobauerit, quam ea, quod non ratione disputationis sit in quo necessarium, non sit alterum ex duobus, quæ diliguntur, verum: docet idem A. Gellius *libr. 10. capit. 8.* ea fortissima ratione: nam si quæ disputatione sunt pugnant, si contraria sunt: alterum verum necessario esse debet: nam si utrumque: nulla repugnatio, & contrarietas dari posset. Contrariorum enim alterum est primum, Aristoteles *libr. 1. Physicorum, capit. septimo*, latè Iul. Caesar Scaliger. *de Subtilitate ad Cardan. exercitatione 18.* & semper quæ contraria sunt longissimis spacijs distarent, Aristotle *de partibus animalium, cap. 3.* quæ ratio apud omnes maxima est, & principiam dicit Iul. Sirenus de*

fato, libr. 1. cap. 7. cui addit aliam per elegantem, & eleganter explicat, eam scilicet: quoniam ex Stoicorum decreto (quibus nostri Consulti instituerunt) certa causarum series ad extremum eventum tendit, non alterius: & ita tendit, ut non possit in illud non rendere & extremum illud ex esse, non evenire, non queat: alterum autem contra ab eadem evenire valeat nequaquam. Semper ergo altera pars in repugnibus vera esse debet, in extreum quae id certus causarum ordo semper decurrit. Quae docta ratio obseruanda erit ad ea, quae subiiciemus infra in hac questione) quibus quidem ex dialecticorum sententia, & in eius confirmationem argumentis adductis, nihil faciendi sunt Epicurus, Ramus, Calepius, Persius supra related, numero 3. defendantes, in disputatione alternata vtrumque debere esse certum, verumque, aliter disputationem non posse subsistere.

Nihil minus in nostris iure Consultis inueniemus: sed multis comprobant responsis, alternatiā disunctionam seu contrariam veritate alterius contentam esse: id sensit, id indicauit Proculus noster dict. l. hac verba, cum scribit. *Hec verba, ille, aut ille, non solum disunctionia, sed etiam subdivisio orationis sunt; disunctionium est, veluti cum dicimus, aut nox est, &c.* cum enim frequentissima in iure ciuili alternativa, seu disunctionis ista esset. *Stipulator, seu lego illum, aut illum:* id Proculus adgreditur explicare: & affirmat, disunctiones orationis esse posse, & subdisunctiones: subiectaque statim disunctionam orationem: in ea que alteram partem esse necessario veram. Nam si testator, seu stipulator designet illum aut illum, Stichum scilicet, aut Pamphilum disunctionis modo, seu oratione: contrarietas, seu repugnantia ex mente enunciantis,

& disponentis inducitur (quia in re sua unusquisque est moderator, & arbitrus) non magis quam si ex natura rei daretur: veluti in exemplo isto, aut dies, aut nox est; quæ (nisi vehementer fallor) Proculo ea causa fuit, ut subderet exemplum istud, aut dies, &c. ut significaret eandem disunctionem subesse in eo, quod proprium dialecticorum est, quam illouille, aut ille: quod iure Consultorum. Suspicor, lucem hodie accepisse Proculum, in uisitam adhuc reiecta, alias doctissimi, Gregorij Lopez Maderæ sententia, qui dict cap. 20. animaduers. num. 10. toum responsum istud dialecticis tribuit ad effata Ciceronis (quæ capite isto revulnus) à iurisprudentia que disiungit: cui obstat consideratio ista: & quia Proculus nulla ratione, nulla que doctrina iuris ciuilis dialecticorum axiomata iurisprudentiae commisceret, aut istud epistolicum responsum insereret Tribonianus. Et saltim nimis crudele esset, nisi evidētissima probatione, deportare à iure ciuili grauiissimum Consulti responsum, à quo dependet cuncta series, cunctaque cognitio disunctionum.

Præclare Mehercle ex Proculo probatur, disunctionem copulativam alterocontentam esse vero: sed non debilius argumentum ad id deducimus ex l. Praetor edixit 7. iuncto §. quod autem 4. D. de iniurijs. Nam cum in principio legis edixisset Praetor, qui agit iniuriarum, certum dicat, quid in iuria factum sit: explicat Consultus dict. §. quarto, quemadmodum accipiendum sit, & ex Labeonis resoluti sententia: *Certum eum dicere, qui dicat nomen iniuria, neque subalternatione, puta illud, aut illud, sed illam in iniuriam se passum.* Cuius responsi rationem in principio legis probuerat. *Quia qui famosam actionem*

nem intendit, non debet vagari, cum discrimine alienæ existimationis. Cum enim altera pars falsa sit in disjunctione illud, aut illud, inde nascitur, osterriturque intellectu incertitudo: meritoque inde responsum est, alternatione relata, certam designatam in libello in iuriam: nec vagandum cum discrimine alienæ existimationis: nam si viraque pars vera esset in disjunctione, nulla impediret causa, quo minus si balternatione componeretur iniuria libellus, cum in eo plures possint conferri iniuriæ ut in §. si mihi, subsequenti Vopianus scribit, qui ex coniectura ista subiectus fuit precedenti §. 4. ut designaret, quod quamvis in eo alternatiæ ratione plures iniuriæ in libello dari non possent, id intelligendum esset ex eo, quia alternativa non patitur utrumque esse verum; non quod libellus concipi de pluribus iniurijs non possit: & probat Paulus libr. singul. de iniurys, in collatione legum Mosaicarum titul. 2. vide Emund. Meril. ad so decision. Inst. capit. 39. in l. 4. C. de verbis. signification. numer. 3. qui aliqualiter ita probat. Huic interpretationo, & arguento aptissime conuenit eiusdem Vopiani responsum aliud in l. ubi autem

**11** 75. §. qui illud, aut illud 8. D. de verborum obligation. Dubitat enim Consultus, an si certum dedicatur in stipulatione illa. Illud, aut illud veluti decem, vel hominem stichum dare promittis? nam & res certæ designantur: & respondet, incertum quid stipulationem continere, quia utræcarum præstanta sit, in incerto est: nisi stipulator adjiciat, utrum ego velim: alternatio enim stipulationis, cum in altera parte verificetur, alteraque vera contenta sit, eam inservit incertitudinem (ut in libello iniuriarum alternatio diximus) Cui conuenit l. si ex tuto 8. §. finalib. ibi: Quia v-

num in alterutra causa legatum sit, D. de legatis. 1. l. si sic legatum 75. §. 3. 10. dem titulo (vti consideravi supra cap. 2.)

Sed ingens fundamentum conjicio, cum inuenio, consideroque in varijs responsis alternatiæ verificari, quamvis res una alternatæ obligationis eximatur ab ea, adhuc enim superflitem in alterna obligatione conseruari: nec obligationem extingui ex eo, quia disunction, seu alternatio non vera fuisset ex viraque parte, ut comprobant sequentia rescripta. Africanus primo in l. si quis ita 63. de verborum obligation. respondet, quod si stipulauo sub diluïta conditione concepta fuerit, ut ipse siue nauis ex Asia venerit, siue Tilius Consul factus fuerit, & altera carum detecterit; necesse esse, quod ea continuo, quæ existerit, stipulationem committiat. Cui correspondet Sexuola in l. si quis ita 129. codem iur. & Papinian. in l. cum pupillus 78. §. 1. D. de condition & demonstrationib. atque Iustinianus in §. penult. inst de hereditib. instituend. distinguens inter conditiones copulatas, & disjunctas, quia illis utrisque parendum sit, cum non sufficiat alterum esse verum; feces in istis, ex contraria omnino ratione, l. in eo 110. §. 1. D. de regulis iuris, l. si heredi, D. de condit. inst. l. non quocunque 82. §. fin. D. de legatis 1. non ergo alternata conditio deficit, eo quod altera defecerit, & falsa existerit. Subsistit eiusdem principij fundamento lex si stichum 16. codem iit. D. de verborum obligation. nam si stichum, aut Pamphilum mihi debebas, & alter ex eis meus factus sit ex aliqua causa, reliquum debetur mihi à te, nec eo dissoluitur stipulatio. Sic tentit Julianus in l. cum is 32. D. de condition. in debitis. in qua cura quis sub alternatione stichum, aut Pamphilum debeset, & tradidisset utrumque

trumque, & postea alter ex his de-  
sisset in rerum natura esse, nihil con-  
ditione indebiti repetet, ex illa ratio-  
ne, id enim remanet in soluto, quod  
superest. Sed parua loquor: nam si  
Stichum aut Pamphilum stipularer,  
qui Pamphilus stipulationis tempo-  
re mens esset, supererit in Sticho al-  
ternata stipulationis obligatio, diffi-  
cile est. si duo 128. D. de verborum obliga-  
tioni. quam exactius discutiemus in-  
fra, cum tractemus, an utraque res in  
obligatione alternativa consistat, pro  
sua enim sententia Madera noster in-  
duxit legem istam) quæ omnia un-  
de prouenient, nisi ab eo certo prin-  
cipio, quod substrinximus in alterna-  
tiva sufficere verum esse alterum, si-  
ue ante stipulationem, & legitum, si-  
ue ex post facto alterum d. fecerit.  
Nec defecit Consultus, qui verbis  
expressis rationem istam compro-  
baret: nam præpterquam præscri-  
psi satis demonstrant, sed tamen VI-  
pian. in l. cum querebatur 13. D.  
indicationem solui. pro nobis expre-  
sus est, in illa stipulatione si nanis ex  
Asia venerit, aut si Titius Consul fuerit:  
in qua committi stipulationem res-  
pondet, si altera conditionum vene-  
rit: reddit que rationem, altera causa  
enim non utraque inheret stipula-  
tioni, quasi diceret, altera causa e-  
num vera est, & altera falsa, non utra-  
que. Expressus & Julianus est in l. siis  
qui ducenta 14. §. vitrum 3. D. de rebus  
dub. ibi: Quod quamvis altero facto  
verum sit, hoc aut illud vere factum es-  
se, &c. Vt sentiunt interpretes in ea:  
(in qua non immoror, dum maiorem  
præbere illustrationem paramus)  
Quæ omnia axioma istud perspicue  
produnt, receptum fuisse apud nos-  
tres Consultos Iuris Iustiniane au-  
tores: à quibus doctissime accepit A-  
lexander Tertius in capit. inter cate-  
ras 4. de rescriptis, & sua decisione  
probauit: constare posse disiuncti-

nam, quamvis eius altera pars falsa  
sit.

Hæc maxime fidem maximam  
faciunt pro communi, nostraque sen-  
tentia. Sed parum in palæstra conse-  
quutis sumus dum fortissimus sistit in  
ea vixit, in superabilis pene, Gregor.  
Lopez Madera dict. capit. 20. suarum  
animadversionum: defendens enun-  
ciationem alternatiuam nullatenus  
constare posse, nisi eius utraque pars  
constet vero, veroque nitatur. Ad  
struit sententiam suam ex dict. l. § 16  
duo rei, D. de verbor. obligation. & Au-  
then. si quando ad finem, C. de constitut.  
pecun. & quia terminorum habilitas  
non datur, nisi ex æquo unus, aut al-  
ter verus esse possit, secus autem es-  
se, quando alternativa enunciatio in  
concreto consideratur commixta  
cum effectu, siue solutione: tunc e-  
nim quamvis alterum non præste-  
tur, alterum tamen præstat: & dis-  
iunctio fuit alternativa, cum utrum-  
que à principio in obligatione fuit.  
Nec obstare huic resolutioni Pro-  
culi responsum dict. l. hæc verba. & A.  
Gellij, Ciceronis que sententias, quia  
loquuntur de proprio dialecticorum  
disiuncto: cuius ea natura est, vt si  
in eo sit alterum verum, erit alterum  
falsum: quia ex contrarijs terminis  
debet configi: hæc in summa doctissimi  
Maderæ sententia.

Sed nos, qui nullum admittimus  
discremen inter disiuncta Grammati-  
corum, Dialecticorum, & Iurispru-  
dentum (vt longe, latè que docimus  
capitibus superioribus) gratissimi vi-  
ri renuetus voto: darem manus, si  
Iurisconsulti alicuius præberet res-  
ponsum in suæ sententiaz fide-  
iussionem, comprobationem que  
discriminis; imò contra responsa,  
& argumenta hoc capite digesta,  
aut conclusa fidem tradunt contra-  
riam. Quis quantumuis audacis, &  
repugnantis animi non acquiesceret  
Proculi

Proculi autoritati, & responso dicit.  
*t.h.ee verba.* Pandectarum volumini  
 inserto : in quo magnus explicat  
 Consultus Iurisconsultorum disiun-  
 cta ex dialecticorum effatis, & axio-  
 matibus, (ut feliciter iudicio meo  
 hoc capite altius penetraui respon-  
 sum) & virumque commisceret : et si  
 dialecticorum disiuncta discriminatur  
 (secundum Maderam) a Iurispruden-  
 tum, quia illa ex contrarijs ter-  
 minis constant: non idem in istis repe-  
 rimus? ita est. Quid in illa disiun-  
 ctione principij, *de iure personarum*,  
 ut omnes homines, aut liberi sunt, aut  
 servi: aut ingenui sunt, aut libertini  
 in fine eiusdem tituli: nonne omni-  
 no disiuncta sunt, & contraria? Quid  
 in *L plane 34. §. si ita delegat. 1.* in lega-  
 to fundi, vel ususfructus? quod duo  
 legata continere resolutuit Consultus,  
 quia omnino ad eas sunt ex lege 1. &  
 2. *D. de usufructu.* Quid in *L saxe 53.*  
*D. de verborum significacione.* in quo dis-  
 iuncta, & separata à coniunctis sepa-  
 ratur, cum disiuncta omnino ad eas  
 contineant: ut potè in illa, *agnatorum*,  
*Gentiliumque*, quidquid reclamat Bu-  
 dæus: & in illa, quod eū dare facere op-  
 portet: quæ nihil disiunguntur à dia-  
 lectico illo, aut dies, aut nox, aut ab  
 alijs à me coniunctis, *cap. 2.* Quid de  
 lege si quis quidquid in illud, aut illud  
 factum non erit, contraria contineat,  
 an sub contraria. Inde est, quod con-  
 trarietatis ratione propue Consul-  
 ti vocent huiusmodi legata. Stipula-  
 tiones, atque conditiones disiunctas,  
 separatas: *Theophilus*, *§ 12. utr. 1. 13.*  
*leg. si quis 13. D. de rebus dubijs*, §. si  
*plures 11. instit. de heredib. instituend. l.*  
*s. D. codem, l. cum pupillus 76. §. 1. D.*  
*de condition. institut.* (ut supra latius  
 explicui, *cap. 2. cum disiunctuam tra-*  
*ctauit*) & regulariter cum promitto  
 Suchum, aut Pamphilem (ut in iu-

ribus datis) hæc disiuncta contra-  
 rietatem continet: si non ex natura 18  
 rei, ex voluntate disponentis; cum à  
 iure eam disponendi potestatem ob-  
 tinuerit, vnum enim solummodo so-  
 lutioni designat, ut fatetur idem Ma-  
 dera dicit. *cap. 17. num. 20.* alias enon  
 deberetur virumque alternatum (nec  
 nunc quæstione alia inuoluit: an si  
 viraque res in alternativa contenta  
 obnoxia obligationi sit, ut Mader-  
 a dicit. *cap. 20 numer. 17.* scribit, & fun-  
 damentum facit suæ sententiæ, quod  
 aptius utiliusque infra discussiam) ca-  
 dit ergo præcipuum doctissimi viri  
 fundamentum discriminis: quo subla-  
 to, campus aperitur planus, in quo  
 concurrent æ qualiter dialecticorum,  
 & iurisprudentum disiuncta, ac per  
 consequens in omni enunciatione al-  
 ternativa alterum sufficere esse verū,  
 cum id dialecticorum certissimum es-  
 fatum fuerit.

Nec inuenio, quò tendat discri-  
 men illud alternativæ enunciationis,  
 aut solutionis, ut in illa virumque  
 verum ad esse, sit necesse; secus in ista,  
 cum imò, eo ipso quod ego alterna-  
 tam enunciationem constituio, in ipso  
 conceptionis momento enunciatio-  
 nis admitto, aut designo alterum so-  
 lutioni solummodo; alias copulati-  
 ue, & coniunctive enunciarem, & de-  
 beretur virumque, dicit. *L saxe 53. de*  
*verborum obligatione.* quod ac media  
 philosophia Aristoteles dicit, *libr. 1.*  
*de interpretat. cap. 6.* ut eleganter in si-  
 mili argumentatur *Fab. libr. 17. Con. ca-*  
*pit. 18.* cum eo animo alternativa po-  
 sita sit, ut si altera eius pars defecerit,  
 altera præsteatur, & ad impletatur (ut  
 capite isto multis complobauimus  
 responsis) non ergo alternata enun-  
 ciatio virumque requirit, potius au-  
 tem excludit. Opponit grauissimus  
 vir in habilitatem terminorum, quo-  
 ties enunciamus illud, aut illud. Quo-  
 rum virumque verum non est: cum

si alterum falsum sit, iam non illud, aut illud erit: id magis in solutione obstat, cum iam non posset illud, aut illud solu: quod tamen ipsum non comprimit; sed in enunciatione alternativa, ut enunciatione alternativa  
20 esset, non requireretur: cum ea constet solummodo ex formatione verborum: & quamvis illud, aut illud falsum sit, enunciatione illa per verba disjunctiva composita, alternativa erit Quæ ratio tantum apud me vallet, ut persuadeat nulla alia contraria superari. Sane enim enunciationem est illud, aut illud, quod ad eius formam nihil amplius desiderat, & an si vtrumque, aut alterum falsum, vel verum sit. Enunciatione enim ex Maderæ sententia in abstracto à solutione consideratur, & tunc remanet in nudæ orationis terminis, quæ ipsis rebus, id est solutioni anteit, Aristotel. in Epistol. Rhetorica ad Alexandrum: oratio autem constat solummodo nominibus, & verbis, ut ipsa res satis demonstrat, & dixit id est Aristotel. libr. 3. Rhetoricorum ad Theodectem cap. 2. Quid ergo prohibebit, ut configi enunciatione possit de illo, aut de illo: quamvis vtrumque, vel alterum falsum sit? Hæc valde commouent, ut leui per curram pede Aristotelis lib. 1. de interpretatione caput

21 4. Quod integrum disquisitionem nostram maxime illustrat, & portas huic veritati aperit. Inquit enim Magnus Philosophus, orationem, vocem esse significatiuam, quæ in affirmatione, vel negatione consistit; non autem omnem orationem enunciatiuam esse, sed eam tantum, quæ vera est, aut falsa. Hæc autem enunciatione oratio constat ex verbo, aut casu verbi: & aut est una, id est, quæ unum significat, aut sunt plures, quæ plura, & non unum significant. Aut ex, quæ carent coniunctione (id est disjunctæ,

de quibus noster sermo) diuidit statim enunciationem in simplicem, & compostam: enunciatio simplex est, vox significativa essendi quipiam, vel non essendi (sic vertit barbare Argyropilus Byzantius) quæ consistit in affirmatione, & negatione: affirmatio est de aliquo alicuius enunciatio: negatio autem enunciatio, qua aliquid ab aliquo dimouetur: transfero verba latina (quæ animaduertas pre cor candide Lector) Quoniam autem fieri potest, ut quod competit, enunciatur ut non competens; & contra quod non competit, voti competenter: & quod competit ut competitor: & quod non competit, ut non competitor: & circa ea tempora, quæ sunt extra præsens. Similiter fieri sane poterit, ut omne quod affirmauit quipiam, negetur, & quod negauit quipiam, affirmetur: quare patet, cuilibet affirmationi negationem, & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam, &c. Considera qualiter Philosophorum Princeps concludat, enunciatiuam orationem verbis solummodo constare, & veram esse eam, quæ falsa, aut vera sit, & contineat affirmationem, seu negationem: ad iniucemque me enunciare posse falsum, ut quod competit, non competit; & quod non competit, ut competit: & contra verum, ut quod competit, competit. Proueniunt autem hæc omnia inde, quia cum enunciatiuam oratio ex verborum constet compositione tantum (ut prædixi) possum bene eam circa vera, aut falsa componere. Prohibebimus enunciatiuum emptionem, aut stipulationem facere de rebus, quæ in commercio nostro non sunt? Non cœquidem, per ridiculū talia assuerare esset, cum ipsa ratio, & tāta nostri iuris responsa certum reddant, factum sic multoties fuisse. Nullum sane adipiscetur effectum stipulatio, aut emptio, obstante iure, sed non desinet in-

de, enunciatiuum contractum factum fuisse. Sic diudica in disiunctiuua enunciatione, illud, aut illud, cuius si altera pars falsa sit, stipulatio, legatum, conditio non eo minus celebra erunt per disiunctiuam formam, aut orationem. Per optime

<sup>23</sup> Magnus rationis magister Aristot, lib. 8. Topicorum, cap. 5. Quod autem falsa si oratio, dicentis peccatum potius est, quam orationis; at ne quidem dicens semper sed cum lateat ipsum, quod falsam orationem dixit aliquam, eo quod secundum se suscipimus cum pluribus veris quippiam amplius, ut potè si existimabam duos seruos habere, quorum unus tantum in rebus humanis, aut meus erat: alternatitie legavi illum, aut illum: legatum Mehercle alternatum erit, & superstes prætabitur l. s. stichum 16. dict. l. si duo 128. de verbor. obligation. id inde quia aliquando suscipimus verum, & quippiam amplius.

Sed comprehendamus, & penetremus disiunctiuam orationem: ut certo iectu certam huius rei scientiam reperiamus. In disiunctiuua oratione formam, materiam, voluntatem, & causam efficientem, ut in ceteris actibus, dare debemus: & tunc aut formæ eductio, sine præparatione materiæ sistere potest, quæ fuit l. Cassaris Scaligeri sententia de subtilitate ad Cardanum exercitatione 9. cap. 5. Sicque recte formare possumus orationem disiunctiuam, illud, aut illud abo: quamvis certa voluntas materia lis fuerit præstandi disiunctive illud, aut illud: quia alterum, aut quia non erat, aut non meum; falso promissi, & submendatio designavi. Secundum enim Scaligeri sententiam formatio enunciatiæ disiunctionis, non pendet a materia voluntatis, & veritate consensus, reique in contractum deducet. Aut forma, quod Philosophorum communius votum fuit <sup>24</sup> vi rego 2. tom.

Paral. dicta à materia dependet, ita ut præparari ista debeat, & tanquam ex eius ventre deduci forma: recte disiunctiuam in altera parte falsam formare potero: principio eo asserto, à me multis comprobato, & defenso dict. 2. tom. contractus & legati materia voluntatem de aliqua re præstanta esse, non ipsam rem; vt à pluribus antiquis, & nonioribus scriptū est: nulla repellere vis, quominus formare voluntatem meam possim, depræstante illud, aut illud; quamvis alterum fallum, id est in rerum natura non fuerit. Ea enim est mea voluntas, sine vera, siue falsa; & sic fertur actus, sic ifte formam habebit disiunctiuam, & materiam voluntatis præstanti illud aut illud, & potestatem disponentis: quia cum altera pars disiunctiuæ vera sit, disponsns satis poterit offerre illud, aut illud: cum altero ad impletio suam ad impletat obligationem: nec ad aliud amplius possit compeli. Nec ne causam efficientem? Ita est idea intellectualis disponentis, qui in sua idea excogitare potest disiunctiuam orationem in altera parte falsam, & sic excogitata efficere, id est formaliter oratione enunciare (ut dict. tom. 2. probo) mire tamen Plato in Sophist. ad finem fol. mibi 167. Posquam oratio partim vera, partim falsa esse apparet: cogitatio vero interior ipsius animæ collectio, opinio vero cogitationis conclusio, in qua opinionis sensusque commixtio reperitur, necessarium esse videtur, ut cogitationes, opinionesque partim vera, partim falsæ sint: quippe cum sint orationi cognata (Græca omittit) consistat ergo (recta consideratione circumspectus) actus iste forma, materia, potestate, voluntate, & causa efficiente: quibus partibus cuncti humanorum actus perficiuntur.

Et concludo denique (si veram disiunctiuæ introspicimus naturam,) non sufficere solam, alteram eius esse

25 partem falsam, sed quodammodo necessario requiri: nam alias cū subdivisio*n*tiū*u*s confunderetur ex sententia Proculi, qui verum hoc constituit dis*c*rimen inter dis*u*nctio*n*is, & subdivisiō*n*is, dicit. hae verba 124. (& nos supra ex cap. 3.) camque esse dis*u*nctiū*n*am naturam demonstrat satis, quod in ea

sufficiat alterum ad impleri: & utrūque enunciatum esse: imo (quod dignum animaduersione est) si altera pars falsa sit, dis*u*nctiū*n*a ista dis*u*nctior erit. Distat ergo res à re, verum à falso, & voluntate, & forma, quæ perfe*c*tiō*n*em reddent dis*u*nctiū*n*am, arg. l. 1. D. de orig. iuris.

## C A P. V.

**I**N Quo latè dis*u*nitur an in alternati*n*a negativa debeat utrumque ad impleri. 1. Referuntur aliqui, qui in affirmati*n*as fuerint sententia. 2. Qui in contraria. 3. Iasonis, & aliorum quasi media sententia. 4. Autor primam sequitur. 5. Et sequentibus paraphras*i* Juliani responsi in l. si is qui ducenta 13 §. cum ita, D. dreb. dub. 6. Hotomani emendatio ad eum re*u*icitur. 7. Laudatur doctissimus D. Ioann. Larrea. 8. Lux Vlpiano datur in l. b. Ieruu*s* 9. §. 1. D. si quis cautionibus. 9. Accursij interpretatio oppugnatur ad dict. §. cum ita. 10. Stipulationis forma varia fuit, aliquando incipiebat à conditione, aliquando à dispositione, & petitione. 11. Versiculus, vel ut proprius in dict. §. cum ita explicatur. 12. Acceditur ad terribile Juliani responsum in §. utrum, dict. l. si is qui ducenta. 13. Sententia aliorum ad eum referuntur. 14. Late laboratur super vers. Animaduertendum. 15. Accursij antiquorū sententia datur ad eum. 16. & 17. Hotomani, & Cuiacij emendationes. 18. Acriter defenditur Florentina lectio. 19. Proprius acceditur ad veram eiusdem, §. interpretationem. 20. & ille, ad remotiora; hic ad proximiora ex communi utrūque referuntur. 21. Sed nō semper acceptus hic usus ab antiquis. 22. Multis exemplis probatur. 23. & ille, pro hic 24. Formula recepta loquendi, ille ego. 25. Aliquando & hic solum accipitur relative ad diuersas personas. 26. Laboriosum caput pro rei subtilitate, & responsorum, quæ defenduntur.

**S**IC rapimur ratio*n*is vi, & virtute, nō autoritatis reverentia, aut horrore; perseverabimus semper in hoc recto cursu, ut in hoc trahendam effatū istud tramite videbitis. Cum enim proximi*r* capite defenderimus, in dis*u*nctione alternata alteram partē esse veram: in presentiarum perquirimus, an axioma, seu effatum istud trahendum esset ad dis*u*nctiones ne-

gatiū*n*? Cuncta enim nostra contētio fuit in superioribus affirmati*n*as super. Ominor inde dubium, quia plura (ni humane fallor) Consultorum responsa conuenire video, in quibus negativa dis*u*nctio utrumque alternatō*m* verum esse, requirat. Sed quæ ista fatalis discordia ingenerans sententiarum discordias, aperta pugna, in ipsis Iurisprudenti*x* interpretes Ne-gant enim plurimi, in negati*n*is dis*u*nctionib*u*s utrumque alternatum necessarium

cessarium esse: accipe aliquos mag-  
ni, receptique nominis apud nos:tos:  
Immol. in cap. inter ceteras de rescri-  
ptis, ubi Decius num. 26. Felin. numer.  
10. Socinū, Dyn. Ram. in l. si quis du-  
centa 11. §. cum ita, & in §. utrum de re-  
bus dubijs, Andream in Mercurial. in  
regul. in alternatinis de regulis iuris lib.  
6. ubi Dyn. Nicol. Euerard. in loco à  
natura alternatioñorū, num. 8. Francis-  
cū Hotoman. lib. 3. obseruation. cap. 1.  
Vonel. in l. si quis 63. de verb. oblig.  
vbi Alex. Gregor. Lopcz. ad eā cap.  
24. animaduers. Fatoꝝ communioñē  
interpretibus nostis sententiam istā  
fuisse, sed & in contrariam alij mag-  
ni nominis iuerunt, qui in negatiua ad  
implendum esse utrumque diindica-  
runt, fuerunt Angelus dict. l. si quis ita  
stipulatus, Marian. conf. 2. Panormi-  
tanus, Cardinalis, & Butrius dict. cap.  
inter ceteras, Baldus in l. generaliter, C.  
de instit. & substit. Ias. in l. penul. de ver-  
bor. significat. Sic iuspicer sentire Co-  
ciacium dict. §. cum ita, & §. utrum, &  
lib. 5. obseru. cap. 3. A. Goucan lib. 2 va-  
riarum, cap. 22. Atque Ostald. ad Don.  
25. comm. cap. 12. lit. K. A. Fabt. libr. 17.  
con. cap. 18. circa finem, Gotofred. in  
dict. l. generaliter 6. in notis ad eam.  
Alij se distinctione communierūt: uā  
alon dict. l. si quis ita, num. 7. Genera-  
lem regulam probans, in disiunctiuā  
negatiua sufficere alterum: alium sub  
intrat trahit, illum scilicet disse-  
cans, quod si exordium stipulatio à co-  
uentione pñnali habuit, veluti promis-  
tis centum si hominem, aut fundum non  
dederis: tunc sufficiat, alterum factum  
esse; si vero incipiat stipulatio à con-  
ditione negatiua, veluti si illud, aut il-  
lud non dederis, centum dare spondes? ut-  
rumque efficiendum est: n̄ qua fuit  
P. de Bellapertica, Rainet, & Alberi-  
cus in eadem lege, & postea Alciat. nn.  
16. & ante hos Accur. & Bart. dict. §.  
cum ita. Nam cum viderent quædam  
Iurisconsultorum responsa perspicue-

verumque alternatum ad impléduum  
esse, demonstrare; quædam contrariū  
innuere: præscriptæ distinctionis fo-  
dere pacem imaginariam pacti sunt.

Sic super quæstione ista vario e-  
uentu hucusque decertatum rest: quid  
nos? Quorum partes sequemur? In-  
certus Mehercle appetet eventus  
belli; & fortunæ: & sine timiditate,  
aut temeritate nulli partium nos  
committere poterimus. Sed aliud  
sentio; imò securissime commis-  
cebimur eorum castris: sub eorum  
signis merebimus, qui in negatiua dis-  
junctione defendunt utrumque, aut  
neutruum faciendum esse. Huius inda-  
gatio sententiaz per rectas rationes,  
per civilia responsa procedete debe-  
bit: nos sic etiam scrutabimur tantis  
ducibus, quibus superiora superatur,  
& abstrusiora inueniuntur. D'istendo  
manum ad leges: ad altissima Iuriscon-  
sultorum responsa: quæ alite ingenio  
superuolare Icareum nefas ostendi-  
tur: pro Deus quanta est crepido illa  
Iuliani lib singulari de ambiguitatib. in  
l. si quis ducenta 13. §. cum ita 2. §. utrum  
3. & seqq. D. de rebus dubijs, apud quā  
excellentissimi heroest aufragium fe-  
cerunt, aut ingenij consecrarent ta-  
billas. Precipue Fran. Hotoman, qui  
lib. 3. obseruat cap. 1. Disrumpere varijs  
iectibus, in calum datis, scopulos cona-  
tor istos: sed adhuc stant, a ternumque  
stabunt: audi παραφεσιν responsa  
rum Iuliani, ex quibus secura nostre  
sententiaz fundamenta subiecio. Scri-  
psi Consoltius. Cum ita stipulationem  
concipimus si hominem, aut fundum non  
dederis, centum dare spondes? Utrumque  
est faciendum, ne stipulatio committatur,  
id est siue alterum siue neutruum factum  
sit, tenebit stipulatio. Quid expressius  
pro nostra sententia? Nam quamuis  
disiunctio alternata altera parte con-  
tēta sit, id recipimus si affirmative sit  
enuntiata; secus quando negatiue co-  
cepta. Quæ verba tantam Fran. Ho-  
7

romano offuderunt caliginem, ut cōfessione expressa non erubuerit longe de iure ciuili bene meritus vir profiteri, se non intelligere, quid sit, quod in disiunctiuis enunciationibus virumque verum esse oporteat, contra l. hec verba i 24. D. de verbis significat. & alias, quas praecedenti capite dedimus. Vnde verba illa restituenda iudicat, ut disiunctiua loco, aut, reponatur coniunctiva Et, motus aliquatenus ex Acurij glos. qui in verbo. Non dederit: aut, pro & accipiendum esse scribit. Sed hoc non est remediu, sed crudelissimum vulnus infligere. Constat per me Florentina lectio: nec id repetitur et rat Julianus in eius §. contextura, cum inferiori loco copulatiuam negatiuam tractet, si Stichū & Damā & Herotem non susterit, decem dari? Ergo in principio disiunctiū namegit. Sed quid? necessariū est Horomano profusa emendationetuenda, alia plura emendare iura à nobis subdenda: nam quamvis non fuerit verius corrumpere subsequentem §. vtrum, turpissimum iudicabit quicunque, fore fædanda, & scissionis remedium necessarium esse in alijs quibuscumque responsis, admittentibus in disiunctione alternata negatiua virumque. Tribuamus ergo intemperatiꝝ, & luxuriae emendandi, emendationē; quam necessitati, recte quedoctrinæ.

Procedit Consultus. Idemque est evidenter cum propositis specialiter pluribus rebus, quas fieri volumus, ita stipulamur. Si quid eorum factum nō erit, veluti Stichū, & Damā, & Herotem sistiti: si quis eorum non susterit, decem dari? Necessere est enim omnes esse sistendos, ut stipulationi satisfiat. Recte evidenter, nā in prima stipulatione vrgebat disiunctionis natura, ut alterū ad sereremus, non virumque; at in stipulatione ista percopulatiuam coniuncta, & cōposita, evidentius virumque esse faciendum apparet; cum ea sit coniuncti-

tionis vis, & natura, ut utique copulatum requirat l. 5. D. de condit infra l. seq. de verbis significat. cum vulgaris (quod grauiter declarat, & docet 8 veredoctus, & vere jurisconsultus Academiæ decor, & tribunalis sapientia, doctissimus D.D. Joan. Baptista Larrea in Centur. 2. decis. Granatensis. decis. 61. num. 10. 11. & seqq. A quo interpretatione illustratione & responsorum veritate donaberis. Præcipue cū Cōsultus addiderit, propositis spectabiliter pluribus rebus: quasi diceret, stipulationem fuisse conceptam primo. Promitti stichū, & Damā, & Herotem sistere? & postea additum, si quid eorum factum non erit, &c. Tūc enim planius est, stipulantem voluisse omne in stipulatione deductum ad impletandū esse id est Stichū, & Damā, & Herotem sistendos esse Hinc damū spaciū Vlpian. in l. si seruus 9. §. 1. D. si quis canitionibus, ibi: si plurium servorum nomine iudicio sistendi causa, una stipulatio ne promittatur. p. anam quidens integrum committit, licet unus status non sit, Labecat, quia verum sit, omnes statos non esse, stipulatio ergo celebrata fuit, ut plures sistenterunt servi, copulatio ex Juliani formula in nostro §. cum ita, id est una stipulatione promittatur proprie quod, quamvis unus status non sit, pena committetur integrā: quia verum sit, omnes statos non esse, id est non satisfactum copulatio, sistendi ferum illum, & illū (circa hoc Vlpiani responsum expecta à me grauiora retinētā infra) ex his meritoprobo. Cū iatiū in nos ad nostrum, §. cum ita, 10 notantem Acurij interpretationem, intelligentis in principio hanc §. in illa stipulatione, si hominem aut fundū non dederis, centum dari spondes? Conceptam fuisse stipulationē priorem. Promittis mibi hominem, & fundū, & postea descensum fuisse ad penalem stipulationem, si hominē, aut fundū non dederis, &c. Suppositio enim ista

ista glossatoris parum recta, minusque subtilis, & omnino falsa, quæ enim difficultas inde prodiret? Quæ res dubia ad titulum? Quod illud eiusdem retractationis inuolucrum insipidum, barbarum, exterminatum à doctrina, elegantia, breuitate iurisprudentum? (vt in Hotomanum inieciimus proxime supra) quid respondendum esset illis? Cum ita stipulationem concipi mus. Quæ signare certoque indice demonstrant questionis dubium. Iurisconsultum hæsiisse inde, quia nullis alijs præmissis stipulatio celebrata fuerit subconditione illa pænali: inde que subiicit Consultus in proxima stipulatione, idemque est evidenter, cum propositis specialiter pluribus rebus. Quia evidētia oritur ex eo, quod subcopulativa, & propositis pluribus rebus, concepta fuerit stipulatio (vt enucleauit proxime) debuit enim Acurius considerare, formam semper

**11** stipulationis variari: incipiendo aliquando à conditione; aliquando à dispositione, & petitione, elegans tex. in l. ita stipulatus t. 15. §. itē 2. vers. ita qd. de V.O. imò formula certissima stipulationē erat, cum pænam stipulabatur aliquis, vt aliquid fieret, sic conciperet stipulationem. si hominem, aut fundum nō deris, vel sic, si ita factum non erit, noster §. cum ita, §. vtrum, l. cum quæd t. 1. continuus t. 37. §. sive aliquid t. D. de verbis obligat. §. fin. inst. eod. vt condicionaliter proponeretur stipulatio. Manebit ergo in nostro §. cum ita subconditione cōceptam stipulationem fuisse, eamque disquisisse Julianum. Quibus clando interpretationē versiculi, tantam negatiuæ vim esse, ut parariet Consultus disjunctionem negatiuam, & copulativam, arg. dict. l. sape de verbis significat.

Hæc cuncta præclariora subseqvēs versiculos reddit: subdit enim Julianus. Vel (vt proprius accedamus) singamus, ita stipulationem factam, si Stichū,

& Damam, & Herotem non stiterit decem dari? Nec enim dubitabimus, quim aque omnes sibi oporteat. Tā ut proprius accedamus, nota: quæ magis insultat Acurianæ interpretationi prænotata proxime: nam cum Julianus formam stipulationis duplē proposuisset: primam, si illud, aut illud nō deris: secundam, si quid eorum factum nō erit, &c. & cū in hac secunda stipulatione variatū fuisset à prima, quia ante pænale stipulationē proposita stipulationis petitio fuerat: nūc se accedere proprius, ait; qui proprius? quia à cōditione initiu stipulatio habuit tec̄tia, vt & prima ipsa, quod in secunda nō fuit. Quæ certa cōsideratio euerit radicius Acuriū coniecturam, propugnatam supra in principio nostri §. cum ita, aliam sub intelligendam interpretationem. Quæque recte animaduersa confundunt altius Hotomani emendationem suo loco condēnatam: & aliorum, reponentium in principio §. nostri si hominem, & fundum, vel sic si hominem, ac fundum, qui cum ingenij alis adprehendere responsi altitudinem nequirēt, vi & violentia capere, quem virtute non potuerunt, conatisunt. Enī Lector, ita me doctriament, verā subtilissimi Juliani interpretationem, docentis, negotiū disjunctionem cūdem operari effectum, quem copulativam negatiuam.

Timidius in palestram §. vtrum, 13 descendō. Proh Deus! quanta in eo monumenta horroris, & stragiscruēta signalquanta, quamque altissima Julianiarū est, quamque insuperabilis tamen tentabimus, faxit Deus! ne in casum superare, & oppugnare rationis arietē, & ingenij scalis: sed hæ fragiles, & graues, & accedo tamen. Verba Juliani sunt. Vtrum ita concipias stipulationem, si illud, aut illud factum non erit, an hoc modo, si quod eorum factum non erit, quæ ut fierent comprehen-

ſaſunt, hoc intereſt. Sunt qui dixerint, in  
 14 hoc §. reuocare Julianum, quam in §.  
 antecedenti, ſententiam, dixerat, quos  
 merito notant Cuiacius in commenta-  
 rio ad hanc legem, & antiqui plures: fo-  
 lum enim Consultus hic agit conſti-  
 tuere ſubtiliſſimam diſtentiam in-  
 ter ſtipulationes iſtas, vt bene aduer-  
 tit A. Gouean, lib. 2. variarum, cap. 20.  
 nam cum in §. cum ita, proximo tra-  
 tasset Consultus ſimul ſtipulationes  
 iſtas, ſi illud, aut illud factum non erit, &  
 ſequid eorum factum non erit, & eundem  
 ambabus attribuiffet effectum: ſcili-  
 cet utrumque faciendum eſſe (vt edi-  
 ſerui latè) nunc ſubtiliſſimam ri-  
 matur diſtentiam, qua ſtipulationes,  
 quæ eundem effectum ſortiuntur, diſ-  
 criminentur: id indicat rō hoc intereſt,  
 Juliani: atque ſequentia demonstrant  
 evidenter. Quam diſtentiam pru-  
 denti attentione Consultus ſubſcrip-  
 fit: nam cum ſtipulationē formæ diſ-  
 tarent: & ratio, qua diſunctiones ne-  
 gatiæ ſic operarentur, in abdito eſ-  
 ſet: non dum ſibi ſatisfactum Julianus  
 animaduertit: nondum ſibi ſatis pro-  
 pugnatam, defenſam que ſatis ſuſt  
 ſubtiliſſimam reponſi ſententiam, viſum  
 fuerat, ni diſcrimina, & latebras ra-  
 tionis indagaret. Quæ ſine dubio in  
 cauſa fuerūt Juliano, viſu iſceret reſ-  
 ponſum iſtud, & ſequentia. Iſta cu-  
 ſta præmaxime conduceat ad illuſtra-  
 tionem §. cum ita, & ab eo dependent.  
 Quæ conſideratio iuuat maxime Ho-  
 zomani ſententiam dicit lib. 3. cap. 1. il-  
 lam ſtipulationem ſiquid eorū copu-  
 latiue factā fuſſe: quodq; adſtrinuit ſa-  
 tis illa, quæ ut fierent comprehenſa ſunt.

Sed hæc omnia, ſatis conſona, cu-  
 iuſcumque demulcerent aures, niſi e-  
 uerteret funditus omnia verſiculus  
 animaduertendum noſtri §. audi verba,  
 & perpende. Animaduertendum igitur  
 eſt, quid ſit de quo queritur, nam cum ita  
 cōcipio, ſi illud, aut illud nō fuerit, quæ-  
 ri debet, an aliquod factum non ſit, illius

effectus hiceſt, vt neutrū ſiat; huius au-  
 tem, vt utramque ſiat; nec in illo prodeſt,  
 aliiquid non feciſſe, ſi aliiquid factum ſit;  
 nec in hoc aliiquid feciſſe, ſi aliiquid fa-  
 ctum non ſit. Julianus autē in hoc ver-  
 ſiculo in principio præpoſitam quæſi-  
 tionem reſoluit, & diſcrimen deſignat ſtipulationum illarum, ſi illud, aut  
 illud factum non fuerit, & ſi quid eorum  
 factum now fuerit, quæ ut fieret com-  
 prehenſa ſunt. Effectum autem, inquit, il-  
 lius (ſecundæ) ſtipulationis eſt, vt neutrū  
 ſiat: propter id enim pæna cōſ-  
 tituitur; huius autem ſcilicet ſi illud,  
 aut illud, &c. ut utramque ſiat, nam ſi  
 ſtichum, aut fundum promiſſor non  
 tradiderit, centum dabit. Quæ quidē  
 euidenter demonſtrant cōtrarias ſti-  
 pulationes a Juliano in §. iſto propo-  
 fitas, faciendi vnam, non faciendi alte-  
 ram, propter quod reſoluit Julianus,  
 quod in ſtipulatione non facieſdi, neu-  
 tiquam ſufficiat aliiquid factum non  
 eſſe, ſi aliiquid factum ſit: & ſimiliter  
 in ſtipulatione faciendi, aliiquid factū  
 eſſe, ſi aliiquid factum non ſit. Quæ ſic  
 animaduera nullatenus conuenire  
 poſſant præpoſitis ſtipulationibus,  
 quæ ambæ faciendi ſunt, ut illa, ſi il-  
 lud, aut illud factum non erit & illa: ſi  
 quod eorum factum non erit, quæ ut fie-  
 rent, &c.

Ab Accurſio, & antiquioribus vſ- 16  
 que ad nouiſſimos conſenſum eſt in  
 hac diſſicultate, quæ in diſſolubiliſcu-  
 matis fere viſa ſuit: nec ſalubre adhibe-  
 ri poſte remediū ſine reſciſſione: quid  
 autem paruulus ego ſenſerim, nullius  
 fere ingenij, & doctriñæ? Licebit ergo  
 proſteri mihi, dies aliquot e fasti-  
 gio reponſi Juliani in humane nimis  
 ſuſpendiſſe mentem, & intellec-  
 tum: & quaſi bachiante hinc inde varjs  
 ambiſibus, & Leberyntis traxiſſe, ſi  
 forte, tanquam Ariadnæ filo, viſtor ab  
 illis emergete poſſem. Nam quod, ab  
 antiquis excogitatum eſt, ſine pericu-  
 lo noītæ nemo audebit probare. Ro- 17  
 gerius

gerius enim, & Acursius in nostro §. quos sequuntur Bart. Alber. P. de Castro, stipulationem illam, si illud, aut illud factum non erit, accipiunt de conventione non faciendi, ut sic caverentur à versiculo *Animaduertendum*. Misericordia errore, contra expressum §. cū ita, & evidentem rationem, & veritatem, quæ ex conditionali illa stipulatione deducitur, si illud, aut illud factū nō fuerit, &c. prælupponent ē faciēdi stipulationē fuisse: nam propter id ponitur poena, veluti si hominem, aut fundum non dederis centum dabis? quod & ipsi agnoscunt in hac stipulatione, & in illa, quæ eiusdē effectus est: si quid eorum factum non erit, quæ ut fierent comprehensa sunt: principie cum (ut iam probauerimus) illa stipulatio si illud, aut illud factum non fuerit, à conditione ipsa, non ab alia conventione exordium habuerit.

28 Hōtomanus lib. 3 obseruat. Cuiatius in commentario ad hunc text. & lib. 5. obseruat. cap. 3. Florentinam corixerunt lectionem in huius text. principio, transpositione negatiæ: nam cum vulgariter legere iout sic: si quid eorum factum non fuerit, quæ ut nō fierent, comprehensa sunt; restituerunt, si quid eorum factum fuerit, quæ ut nō fierent comprehensa sunt: ut duas stipulations constituerent faciendi vnam, ibi: si illud, et illud factum non fuerit, non faciendi alteram, ibi: si quid eorum factum fuerit, &c. ex formula legis continua 137. §. si ut aliquid 7. D. de verbis. obligat. quibüs eleganter versiculum *Animaduertendum* adaptant, scilicet illius effectus hic est, ut neutrū fiat (in stipulatione non faciendi) huīus autem (stipulationis faciēdi) ut virū fiat. Iuuat maxime emendationē, seu transpositionē, quod in antiquis codicibus (testibus Rogerio, Py. Placētino) legēatur sine negatiā: si illud, aut illud factū fuerit, quod nō displicet Acursius, & Bartol. hic. Albericus affir-

mat, sine negatione literam Pisaranam existere: quos, Cuiatius dict. cap. 3. observat. mendum vidisse, animaduertit, sed non locum. Quomodo odoquaque sit, pro emendatione ista maxime facit, vnam harum stipulationum nō faciendi fuisse: ad stipularique antiquissimos Codices: antiquissimorū interprates, vulgaris lectionis vsque ad superstitionem religiosissimōs, & per aptam versiculi *animaduertendum* consonantiam.

Hac cū etiā quenquamque commouere in eadem sententiam possent: nec ego cōtūmaciter despicio; sed tamen veriorem Florentinam, quæ receptior fuit, iudic: probant, sequuntur que cum Acursius, Bartol. Albericus, Paulus de Castro in nostro tex. A. Gouean. dict. cap. 20. variarum Robert. 2. recep. lect. cap 22. qui int̄chinui contra Cuiatij emendationem: quæ quidem lectio cum congruentem interpretationem possit accipere, non temere abrumpere debemus. Præter quod, pro certo habeo, Iulianum easdem retractasse stipulationes in §. virū, quas antea in §. cum na, tractauerat, ut iam scripsi. Et cum an. bā faciendi stipulations fuissent, subtilissimam inter vitramque formulam discebam, iam disquirit, ut bene A. Gouean. animaduertit; aliter enim si alter: a faciendi, alter: a non faciendi fuisse, in vanum, inōridiculum foret, discrimen rimari per tam varias causas, per tot discrimina rerum: quæ respōsum reddiderunt famosum, & celebre. Credi ergo debet, inde difficultatem prouenisse, quia cum eiusdē essent effectus stipulationes, tamē varijs, aut sere cōtrarijs producerentur causis, ut pote per disiunctuam, & copulativā cōniō cōtrarias, ex quo subtilissima prodit elegantia Iuliani. Adde his (quæ magni facio) Julianum in versic. *Animaduertendum*, postquam subtiliter multum dialectis profecisset effatis,

sic

sic responsum cōcludere, & resolute. Animaduertendum igitur est, quid sit de quo queritur. Nam cum ita conceptio: si illud, aut illud non fuerit: tractat ergo solummodo stipulationem facienda in principio, sub duplicitate propositam. Si autem & non facienda, tractasset, cū tam longis intervallis ambæ distarent, deberet addere: nam cū ita conceptio, si illud, aut illud non fuerit: & ita si illud, aut illud fuerit, vel per copulatum (vt infra dicam) quatenus enim Julianus posset stipulationem non facienda resoluere, axiomate cōstituto stipulationis facienda? Ergo necessario afferere debemus, Consultum respexisse stipulationem facienda, quia in principio sola illa sub forma verborum varia præposita erat: aliter enim non concludenter quæstionis propositæ respondēret. Ad idē tendit consideratio subsequentium verborum in codem vñs ibi: *Quari debet an aliquid factum non sit: id idē,* quia utraque stipulatio facienda fuit, alias si non facienda fuisset alia: quætere etiam deberet Consultus, an aliquid factum sit: quod pertinet ad stipulationem non facienda: vt si factum fuisset, committeretur pœna. Pro certo ergo habeo, nullam hic fuisse nō facienda stipulationem. Quæ si Cuiacius, & Hotoman. animaduerterent, forte crudelē emendationis remedium nō decerrent.

Hæc omnia quantum improbant transpositionem negatiæ, tantum probant Florentinam lectionem, quā nos sequimur. Quem ergo ad prehēdemus porū, sc̄iente tam horribili tempestate? Sed proh Deus! Primus ego conclamo terram, & insulam securissimam, in eo, vbi grassabatur 16-  
20 pestas, locovideo: forte iniuisam alijs, ea est animaduertendum versiculus, in quo sedes responsi Juliani, & resolutio. Proponit iste, animaduertendum esse, de quo quæratur: nam cum ita

cōcipio: si illud, aut illud nō fuerit, quæri debet, an aliquid factum sit: & quæstionis huius subdit rationem, & causas his verbis. Illius effectus hic est, vt neutrū fiat: illius (scilicet an aliquid factum non sit) id est, non facti effectus est, vt neutrū fiat: nam si in stipulatione facienda aliquid factum non sit, effectus nascitur, vt neutrū videatur factum, quamvis aliquid factum sit (vt in sequentibus magis Consultus explicat) Subdit Julianus: huius autem, vt vitrumque fiat: huius (scilicet propositi si illud, aut illud nō fuerit) effectus est, vt vitrumque fiat. Enelegantem, & fortē ab effectibus deductā rationem: quasi diceret, stipulationis effectus est, vt vitrumque fiat: & cum aliquid factum non sit, eo efficitur, vt neutrū sit factum, quamvis aliquid factum sit: merito ergo committitur stipulatio, quia neutrū factum fuit: & committetur pœna, quæ in casu vitriusque non facti proposita fuit. Adertas, precor, Julianum fere per eadem verba quæstionem eandem resoluisse, dict. §. cū ita ibi: *Vitrumq[ue] est faciendum, ne stipulatio committatur, id est sine alterum sic neutrū factum sit, tenebit stipulatio, vt in l. si quis ita i. 20. de verb. obligat.* ibi: *Exigendum erit, vt neutrū factū sit:* quæ si recte animaduentantur, sane quisque iudicij probabit interpretationem nostram, cum in eadem quæstione idem Consultus usurpauerit eandem sententiam, & verba. Magis que se Consulto explicat in sequentibus. Nec in illo prodest, aliquid non fecisse, si aliquid factum sit; attende respectum, quem conseruat Consultus ad illa: *quari debet an aliquid factum non sit:* nam cum ibi non facti quæstio esset, replicat Consultus, non prodest aliquid non esse factum, quamvis aliquid factum sit. Redargue et poteras: planum esse, in stipulatione facienda non prodesse posse non factum: id tam perspicuum es-

se,

se, ut commendatione non egeret. Sed attende tamen respectum à me consideratum: nā cum non facti quæstio esset proposita, ut aptissime responderet Consultus: nō facti mentionem facit, sed cum ea qualitate, quāvis aliquid factum sit: in quo nitebatur quæstio, si in stipulatione si illud, aut illud non fuerit: sufficeret aliquid factum non esse, si aliquid factum sit, & sic versiculū: nec in illo prodest, ut recte aestimes integrū considerare, & perpendere debes. I' mō hæc attentissime à Consulto subscripta fuerūt, nam à principio contra stipulationē istam hæc difficultas urgebat, in exordio capitū proposita, nec concludenter dissoluta ibi: *Quod quamvis alterō falso verum sit, hoc aut illud vere factū esse, non idē tamen verum erit, hoc aut illud non esse.* Quod quidem argumētam in disiunctione negativa fortissimum erat (ut latius infra explicabo) videbatur enim satisfactum disiūctiōni negatiuꝝ, si alterum factum nō esset, cū alterū factum esset: ei satis facit Julian. in vers. . nec in illo prodest: quia cum quæstio contrarietatem perplexam contineret, an sufficeret in disiūctione negativa faciendi, aliquid factum esse; vel aliquid factum non esse (vt in d. veri. quod quamvis recte animaduertsum est à Julianō) eam perplexitatem resoluit in fine hic per omnium casuum comprehensionem, siue aliquid factū non sit, vel aliquid factum sit; & sic concludit Cōsultus. Nec in hoc aliquid fecisse, si aliquid factū nō sit: cū relatione ad illud, nam cū ita concipio, &c. Nam vtpotē non prodest, aliquid factū non esse, si aliquid factum sit; ita eodem modo non proderit, aliquid factum esse, si aliquid factum non sit: ita vt integer versiculus illius effectus, referatur, (singula singulis referendo,) ad illa, nam cum ita concipio, si illud, aut illud nō fuerit, quæstiō debet an aliquid factum non sit; mo-

uet aliquid relatinorum genus, neutrū enim Consultus accepit, nec in illo, nec in hoc. Si ex sententiā Cuiatij, & Hotomani referretur ad stipulations, ad illa scilicet, utrum ita concipias stipulacionem. Nec in illa, nec in haec lūris consultus scriberet; & quia relationem fecit ad verba, à me considerata in vts. animaduertendum, ingenerē prolata (dixit enim, nam cum ita concipio) sc̄ripsit Cons. nec in illo, nec in hoc. Superest, ut satisfaciamus, & cīciāmus scrupulum, qui aliquem pungere posset, & commouere in interpretationem nostram, nam si rō nec in illo referimus ad rō quare debet an aliquid factū non sit, peruerterit grammatices regula, quæ relatiū illud ad remotiora refert, hoc ad proximiora: & sic, si secundum cā rō nec in hoc, damus illis quare dicit, &c. & rō nec in illo, illi: nā cū ita concipio: euertitur noster labor. Sic docet, & probat Calepinus siue Thesaurus Paseratij, dictione Hic. Priscian. lib. 17. & pro quo faciliter tota grammaticorum cohors arma distinget. Quo fundamēto Cuiatius hic Rogerij transpositionē ne- 21 gatiuꝝ corrigit. 22

Sed quam incerta, quam falsa sit hæc regula, cognoscet quicumque (leuiter quamvis attigerit, seu libanerit elegantia, seu eruditiois auctores) Laurentius Valla lib. 2 eleg. cap. 4. Priscianum impugnat. Vide fundamenta, quæ pro nostra sententia adaptati possunt: fortiora erunt sane: nam (vt nos ridicunt) interminis terminis antiquorū elegantiores multo-ties hic ad remotius; ille ad proximius retulerunt. Sex. Propertius lib. 2. el. 1. Theseus in fernis, superis testatur Achilles, Hic Ixionidem, ille Mœneciadem. 23 Quis in fabulosa historia primis labijs tinctus dubitare poterit Ixionidem ad Theseum; Mœneciadem ad Achille esse referendum: vt agnoscat M. Ant. Muret. & Paserat. ibi: qui & difficul- tatem

tatem agnoscit, darque cundem Pro-  
pertium lib. 3. eleg. 14.

*Qualis & Eurota Pollux, & Castor are-  
nis.*

*Hic vīctor pugnis, ille futurus equis.  
Nam quamvis Polluci equos tētaue-  
rint ad tribuere aliqui, receptius con-  
trarium est: & quomodo cumque  
Pollucis semper pugni, & cæstus fue-  
runt: dat & Ouidium 1. Metamorph.  
Vt canis in vacuo leporē, cum Gallus  
arvo*

*Vidit, & hic prædam peñibus petat, ille  
salutem.*

Planum est, ille, ad leporē: hic, ad ca-  
nem reducendum: idem Ouid. libr. 1.  
trist. eleg. 2.

*Quocumque aspicias, nihil est nisi pos-  
tus & aer.*

*Fluctibus hic tumidus, nubibus ille mi-  
nax.*

Et in epistol. 1. ad Vlissim.

*Retulit & ferro Rhesumque Dolonaque  
casos:*

*Vixne sit hic somno proditus, ille dolo.  
Dormiens tane Rex Thracum intra  
sua castra peremptus fuit, Dolon au-  
tem ultra fidem promissam, vt Ho-  
merus, & omnes enarrant.*

Si hæc ita: mirabitur ne quis eandem  
regulam à per eleganti lute consulto  
obseruatam: & ratio est, quia siue re-  
latiue, siue demonstratiue, ille, accipia-  
tur, quid verat ut per τὸ ille, proxi-  
mior demonstretur, & ad proximio-  
rem referatur: hæc est recta huius v-  
sus ratio, per quam proximior aliquā-  
do, remotior aliquādo demonstratur:  
vnde aliquando ille, nō vulgariter re-  
ferrat ad personam illam prō τῷ hic  
demonstratain. Plaut. in Prolog. ca-  
ptiu.

*Hos quos videtis stare hic captiuos duos,  
Illiquis astant, hi stant ambo, non sedent.  
Quoniam necessarium sit illi pro illis in-  
telligi, vt maucti ibi Læbin. & Tas-  
manus, quasi dicaret illi captiui, qui as-  
tant, hi (demonstratiue) stant ambo, non*

autem sedent, vt iipse Taubman. ex-  
plicat in Sticho. act. 1. Scen. 2. Ex quo  
principio prouenit illa recepta lo-  
quendi formula ille ego, vt Virgil. in  
princip. Aeneid. 25

*Ille ego qui quondam gracili modulatus  
auera.*

Propert. lib. 4. eleg. 10.

*Audisti ne aliquē, ergo qui sustulit orbē,  
ille ego sum.*

Ouid. lib. 4. trist. cl. 5.

*Ille ego sum, cuperes dicere, posse palam.*

Cic. ad Attii. ego ille ipse vindicta ex aris alieni, quo nihil apud solutæ, & prelx orationis antores frequentius est. Multi alia facilimo negocio ostentare, quæ satis pro nominum horum usum varium sufficerent; sed superfluent pro defensione nostra ista. At prætermittere non possum, nec solū præstatu antiquos obseruasse respectū, vt hoc, & illo ad demonstrationē duorum uteretur; sed aliquādo τῷ, hic v. 25  
surpant scilicet aliter sine cōtrouer-  
sia Princeps latinæ élégatiæ, iam apud  
me altus, audax feliciter, & incópa-  
rabilis Statius Papin. lib. 1. Theb (defu-  
tatio loquitur.)

*Tum geminas quatit illa manus, hec ig-  
ne rogali*

*Fulgurat, has vino manus aera verber-  
at Hydro.*

Et sic in pronominie, ille. Euripid. in  
Hecub. vers. 1151.

*ποδας ἀ' Χεῖψ, κ' μεν ἵπ' αριστρας, ἀ  
λίγης*

*Multæ vero manus, illæ quidem ad sinis-  
tram, illæ vero inde.*

Heliodor. lib. 2. Ethiop. cap. 6. loqui-  
tur de calamitatibus inopinatis, &  
præuisis. τὸ γαρ μεν ἡ θιανοια φέλε  
προληφθεισαι πτερε. τὸ δει σωσθε  
τὸ λογισμὸν οὐται. Has enim animus  
metu oscipatus reformidat, & agrefert,  
has autem consuetudo rationis familiares  
redit, & alibi codem capite.

Procedunt hæc omnia à ratione  
præscripta, quia cum τῷ hic & ille, re-  
latiuo

relativa sunt, & demonstrativa, liberum demonstrare: it ro hie, vel ille, reffere promiscue ad remotam, vel proximam rem. Hæc vobis doctis pro Juliani recipi Sphyngi, cui reuulsiceret, neccularium erat, Oedipus ipse. Vereor, antea certius ænigmam soluerim candidi interim votum accipient, & paucorum animum veradicendi. Sub-

sisto interim tamen, dum alter forte propitiori resurgat Apolline. Que omnia sic sudore ingenti quæsita probant late, negatiuam disunctionem virumque requirere, quod nostri laboris quæsitus est: à quo quiescam, dum validior animus adgreditur alteram Juliani, & quætionis partem.

## C A P. VI.

**A**D HVC insistitur super Juliani responso dict. I. si is qui ducentas §. viii, D. de reb. dub. i. Objicitur Juliani incuria sui responsi.  
2. Oratio p̄a ticularis. 3. Oratio omniuersalis. 4. L. li terius 9 §. i. D. si quis caute declaratur. 5. Argumenta sortissima retorquentur in Julian. 6. Negatiua vis, & virtus, & quantum superat affirmatiuam. 7. Indicetur explicatur l. quidquid, §. i. D. de verborum obligatione. 8. Et l. veluti 27. §. i. D. eodem. 9. Et l. hoc genus 106. D. de conditione, & demonstratione. 10. S. tis fit l. bobes, §. hoc sermone, D. de verbis significatis. 11. Interpretamur etiam l. luminum 4. D. de servit. & banot predior. 12. Negatiua malignanis est natura, & qualiter. 13. Negatiua disunctionis subdisunctionis est, quod valde notandum est. 14. Illustratur l. si is qui ducentas, si quis autem §. D. de reb. dub. 15. Et S. auolæ responsum in l. si quis ita 129 de verbis obligat. 16. & 17. Sententia aliquorum ad ea m. refertur, & refellitur. Vera interpretatio 19.



Dprehendimus iterum libeliant arcem, quorum altitudo verborū à nobis loquenda erit. Sequentia suo ordine sunt.  
Quod quamvis altero facto verū sit hoc, aut illud vere factum esse; non inquit tamen verum erit, hoc aut illud factum nō esse. nam simili ea possunt esse vera, quamvis inter se contraria sunt. quia cum significatio non ex uniuerso, sed ex aliquo sumitur, si veri aliqua inde sit, veram efficiat totam orationem, sicut e contrario due orationes pugnantia cœlumentes simul falsas sunt: velut si qui liberorum partim puberes, partim impuberes decesserint: nam & hoc falsum erit omnes impuberes decessisse, & illud, omnes puberes decessisse; id accidit quia significatio sumitur ex uni

verso, in quo si aliquid falsum est, totam orationē falsam efficit. Hic non minor super Juliano crudescit constitutus: ut potè in quibus quædā responsi ratio è visceribus dial. etiæ desumpta: sed à qua nostræ quætionis testa ratio nō prodit; quare scilicet in viru que indissuptione alternativa requiratur. Antiqui fere, & cū eis Cuiat. prescriptis locis (cap. superiori) scilicet in commēt. ad hanc legem, & ad lib. 5. obseru. cap. 3. Hotom. ad lib. 3. obseru. cap. 1. existimauit, luris consultū tradidisse rectam rationem, propter quam disunctionio negatiua viriusque ad implementū requirat; non tradidit Melchercle Cōsultus, debuit sane (si libere mihi licet loqui) reddere, in re præmaxime per difficulti, quam summa lætitia acci-

petem. Sed pro aliquali Consulti excusatione sufficiat, iulianum in §. vtrius, in animam solummodo induxisse, discrimen harum stipulationum constitutere, idèò hoc interest, dixit, ut P. de Castro sentit, & animaducit A. Gouean dict. lib. 2. variatum, cap. 20. & ego ex eo proximo alterui capite.

Discrimen (ut accedamus ad Julianum) constituit ipse ex oratione particulari, atque universalis: quod in illa res ambae possunt esse veræ, quāvis inter se contrariae sint; secus in universaliter virumque dialecticæ Principes Aristoteles explicat de interpretatione lib. 1. cap. 5. & 6. & Hotoman. 3. infra dialecticalib. 2. cap. 11. & passim dialectici omnes. Nam si oratio particularis sit, veluti non omnis homo albus est, aliquis homo albus est: quidam contractus scripturam desiderant, emphyteosis scripturam non desiderant: quidam tutor è tutela non excusat, quidam tutor a tutela excusat: quidam acusare, vel testis esse non potest; quidam acusare, vel testis esse potest: h. c. omnia quamvis inter se contraria sint, reapse vera etiam esse possunt: quia cum significatio, nō ex universalis, sed ex aliqua parte sumitur: verum quodcumque in sua parte constitutere possumus, & quasi in abstracto considerare à reliqua parte. Id voluit Julianus hic, si veri aliquid inde sit, veram effici totam orationem, & sic in illa stipulatione, si Stichum aut fundum non de deris, centum dabiss Stichos solummodo dato, verum est Stichum, aut fundum datum esse: & tamen verum erit, nec fundum, aut Stichum datum. Virumque igitur verum est, quamvis contrarium sit: sumitur enim significatio à parte, scilicet aut à traditione Stichi, aut à fundi non traditione. Explicant antiqui, & Aristoteles, A. Gouean. Cuiac. Hotoman locis proxime relatis, &

sic de alijs præpositis exemplis. Secus autem est in uniuersali oratione, in qua si aliqua pars falsa sit, reddit falsam integrum orationem, quia tunc significatio non ex parte, sed ex uniuerso sumitur; & cessat proxima ante dicta ratio: veluti omnis homo albus est, nullus homo albus est: vel aliquis homo albus est: & in exemplo Juliani, quando aliqui impuberes decelerunt, & aliqui puberes: falsum erit dicere, omnes impuberes decelerunt, vel omnes puberes decelerunt: id deficit, quia significatio, cum ex uniuerso sumatur, & quasi in concreto cum oratione tota: si falsum inde aliquid sit, reddit totam orationem falsam. Contradiciones igitur (cum Aristotele loquor) que uniuersalium uniuersaliter sunt: ita se habent, ut altera persearum sit necessaria vera, altera falsa, at ea que uniuersalium non uniuersaliter sunt, non ita se habent, ut semper altera pars ipsarum sit vera, altera falsa: haec namque simul sunt vera, sic concentrata, & eleganti exemplo Julian. dict. l. se is qui ducenta, §. pro inde. Nam si quis interrogatoriū huiusmodi eorum quid, que obiectatur tibi, fecisset? Respondeat: eoram quid, que obiectantur, non feci: nihil se fecisse responderet: quis ex uniuerso significatio sumitur: & interrogatio nihil excludit. Idem probat l. si necessarias 8. §. annua. 3. D. de pignorat. action. l. hoc articulo 29. D. de heredib. instituend. in quibus locis interpretes obseruant. Ex quibus interpretor certo iactu l. f. seruns 9. §. 1. D. si quis eaut. ibi: Quia verū sit, omnes statos non esse, quasi diceret, ut optimè intelligit Faber in rationali, quod qui promisit, plures seruos sistere, si aliqui statim non sint, replicare posset, seruos statos esse, & satisfecisse stipulationi; sed non tamen verū est id, cum significatio ex uniuerso sumitur: & sic intelligendus Surdus, nimis absolute & generaliter loquens de alimentis

lumentis lib.9 quest.35 num.51. & Craveta per eum relatus . His praictis, discrimen harum stipulationum si illud, aut illud non dederis , & si quid eorum factum non erit, apertum est : ista enim ex uniuslibus procedit , in quibus significatio ex unaero sumitur, & quid eorum, quidquid in stipulatione deductum est , complectitur, nihilque excludit: & sic, quidquid factum non fuerit, committitur stipulatio. At vero illa, ex particularibus procedit, in quibus utraque pars vera esse potest, quamvis contraria sit (ut dixi) hæc ergo harum stipulationum differentia, quia quamvis effectu cædem sint, tamen a causis distantibus omnino procedunt : quod solam Julianus demonstrare curauit.

Sed libenter ab interpretibus perquirerem, unde in Juliano rationem eruant, propter quam disiunctio negativa, utrumque faciendum esse , requirat? quia Consultus hic ( ut satis patet factum est ) harum stipulationum tantum differentias demonstrauit: nec in verific. animaduertendum, rationem dedit; solummodo nudam decisionem illius stipulationis, si illud aut illud non fuerit, reliquit: & esse verum esse, ut utrumque ad impleatur , nec satisfieri altero solummodo adimple: se, immo liceret in Julianum eundem huius stipulationis dialecticam , seu causam retorquere, propter quam utrumque verum esse posse , ad seruimus, quamvis contrarium sit. Nam ut potè verum est, Stichum aut fundum non datum; ita verum est, Stichum aut fundum datum, quod quidem promissori sufficeret, ut cuitaret pœnam, ut seniit Paul.de Castro dict. §. utrum, num.4. & quia ad hoc procliuiores debemus esse ex l.interpretatione 42.D.de pœnis, l. queret aliquis 135. D.de verb.signific. (ex intellestu Cuiacij ad Paul.lib.4 sententiarum tit.9. §. mulier, Alberico Gentili in eadem le-

ge, illustrato ad ille utilissimo Alfonso Carranca, elieu quondam meo depar- tius designatione cap.17. num. 35. nam quamvis monstro si partus liberi non habeantur ex l. non sunt liberi i. 4. D. de statu hominum, tamen proficiunt ad l. Iuliæ, & Papia pœnam cuitandam, quia ut evanescant pœnae, juris civilis pietas attentissima est, cœuenit interpretatio, & sententia Donelli libr.8. comment. cap.33. ad l. ita stipulatus 115. §.1. de verb obli.) Quidni in nostra stipulatione in qua verum est, illud, aut illud datum est. Præcipue cum indubio eam promissoris voluntatem fuisse, credere debeamus, ex eiusuandi sci- licet obligationem sum: & sic cum duæ summae disiunctum promittuntur, minor solum in obligatione est aut si subdiuersis temporibus, post annum, aut post biennium: biennium de-signatum est, quia minor est summa, quæ differunt in longius tempus , l. si ita 43. §. fin. D. de leg. 2. explicat Donel.lib.8 com. cap.19. cui non & in disiunctione negativa, qua parte disiunctum est, verum esse idem ad serere debeamus? En quantum abest ut sui responsi Julianus rationem reddiderit; sed immo fortissimum argumētum ostenderit, quo facillime quicumque doctus peruertere auderet impune: co- sole I.Robert.lib.2. recept. lect. cap.22.

Obsessi terris, & vndis manens: nullus ad rationem præluxit Con-salutis, nec interpres (quem ego vide- rim) nam quod certum est in illa stipulatione si quod eorum factum non erit ex Juliani ratione, quod ex unius-fo oratio summatur incertissimum, & pene inuium est in altera stipulatione si illud, aut illud . Cum omni- no diuersa sit ratio, & urgeant pro- xime considerata. Ego autem discrimen auspicio inter affirmatiuam & negatiuam disiunctionem à vi, vir- tute que ingenti negatiæ: quæ supe- rat magnâ potentia affirmatiuam: &

Præter quod sententia receptissima ut apud nostros interpres (quorum antiquos more suo A. Tiraquellus colligit in lib. bobes, §. hoc sermone 7. limitatione, D. de verbis significat. Menchaca lib. 1. controverf. cap. 30. num. 16. cum sequentibus, lequitur P. Martin del Rio disquisit. Mag. lib. 4. cap. 4. q. 5. scit. 2. f. mino 259. A. Faber. 2. tom. err. Pragmat. decad. 27. err. 9. num. 12. & 14. & nouissime noster Perez de Lara de annivers. & capellani lib. 2. cap. 5. num. 23. qui plures alios dat) cerutina est in iure nostro. Ad quod Celsi responsum induco in l. quidquid, §. 1. de verbis obligat. in qua si stipulatus fuero si intra biennium Capitolium non asecederis, aaricuon comitetur stipulatio, una præ. titio biennio: cum tamen intra biennium stipulationis tempus interclusum esset. Nec id trahicendere, valuit efficere quod antemauit Don. in commentario ad l. istam, sed vis migra negatiæ, quæ, quocumque accedit, extollit id: sentit ex parte Celsus, dum ista subiicit: Nam & si ambigua verba sunt, sic tamen ex audiatur, immutabiliter verum fuit, te Capitolium non ascendisse. In eadem sententia fuit Pomponius in l. veluti 27. §. 2. eod. sit. in quo non felicior quam Don. I. Corrasius scripsit. Non nullū abest à decisione dict. l. quidquid, noster lucian. in lib. gen. 106. D. de condit. & demonstration. in conditione illa leguisse Titio non nuperit, in qua obliterandum est ut intelligatur, quasi post mortem Titij legatum relatum, nec satisfactum, quainuis alteri cuicunque nuperit: quia in infinitū nuptiæ cum Titio prohibitæ sunt: quod quāvis Donci. lib. 8. com. cap. 33. & ibi Osswald. lib. T. teneat, mulierem ad epuram statim legatum, si Titius vivat, & alij nubat: quia prohibitio huiusmodi ad primas dumtaxat restringatur nuptias; sed in contrariam ab omnibus antiquis interpretibus item est senten-

tiam, quos refert Tiraquellus, & Mēchaca ubi supra, quibus accelerat Emmanuel Costa in l. cum tale, §. si arbitra-  
tu. D. de condit. & demonstrat. s. limit. numer. 2. Couarr. lib. 1. variar. cap. 13. numer. 7. Cuiacius in commentar. ad ean-  
dem l. A. Fab. in rationali ad l. iurisgen-  
tium, §. pactorum, D. de pactis, quem in-  
tellectum verba legis, & cūdēns cō-  
probat ratio. Designat enim Julianus  
mortem Titij, quasi aliter estimari  
non possit, ad impletam fuisse condi-  
tionem: & quia post primas nuptias  
morte, vel divortio dissolutas, Titio  
legataria nubere poterat cōtra pro-  
hibitionem testatoris negatiæ con-  
ceptam, quæ omnes casus propria  
excludit vi rite, nec ad unum tantum  
restringit A. Fab. 2. tom. err. Pragm.  
decad. 27 err. 9. num. 13. 14. nam quod  
arguere, cōtraria sententes, possunt,  
ex lib. bobes, §. hoc sermone, D. de verbis  
significat. non convenit ex nostræ dis-  
cretione sententia, cum ibi affirmati-  
ve loquutus fuerit Consultus ex com-  
muni omnium interpratum voto. His  
quæ proxime diximus, affine est res-  
ponsus in l. luminum 4. D. de servit.  
urban. prædior. Nam cum imponitur  
seruitus neluminibus officiatur hoc au-  
tem est, vt non possit ædificijs suis vi-  
cinus, altius ædificando, lumina nos-  
trorum ædificiorum minuere: nam  
si decem haberem fenestras, duabus  
que tantum officeret vicinus, cæte-  
rasque illæsas, plenas que luce relin-  
queret, & ego, vt demoliretur, quo,  
duas fenestras caligabat, ædificium  
agerem: excipere posse videbatur vi-  
cinus, se non officiile fenestræ, cū plu-  
res, octo scilicet, non obscuratæ fuisse-  
sent; & tamē contrariū Paulus respō-  
det dict. l. luminum, quia ex vi negati-  
æ ne luminibus officiatur, colligitur  
inter partes hoc conuentum fuisse, vt  
cunctæ decem fenestræ remane-  
rent illæsæ. Unde Consultus scribit,  
et que ita minuere lumina nostrorum  
ædifi-

adifiorum, ut sic graviter considerat Menchaca dict. cap. 30. n. 13. Tāta est ergo negatiuae vis, vt mirari non deberemus in disjunctione negatiua si illud, aut illud non dederis, quamvis natura disjunctionis attēta, si aliquod factum sit, possit dici, illud, aut illud factum fuisse, & sic stipulationi satisfactum esse; tamen, considerata maxima negatiuae potestate, dicendum est, adhuc non esse factum, nisi utrumque factum sit, vt voluit Julian. dict. §. utrum, in veritate animadueritatem, ibi: Huius autem, ut utrumque fiat, ad formam huius argumēti, quod defens-

13 tris probauimus. Negatiua namque, vt Martin. del Rio sup. & Lara lib. 2. de capellan. c. 5. num. 15. scripsit, malig- nantis est naturae, & quidquid sub- quiritur, destruit. Quotiescumque enim negatiua alicui interseritur subiecto, quamvis eius partes dissententes sint, co- misceri facit orationē, & omnes par- tes in eundem finem deducit, vt potè indiunctione negatiua medio im- posita (quia si in principio esset, minor difficultas obstat, vt Horoman. scri- psit lib. 3. obseru. cap. 1.) nam viraque pars (id est illud, aut illua) ad implenda est, alias committetur stipulatio. Hoc satis evidenter probant dict. §. cum ita, §. utrum, & alia responsa à nobis præ- biti, docetque Titelman. lib. 3. dialec- tic. cap. 8. quæ sententia apud nostros interpretes recepissima fuit, quoru plures refert, & sequitur Couarr. lib. 1. variar. cap. 13. num. 7. ex qua vera negatiuae inuestigatione excellentes co- firmantur effectus, quos passim DD. condocent, quidquid irrideat Men- chaca dict. c. 30. n. 12. quem cuncta à nobis tradita euertunt. Et sic quamvis altero facto factum à promis- sore videtur (ex rationibus à nobis supra ponderatis) tamen ex vi negatiuae contrarium actum esse inter con- trahentes intelligitur, P. de Castro

14 dict. §. utrum, numer. 4. & subdisjuncti-

ve stipulationem factam fuisse, Cal- vin. Lexico iuris, particula, aut, Albe- ric. Gentilis aīcī l. het verba 124. D de verborum significat. optime I. Robert. dict. lib. 2. & exceptar. lēt. cap. 22. quod dignum animaduersione est. Inde prouenit, quo quamvis grauissimi virtus affirmat, particulas nec, neque dis- junctiones esse, verius tamen est, esse copulatuas: aut saltim copulatiue operari, ex vi, & virtute negatiuae, vt sequenti capite latius dabo.

Vide, quanta sit virtus & poten- ti negatiuae, quis mirabitur deinceps grauiores negatiuam disjunctionem operari effectus, quam affirmatiua? Sed inter tanta fundamenta autoritatis, & rationis, magni feci expre- fissionum Iblianum illud in dict. l. si qui 15 ducenta §. si quis autem 5. D. de rebus dubijs, respicias mi Lector precor, qualiter in §§. antecedentibus (vti nos explicuimus) responderit iulianus, negatiuam disjunctionem utrumque complecti, & ad effectum ambire: du- bitat ergo dict. §. quis autem, quibus debeat verbis concipi stipulatio, in qua subdisjunctione proponimus fa- ctum unum: nam sub negatiuis, iam certum erat, id effici non posse: quia & scribit sic, si quis autem plura in sti- pulatum ducat, quorum unam fieri vellit, ita comprehendere debet, illud, aut illud fieri, pondes? si nihil eorum factum fuerit tantum dabis? En qua- liter affirmatiua. Consultus designat, & vt pœnam addat, addit: si nihil eorum, quod alterum solum respicit, & vt committatur pœna, neutrum erat faciendum. Sine pace ergo Con- sultus discrimen constituit inter dis- junctionem negatiuam, & affirmatiuam: nec expressius aliter demonstrare quivit. Cui quidem conuenit con- siderationi responsum Sc̄uola in l. si quis ita 129. de verbor. obligation. ibi: 16 Huic similis scriptura est, sine que na- vis venit, nec Titius Consul factus

*est: si sic: dabis si nauis venit, aut Titius Consul factus sit?* In prima autem stipulatione negative concepta virumque faciendum est; secus in secunda affirmativa celebrata, quæ linguida est, minori labore plena, & continetur terminis dissolutionis, nec impellit virtus aliqua limites eius transcedere, probat etiam Julianus d.l. *si quis qui da centa, §. fin. D. de rebus dubijs, de cuius vera interpretatione capite sequenti agemus.*

**17** *Vt hæc omnia firmiter subsistat, ad interpretationem dict. l. si quis ita accedamus: quæ sola iuris interpretes, quasi immensis tempestas, in variis partibus disiecit: nam in finalibus verbis videtur Scæuolam concludere, dissolutionem negatiuum altera parte tantum contentam esse: verba sunt, *dabis si nauis non venit, aut Titius Consul factus non est? sufficit unum non factum* propter quod plures nostrorum in principio præcedentis capituli relati amicitiam Scæuolæ cum Juliano dict. §. cum ita, §. virum, inde dabant distinctione eis, scilicet, si stipulatio inciperet à conditione, aut non, ut in illo casu virumque faciendum esset, dict. §. virum, secus in isto; dict. l. si quis ita. Sed ab ipsis, aut ab aliquo, qui in eorum iuerit sententiam, libenter quæcerem, unde discernant distinctiones inter has stipulationes, *dabis si nauis non venit, aut Titius Consul factus non est?* & sic si stickum, aut fundum, non dederis centum dabis? viroque enim casu à conditione inceptum est: non enim desinit conditio, quod petitio seu tò dabis anteponatur, vel postponatur: cum aliter non posset, sine petitione concipi stipulatio: si autem conciperetur sic, *Pambili dicespondes? si non dederis centum dabis?* tunc non exorditur stipulatio à conditione, textus celebris in l. ita stipulatus 115. §. item si quis a D. de verborum oblig. & quomodo cumque sit, nullā*

mihi interpres aperiunt rationem, nec ego video, propter quam tam longe diversa sit stipulatio, ut virumque, vel alterum præstetur, si à conditione incipiat, vel non: cum non inde id proueniat, sed à negatiua virtute (ut longe late que dedimus) nam dissensio Papiniani dict. §. itē 2. ad effectū, ut aut statim stipulatio a l. impleatur, vel non; longe dissimilis est: cum cōditionis effectus sit suspendere actū; ad præstationem vero alterius, vel virtusque nihil efficere cōditio potest, sed voluntas contrahentium; quæ sati subnegativa explicatur l. si quis dacenta 13. §. fin. D. de reb. dub.

Ego autem pro certo habeo, Scæuolam, idem quod Julianum responde, scilicet, in dissolutione negatiua virumque faciendum esse, ut pena committatur: & committi altero nō facto. Scæuola enim varios causas disquirit dict. l. si quis ita, primo copulatiuam, in qua virumque faciendū est ut non detur. Secundo si sic concepta est stipulatio, dicespondes, si nec nauis venit, nec Titius Consul factus est (quæ an sit copulativa, vel disjunctiva infra videbitis) & in hac ut detur, neutrum faciendum est. Et idē est, si pro tò neque concepta esset. Procedit Consul, ut ultra, quid erit si sic? *dabis si nauis venit, aut Titius Consul factus sit?* Quæ cū disiunctio affirmativa sit, sufficit unū factum, id est, si vel nauis venit, aut Titius Consul factus, ut detur, & solvatur quantitas promissa in stipulatione. Subdit Scæuola, & è contra *dabis si nauis non venit, aut Titius Consul factus nō est? sufficit unum non factum:* & merito, quia si stipulor subdisiunctione negatiua factum aliquod, ut committatur pena; sufficit unum non factum d. §. virū, vers. animaduertēdū; effectus enim est, ut virumque sit, nec sufficit aliquod factū, si ex duobus deductis aliquod factū nō sit (vtnos capite isto multis enodauimus) Sic similiter in stipula-

stipulatione ista, si uauis non fecerit, aut Titius Cōsul factus nō est. sufficit quod vnum non factum sit, ad hoc ut pecunia stipulata, sine pena præstetur. Nā vt non daretur, virūque accidere, vel effici debet. Animaduertete debemus, Scæuola in lege ista agere, quando detur, & debeat solui pecunia promissa sub formulis, seu conditionibus præscriptis, & sic incipi: *decem aureos das? dare spōdes? dabis?* vnde promissa decem sub cōditione negatiuæ disiunctionis faciendi, si uauis non venit, aut Titius Consul factus non est, debebuntur, & paxtabentur, uno nō facto, quod sufficit ut commutatur stipulatio: *Tō sufficit*, respectum subtile habet ad id omne, quod subtilissime

Iulianus discussit, dicit. vers. *Animaduertendum. Quæ responsa maximam connexitatem, seu vicinitatem habet: cum in utroque Iurisconsulti coniungant copulatiuas, & disiunctiones negatiuas.* Nam vt Iulianus respondet, *nec in illo prodest aliquid non fecisse;* sic Scæuola sufficit vnum non factum: similiter enim dabatur, & committitur stipulatio. Sic docet, brevissime quamvis, Cuiacius in commentario ad dict. §. cū ita, & §. vrum, & multo ante ac per docte Panormitani. dict. cap. inter ceteras, num. 2. Butrius nam. 8. de rescript. qui §. vrum, & dict. l si quis ita, consurgunt. En quantum iuvat, & ad ius civile antiquos canonici interpretes euoluere:

## C A P. VII.

**D**ifficillimum Iuliani responsum in l. si is qui dueenta, §. fia. D. de reb. dub. nona interpretatione explitatur à nu. 1. Geno, receptū verbum. 2. Dubitandiratio ad §. si. proponitur. 3. Aliorum sententia referitur. 4. Et refellitur. 5. Iudicium Bartoli. 6. Novius doctissimi Gregor. Lop. Maderæ. 7. Argumenta in eum. 8. Quando disiunctua in coniunctuam transformetur. 9. Inde explicatur l. Lucius Titius, D. de hered. instit. 10. Latè notatur A Faber. in emendatione, §. fin. 18. ¶ s. qq. Paraphasis ad §. an. 12. Argumenta pro substituto, ut commisceretur cum filio. 13. Si clausula incipit ab affirmatiuâ, an negatiuam vincat: 14. Clausula præcedens maioris roboris est ad sequentium determinationem, quam sequens ad præcedentium. 15. Parentes in suis institutionibus posthumorum non unius, sed plurium mentionem faciebant; 16. Explicatur vers. nō sat voluntate, dict. §. fin. 17. Interpretatio Fab. 18. Acriter oppugnatur ¶ acceditur ad versic. Hoc enim modo. 20. Particulae nec, neque, copulatiuæ. 21. Et quaratione. 22. Error Cuiacij. 23. Argumentum Fab. ad dict. vers. Conuincitur. 24. Latè explicatur, vers. Potest autem, 25. Et vers. Sed proclivior. 26. Recepissimam fuit, de uno posthumo cogitare parentes. 27. Qæstio l. si antiqui, D. si pars hereditatis petatur libator. 28. Superuenientia liberori substitutiones, donationes excluduntur. 29. Dict. l. Lucius Titius 85. resumitur 30. Disiuncta quando incopulatum resoluturi. 31. Sætentia l. si ita 14. D. de iniust. cupt. 32. Et l. exorem 41. § testamento 6. D. de leg. 1. Institutio affirmativa separata est

à substitutione negativa. 34 Vers. Ut siue filius, dict. §. fin. n. 35. Repre  
benditur A. Faber, n. 36. Et alijs numeris.

**N**ONDVM Julianus ne-  
gatiuæ disiunctionis tra-  
statum disiunxit, & re-  
liquit. In §. enim fin. di-  
ct. al. s̄. 13 qui ducenta 13.  
elegantem proponit speciem: quam  
adprehendere multi fuerunt conati,  
sed (ni fallor) in casum, & in feliciter.  
Tamen arduus in his responsis apparuit  
Consultus. Obijcit enim patris fami-  
lias institutionem posthumam, & sub-  
stitutionem extranei, sub forma ver-  
borum ista. *Siquis mihi filius, aut filia  
genitur, heres mihi esto: si mihi filius, aut  
filia heres non erit.* Tunc heres esto, nec  
reponere cum Haloandro necessariū  
est (gignatur) sed genitur; ab antiquo  
verbō *geno* receptissimo: i. qui filiabus  
17. §. 1. D. delegat. i. *Siqua mihi filia ge-  
nitur, vbi bene Dyon.* Gotofred. il-  
lustrat lit. C. (quæ accepit à Calepino)  
Joseph. Scaliger. in appendice Virg. in  
Ætnam fol. mihi 398. (qui huius for-  
mulæ meminit) I. Calvin. in lexico iu-  
ris. Dubium inde, quando admitten-  
3 dus esset extraneus: utrū si filius, &  
filia nati fuissent, & alter fuisset he-  
res: an expetandum, vt neuter sit he-  
res, adhoc vt substitutioni locus sit:  
quod vario discrimine à nostris inter-  
pretibus cōsensum est: in tantū, quod  
non defuerit, qui in miserum Tribu-  
nianum respōsum istud impegerit. Li-  
ceat mihi bona Doctorum venia, sen-  
sum prodere meum. Cui acre, & su-  
perbum videbitur, modeste profiteri  
verum? id enim est, interpretes, quos  
ego viderim (vidi plures, & grauissi-  
mos) non feliciter plenam, amplam  
que Juliani mentem comprehendisse,  
aut penetrasse. Viuianus, Acursios:  
4 quibus, præter antiquorum alias, ins-  
tituerunt Paris. 1 volum. cons. 44. num.  
21. & 12. Alcias. in l. sape, 3. de verbo-

rum significat. num. 21. Mantica (qui a-  
lios dat) de conjecturis ultimarum volū-  
tatum lib. 3. it. 5. num. 5. & lib. 4. it. 12.  
num. 29. totum hoc referunt respon-  
sum ad parentis votum, vt quamvis  
alijs propter disiunctione naturam vi-  
deretur admittendus, & commiscent-  
dus extraneus nato, & hæreditati:  
men in dubio parentis contrariā suis-  
se voluntatem, existimādum esse, sci-  
licet vt non aliter substituto ad here-  
ditatem ostium pateat, quara si neu-  
ter, filius videlicet, & filia nati fuissent,  
& heredes essent. Quorum sententijs  
doctissimus I. Cuiacius adharet in  
commentario, & notis ad hunc text. Sed 5  
toto cælo à Juliano ab errarunt isti,  
& sequaces eorum: vt quamvis in fe-  
doctrinaverissima sit non satis subtil-  
issimæ discretioni adaptatur. Con-  
sulti, & elegantiiudicio, neque con-  
textuaræ responsi, filis subtilissimis,  
inauratis que constanti. Pendet vt i  
que præcogitatio eiusab ijs, quæ præ-  
cedentibus capitibus præteximus  
circa affirmatiuam, & negatiuam dis-  
iunctionem, & infra subtexenda: quæ  
dum nostra fortissime afferent, for-  
tissime etiam ista repellent, & con-  
vincent. Repellit etiam hic Bart. ho-  
rum sententijs, probans (vt inquit) 6  
in abstracto, sed non in concreto cum  
responso, audetque adscrere, in extra-  
neis idem esse dicendum: vt si dñs ex-  
tranei instituti sub disiunctione alter-  
natua essent, & alter sub præscripta  
forma substitutus: neutrū extituru  
heredem, vt detur locus substiuntio.  
Quod inde in feliciter ominatur, quia  
cum dispositio alternativa præcedit,  
& stipulatio subsequitur pœnalis sub-  
conditione, vt sit locus pœnali stipula-  
tioni, deficere viraque dispositionis  
alternativa debeat, quia limitatur se-  
cundum

cundum præcedentem dispositionem: & sic similiter in substitutione, cui patescere debet, cum uterque institutus non fuerit heres. Sed præterquam huiusmodi Bartoli axioma proximis dissecimus capitibus, quæremus hinc  
ter humaniterque ab eo: unde auguratur in substitutione poena? nam substitutione nihil aliud est quam secunda institutio, prudenti cautione, ne ab intestato decessat, à testatore confessa.  
*L. 1. & per totum tit. D. de vulgari:* & qualiter idem Bartolus verbis Iulianni satisfaceret, conseruens sui responsificationem in præsumpta patris voluntate, quæ vitium fuit, & perquam est, non aliter admittit deinde extraneum, quam si uterque natus decesseret, aut repudiaret hereditatem; ut in *verso sua*. se prodit evidenter Consultus. Cum a contrario, si ea non commoueretur ratione, virtute difficultus, uno heredum mortuo, alteri substitutus commiscetur, ut per totum responsum fatus Julianus declarat: malo ergo omnino iste, apud omnes atestigianus iuris, nos tristiani respousum ingressus fuit: & sic, præter alios multos, improbat noster Gregor. Lopez Madera, &c. i.e. animaduersi. licet postea quodammodo probet.

Ardet pugna utrumque, & multi pro victoria gloria, & veritate contendunt. Considero perplexum iudicium in magno viro, nostro scilicet Maderadiet. cap. 25. & doleo: quem adprehendere fatus nequeo, nec satis (vt cù Juliano loquar) voluntatem suam declarauit. Inde ergo Julianum ducit, quia substitutione regularidebet ad institutionis normam, & formam: & in proposita specie, vere filius, aut filia substitutus fuit, & propter virtutem alternatiæ alter tamen institutus repetitur, propter quoddum alter heres est, non potest substitutus succedere in parte, vel in totum. Et quamvis du-

bitationem faceret substitutionis forma, tamen æquitati magis consonum est, substitutum excludi, dum uterque non deficiat. Et denique in extraneis idem admittit cù Bartolo, nec in favore liberoru[m] sisit. Fato rursum subtiliter doctissimum virum processisse, sed faiso ad Ielianum, & in firmiter ad suā interpretationem; nam qualiter utrum solum institutum ponit, si duo vocati substitutione sunt? & si uterque institutus fuit tantum, & o mortuo, aut nō ad eunte, necessario admittendus erat substitutus, nec aliter, qui vocatus nō fuerat, substitutum quibat excludere, etiam Consultus latius evidenter innuat, filiorum alterum, aut mortuum, aut non adesse (in quo hesitantia responsum fuit) & si duo instituti sunt (quod verum est) sub alternatione, ex via substitutionis ad alternationem *filie*, aut ille heres non erit, subiectæ, substituto locus erat, altero & herede: & si hoc alternatiæ virtutis tribuendum est, (ut ipse Madera: & renuit) quare non donat id iustissimo parentis voto, & præsumptioni piissima? & si non ex parentis voto, & æquissima interpretatione: cur responsum ad æquitatem refert, & instruit in ea? et si ex æquitate, quare ad extrancos, ex sicutetia Bartoli antea despecta, nec admissa ab ipso? & unde æquitatē deducit, si nō refert ad præsumptam pietatem patris? & si Julianus thesim fixit inter patrem, & filios inservientem, & institutos, & decisionem responsi funderet in æquitate, & pia interpretatione, quæ causa potest efficere, vt eam non referamus ad amorem, ad pietatem, ad propensionem parentis in filios celebrē, vulnagarem, receptissimam passim in nosilio iure? (vt infra dabo) In extraneis. Adopol! ignoro, quæ causa vigere posset, vt tempore artem disiunctionis robur, & rigorem; cum imò idem Consultus in responso nostro,

etiam inter filios iam natos admittat, ex vera interpretatione versiculi (huncusque sine luce manentis) potest autem. Ut enim si diiunctua in coniuncta transformetur, iusta interpretatio mentis disponentis, pietas, & æquitas aliqua id confidere valet, l. penul. C. de verbis significat. l. sape, D. eadem, l. generaliter, C. de inst. & substitut. (ex sententia interpretandi) Ioan. Robertus lib. 1. animalium. cap. 9. quæ ad extraneum nullatenus trahit, nisi violentissime, & resolute in ira prudentia, potest; alias semper alternativa periret natura, quod absurdissimum est. Sed quid respondendum erit vericulo finali, in quo sine hesitanti questione aspectu fixit Consultus in æquitate, pro filiis semper consideranda, & voto pro filiis parentis seper presumpto, & presumendo? Ad id enim contendunt illa, sed proclivior (aut proclivius, &c. ut manu Halodier, & Faber infra referendas) est sententia testatoris. sic esse interpretanda, vt siue filius, siue filia nati ei fuerint, extraneus, non admittatur, &c. nam quod Madera inferret. L. Lucius Tuius, D. de hered. inst. l. oge dissimile est (vt scribam ad eam statim legem) in ea enim expresse ex auctoritate instituit testator hereditatem, ibi: Quæ aperie ex auctoritate heredem institui. Hic autem alternative filius, aut filia instituti sunt, & dubitabatur, an cum duo nati essent, & alter non esset heres substitutus, commisceretur hereditati. Vnde Consilium. Non satis voluntate suam declarauit. Vt ratiōne ibi expresse filii prælati fuerunt substituti, ut in fine legis concludit Scœuola: hic ingenitus dubitatio fuit, cum præcessisset alternativa institutio, & substitutio (quod magis era) si filius, aut filia heres non erit, Titius heres esto. Quæ omnia disiunctæ ratione repetita in substitutione, & institutione, & negotiis virtute commonistrare videbatur, substitutum commiscedum in hereditate: n̄i præsumpta voluntas ad sta-

ret pro filiis, & alia fundamenta, quæ cum dubiam dispositionem rediret, id sufficit filiis, seu filio, ad exclusum substitutum (ut statim subiectum) non ergo recte haec responda pariantur. Sic veritatis pro labor amore in gloriosissimum virum, quem magni semper feci, & faciam, dum fatalis claudit lumen sopor: haec enim est literatura facultas.

Si haec humaniora nob̄ sustinemus, 11 suscitamus minus Sabaudie Præsidē, scilicet A. Fabrum, crudeliter dilaniatatem Julianam, tanquam ira percitum in subtilissimum responsum, & omnī ex parte elegantiam, prudentiam, & insitiam spirans, & redolens. Is ergo audacissimus vir in Consilios, alias ingenio valens, & cognitione juris præpollens, sapientius ab ipso infamatus, Triboniano imponit principalem huius responsi partem, & infamatus suo grauissimo auctore de honestatam, lib. 12. coniect. cap. 17. & lib. 13. cap. 20. & lib. 17. cap. 18. sed uno imperio nostrum responsum procurram, & ipsum præteram, ut vitium repetitionis, & fastidium fugiam. Et ut aptius argumentem, proximitate fortioribus, libetem Consulatum ab isto acerrimo censure.

Vt secundus penetremus responsum, eius sigillatim partes adprehendamus, & discutiamus. Orditur ergo sic suum rescriptum Julianus, & primæ, & secundæ institutionis formulā præfigit. Item si pater familiæ in testamēto ita scripsit: si quis mihi filius, aut filia genitur, heres mihi esto si mihi filius, aut filia heres non erit, Scœuola heres esto. Non considerant interpres. istū ab antecedentibus dependere; cum enim ante in illis disiunctuam negationem tractasset Consultus, & in ea virtusque faciendum esse refoluisse, posteaque transiūm fecisset ad affirmatiā, in qua tantum unum ad implendum esse responderit, ut potè in §. si quis autem plura

*plura, tandem tractatum claudit per questionem, quid futurū esset si dispositio affirmativa, & negativa constaret, ut in præscriptiā specie affirmatiæ institutionis, & substitutiæ negatiæ (elegans ecquidem quæstū) cui dispositioni cedat altera, an affirmatiæ negatiæ, vel è contra, videlicet an substitutus, altero ex filiorum non herede, admittetur: & cōmiseretur alteri, vel an vires filius decidere deberet, ut ingressus daretur substituto.* Adsum vtriusque petitioni fundamenta.

**13** Prosubstituto, ut natorum nō exceptet mortem, sed cohereditatem cū altero eorum habeat, non levē fundamentum est affirmatiæ dispositio, *si quis mihi filius, aut filia genitur heres esto: nam cum antea discriminasset Cōsultus disiunctivas affirmatiæ à negatiis, quod ille altero sint contenitæ, secus istæ; sic cum huiusmodi dispositio fuissest affirmatiæ præscriptiæ, ex virtute, & certacius natura alterū solum existere debebat, & capere occasionem substitutus cohereditatis; nec aliquid impedire negatiuam in substitutione comprehendam, si mihi*

**14** *filius, aut filia heres non erit, & quia cū affirmatiæ primum locū dispositiōnis obtineat, ea debet attendi, tanquam principalis forma voluntatis testatoris, & fortioris virtutis ad considerandam disponentis mentem: propter quod quasi corrigitur vis, & fortissima negatiæ virtus, quod in terminis (ut inquiunt) obseruat noster Percz de Lara de anniversarijs, & capellan. lib. 2 cap. 5. num. 27. in dispositiōne constituentis capellaniam sub clausula, presentetur sacerdos, & non altus, propter quam admittetur ætate idoneus, & nō alijs, quamvis in actu nō sit sacerdos, cum numeris antecedētibus resoluisset contrarium, si incepisset à negatiua dispositio. Et hoc inde, quia maiori risorboris est clausula præcedens ad*

sequentium determinationem, quam sequentis ad præcedentium, l. Anta 77. D. de cond. & demonstrat. cum alijs, à D. Gotofredo ibi datis, l. filium 37. D. quando dies legat. ad quod exiat celebre singulare 150. Matheſilian. multis ab additionibus ibi illustratum, probatumque à Lara nostro ubi proxime, ergo par. m estimanda est negatiua in responso nostro, superata præcedentia loci. Addeh spro substituto, & perpende institutionis formulam *si quis mihi filius, aut filia genitur, meminit ignis testator filii, & filiae: nec in considerantiæ ad tributum plurimus, quod de duabus filijs non cogitare iit, ut sic ex præsumpta ipsius voluntate, & voto vtrumque filium admitteremus ad hereditatem, exclusione iusta substituti, sed cum vtriusque testator memoriam fecerit, & tamen disiunctive instituti sint, videtur unum solommodo testatorē vocasse: cum enim testatores mente concipiebant suorum posthumorum institutiones, plurim, quam unius, nascitorum præsumptionem summebant, ut potè in formiblī varijs institutionum apud iure Consultos non faro reperimus. Apud Africānū præcautissimi testatoris formula est in l. scriptum 47. §. 1. D. de hered. instit. ibi: *Tertia filia mea heres esto si quid mihi liberoru me vivo, mortuo ve nascetur; tunc qui virilis sexus, unus plures ve nascetur ex parte dimidia. & quarta: qui fæminini sexus, una, plures ve nata erūt ex parte quarta mihi heres fit; nec minor fuit elementis Patronicautio, apud Paulum in l. Clemens 81. D. eod. tit. ad id tendit illa quæ refertur in l. 1. §. fin. D. de condit. & demonstration. ibi: Quod ex Aræcusa natū fuerit, & c. quæ omnem numerum sexumque omnē comprehendit. Apud Varronem in satyra, testamentum, inscripta, scribitur si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus genuntur, & refert A. Gell. lib. 3.**

*lib. 3. Noct. Attie. cap. 16.* vnde & iure  
Consulti in posthumorum successio-  
nibus præseruarūt ad hereditatē plu-  
riū nascitiorum numerū, nec res-  
trinxerunt ad vnum l. z. §. fin. l. antiqui  
z. b. 4. D. si pars hereditat. pet. l. sed & si  
28. §. fin. D. de iudicij, cum plurib. alijs  
quas accurate eruditissimus Alphon-  
sus noster Carranca coniungit de par-  
tus designatione cap. 18. nu. 1. per totum  
caput: ergo pro substituto non inferi-  
mus inique, commiscendum alteri fi-  
liorum heredi, quia quamvis præsum-  
mi pos. sit propter amorem in filios,  
parentis votum cont. arium fuisse, nō  
tamen admittimus in expressa volun-  
tate, quæ omnem præsumptionē ex-  
cludit, vt infra designandus A. Faber.  
sentit, & in fine subiicit Iulia. *Nisi spe-  
cialiter hoc testator expresserit*, vt di-  
cemos ad vers. potestatem, in quo non  
alia fuit ratio, vt admitteretur substi-  
tutes cum filio: hic enim expressa vi-  
debatur voluntas testatoris, qui filiū,  
& filiam præcogitauit, nec dubitauit  
filium, & filiam, & simul plures uno  
posse oriri partu, & forte tanquā pa-  
ter familias nō ignorauit suo tuo lu-  
risprudentes in successione posthu-  
morum præcauere, nasciturosplures.

His præiactis facillime aperiūtur  
nostrī responsi sequentia: non satis vo-  
luntatem suam declarauist, si non aliter  
extraneum heredem esse volet, quam si  
neque filius, neque filia heres sit, cū enim  
præscripta, & considerata (quæ præ-  
cogitasse Julianū persuadet) virge-  
rent fortissime pro successione substi-  
tuti, vt filiorum alteri in hereditate  
commisceretur: scripsit Julianus, non  
satis voluntatem suam declarasse patrē  
familias testatorem in præposita ins-  
titutionis, & substitutionis formula,  
si eam habuerat voluntatem, & men-  
tem; vt non aliter admitteretur substi-  
tutes, quam si vterque filius, aut de-  
cessisset, aut heres non fuisset, contra-  
rium enim voluisse coniugebatur ex

illa, vt nos eduximus nō inepte. In tā-  
tum vt A. Faber. lib. 12. coniect. cap. 17.  
& lib. 13. cap. 20. in his verbis sui res-  
ponsi decisionem fixisse Consultum  
pro certo habeat, & demonstrare, sub-  
stitutum futurum coheredem alteri  
filiorum: quæque verba non satis per-  
caluisse Tribonianum: propter quod  
scriperat, quæ in vs. sed proclivior cō-  
tinetur, cum non Consultus hæc ver-  
ba coniecturæ loco scriperit, sed de-  
cisionis: sentiens Faber, non scripsisse  
Iulianum testatoris mentem perspi-  
cuam non esse, nec voluisse substitutū  
admittere, sed è contrario dixisse non  
satis voluntatem suam declarasse, si in eo  
animo, & voluntate testator fuit, vt  
extraneus nō admitteretur, nisi filius,  
& filia heredes non essent. Nam cum  
pro substituto expressa essent verba,  
indubio ab eorum non erat receden-  
dum potestate. Hoc primū fundamē-  
tum Fabriseu Iipius, vt celeberrimū  
peruerteret responsum, & adsereret,  
per formulam substitutionis præ-  
scriptæ substitutum extraneum cohe-  
redem futurum esse filio. Sed leuem  
causā ex his verbis arripuit, & ex se-  
quētibus (vt suo loco impugnabimus)  
nam Julianus coniecturam, seu dubi-  
tationē dedit in verbis istis, vt extra-  
neus admittendus videretur: quis re-  
fici iudicij formula verborum perspe-  
cta non ita iudicabit? cum Consultus  
dicat, non satis voluntatem suam decla-  
rauit, quæ plene planeque demonstrat  
coniecturam, ambiguitatem, dubita-  
tionem, hæsiūtiām, vt videretur cō-  
missenus hereditati substitutus: si  
enim non satis voluntatem suam de-  
clarauit testator, ergo aliquo modo  
repellendus, aliquo modo admitten-  
dus extraneus apparebat, ex institutio-  
nis, & substitutionis verbis: nā vt mo-  
ris Iurisconsilitorum fuit, & in h. m. n.  
anteceidenti videmus, præponitur du-  
bitatio primo, quæ obstat videbatur,  
sententia recta responsi: qua non  
obstante,

obstante, contrarium postea resolutur, ut Julianus in §. isto facit, in vers  
sed proelior, qui respondendi modus  
doctissimus, & elegantissimus est. Ni-  
hil enim aliud in his verbis Julianus  
scripsit, quam testatorem non satis  
voluntatem suā exprefisse, ut repelle-  
retur substitutus, si nō aliter admittē-  
dum voluerat, quam si vterque filius  
heres non esset. Sed non ea dubitatio-  
nis hæsitantia, aut ambiguitas verborū  
tantum efficere poterat, ut filium vni-  
ce dilectum à successione repelleret,  
ut extraneus admitteretur, semper  
minus diligendus. Quis primis labijs  
in jurisprudentia tineris talia credi-  
ens? cum imò nō dubia solum, sed ex-  
pressa verba, si aliquis conjecturā lo-  
cus est, abrum puncitur, aut temperan-  
tar, ut filius ad debitam successionem  
patris ab ipsa natura dedicatā admit-  
tatur, ut suo loco infra longe late que  
probabimus. Remanet ergo aduersus  
Fabium, Julianum in his verbis solū-  
modo præposuisse conjecturam, qua  
videtur substitutum coheredem fi-  
lio futurū, ex argumentis à me pro-  
plo consideratis supra.

Cum enim scripsisset Consultus,  
dubitatem, & perplexitatem ins-  
titutionis, & substitutionis formulam  
continere, ad hoc ut videtur reie-  
ctus substitutus, subiicit: *hęc enim mo-*  
*do cōcipe oportet si mibi neque filius, ne-*  
*que filia heres erit: quia sic expressum*  
*est, substitutum nō admittendum, ni-*  
*si neque filius, neque filia heres sit: id*  
*est, vterque aut decesserit, aut repu-*  
*diauerit. Ratio est, qui prima institu-*  
*tionis formula per disiunctivam, aut,*  
*concepta fuit, ista autem secunda per*  
*copulativam; particula enim ista nec,*  
*nec copulativa est, nec antiqui Grā-*  
*matici apud Festum dictione ista, Di-*  
*uisque Augustinus in sua Grammatica,*  
*& noviores aīj, vi posse Charisius, Vi-*  
*ctor, Donat, Diomedes, Probus, Au-*  
*tonius, disiunctivam esse putauerint;*

nam contraria sententia veriore est, &  
receptior: ut tenet Festus dictione ista,  
Priscian. lib. 10. Brocensis lib. 2. Min. c.  
18. sentit Laurent. Vail. lib. 2. elig. ca-  
pit. 18. Alex. in l. si quis ita 129. D. de V.  
obligat. vbi Ias. & Alciat. & ille etiam  
in i. sape, D. de verbor. significat. Cuiac-  
cius in l. 133. D. de verbor. obligatio. Ja-  
cobus Gotofred cap. 11. animaduerso.  
plurimos refert alios. I. Anton. Bellon.  
conf. 74. num. 47. ad quod expreta in-  
risprudentum responda habemus in l.  
cum filius familias 49. § . . . dicit. l. si quis  
ita, l. Julianus 131. l. quidam 132. l. si sic  
sipulatus sim 133. D. de verbor. obligat.  
l. harum actionum 7. D. si seruit vina. l.  
Mutianus cantonis 7. D. de cōdit. &  
de-  
monstrat. l. 1. C. de ferris fr. g. nec alibi  
meo iudicio expressio inueniri pos-  
set locus, quam præsens Juliani res-  
ponsum: cum diluc. clinair, aut, lon-  
ge distante Consultus assūmet à con-  
iunctione, nec neque: cum in primo ca-  
su stricte, nisi alia conjectura subeslet,  
substitutus admitteretur cū filio per  
virtutem disiunctivæ: in secundo, nisi  
viroque non adeste, id non fieret,  
quia copulatiue frātres fuerunt insti-  
tuti. Vario tamen itinere in particu-  
lis, nec neque, copulationem inueni-  
erunt antiqui, & notiores. Simius Ca-  
pito (quem refert, & sequitur Festus)  
inde trahit, quia & non, idem impor-  
tat quod, non: & quamvis satis non  
explicet, id procedit ex vi negatiæ,  
qua in copulatiuum reso viri (ut lo-  
ge prebaimus supericri capite) qua  
rationem per eleganter confirmat  
Priscian. dict. lib. 10. in his verbis: inne-  
nitur etiā ne pro neque, qua copulati-  
ua est coniunctio: sub rīa enim. abiga-  
tione copulatiua res. q. omnia & nec. Tenet  
A. Fab. lib. 17. coniect. cap. 18. quo rīa  
lux datur Festo, hucusque desideranti.  
Vnde Cuiac. dict. l. 133. displicet, dum 23  
particulam istam docet, cuam diſū-  
gere, quia negativa sit; cuam eo magis  
coniungat negationis virtute, ut ple-  
ne

ne plane iam regimus. Alciat. in l. duobus 288. num. 4. D. de verbis signific. id procedere innuit per repetitionem, quæ per has particulas sit. Quomodo documque enim sit, nonquam inueni, nec inueniri potest harum particularum vlos, quin copulativa per eas non contrahatur, vide exempla apud Godescalcum. Stenuoch. lib. 1. de part. ling. latin. fol. 187. Vide elegantæ antiquæ autores, poetas, & solitos: semper copulativa dictiones istæ operantur. Cum ergo copulativa sit, aut si disiunctiva (quod displicet) in copulativam resoluatur, mirum non est, immo necessarium; quod si substitutus vocatus est sub hac conditione si neque filius, neque filia heredes sint, non admittatur, nisi eo casu quo uterque heres non sit. Subconditione enim copulativa substitutus est, cuius partivtrique satisfaciendum prius erat, quam datur locus substitutionis: si heredi s. cum vulgatis, D. de condit. insit. Moneat pro tua sententia hinc A. Fab. argumentum, voluisse Julianum, extraneum in primo casu, substitutione substitutum alteri filiorum inhereditate commiscendum: cum ad hoc ut id non fieret proponat Consultus, per particulam neque substitutionem faciendam fuisse. Et sane verum est, loge aliam fuisse Consulti mentem, & ratiocinationem non aliam, quam prædisertæ: scilicet quod cum in prima substitutionis specie non satis testator suam declarasset mentem, an excludi voluisse substitutus à filij cohereditate, infert inde, debuisse testare rem, ut nullum superesset dubium exclusionis, cōcipere sub hac formula substitutionem, sineque filius, neque filia heres erit, aliter enim iurisconsultum intelligere, nihil aliud est, quam in humaniter trahere, & subiniqua tortura eius verba comprimere.

Exspectet Faber æquis oculis subsequentia verba, quæ Juliani fatetur  
24

argumentum, voluisse Julianum, extraneum in primo casu, substitutione substitutum alteri filiorum inhereditate commiscendum: cum ad hoc ut id non fieret proponat Consultus, per particulam neque substitutionem faciendam fuisse. Et sane verum est, loge aliam fuisse Consulti mentem, & ratiocinationem non aliam, quam prædisertæ: scilicet quod cum in prima substitutionis specie non satis testator suam declarasset mentem, an excludi voluisse substitutus à filij cohereditate, infert inde, debuisse testare rem, ut nullum superesset dubium exclusionis, cōcipere sub hac formula substitutionem, sineque filius, neque filia heres erit, aliter enim iurisconsultum intelligere, nihil aliud est, quam in humaniter trahere, & subiniqua tortura eius verba comprimere.

Exspectet Faber æquis oculis subsequentia verba, quæ Juliani fatetur

esse, & errorem apud doctos indices cantabit: cum quavis ex eis fundatum sulciat sententia sua, non <sup>25</sup> aliud erit, nisi casus, & grauis ruina scribit ergo Julianus. Potest autem interdum superior scriptura esse necessaria, si quis cum filium, aut filiam habeat, utrumque heredem instituere velit, sed siue alter heres futurus sit, extraneum miscere; siue neuter, extraneum substituere. Hæc verba expresse referunt Julianus ad primam speciem institutionis, & substitutionis. Tο' superior scriptura probat: super eius endatione totū contextum fuit respōsum. Dixerat enim Consultus, non satis ad exclusionem substituti testatorem voluntatem invicem declarasse: & cum sentiret, excludendum esse substitutum, ut in fine respōdet, addit ad maiorem comprehensionem substitutionis, posse locum esse substitutioni, retenta disiunctionis natura, & vi: quando pater filium, aut filiam natos haberet, & vellet utrumque heredem instituere, sed cum ea substitutionis qualitate, ut si filiorum alter heres futurus sit, alterque aut repudiet; aut moriatur: tunc substitutus heredi commisceatur: & si neuter filiorum heres sit, integrā extraneus audeat hereditatem: in quo casu disiunctionis vis recte se obtinet: quia casus seu species ista dissimilis longe est à superiori: in hac filium, & filiam tempore testamenti habebat: & sic cum certò haberet utrumque, & nihilominus substitutionem subdiunctione fecit: credibile magis, aut saltim magis substitutionem, testatorem voluisse vni filiorum existenti heredi extraneum commiscere, cum nulla ignoratiæ, aut oblinionis causa adferri possit, aut amoris præsumptio. Vidit, cognovit parens natos, & tamen fecit eam substitutionis formulā: ergo credendum est, nō aliam fuisse voluntatem eius, nec ultra dilexisse natos: at in prima specie solummodo spera.

sperabat natos, non viderat: non dilexerat; fecit institutionem, si quis mihi filius, aut filia genitur, incertum erat, plures, quam unum extiteros, prodituros que in lucem; hic maior dubitandi causa: an voluerit pater filio commiscere extraneum, quia substitutionis formula urgeat: virget contra amor naturalis parentis in filium, quem extraneis cunctis credendum est, ante ferre voluisse (ut ad finem huius text. latius dicam) Et quamvis pater filiu, & filiam natos habuisset: ita est praesumptio pro paterno amore: tantum isti condonandum est: ut adhuc dubitari possit, an voluerit pater, & quos facere in successione filium, & extraneum arg. l. generaliter, C. de instit. & substitut. propter quod addit, obtinere locum inter filios predictam substitutionis formam: quando adest patris voluntas sic voluisse institutionem, & substitutionem cōponere: uti expresse probant illa verba. *Vtrumque heredem instituere velit: sed siue alter heres futurus sit, extraneum miscere, siue neuter, extraneum substituere, & ea decausa scripsit Julianus.* Potest autem interdum: quasi unum singularem potentiam casum praefixerit, in quo substitutio stricto disiunctionis iure possit obtinere locum; non semper, non regulariter, quia tantum absurdum, tantam iniquitatem, impietatem que aduersus filios prudentissimus ad sereret Consultus? alia enim indecitate responderet, non tam stricte potest autem interdum: ad unum casum. Ergo exista Juliani limitatione satis inferri potest aduersus sententiam Fabri, substitutum non fore filiorum alteri coheredem, nisi cum filios natos heredes instituit, & voluit per substitutionem disiunctionam formæ praescriptæ extraneum miscere. Ex quibus aper te audacissimus A. Fabri error convincitur, praesumentis Julianem sui responsi decisionem possuisse in vers.

Potest autem, quem præmanibus habemus: & suam confirmasse sententiam, aut somnum, substitutum unum cum filio ad hereditatem admittentem. Vnde infert versiculum finalem, sed proclivior fixisse Tribonianum, deceptum versiculo non satis, ac non per calenter hunc vers. Potest autem, in eo que iam Julianum dubitationi præscriptæ respondit: quod cum totum contrarium sit, & verba coarguant evidenter, transitum ad alium casum fecisse Consultum in hoc versiculo, quam illum, qui præpositus erat: ut ince clarius probatum relinquo: parum Faber, Fabrique sententia curanda est.

Cum ergo ad propositam, de qua in principio, questionem doce, & grauiter per varios casus, & varia discrimina discurrisset Consultus non satis, dicendo, testatorem suam voluntatem declarasse ad excludendum substitutum: ad id enim substitutione fieri debere per copulatiuam neque posseque tamen aliquando obtinere inter filios natos ex voluntate testatoris superioris speciem substitutionis: claudit pia, prudenti que sententia responsum in his verbis. Sed proclivior est sententia testatoris, sic esse interpretanda: ut siue filius, siue filia nati ei fuerint: extraneus non admittatur, nisi specialiter hoc testator expresserit. Ne mo aequi, pīque animi sententiam istam ab negabit, aut audacter despiciet, qua tantum iustæ successioni filiorū succursum est: cum & fundamenta solidissima sint, quibus substituatur ea. Pater familias institutionem fecit, si quis mihi filius, aut filia genitur, heres mihi esto, ex formula suo tempore receptissima, præcogitans unum tantum, vel 27 unam nasciturum: quod votum, & cogitatio (ut experientia docemur) fere cunctorum fuit l. qui filiab. 17. §. 1. D. de leg. 1. ibi: Si qua filia mihi genitur, ei heres meus centum dato, Cicer. lib. 2. de

de orator. Si mihi filius genitur, is qui prius moritur, & e. sum vi mihi ille sit heres si natus filius non sit, videatur ac ei, qui filio mortuo insitutus heres sit, heres esse, & commodissime 19. l. s. ita 13. l. Gallois 29 & in 9. 2. & 3. D. de lib. & posthum. l. si ita facta 14. D. de in inst. rups. l. cum in testamento 37. D. de hered. institueret. l. cum ex filio 29. 5. 1. D. de vulgare l. Titius 6. cum lege seq. D. de suis, & legitim hered. Quibus omnibus, vi que in multis alijs, parentes solum sibi vnicem filium, aut filiam nasciturum animo conceperunt, frequentissime enim mulieres vni parere sunt, & quasi portentosum ( quamvis natura accidere possit ) admiramur cum trigeminos, aut videmus, aut audimus unā edidisse, l. cum quidam 30. 5. suum heredem, D. de adquir hered. ad quæ adeudus est de & tisimus noster amicus Alphonso Carranca de partus designatione cap. 18. a num. 5. cum seqq. docuisse, & prudentissime tractans celebre questionem illam l. s. antiqui, D. si pars hered. petat. an propter posthumum, qui sperator, filio nato quaria hereditatis, vel dimidia reserueretur pars, in qua contrarios iuris consultos fuisse resoluit cum A. Fab. in rationali ad l. & si restituatur 28. 5. fin. D. de iudicij, probatque Vlpiani, & aliorum sententiam respondetum, posthumo reservandam dimidiari, frequentius enim, & quasi certum est, unum tantum edituram esse mulierem, cuius quæstio nunc me periculo libero, cum mihi hanc ad notasse sufficiat, ut appareat unius filij patrum frequenter ordinariūq; esse) propter quæ merito testatores respectū illius habuerūt, & mēte præcepérūt; nisi qui cautores sua dispositione præcauissent, quod accidere poterat, id est, geminos vel trizeminos nasci posse, de quibus intelliguntur ea, quæ supra prædiximus. Nam quamvis in prima Juliani specie patet filij, filia que mentionem fecisset,

non tamen inde probabimus, virum que geminum partu eodem fuisse cendum, cogitasse, sed alterum solummodo, quia subdivisione adheritatem vocavit, & instituit. Et si haec cuius & ( vi sane sunt ) vera sunt, & pater unum sibi nasciturum posthumū præsumpsit, natī ei que fuerunt duo, iusto errore de eius; quis extranei substitutionem unius in casu nascituri factam admitteret, ut filiorum alteri committatur in hereditate: & ad credendū adducetur, eam fuisse patris familias voluntatem, quæ disposerat solummodo vulgarem substitutionem unico filio, quem mente solum præcepit, si heres non esset. Nihil autem in nostro iure celebrios est, quam perfectas substitutiones, donationes, & alias dispositiones, quamvis principali autoritate validatas, superuenientibus excludi liberis, & extingui l. generaliter & C. de inst. & subtilit. ( si eius versus intellectus est ex communī voto nostrorum ) l. cum acutissimi 30. C. de fideicem. l. s. usquam 8. C. de revocand. donis. l. ex facto 43. D. de vulgar. l. cum annis 192. D. de condit. & demonstrat. cap. fin. 17. quæst. 4. minus enim scriptum, quam dictum censetur fuisse, nec tamta iuris iniquitas debebat esse, ut cum in eo æquiboni que iustitiam profiteamus, incognititia patris familias excludamus filios à cuncta hereditate paterna, quam naturalis ratio, pietas, amor parentum, votum, & cœilia, barbararum etiam gentium, iura ad dixerunt, & consecravūt; pro qua piissima, & æquissima sententia paginas ipsas congerit multorum, quæ suis locis præ cogitarūt interpretes, ostendere possem, sed ipsa perseveritas sufficit, & per apertum Scavolæ responsum in l. Lutius Titius, D. de her. institutione, in substitutionis specie minus digna favore, quam Juliani: quando fratri, & eius filijs substituti serui fuerunt: si filius aut filia ex fratre natus heres

heres non sit, & subiecti: Apparet quidē  
non cōmentem fuisse, vt quemquā heredē  
adibet ei fratri, quē aperit ex offe heredē  
institutio, & quo in tqq. capitib. la-  
tulus agemus) cū enim ex iusta p̄ficiam-  
p̄ione voluntatis disiunctiva in copu-  
latiōnā resoluatur: ut copulatiōna illa  
nā p̄ficiat heres sit l. pen C. de F. S. I. sape  
D. cod. iii. vi notat C. iac ad nosfrū s (&  
noslup. c. 3.) & disiuncta iusta transforme-  
tur in subd. iurisdictiā l. h̄c verba 124.  
D. cod tit. in qua virūq; fieri debet (vt  
diximus d. c. 3.) cui casui elegantiū, &  
quādignius que h̄c adaptari vera  
doctrina pot est, quā p̄fessenti ē in quo  
fortissime obstant extranco substituto  
æquitas, parentis votū m; amor, & ciui-  
le, & naturale ius. Intrepide ecquidē af-  
firmo, institutionē subdisiunctiā patrē  
fecisse, & sub eadem disiunctione substi-  
tutiō vocasse, ex Proculi reg. in d. l. h̄c  
verba 124. D. de F. S. & ex illis omnib.  
quæ dicemus infra, c. 1. quibus lōge  
probamus, frequentissimā subdisiun-  
ctionē esse iurecīlit: quæ in p̄fessiōnā  
rum arguunt rationes hic consideratæ,  
adiūctis his quæ dicemus d. c. 1. Sed ap-  
prime conducit Pauli sententia in l. si-  
ntia 14. D. de iust. rupt. (reiecta Haloā-  
di cōdemnatione, iam despacta ab A.  
Aug. lib. 4. cōdemnation. c. 17.) qui Cōs. in  
illa ex heredatione s̄ filius natus, natave-  
rit, ex heres esto, respondit, utrisque na-  
tis non rūpi testamētū, quia ex hereda-  
tio subdisiunctiā fuit ex utrisq; mē-  
tione, & quod magis mirari debemus,  
quod id in odiosis obtineat. Siq; intel-  
ligitur l. vñorē 41. §. testam. 6. D. de leg.  
3. ibi: Morseris nullo filio filia ve ex eō re-  
licito. Quæ omnia non inepte versi. sed  
proclīnior, confirmant: quæ ut sic respō-

deret Julianus, incansasuerunt: & con-  
vincunt A. Fab. h̄c omnia conceden-  
tē, quando testatori non adest expre-  
sa volentia: nā id non abiuit Julian. in  
vltimis verbis ibi: Nisi specialiter loco  
testator exp̄reserit, & ē cōtra idē Julianus  
supponit, testatoriis verba an bigui-  
tatem cōducere, & exp̄resus ibi: Non  
satis voluntatem. &c. & satis perspicua  
sunt quæ hic considerauimus.

Nec leuis argumenti iudicio negati. 34  
nā, sub qua substitutio concepta fuit:  
quod quan. uis institutio primo loco  
affirmativa fuerit; substitutio, & secun-  
da institutio, licet ab ea dependeat,  
quodāmodo res separata eī: vnde cum  
concepta fuisset per verba negativa s̄  
ille, aut ille heres non sit, ex vi & virtute  
negativa, ut substitutus admittatur, de-  
bet vterq; non esse heres (ex illis quæ  
diximus ad §. virū) aut saltim fortissi-  
num argumentum est, ex formula ne-  
gativa à testatore usurpata, voluisse v-  
irumque institutum non esse heredē,  
vt locus esset substituto.

Dubitat Fab. verba huīs V. ut siue 35  
filius, siue filia nati ei fuerūt, quæ suspi-  
cionē augent, integru versiculū Tri-  
boniani esse: inquit enim, non esse con-  
ceptā institutionem, s̄ mihi filius, aut si-  
lia nō nascetur, sed ita si mihi filius, aut si-  
lia heres non erit, quod quidē per quam  
falsū est, sic enim fuit s̄ quis mihi filius,  
aut filia genitur, heres mihi esto, & cū in  
institutione tō genitur, usurpat, re-  
solvit, nati ei fuerūt, quod in ordine ge-  
nerationis necessarium erat ad success-  
ionem. Ut mirer valde A. Fabri in-  
dicitum resecantis prudentissimā res-  
ponsi partē, & iustissimam successio-  
nem filiorum. 36

### C A P. VIII.

**I**n acrem palæstram deducitur l. generaliter 6. C. de inst. & subst. à n.  
1. cum seqq. Verba disiunctiānarum conditionum, à quibus certamen ori-  
tur, n. 2. Argumentum, & difficultas contra Iustinian. 3. Cynis sententia.  
4. Rejicitur. 5. Barcoli, & sequacium, quæ communis 6. Oppugnat G. L. Ma-  
deræ. 7. Demedia iurisprudentia receptum, quod disiuncta favore filiorum re-  
solue-

solueretur incorporationis m. 8. Non solum famor liberorum in hac constitutione attenditur. 9. Copula connexio efficit, quod virumque ad impleatur. 10. Disiunctus semper inter diversa ponitur. 11. Res una diuerso iure censeri non debet: qualiter intelligatur. 12. Ad extraneos hac constitutio extenta fuit. 13. Accedimus ad vers. Cui enim ferendus. 14. Exempla non restringunt regulam. 15. Adaptatur l. fin. C. de verbis signific. 16. Verba nostrae constitutionis, tam patibus, quam liberis gratiam, explicantur. 17. Filiorum famor quando considerandus sit. 18. 18. Donelli sententia ad hanc legem. 19. Et Gothofredi. 20. Alberici, Cuiac. Alciati, Gil Kenij. 21. Refellitur. 22. Nonior Maderae. 23. Reiscitor. 24. & 25. Incertitudo quæ viciet. 26. Toleratur decisio Iustiniani. 27. Omnia fere humana in certos casus expectant: ubi Ruffardi emendatio subiicitur. 28. Sententia autoris. 29. Suspicio constitutionem suppositam esse. 30. Desideratur in Nericis Pandect. 31.



**E**REOR, ne alius successionem, quam ego in Fabrum proximo capite habui, iamne retorqueat; sed pacem inde requiro, ut censor, siue successor discriminet, an ego iustius, quæ faber ausim, & tentauerim veritatis viam. Anxium, & dubium per varias interpretationes sententias, & in certos trahentes constitutiones, quæ iustiniano inserbitur, me traxit reluctantem, & vicit denique (nunquam verū profiteri pudeat, aut dedebeat) ea est l. generaliter 6. C. de inst. & substit. in qua ab antiquis & nouioribus practicis, & theoreticis protervè insidiatum est: nec hucusq; feliciter (nisi in feliciter ipsius ego censeo. Iustinianus, seu quicumq; huius constitutionis autor, rescribit: quod si testator ita verba sua cōposuerit, & edicat si filius, vel filia intestatus, vel intestata, vel sine liberis, vel sine nuptijs: deceperit, quod nō aliter admittatur substitutus, sub disiunctionibus istis vocatus, quā si omnes defecerint cōditiones; cū tamē si disiunctione intropicimus naturā, defectus cuiusq; conditionis aperebatur locum ad successionē substituto b. si heredi 5. D. de cond. inst. l. cū pupillus 78. §. 1. D. de cond. & demonst. §. si plures 11. inst. de hered. inst. in alternatis enim sufficit, quod alterū ad impleatur, cū inde discrimen inter copulatas, & disiunctas procedat, quod in illis, om-

nibus; in istis cuicūq; parēduro sit, vt leges istæ cōmotiāt, & interpretes infra referendi. Quid autem in causa fuerit Iustiniano, ad cā condendā constitutionem, attentissimè rimantur interpretes, & dum certas requirunt vias, inēut innias, asperas, & desertas.

Cyn. id constitutionis adprehendit 4 iter, cāque rationem: quod Imperator scilicet cōmotus fuerit, ne nimis gravaretur institutus: cū enim si disiunctione in sua staret natura, cuiusque defectus substitutū, vel fideicōmissariū admittaret ad successionē, factū est, vt adimplemēto cuiusq; excluderetur substitutus: quo successū institutum maxime est, quicq; maximo sic cōditionū onere leuatus est. Sed hęc antiquissimi magistri sententia repulsa acū etisfere interpretibus 5. iacet: lōge enim alia lūlia. fuit, apud ipsūq; praualui (vt aperiemus infra) heū quātū crudele, & fere tyrannicum esset, in tantum imperij exercere potestatē in testatores, vt nec licet ei sub honestissimis conditionibus suarum rerum substantiā relinquere: fracta, ab antiqua l. 12. tabl. descendente, potestate, vii quisq; voluisse legandi! verū est, quod varijs legib. ea potestas restituta fuerit; sed non in his casibus, qui & qui boniq; diūdicati sunt: inter quos cōnumerari nō patietur istum, quicumq; aliquai huiusprudētē notitia tinctus fuerit, contra d. l. si heredi 5. & alias, iam à me datas

datas; quæ enim indispositione iniquitas indagari poterit, quod sub pluribus disunctionis concordicibus pragmatus institutus foret, si non turpes, & à recta ratione abhorrentes sim?

Bart. quem consequunt saceruti cum tota pragmaticorum cohorte, Ias. Paul. de Castr. Alex. Philip. Folget in nostra lege, referunt totam eam ad liberorum fauore: propter quæ disrumpitur disjunctionis natura, aut in copulativa cōueritur, ut sic vocatus sub pluribus conditionibus substitutus, nisi adimplitis omnibus, non admittatur, tanquam si copulativa fuissent. Quod ego non abnegare, ut potè ille ego, qui aduersus A. Fabr. proximiori cap. acriter eam defenderim sententia, ex l. sis qui duceta 13. §. si. L. de reb. dub. cum alijs, sed non congruit Cæsaræ nostræ cōstitutioni. Tanquam Sirenarū cantus demulxit, impedit que in eos scopulos verit. Cui enim ferendus, & verba illa, tam patribus, quam liberis gratia, quæ sane in cautum quæcumq; commouere possent, ut credere, propter multis cōstitutionibus repetuum filiorum fauore, transformasse alternativæ naturæ, eorumque in ea cōstitutione respectum habuisse, ex illis comprobari verbis, & ex vers. cū ante, in quo illatione facit ex ante dictis ad Papiniani respōsum, totum in filiorū fauore cōsistens, quod subiicit in confirmationem suæ decisionis: quod sane certū est. Sed in isto sententias imperium fecit noster Greg. Lop. Mad. c. 33. animad. cuius partibus libenissime adhæreo. Fauore enim liberorum demedia iurisprudētia iā receperūt, vidisiūt in resolueretur in copulativam (vt plene dixi c. interiori ad interpretationē d. l. sis qui duceta 13. §. fi.) & facit ix. int. Lucius Titius 85. D. de hered. inst. l. ex facto 43. D. de vulgar. l. cū annis 102. D. de cōd. & demōb. ut potè idē Iustinian. insinuare videtur d. vers. cū autē, quid ergo nostri Cæsaris Iustiniani nouavit decisio, & generaliter sancivit, ut in eius

principio prescriptus nō enim solum (vt acute argumētatur Madera d. c. 33.) posita fuit cōdīcio, quæ fauorem liberorum respiceret, sed aliae penitus ab eo aliena; veluti si sine nuptijs, si sine testamento dec̄esserit, quibus subiicit Imperator, quod si ipse vel ipsa liberos sustulerit sine nuptijs contraxerit, sine testamentum fecerit, firmiter res possideri, & non esse locum substitutioni eorū, vel restitutio: en. Qualiter cuiusque cōditionis ad implementum firmiter facit res possideri, & substitutū excludit. cum alias, cuiusque defectus admittere eū deberet: in tantum, quod addat Imperator, ut omnis difficultatis removatur scrupulus, si enim nihil ex his facit subsequuntur: tunc volere conditionē, & res secundum verba testamenti restituiri, non ergo constitutio fauore liberorum respexit cumquæcumq; ad scriptarum conditionū adimplēta substitutū excludat, & faciat firmiter res possideri. Tō enim si nihil ex his fuerit subsequuntur terminus generalissimus est, quo Julianus in simili disunctione vſus vuit, int. si is qui duceta, §. si quis autē 5. D. de reb. dub. vt ex multis propositis aliquidevenire sufficiat ad effectum stipulationis, seu fidēcōmissi, vel substitutionis, vt latius Madera considerat d. c. 33. & multis relatis D. D. Ioan. Baptist. Larrea dec̄is. Granat disp. 61. à nn. 10. cum seqq. nam quod Bartol. Ias. Alexander. Paul. de Castr. Dec. & alij cum eis suspicantur, conditionē si sine liberis dec̄esserit inter alias inferiam cōditiones impetriri alijs eundē fauore, & eadem qualitatem, ne vna eademq; res dimerso iure censeatur, proſsus indignū est tantis viris, & innisum, inauditumque in nostra iuris prudentia: nostra enim constitutio solūmodo resoluit, substitutū seu fidēcōmissarium subvarijs disunctionis conditionibus vocatum admittendū esse, quando omnes ad impletæ fuerint; non quamuis vna, vel altera. Mouetur que Iustinianus ratione illa,

illa, ut in certis successioneis morientis exitus videatur certo substitutionis, vel resstitutionis fine concludi (de qua infra agemus) iulus ergo inde liberorum fauor autori constitutionis in causa fuit; ut sic copularet disianctas conditiones. Hæ enim omnes in cuncto nostræ iuris prudentiae capo, quoad earum adimplemantum, non partantur: sed unaquæque earum per se stat, & ad impleri desiderat: si copulatae, una & simul; si disiunctim, unaquæque. Nec id facit conditionum qualitas; sed copulæ connexio, quæ sic voluntate testatorē demonstrat, d.l.s.D.de condit. inst. d.l.cñ pupillas 78. §.1.D.de cond. & demonstr. d. §.si plures 11. inst. de hered. inst. præcipue cum conditiones per disiunctinam constitutæ fuerint, cuius natura est ut semper inter diuersa ponatur, & saltim dissimilitudia l.vbi pactū 4.C.de trāf.l.pen.C.de pach. tit. ut ager vegetalis seu emphytensis esse dicatur, Alex. in rub. D.de vulg. n. s. lal. in aub. quirē, C.de Sacros. Eccl. Alciat. respon 15.n.2. & in rub. C.vnde liber. n. 4. A. Fab. lib. 14. coieit. c.6. quod acris defendit noster Madera c. 23. animad. namq; si sic non distarent disiunctæ, hæc quam ridicule, & reprobe disiungentur, quod idem unūq; esset! sic ergo aduersus Bart. & sequaces antiquos, semper in uno Bart. iurantes, & cōspicantes remansimus. Si enim conditiones substitutionis disiunctæ sunt, & consequenter diuersæ, & dissimiles: quia fieri potest, ut unam eandemque naturam omnibus infundant? nā quod dicunt, non deberi eas diverso iure cēseri (quod iam equatuit in proverbiū) pene insipidum est: cū id verum sit in una re, quæ ex recta philosophia, & iuris prudentia diuersimode diuidicari non debet, l. eum qui edes 23.D.de vñscap c. cognouimus 12 q. 2. c. quia circa 22. de priu. vii pluribus noster Velasco illustrat in suis axioms. lib. I. nn. 157. sed pro Deus! quis id audiēbit adserere in pluribus rebus, nec soli pluribus, sed diuersibus diuersis,

& dissimilibus? abhorret à iudicio hominum. Patet ergo præoculis, nostræ constitutionis autorē singularē libero-<sup>13</sup>rum fauorem nō habuisse: qui haberet, si suā constitutionem ad extraneos extenderit? ut omnes agnoscunt, & Fran. Raguell. lib. 6. ad decis. Inst. in hac l. & exorditur eam sub verbis, quasi in huicmodi interpretationem præpositis: scilicet generaliter sancimus tō enim generaliter (ut subiecta satis evidenter demonstrant) ad quascūq; conditiones, & dispositiones disiunctivæ cōpositas, referendum est, ut iam præuidit Madera d.c. 33. cuius vestigijs in hac parte libentissime insistimus, & succedimus.

Mouētur autē interpretes ex V. cui <sup>14</sup> enim ferendus, & ex illis, tam parentibus, quā libertis gratā: quæ suauissime quēcumq; allicere possent ad credendum, filiorū dignissimum fauorem causam huic præstitisse decisioni. Sed non ita est, nec id autor legis potuit facere, cū generaliter antea contrarium statuisset, sed ab una, ex tribus præpositis conditionibus, exēplum desumptis, quod efficacius pro sua sententiā vrgeret: & argumentum ab absurdo, id enim est liberorum. Multoties enim simile videamus, & apud Iureconsul. & Cæsares: in <sup>15</sup> quibus præbita exēpla non restringunt regulā, sed potius adducuntur ad præcognitionē doctrinæ, & illustrationē sententiæ suæ, ut ipsimet animaduertit. l. §. quod vulgo 25.D.de vi, & vi armat. & optime Paul. in l pen. §. vlt. D.de iuris. & fact. ign. ibi: Licet municipū metio in hac epistola fiat, tamen & in qualibet persona idem obseruabitur, sed nec quod in opere aquaductus relicta esse pecunia proponitur, in hunc solum casum cessare repetitionē dicendum est. Subiicit Consultus perdoctā rationem, qua duce pernosceret semper exempli causa, & effectus: ea est, nā initium cōstitutionis generale est, tūc enim subiectis exemplis potius illustratur, quam limitatur, & restringitur generalitas illa;

vnde

Vnde cum in nostra lege generaliter sanctum esset, ad omnes disiunctas conditiones (vt proximodixi) ex eius principio subiectum liberorum ex eius praefixa generalitatem non restringet: quia initium constitutionis generale fuit. Sed quid aptius in eisdem disiunctis copulandis, prodidit nouam constitutionem Iustinianus in l. pen. C. de V. s. & cum institutionis legatu, libertatis, tutelæ meminisset longe, in confirmationem sua sententia argumentum, seu exemplum pietate plenam, defamit à commiseratione pupillorum, ibi: *Et maior prouidentia pupillis inferatur ne dum dubitatur, apud quem debeat esse tutela, in medio res pupillorum deperireant.* Sic idem auctor (cuius hic est mos) idem fecit in nostra constitutione. Nec tam patribus, quam liberis gratiam his nostris contradicit quidquam: nam ad institutos patres referendum non est, sed instituentes, & institutos filios; cù enim sub conditionibus disiunctiis institutus, & cui alter sub eisdem substitutus extat, ad implemento cuiusque firmiter res possideat, & bona consequenter relinquere suis possit, constitutionem, inquit Imperator, se proferre gratiam parentibus, quibus magnū sati solatiū est, ad libitum de bonis disponere l. i. C. de Sacros. Eccl. filiisque relinquere, l. scripto 7. §. fin. D. si tabul. testam. nulla extabunt, l. cum ratio 7. D. de bonis damnat. & gratiam etiam ipsis filiis, excluso substituto, perfruiriis bonis, ut iam præfensit noster Madera d. c. 33. nam si ad extraneos hæc constitutione referatur, in euitandæ contradictione admittimus, si patribus institutis hæc verba accommodemus. Nec contra me retorqueat aliquis, quod proximo cap. dixi, in dubio specialem constitutionem, in qua liberorum mentio fit, ad corū fauore referēdam esse, id enim nec ab uno, sed nō admirto, cū sanctionis expressissima verba liberorum fauore despicunt, nec attendūt, vt in nostra lege, secus, quādo nihil tale innenitur, imd totū contrariū, vt in d. si. d. l. si. is qui dicitur, D. de reō. dub. Hac in acie præcincta extabunt contra antiquotū, pragmaticorum que cohortē, conspirantium in fauore liberorum, dum alius magis ingenio strenuus, fortis que doctrina nostra debellauerit.

Non possum nō quodammodo laudare Hugonis Donelli in signe resolutionē in nostra l. n. 4. qui vicia rectaque iuris prudentia duetus, scribit: decisiōne Iustinian. ad alias non extendi conditiones, si inter alias scripta non fuisset illa si sine liberis decesserit, nam tunc secundum regulas iuriis omnes conditiones pro disiunctis accipiendæ sunt. Secundo colligit, quod si extrahens scriptus fuisset heres, & rogatus hereditatē resti tuere subiustis conditionibus si in testatus, vel sine liberis, aut sine nupatiis decesserit, pro disiunctis omnes accipiendæ, & interpretandæ: quia cessat (verbis Donel. sūt) obiectura postulatis, (lego. voluntatis) propriętā cūnactio conditionū admittitur, cū tamē resolutiones istae, quam tu misericordissimæ sint, cedat que præclarè è media iuris prudentia, obuenient expressis decisionis verbis, cū Iustinian. generaliter ad omnes conditiones sanxisset, & protendisset ad extraneos constitutionē suā. Tantum apud doctos præualet amica veritas, rectaque ratio, vt sanctam Imperatorem non audiant, nisi quatenus iste patientur.

Dyon. Gothof. ad nostrā l. sine dubio circūnactus eius immanitate, non aliū inuenit portū, ad quē se recipere atē pesterat, quā negatiwas eas esse conditiones dicēdo, & ideo omnes ad implēdas esse, qui sub verbis negatiwīs cōcepīt, fuerūt per d. l. si. is qui dicitur, §. virum, ego autem non inuenio, negatiwa quo loco posita sit, aut vnde deduci possit, vt sic statuamus. Præcipue cū demidia iuris prudentia id apertum esset, d. l. si. is qui dicitur, §. virum (de quo nō

pauca à me accepisti. Sed iam cā sententiam impugnauit A. Fab. d.c. 18.

- 21 Albericus hic, Alciat. in l. sepe, de V.S. n. 21, I. Cui. P. Gilkenius in nostra l. n. 4. quibus & annuit A. Fab. & Ragueillus, ubi sup. referunt dispositionem legis nostræ ad conjecturam testantis mentem: immane enim istis visum est, disiunctas incopulatas reduci, nisi potens causa subsit, quæ tantam rem possit efficere, quia non aliter à propria verborum significations recedendum est, quā cum aliud sensisse testatorem patueri possit, l. mon aliter 69. D. de leg. 3. quorum enim verba, nisi per ea intelligamus voluntatem dicētis, & ipse explanet voluntatem suā, l. Labeo 7. §. vlt D. de supellecit. leg. vt late prolequitur A. Faber. ubi sup.

- 22 Perplaceret mihi sententia, nā disiuncta incopulata convenerit, aut ex voluntate disponentis l. hac verba 224. aut ex causa necessaria, l. sepe. 53. D. de V.S. sed quæ indagari voluntas potest, quando nulla præcautione voluntatis legislator generaliter constituit, disiunctam incopulatam convenerit esse, sicut inter suos dispositū, sicut inter extrancos, fuerit? vt. sentit Don. & quæ vrget causa necessaria in conditionibus omnino disiunctis, & separatis? certe nulla: de qua necessitate causæ videndus est Alciat. d. l. sepe. n. 15. & Guiac. in l. coniunctionem 29. de V.S. & forte nos infra aliqua.

- 23 Gregor. Lop. Madera pro intellectu nostræ legis statuit, quod quando cōditiones illæ, quorum defectus locū tribuit substitutioni, referuntur ad successionem iustitiae, tunc etiam si varijs successionis exitus comprehendantur, disiuncta illa sit incopulata reducenda: in istum enim esset, aliud obseruare. Verba doctissimi viri sūt: quæ adaptat intellectū verbis illis nostræ legis, ut in certis successioneis morientis exitus, videatur certo substitutionis, vel restitutionis fine concludi, iustitia enim, inquit, esset aliud ob-

seruari. Sed unde iniustitiam gratis simus vir speculeretur, non inuenio: nā regulare in iure est, imò necessarium, quod quotiescumque sub diuersis cōditionibus substitutus vocatur, vel quibuscumque, semper cōditiones ad institutum referantur: veluti Titius heres esto. & si Titius sine liberis, vel testamento, vel sine hupijs decesserit, hereditatem restituat Sempronius. Lucius Titius 85. D. de hered. inst. in qua sine dubio admittentur substituti, nisi exesse Titium heredē instituisse, vt docet Iureconsul. (& nos infra agemus) facit. l. s. qui ducenta, §. fin. D. de reb. dub. in qua specialis liberorum favor, iustaq; præsumptio efficit, vt substitutus non comisceretur alterius hereditati: cōducunt l. in substitutione 31. §. 1. D. de vulgar l. cogi 16. §. en quidam 7. b. quidā 25 l. à filia 62. cum alijs D. ad S.C. Trebell. in quibus necessario conditiones, sub quibus substitutus, seu fideicommissarius vocatur, ad insituum referruntur, nam cum conditiones aperiāt, vel claudāt viam substituto ad successionē instituti, necessario ad istum referri debent, & quasi inter utrumque pendere: nullum ergo in hac substitutionis forma reperio mysteriis, nec causā, vt virtus (si apertis cōspiciamus oculis) & natura disiunctiæ transformatur incopulatam: adhuc semper disiunctio penderet, & voluntas testatoris expressa est sic disiungētis, & subdisiunctione substitutum vocasse. Nec aliquia potest indagari voluntas, voluisse copulare: nec vllā necessitas vrget. nullū que absurdū inde datur. Potest enim deficere aliqua conditio, & substitutus admitti: & si ea fuit testatoris voluntas, quæ resultat iniurias? quæ iniustitiae, succedēte substituto ex voluntate testatoris, cui à lege libera ea disponendi facultas concessa fuit?

Dum ad ipsi laboro, in Iustinianæ ratione, ad quam suā interpretationē refert Madera, rectam legis sententiam,

- tiām, ex cruciō: & eius dignitati diffi-  
dor: non teste capio incertitudinē illā,  
quam exulare facit Iustinianus; dissi-  
ctionis: per quā rē à quo cū que æqui-  
boni que animi viro, vnde auspicare-  
tur in dissectione indigam: testato-  
ris voluntate, & conservatio dissi-  
ctionem? quid potest magis certum  
esse in rerum natura, quam quod sub-  
stitutus sub dissectione vocatus admi-  
tatur aliqua deficiere, aut excludatur,  
omnibus ad impletis; in certitudo au-  
tē, quā merito expulerūt nostri Cōsul-  
ti, ea est, qu.e omnino voluntate testa-  
tis, seu cōtrahētūscēsudit, nec quisquā,  
quidvoicerint, rimari aut stabilire po-  
test: plurimā exēpla ad calamum cō-  
tendunt, sed videlicet item 9. & si ē quā-  
tuor seqq. D. de stipul. servor. l. duo sanc-  
tū 30. l. tūtor 20. de testam. tut. l. si fuer-  
rit 10. l. si quis 27. D. de reb. dub. cū alijs  
plurib. quibus nostrūm ciuile ins in-  
dat. Vnde facile tolero nouam deci-  
sionem nostri Iustiniani in l. pen. C de  
P. S. in dissectione omnino īcerta, &  
insuperabili: quæ in variis nostri Iu-  
stinis autores exēgit sententias, & op-  
niones, quas doctissim. librat. Cvi. in  
commentario ad cāder legem, veluti ille;  
aut ille heres nūbi est: illi aut illi do-  
lego: illum aut illum liberum, aut intorem  
esse volo. Hicū quam insulsima causa  
permouit nostrum Imperatorem, vt  
dissectione in copulativam reduce-  
ret: sed auit sua constitutione crudeles  
interpretū tēpestates, & clamores-  
si fori perpetuas voces, quas incerti-  
tudo insuperabilis in perpetuū offe-  
ret, nō sic in nostra l. generaliter, quia  
quāvis in certus exitus esset, quo dissi-  
ctione cōditio deficeret: certus tamē e-  
rat modus, certa regula; certaq; lex à  
testatore præscripta substitutionis:  
standum ei ergo erat. Etsi incertitudinē  
ducit ab exito (quod constitutio-  
nis indicant verba) etiam conditionū  
copulativarum incertus exitus est. Sed  
28 quid moramur? cum quæcumque cō-
- ditio, institutio, legatum, testamētum,  
& denique humana omnia īcertos  
exitus habeat: & subiacēat variāis cō-  
ditioni fortunæ: quod quia per quam  
notum est, obuium omnibus, nō illus-  
tro, nec deco per pulcherrima lite-  
rām imprata. Quid est, quæso per C. eū  
immortale, quod sub hoc involucro  
verborum nobis indixit Iustinianus,  
aut quicunq; auctor cōstitutionis fuit?  
quod nī insipidum, & ineptum di-  
cam; plane indiget Tiresia vate, aut  
Oedipo altero. Rogo, si testator sub  
præcripta verborum forma substi-  
tutionem conciperet, & vellet substitu-  
tur admitti, defecta altera dissec-  
tiuae conditione, sub qua substitutū  
vocauit (vt in simili quæsivit Julian.  
d. si is qui ducēta 13. & si quis autem 5.  
D. de reb. dub.) cum ea sit formula re-  
cepitima, sic voluntiem substituere,  
(nec aliter possit, nisi in usitatā, & bar-  
baram formulam suę dispositionis fe-  
cerit) quisquā æquū ducet, quod vo-  
luntas non obseruetur? & sufficiens  
causa censeri poterit exitus incertitu-  
do, vt in eam tam superbē eatur con-  
tra voluntatem ultimā: scim per enim  
ut libera testandi voluntas restringe-  
retur præ cōstatim a fuit ratio æqua ad  
id, & causa iusta, vt in multis legibus, &  
Senatus Consuliis docemur (vt iam  
dixi) hic autem nulla fuit auctori san-  
ctionis causa: quæ si traddita prævale-  
ret, cādem posset, horribili nostræ in-  
risprudētiae ruina, ab imis sedibus euer-  
tere ins ciuile: cū quidquid in ea fla-  
bilitum sit, semper sere incertos, va-  
rios que casus expectet: & tam in cō-  
tractibus, & ultimis voluntatibus dis-  
sectionū formulæ frequētū similes sint.
- Denique L. Rullard. in notis ad hāc  
legem expungenda iudicat verba. fine  
testamento, ex recensione meliorū Co-  
dicū. Sed adhuc remanet difficultas,  
vt præscripta docent.
- Quid ergo nos in tanto discriminē  
rerum? absoluimus facile quæstionē  
per

30 per disiunctiū: quod aut h̄ec constitutio supposita est, aut nimis dura: suppositionem coargunt tela, & tormenta in ipsam contorta, quibus cuiusnam, si non minatur, iā facit apud doctos, & amatores veritatis, indigna e- nīm Iustiniano, ut alio Imperatore est. Sed pro hac cōiectura nō leue fundētū est, quod scribit A. August. in collectione constitutionū Graciarū Codicis  
 31 Iustiniani in notis ad h̄ac legem sol. mibi 139. hanc cōstitutionē in Norio lib. de- fideret: nec parum adiuvat inscriptio hucusq; incerta omnino, ut potè quæ Iustiniano inscribitur, & Valer. & Gal- lie. A. A. ad Senatum. Quæ omnia mi- hivalde suspectam redunt constitu-

tionem, & dissimilant v. ille. Si autem h̄ec fallit conjectura, sicut imago:sen- tentia legis(vii explicu) plana aperti que est: eius latorem generaliter san- xisse, submultipli cōsuetudine cōditio- ne fideicommissarium, seu substitutū vocatum non admitti a successionē, nisi omnibus defectis cōditionibus, quod quidem per quā d. trū est, sed ita lex scripta est l. Prospexit 12 D. qui & à quib. H̄ec proratione, & veritate in medium proposuisse sufficiat, dabo manus, & victoriā illi, qui meliora attulerit. Sic rationem, & veritatem amo, quarum autoritas apud me, p̄re cunctis alijs, p̄ualeat, & excedat est.

## C A P. IX.

**D**iscutitur longe lateque l. Lucius Titius 85. D. de hered. inst. à ou- tinec. i. cum seqq. 1. Dubitatio ad responsum. 2. Vulgaris substitutio aditione instituti expirat. 3. Nec fieri potest in casum ad ita heredue- ris. 4. Conditio si sine liberis decellerit ad tempus aditæ hereditatis non refertur, sed mortis. 5. Secunda dubitatio ad responsum. 6. Qui nō admittit- tur ut substitutus, nec ut adiectus 7. Tertia dubitatio. 8. Du- bitatio qua- rta. 9. Liberi positi in conditione an consequentur positi in dispositiōne, remissiōne/zo. Cuiac & Fabr. opinatio ad dict. l. refellitur. 11. Explicatur l. cum patet 77 S. p̄ea D. de legat. 2. 12. L. inter sacerorum 26. S. cum inter, D. de pact. dotalib. l. 1. C. de condit. inst. 13. Quintam dubitationē monuit A. Fab. 14. Castigatur eius sententia. 15 Vers. Non enī in nostrae le- gis explicatur. 16. Vulgaris substitutio duplē casum comprehendit. 17. Quibus omnibus illa stratur Sc̄enolæ responsum dict. l. 85.

**E**LEBRE est quoad alternatiwas Sc̄enolæ responsum in l. Lucius Titius 85. D. de heredib. instituen. in cuius campo non sine sanguine debellatū est: sed præci- pue ab omnibus illis qui fortunā te- tarū super, adhuc relatai, quæstio- ne, an filij positi in conditione censē- tur positi in dispositiōne. Ego autem dampna clementiam requiro; in animū induxi, nostrum penetrare respoſum ex distiſtione, quæ nos, veritatem, & rationem securissime in portū trāl-

uehat: illa scilicet, vi pro positis quæſ- tionis verbis, explicemus discrete, quæ voluntat, & emisit Consultus dubia. Lucius ergo Titius fratrem suū hac verborum formula instituit. Ti- tius frater meus ex aſſe mihi heres effo: si mihi Titius heres effe noluerit, aut (quod abominor) prius morietur, quam meū he- reditatem adierit; aut filiam filiam ve ex ſe natum, natum ve non habebit: tāti Sil- ēbus & Pamphilus ferni mei liberi, & he- redes mihi æquis partibus ſunt. Tres iigitur diſiunctæ conditiones in inſtitu- tione fuerunt propositæ: si heres effe noluerit: aut prius morietur, quam he- reditatem

ditatem adicerit: aut filium filiam ve ex se natum natam ve non habebit: sub quibus Stichus, & Pamphilus liberi, & heredes substituti fuerūt. Ex qua institutionis, & substitutionis hypothesi dubia varia, variaque quæ sita Scæuola, & Faber extulerunt ( infra designandus.)

Prima dubitatio inde. Quæro cum Titus hereditatem adierit, & liberos adire hereditatis tempore non habuerit: an Stichus, & Pamphilus ex substitutione liberi, & heredes esse possint. Dabitauit enim Consultus, videri, Lucium Titum testatorem voluisse, tempore aditionis hereditatis extuturos fuisse fratribus sui liberos: vnde cum disiūctive conditiones istæ propositæ fuissent, sufficere substitutis ad successionem, si tempore aditionis orbus liberis frater adiret: cum in disiūctiis defectus unius conditionis faciat locū substitutis. Cui difficultati non subsequenter responderet, sed dubitationem secundam præmittit: responderet tamen infra: nos tamen perspicuitatis gratia suo ordine satisfaciemus ex ipsius Scæuola sententia, & rectis principijs iuris. Negat Consultus, admittendos fore substitutos propter defectum liberorum aditionis tempore: quia cū servi Stichus & Pamphilus vulgariter substituti fuissent: aditione instituti exprimitur vulgaris substitutio, l. post aditam s. C. de impuber. & alijs substitutis. verbis censib. 7. D. de vulgar. sentit ibi magnus Scæuola. Igmar si frater adiit, Stichus, & Pamphilus heredes non erunt, & ibi: item quaro, si ex substitutione, neq; liberi, neque heredes esse possint, dicens, aditione fratribus substitutionem vulgare in finitam: directa enim vulgaris substitutio ( ut bene docet Faber super responso isto lib. 17. cap. 19.) fieri non potest in casum aditæ hereditatis: nec sub ea conditione si sine liberis decesserit: cùm id propriū fideicommissariæ substitutionis sit:

cum qui semel fuerit heres directe, non poterit amplius desinere esse heres. l. art. Prator 10. § sed quod Papinius 10. D. de minoribus, l. ei qui soluendo 88. D. de heredib. inst. Non enim huiusmodi conditio si sine liberis decesserit, ad tempus aditæ hereditatis referitur, sed ad mortem; id ad eò certum est, vt fere nulla frequentior formula in iure nostro inueniatur, l. filius familiæ 114. §. cum erit 13. D. de leg. 1. l. ex facto 17. §. si quis 4. & §. fin. l. mulier 22. §. cū proponeretur 4. l. quidam 25. §. si quis 2. l. Ballista 32. cum alijs plurimis D. ad S. C. Trebell. l. 1. C de condit. insert. meritis enim tempus iusta causa considerat reparator, vt si hic institutus nō habeat liberos, pertineant bona ad eum, quem magis sua voluntas duxerit, cū iam certum fiat, institutum amplius non habiturum eos; secus autem est in aditione: quo quidem tempore filios requiri, impertinetis, aut nullus effectus appareat. Quorsum enim ista conditio, si postea haberet? nec dubijs verbis sententiam istam exprefsit Scæuola, ibi: Decesserit liberis relictis, innuēs in formula institutionis id voluisse Lucium Titum, quod aditio, & liberi ad mortem instituti referrētur. Ex qua verissima interpretatione infertur, in dubitatione ista substitutos admitti non posse, cum eorū substitutione aditione exprimatur: nec liberi in consideratione fuerint aditionis hereditatis tempore. Qualiter enim admitterentur? quia cū institutus directe heres sit, & aditione permaneat: inuenientur heredes institutus, & substituti ei contra principia nouissima substitutionis vulgaris l. 1. D. de vulgar. & illius regulæ, qua p̄finitum est, vni duos insolitum heredes esse non posse l. quod contra 141. §. l. D. de reg. iur. & hæc de dubio primo.

Secundā dubitationē in illis responsi verbis p̄figit Consultus item quero, si ex substitutione neque liberi, neque

heredes esse possint: ut in partem hereditatis videantur adiecti. Parum apud me quod illo ita difficultatis haberet, multa enim obstat substitutionis, ut in parte in hereditatis admittatur, vide licet expressa testatoris voluntas, quæ Titium fratrem suum exesse heredem instituit: non ergo voluit, ut liberum in hereditate fratri commiscerentur, ut optimus respondit Schuola in his verbis. Apparet quidem non eam mentem testatores facisse, ut quemquam heredem exhibeatur fratri quem aperire exesse heredem instituisset. Ceterissima enim regulæ est, secundum Papinianum d. l. verbis similib. 7. D. de vulgar. ut qui non admittitur ut substitutus, nec ut adiectus heres admittatur lege verba tanquam pro sententia Schuolæ præcilli. Sed qui non admittitur ut substitutus, ut adiectus heres quandoque non erit, ne si ut contra voluntatem si filius non habeat totum interim, quod ei testamento pater dedit. Sed quod ad nostram hypotheticam attinet, huic dubitationi satisfacimus ex proxime dictis dubitationi præcedenti. Servi enim isti substituti faciunt: Et non alio quam substitutionis nre admittendi erat, quæ cū adiunctione expirat, omnis adiunctus ad successionem substitutionis obclusus fuit: vel quoad totum, vel quoad partem: ut expressus est ibi Schuola. Igitur si frater atq. Stichas & Pamphilus heredes non erant, nullus enim disiunctio casus successit, ex quo frater adiicitur, ut admitterentur substituti: nam disiunctio conditiones, quæ adiunctione respectabantur, noluerunt frater adire, vel non potuerunt: simul ac frater adiicitur, complete fuerunt: & naturam successionis nem in instituto ad seruauat sine illa spes substitutorum:

Tertia dubitatio elicetur inde, aut filium filiove ex senatum, natumve non habebit. An si institutus frater post adiunctionem hereditatem decessisset, sine filio, aut filia, admitteretur substitutus? Pro-

quibus ad stare voluntatem testatoris videbatur (qui sine filii fratre decedente, vocavit ad suam successionem substitutos) & institutionis formam (triplici compositam disiunctione) quarum fuit una, si sine liberis decesserit, quæ cum sic aduenisset, pro se substituti expressum habere videbantur casum. Sed si recte predicta animaduertantur: iam huic quodlibet responsem premisimus: non enim in responso Schuolæ L. Titius substitutionem fecit fiduciam commissariam, secundum quam institutus quandocumque sine prole decederet, possent substituti ex disiunctio vi, scilicet conditionis defectu successionem petere, dicit. l. fiducias familiæ 114. h. cum erit 13. D. de leg. i. cum alijs (infra dedimus infra) sed substitutionem fecit vulgarem, quæ ipsa additione instituti encravat. ut docet A. Fab. ditt. lib. 17. con. cap. 19. & I. Cuiac. in commentario ad hanc legem, Stephan. Forcat. dial. 50. Neccomant. cap. 3. sic ergo semel ab instituto adiuva hereditate, ex defecitu liberorum non admittentur substituti.

Quarta dubitatio difficilior est, & 9. ipsis interpretibus grauius facilius negotium. Ans L. Titius hereditatem non adiuverit, substituti preferrentur instituti liberis? Nam cum in ceteris dubijs exadiunctione, resolueremus, alternatiæ, & substitutionis peremptâ esse virtutem, hic autem ea ratio nihil dissoluet, atq; permanebit alternatiæ sua vis, siveque natura, propter quod defecit institutionis conditio; & causa substitutionis aduenit: quod solam sufficit substitutis ad successionem. Contrarium tamen prudentissimum noster Consolius respondit in extremis suis ratiōnib; verbis, ibi: Quos eo amplius noluit heredes esse, si frater prius quam hereditatem adiret, decessisset liberis relictis, nam prudens consilium testantis animaduertitur: non enim fratre solum heredem præstulit substitutis, sed eius

liberos. Nam quamvis disiunctiū ratione, & vnius cōditionis defectu admitterentur substituti; voluntate tamen testatoris expressa prēlati substitutis inueniuntur liberi. Id enim operatur, quod liberi in cōditione positi essent. Sed heū quantus appetit in armis conflictus, an liberi in conditione, cēlebat positi in dispositione: cuius certaminis cruentus campus nostrum responsum est, coniurant A. Faber. dict. c. 19. & ante cap. 18. & acris maioriconamine decad. 26. error. 1. errorum pragmas. Cui, in nostrā, non leuius Cardinalis Mantica de coniect. ultimarum volunt. lib. 11. tit. 2. per totum. qui negant, in conditione positos, esse in dispositione, congerit alios Broſfeus in remiſionibus ad nostrā legem: (qui & alteri<sup>o</sup> partis, seu factionis duces refert.) Resistūt illis plures ab hoc relati, inter quos est Stephan. Forcat. dict. dialog. 50. l. Corr. Miscellan. iuris Civilis lib. 2. cap. 15. & noniſime noſter Alphenius Carranca de part. designat. cap. 2. §. 1. à numer. 283. ad 300. qui strenue horum partes restituit, & defendit (quibus addere, facillimū mihi feret, ingentē interpretū manū; at in tempore facerem) Sed prudenter cruētissimo cōmiseribello præcaueo, in cautus fere, & inermis ad tantos impetus: declino ergo ab eis, cum vtū sit, nostri Sc̄euolæ responſum ſatis conſtet, & quod prudenti consilio concludat, testatorem substitutos postponi voluisse inſtituilibris, vt docet Mantica dict. titul. 2. num. 12. non ut computarunt Cui. & Faber, diſiunctiū ant in hac parte in copulatiū ſolū, qui vnde reſolutionem illexerint ex reſpoſo Sc̄euolæ, ignoro: contradicitque Forcat. ſup. Consultus namque nititur ſolum in voluntate testatoris, quæ vt vincat diſiunctiū virtute vocatōs, quis ignorat? cum in noſtro iure ciuilī à l. 12. tab. utiquisq; & c. tātum testatorū vo-

luntatibus attributum, & condonatū fuerit. Imò præumpta ſufficit voluntas, dicit. l. ſi ſiqui ducenta, §. fin. D. de rebus dub. (ex noſtra ad illū tx. interpretatione) pro qua ſententia non incōcine ad numerabimus tex in l. cumpater 77. §. pen. D. de leg. 2. in quo cum ex alternatiū vi electio à marito data videretur in fideicommiſſo, nihilominus tamē ordo scripturæ ſervatur, quod efficit charitatis ordo, & ex ista præumpta voluntas. Mirabitur ergo, apud Sc̄euolam idem obſernatum eſſe, vt expressa voluntate, & scripturæ, & charitatis ordine (ſive ab intellato, vel ex testamento) fratris liberi præferantur ſervis in ſucceſſione patrui? nemo ſanii iudicij abnegabit. Cōducunt l. inter ſocerū 20. §. cū inter. D. de pacis dotalib. l. 1. C. de condit. in ſertis, cum ſimilib quæ in hac prælatione nituntur. Sentit ergo Sc̄euola ſubstitutos ad ſucceſſionem admittendos fore ex conditionis defectu, ni testatoris reſiſteret voluntas, substitutis liberos præferens: non ecquidem in copulatiū ſolū, ſoluitur alternatiū, ſed ſtat in dispositione huius legis, compreſſo eius effectu in conditione liberrum à testatore.

Quintam dubitationem mouit mihi A. Faber citato loco, qui reſoluit (meo iudicio non æquè) ſubstitutos admittendos eſſe ad ſucceſſionem, ſi institutus repudieth ereditatem: quim poſſint prælationem liberi p̄petere, eo quod in conditione poſſit fueſſint. Mouetur diſiunctiū ratione ab eo, & à nobis hic ſapientia cōſiderata; & ultra, quia tunc in præiudicium ſeruorum liberi admittuntur, ſi institutus non adiuit morte præuentus hereditatem; ſecus autem ſi repudiasſet. Pro qua confirmanda ſententia, Sc̄euolæ nostri inducit verba, parum ipſi fida & cōſtātia; ea ſunt: ſi frater, priuſ quam hereditatem adiret, decessiſſet liberris relictis: pon ergo ſi repudiasſet.

Sed

**15** Sed mihi persuasum habeo, nullum tam temerarium fore, acc tam iniquum iudicem (parcant Fabriani manes) qui exequi bona iudicium Sabaudiae Præsidis faciat. Quis faceret iniusta iuris prudentia? Scæuola relunctante? voluntate testatoris violata? & omni pietate, atque æquitate exultante? hæc omnia (vsque ad religionem semper veneranda) violabit, qui voce aut calamo in talium sententiam iret. Quorsum illa Scæuola ducis Faber? Non est.

**16** Nam fratrem solum heredem præstulit substitutis; sed & eius liberos. Prælati ergo sunt substitutis seruis liberis fratris instituti casu, quo frater hereditatem non haberet, siue morte non aditam, vel repudiata. Hæc est plena horum verborum interpretatio, & intellectus capax, quim æquum sit, ut testingamus patentissimam rationem ad unum tantum modo casum. Et si per conditionem illam si filios non habebis, liberis seruis prælati sunt, in quocumque prælati obtinebunt. Duo enim casus in institutionis formula comprehenduntur: si inslumus noluerit heres esse, aut morte præcentius non potuerit, quo respectu recipit Scæuola. Igitur si frater adiit, Stichus, & Pamphilus heredes non erunt, quos eo amplius noluit heredes esse; si frater præsumpsit hereditatem adire, deceperit liberis relictus. Tum autem hereditatem adiret acuta brevitate Convolvis retulit ad virumque casum, si non adiret; vel ex voluntate repudians, vel ex necessitate moriens. Audebit quis negare, non adire repudiante? nemo ex quidem; immo apud nostros interpretes vulgarissima sententia est, vulgarem substitutionem utrumque casum semper comprehendere, si inslumus noluerit, aut non potuerit adire. *J.3.C de hered. inß. l.1. §. vsus, D. de procurat. l.*

**17** Pater Seuerinam et D. de cond. & demonstr. l.2. h. sed & si quis, C commun. deleg. quæ sententia antiquorum fere

fit, quos accurate cōgessit P. GilKo-  
dics in l. Gallus, h. & quid si tantum, nu-  
m. 40. D. de lib. & posthum. explicat bene  
A. Mathecius de via, & ratione iuris  
lib. 2. cap. 13. nro. 19 & sequen. ergo hic  
casus duo comprehenduntur in verbis,  
si non adierit hereditatem, multoque  
magis quando in sui responsi formula  
la distinctos dediit scæuola, quos res-  
pexisse plusquam certum est. Et qui  
non cum si in casum non aditæ her-  
editatis morte præstulit testator fratriis  
filios, cum nō credamus vel cluisse idem;  
repudiata hereditate cum rō alia tes-  
tatoris mens fuerit (nī nimis suspicor)  
quod conditionem posuerit libero-  
rum, si aut filium filiam re non habebit;  
post conditiones præcedentes, si no-  
luerit, aut non potuerit adire: quasi  
inslumus testator, admittendos esse  
filios eius si frater noluerit, aut nō po-  
tuerit heres esse: prudens enim consi-  
lium fuit testatoris, quod non solam  
fratrem, sed eius liberos præstulit sub-  
stitutis: quod parum prudenter face-  
ret, imprudenterque audare et scæuo-  
la, si in casum virumque non præser-  
ret. Mihi sane fortissime repug-  
nat, cotiunctos sibi sanguine, quando  
duxit, ad suam hereditatem vocare, nō  
amplè id fecisse: & in unum solam ca-  
sum induxisse eos: in dubio saltim  
hunc considerationi standum est ex  
affetu sanguinis, & pietate semper in  
seos obseruāda. Si ita ferret testator,  
nō dubito, quim exprimeret expressis  
verbis. Concludo ergo admittendos  
esse liberos in substitutorum præiudi-  
cium, siue pater eorum repudiet, siue  
non adita hereditate præmoriatur:  
nam vt ad extera dubia respondi, al-  
ternativa successio substitutis delata;  
præuenitur ex testatoris voluntate a  
liberis, qui prælati sunt. Quibus recte  
comprehensum, enucleatum, & dis-  
tinctū celebre Cerui scæuola respon-  
sum putamus, nī nostrorum nimis fa-  
uimus et moratu indica.

## C A P. X.

**T**OTA quæstio, qualiter interdictum, quod vi aut clam subdisunctiuū sit. Verba, & locū Iustinian ad feruntur. 1. Accursij, Cuiac. Gothofred sententia rejecitur. 2. & 3. Notatur, & castigatur resolutio andax A. Fab. 4. Argumenta contra Iustinian. 5. & 6. vis à tē clam distat. 6. L. is qui in pateum 11. §. interdictum, D. quod vi, aut clam explicatur. 7. Platonis locus commendatur. 8. Dolus, fraus, Astus, differunt. 9. Autoris sententia. 10. Interdictum quod vi, aut clā n̄ apud iacobinus 11. & 12. Id sane voluit Praetor. 13. Dolus inest in ipsa vi. 14. Sententia Pichard. laudatur 15. Adducitur Virg. locus. 16. In dolo visetiam subest. 17. Aptatur Cicer. sententia. 18. Dolus, & fraus pro vi usurpatur ab antiquis scriptoribus. 19. Statijs Papinijs locus laudatur, & in comprobationem adducitur. 20. Et alter Virg. 21. & J. Barclay. 22. Noua ex his luxatur Vlp. in l. 2. §. dol. 8. D. de vī bon. rapt. 23. Error Accursij ad eū 24. Plauti locus 25. Noua & eleganti interpretatione donatur Paul. in l. si vi me 15. D. de vi, & vi arm. 26. Interdictum ut possidetis per copulatiū nec legitur, & aliquando aut apud graues autores. 27. Utilissimum exput, quo noue assertur Iustiniani sententia in interdicto, quod vi, aut clam, hucusque (ut putamus) aut irriſſa, aut nimis restricta.

**I**quod contraxi ante odiū ex Iustinianæ interpretatione constitutionis in l. generaliter, C. de inst. & subst. abiiciat precor docti, & audiant nunc ipsum Cesarem Iustinianum defensum à peccanti Fabri audacia, faciliter in eas iras proni. Ferebat animus stylum ad l. pen. C. de verb. signification. sed inveni præoccupatā arcē à doctissimis Cuiacio, & Merillio longa gravius doctrina illustrantibus, sed cum insituti mei non sit retractare tractata: morem enim eum pragmaticis, & antiquis relinquo: cuius legis partem ad prehendo minus defensam, & magis oppugnatā. Ut nullus nouitatem rei suam despiceret constitutionem, qua incopulativam disiectam resoluit, Imperator infert exemplum interdi-

cti, quod vi, aut clam, in his verbis: quæ admodū enim (verbi gratia) in interdicto quod vi, aut clam, aut coniunctio pro, & apertissime posita est: ita & in omnibus huiusmodi casibus, &c. Sentit ergo Iustinianus disianctionem interdicti quod vi, aut clam in copulatiū resoluti, id que apertissimū est. Accursius, Cuiacius, & Gothofredus dict. l. pen. referunt sententiam istam ad l. is qui in pateum 11. §. interdictum 5. D. quod vi, aut clam, de quo egerunt Donell. libr. 15. eom. cap. 35. & P. Faber in reg. quo iute- la 73 §. vi factum 2. D. de reg. iur. restringentes am plissimā Iustiniani sententiam ad eam hypothesis, quando vi & clam, aliquid faciunt est, ut dict. 3. §. anterdictum videri potest. Quæ interpretatione (tantorum Hercoviae) non satis congruit Iustiniani verbis, & menti, atque generalitati: absolute enim Caesar rescripsit interdictum, quod

quod vi aut clam copulatum esse ; aut eius disunctionem copulari : non ergo adstringere patentissimam sententiam debemus auctui vnico , & speciali. Latius meo iudicio patet Iustinianus , & comprimeremus nimis , si Accursij, Cuiacij , & aliorū subsequeremur sententiam. Nam si Imperator huiusmodi adsumpsit exemplum , ad confirmandam constitutionem generalē , disunctiones copulandi personarum ; in docte , & imprudenter ab speciali exemplo fundamētum substuderet , cum tam longe distent generalia ab specialibus , e. i. de rescriptis . reg. generi de regulis iur. lib. 6. Sed tolita audacia A. Faber à Iustiniano Cesare , tanto , tamque graui Imperatore discessit , & suauiter scribit lib. 17. cōs. oap. 18. ( quod & alibi affirmauit ) tuaueum fuisse Imperatorem , dum ex iure veteri tale exemplum desumeret ( qui & fundamētum Accursianorum , ex d. §. interdictum 5. diruit , sentitque speciale esse , nec adaptari amplissimā Imperatoris sententia ) Volui hīc referuare in Iustinianum , quæ desumpta ab eo similitudini obstant argumēta , partim nostra , partim à Fabro præuisa , sed & à nobis præcogitata ante quam recensuistimus eum . Primo obtutu disunctionio in interdicto quod vi , aut clam , clara apparebat : nam τὸν vis , & clam distat ecquidem , & discrimen agnouerunt Consulti , & nos agnoscimus . Vlpianus ecquidem in l. 1. §. quid sit vi factum s. D. quod vi aut clam ; distinguit inter virumque , & dict. §. 5. eum seqq. & in l. 3. vsque ad §. 6. nihil aliud agit , quam perfectam cognitionem , & pernotionem describere verbi , vis : postea in l. 3. §. clam 7. Vlpia . & Venule tractant , quid sit clā cū §§. & leg. seqq. discrimen ergo inter virūque iuxta posuerūt , & alternatiua inter dissimilia posita , nihil obstat , quo minus vera alternatiua permaneat , nechiccauia , quæ incopulatiū resoluat , appa-

ret . Sed & acute idem Fab. d. c. 18. in fine aduersus Iustinianum considera- 7 uit §. interdictum s. dict. l. is qui impos- tem 1. ibi : Hoc iare riūmūt , ut & μηνι , & clam factum sit , interdictum hoc sufficiat , τὸ sufficiat animaduertie : quasi ex parte Consultus insinuat copula- tium hoc in interdicto non in esse , nisi quando vi , & clam opus factū sit , & tunc sufficere interdictum dicit , ut potè illud quod disunctione compactū fuit , vnde dubitandi ratio dicit . §. inter- dictū fuit . Cōuenit optim. et. 3. D. ne- quis eum qui in ius vocat . in verbis infra transcribens . Aliud est ergo vi face- re aliud clam ; aliud vi & clam , audi per aptum Magni Platonis locum de le- gib. lib. 9. τὸ περὶ τοῦ θεοῦ εἰκασίας ὁ Κα- τάκοτός ήταν αὐτοῦ τὰ παιᾶντα γῆς γού- νον εἰδίσθε ήδιακονον τετούντα πράγματα , νόμοι τραχύτατοι γένονται οὐ πολυ- τοῦνται , νόμοι τραχύτατοι γένονται οὐ πολυ- τοῦνται πρόσθιον μέρος τοῦ οὐτοῦ . Alterum quod vi & aperte committuntur ; ab- terum quod clam , & cum desceptione in tenebris ; at non nūquam retroque agituri : quod si tunc tractabitur , esperissimis le- gibus coeretur , Appian. libr. 1. de bello ciuil. ibi : Itaque quidam vi , nonnulli clam ; quib[us] statim eriperentur , insuas- re agros . Quæ ergo excogitari potest copulativa , aut ratio in tam distanti- bus rebus , imò cōtratijs & contral. hac verba 124. D. de verbis signific. Inde est 9. etiam , quod & re aperte dolus , fraus , astus differat à vi : id adserio ex l. 2. §. do- li 8. D. vi bonorum rapt. ibi : Non tamen qui dolo malo facit , viique & vi facit : d. l. 3. in fin. D. ne quis eum qui in ius vo- cabitur . ibi : Vi , an dolo malo sufficit ei , quamvis dolus malus cesseret : ergo inter- dictum quod vi , aut clam disunctionū est , cum aliud sit vi facere , aliud clam . Hæc sunt quæ in Iustinianum retor- queri possunt ; sed specta adhuc , & si de veritati .

Si licuit vñquam in sententiā no- 10  
ram iurare , suspicor ( et mississime fallor )

- fallor) licuisse pro decisione ista Ius-  
tiam. Miror tantos, tan grauissimos  
virios (non absit modestia precor) non  
percatusse, nec mentem, nec Iustinian-  
i verba. Imperator enim de subdis-  
junctio genere agit, quod recte παρ-  
διάσεντος vocat (de quonos latè, nec  
in eleganter egimus c.3. à quo quid-  
quid hic adseriamus, dependet) secū-  
dum enim Proculum, int. hæc verba  
124 D. de verbis significat. (satis iam  
à nobis exp̄sa illuc) sub disjunctioni  
vnius generis est, quando virumque  
sub disjunctione propositum existere  
potell, & volumus existere, vi potè  
omne animal, aut agit, aut patitur  
(quod nos varijs exemplis, & autori-  
tatis illustramus dtt. cap. 3.) vnde  
Iustinianus disjunctionem illā in d. l.  
pen. ille, aut iller παρδιάσεντος inescapit,  
i. subdisjunctive, tanquam sidiceret,  
ille, & ille, vel illi, & illi: vel sit heres,  
vel tutor: vel do, lego. Ad cuius confir-  
mationem exemplum infert per ele-  
gans, per aptū (hacten ab interpre-  
tibus non intelligit) nisi solum ab  
ipso Iustiniano) interdicti quod vi,  
12 aut clam, quod sine dubio, & apertissi-  
me sub disjunctioni est, & in quo πα-  
ρδιάσεντος inest: vti (rigide tamen)  
explicat Merillius ad 50. decis. Ius. c.  
39. ad l. 4. C. de verbis signific. num. 13.  
& Franc. Raguell. ad eisdem decis. &  
in eadem leg. Nam cum Prætori inter-  
dictum proposuit vim, & dolū, id est,  
clam comprehendit: & virumque vo-  
luit: quis dubitat? quamvis enim vis,  
& dolus strictè consideratus differat,  
& aliud sit fraus, aliud vis; secundum  
quod intelligitur dicit. §. doli. dict. l. 3.  
tamen plerique in ipsa vi dolus inest,  
& clam, & fraude committitur, l. itē  
14. §. eum qui 13. D. quod metus causa,  
14 in quo, qui metum intulit, de dolore  
netur l. 2. D. de vibonos rapt. ibi: Dolō  
malo hominibus coactis, & in §. doli 8.  
ibi: Dolim alientiu, & vim in se habet,  
namq̄ vim facit, dolō malo facit, l. 4. §:
- hoc autem editio 6. D. cod. §. 1. inst. cod. l.  
7. D. ad l. Cornel. desicarijs, Conſt. Har-  
menop. in Prochir. iuris lib. 6. tit. 6. §. 2.  
Vnde belle Pichat. in §. 1. inst. de vi lo-  
nor. rapt. coniurate dolum, & vim di-  
xit. Explicant Donel. lib. 15. com. cap. 4.  
& ibi Osuald. Iliger. liter. M. cum alijs  
ab eo relatis, Pichard. ubi proxime. Nul-  
li displicebit Virg. i. Aeneid. V. 354.  
grauius Pygmalionis parricidiū, &  
in felicitatem Sichæi describens.  
*Impius ante aras, atq. auricacus amore,  
Clamferro incantū superat, securus amo-  
rum*
- Germana, factum que diu celauit.*  
Sed fastidium in generare lectori-  
bus, si mortes, si violentias clā, & do-  
lofactas, & perpetratas referrē: sca-  
tent his facinoribus historiæ, & redū-  
dat orbis, & tristissimè ad oculum va-  
lēt. Sed & è cōtra, quodāmodo inip-  
fodolo vis subest, & aperitur violētia:  
quò enim sub tendit dolus, nisi ad in-  
ferendam vim voluntati alterius per  
simulationem, & fraudem? Vis enim  
(secundum Senecam lib. 4. controneria  
26.) est, ubi velim, nolim, succumbendum  
est, id consequitur dolosus per fraudē,  
qui ita latenter subtexit retes, vi ve-  
lit, nolit innocēs, & syncerus incidat,  
& continetur. Vnde Cic. 1. offi. pru-  
denter scripsit, vim leonis, esse fraudem  
vulpecula, sentit enim prudentissimus  
vir, operari eādem violentiā leonem  
aperta vi, quam vulpeculam subdola  
fraude. Hinc suspicor elegantissimes  
linguae latinæ pro vi usurpasse dolū,  
& fraudem: testem certum, & ingen-  
tē huius veritatis (qui mihi solus suf-  
ficeret) produco Statuum Papinum,  
qui lib. 2. Thebaid. dum supra omnes  
vis quinquaginta hominum infamis  
Tydeo supposita erat, sic concinit.  
*Fest via per dumos proprior, qua calle  
latenti*
- Præcelerant: densa que begunt cempen-  
da sylua;*

*Lecta dolis sedes: gemini procul vibemant  
lignis*

*Faucibus virginatur colles, quos umbra suscepit*

*Monsis, & in curvis claudunt ingafrondes sylvas.*

*Insidias natura loco, et tamque latendi  
struxu opem, &c.*

*Compone historiam violentiae, & illa  
lecta dolis sedes, & illa, Insidias natura  
loco, atque exercita: & nolleum violentiae  
verbam reperies, immo per dolum,*

*& insidias significata: sed expresior  
est pro nobis Virgilius 11. Aeneid. V  
522. quae in preoculis habuit Statius.  
Est curuo anfractu vallis accommoda  
fraudi.*

*Armorum que dolis, quam densis frondi-  
bus atrum*

*Vrget virinque latus, tenuis qua semita  
ducit.*

*Angusta que ferunt fauces, aditus que  
maligat.*

*22 Per apt. rā accommoda fraudi, armorū  
que dolis. His duobus I. Barclaius iostitiat  
1. Argen. Sylva erat in conspectu, rari-  
vis quidem, sed in ingens spaciū effusis  
arboribus subter quas tumuli fructicum,  
dumorum que taligine velut ad insidias  
surrexerant (de quorum locorū præ-  
stantia adueniet tempus, Deo volente  
quo nostrum audiatis iudicium) re-  
deo ad me: in dolo & fraude vis inest,  
reste attente que persensa. Ex qui-  
bus lucem præfero Vlpiano lib. 56. ad  
edictum d. l. 2. §. dolis 8. D. de vi bonorum*

*rapti. qui in edicto Prætorio respon-  
det, dolis fieri mentionem, quia dolus  
vim in se contineat, nam qui vim sa-  
cit, dolo malofacit. Vnde resolvit Cō-  
sultus: Ita dolus habet in se, & vim &  
sine vi si quid callide ad missum est, &  
que continebitur, non in dolo: (vt  
existimauit Accursius) frigeret iudi-  
cule Consultus: iste enim ab utroque  
luisit, & commutauit utrumque: vim  
scilicet in esse dolo, & dolum in vi, vt  
in principio præfixit: & ex edicto Præ-*

torio colligitur omnibus responsis  
supra à me præpensis, quib. s' proba-  
vimus in ipsavi dolum inesse. Nec  
obstant illa dict. §. dolis, non tamen qui  
dolo malofacit, utique & vis facit, caue  
enim inseruit Consultus, ut significa-  
ret, non semper dolum pro vi accipi,  
id enim absurdissimum in nostro iu-  
re esset, in quo aduersus dolū, & vim,  
utroque in sua specie contento, dispu-  
cta sunt actiones, & diversa remedia,  
vt supra diximus ex dicit. l. 3. D. neque  
cum qui in ius vocatur, & ex Donci. lib.  
15. commen. cap. 40. & Ostwald. ibi lit.  
M. A. Pichard dicit. §. 1. inst. de vi bono-  
rum rapti. quamvis iste, & alij antiqui,  
& nouiores nō exacte interpretatio-  
nem dicit. §. dolis conceperint. Mirabi-  
mur ergo, si subdisiunctive interdictū  
quod vi aut clam compositum sit, cū  
tam proxime vis, & dolus cohabitent?  
Vtrum enim est (ut dixi) quod in suo  
genere virumque differt, sed non iō-  
ge, immo multoties coniurat ex Pi-  
chardo, & quamvis omnino dissimi-  
lia essent, dum tamen omnino cōtra-  
ria nō sint, sub disiunctive compone-  
re potuit Prætor, & composuit, ut pu-  
niret quidquid vi factum esset, &  
quidquid clam: vel vi, & clam simul,  
ex dicit. l. 1. is qui in puteum 12. §. interdi-  
ctum 5. D. quod vi, aut clam. Ad hoc e-  
nim ut subdisiunctio sit, sufficit quod  
utrumque deducium possit existere  
eodem, vel alio tempore, & volueri-  
mus amplecti; licet sub alternativa  
significetur, ex dicit. l. haec verba, & quæ  
diximus dicit. cap. 3. à quo ista omnia  
illustranda sunt. Quæ quidem fortu-  
ter concludunt, tuberculatiōnes in  
esse in interdicto, quod vi, aut clam,  
cum utrumque Prætor prohibere suo  
edicto decreverit. Quid enim aliud  
est interdictum quod vi aut clā, quā  
illud Plauti? Fallere minis, & dolis in  
cessere in quibus dolus, & vis copula-  
tur. Sed acceptio nostra, & Iustiniani  
sententia, quæ eadem est, adseri petest. 26

à Paulo in I. sive me 15. D. devi. & vi armata, in principio. Si vi me deieceris, vel vi aut clam feceris: quamuis sine dolo male, aut culpa amiseris possessionem, quo tendit autem repetitio illa, si vi me deieceris, vel vi, aut clam feceris, nisi ad demonstrandum, duos Paulum pro posuisse casus, si vi vnum; si vi aut clam alterum? iste autem subdivisio ntione capiendus est, idest, si vi & clam; alias si disunctionem rectam admittimus, scriberet Consultus, si vi aut clam, ex formula ordinaria, & solita Iurisprudentibus; non ex in solita repetitionis, si vi, vel si vi, aut clam. Conuenit autem his, quod in terdictum vi possidetis, per copulatiuam, nec apud aliquos legatur (de qua copulativa vide nostrum cap. 7.) l. 1. D. vi possidetis, ibi: Nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, & in §. perpetuo 5. §. quod ait Prator q. eiusdem legis, Festus Pompeius, verbo, pos-

sessio Cicero, pro Cæcina. Et quando hoc ita se habet; disiunctius aut, vel, vuntur elegantissimi, & prudentissimi autores, ut potè Terentius Eunuch. act. 2. Scen. 3.

Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel pre-

cario

Fas iradas

Vbi obseruat Donatus, secundam ius loquutum fuisse. Cicero, in eadem di ratione pro Cæcina, alternat in eodem inter dicto coniunctiores, iam copulatiuas, iam disiunctivas: nam cum ante pro hec loquutus fuisset, subiicit statim ista: vincit tamen sponsione, & planum facit abesse illum, aut vi, aut clam, aut precario possedit. Vnde ista, nisi ex eo principio procedant, quod in interdictis vi possidetis, & huic affini, quod vi aut clam, alternativa illa, aut subdivisio accipienda sit, & idem operetur, quod nec?

## C A P. XI.

**L**ABORATIV R super recto veroque intellectu l. si quis ita 30. D. de auro, & argento legato, à num. 1. cum sequentibus. Diffi cultas responsi. 2. Accurrij, Rogerij, Cyni interpretatio. 3. Bartolij, quæ receptione fuit. 4. Sed eam impugnat Bald. & alij. 5. Quæ fuerit Di daci Conarruias. 6. Refellitur, numer. 7. & 8. In legato, lego vina, quæ in urbe habeo, seu importu, quid continetur. 9. Quid in illo. Mun dum ornamenta, seu quæ eius causa parati, do lego; 10. Genus quid Tertullianus explicatur. 12. Interpretatio Gregorij Lopez Medera ad eandem legem. 13. Hugonis Donelli. 14. Refellitur veroque dict. nomi 13. 15. 16. tā siue, seu disiungunt. 16. Non inducere conditionem, quævis rebus, seu verbis apponantur. 17. Intellectus l. si quis ita 63. D. de verborum obligation. 18. Si pro siue. 19. Interpretatio Authoris à nūtrier 20. cum sequentibus, Bartoli error. 21. Sub disiunctio est in legatis relatis. 22. Colligitur ea ex conjecturata mente testantis. 23. Et Cuiacius antea præ docuit. 24. Sub disiunctio ista per leu, siue, & loquendi formula illustratur, ubi feliciter, prodit emendatio Terentij. 25. Celebris locus Alexandri ab Alexandro de simili legato producitur. 29. Conarruias, & alij sen tentiam

sentiam Alexandri Neapolitani reprobarunt. 27. Sed defenditur Alexandri sententia. 28. Hoc sub disiunctuum genus per alias disunctiones acceptum fuit. 29. Nec id proprium fuit tamen seu, sive. 30. Sed aliarum alternatiwarum. 31. Explicatur l. vbi pactum 40. C. de transaction. 32. Et l. 41. codem tit. 38.



Lternatiuarum Pro-  
uincia grauior est,  
quam nostris inter-  
pretibus fuit visa:  
cum difficultatum o-  
nere fortissimos suc-  
cubuisse(ni fallor grauiter) autumo:  
satis super que præastricta suffice-  
rent, sed pro nostra iuris prudentia, &  
sancta veritate doctrinæ locum ad-  
do alium eorum casus, aliumque er-  
rorem iudicij eorum. Contendi-  
mus ad responsum Pauli int. si quis  
ita 30. D. de auro, & argento legato, &  
ad disunctiones seu, sive, quas inco-  
pulas transformant, & quasi Læteo  
medicamine via monstra aboriūtur.  
Iuuat Pauli Verba transcribere: ista  
sunt. *Si quis ita legauerit uxori meæ:  
mundu, ornementa, seu quæ eius cau-  
sa parauit, do, lego: placet omnia deberis,  
sicuti cum ita legatur. Tatio vina, quæ  
in urbe habeo, seu importu do, lego;  
omnia deberi, hoc enim verbum, seu am-  
plandi legati gratia positum est. Con-  
tentio inde euadit, & discordias dis-  
pergit, quia alternatiua, seu sua na-  
tura, & vi propriadiungit legatum,  
& alteram solum rem in eo conten-  
tam reapse promittit, & præstat. Un-  
de ergo Paulus legatario deberi res-  
pondit, quæ in urbe habet vina, &  
quæ importu? Primi omnium Ac-  
cursus, Rogerius, & Cygnus, rum-  
pere obstantes muros conati sunt,  
sed in casum; ut potè protrivit eos  
Bart. in hac lege. Nec isti felicius fuit  
celum, certior ve iactus, distinguen-  
ti inter alternatiwas, simpliciter dis-  
iunctiwas, & alias non simpliciter  
disiunctiwas; ut potè dictio seu, quæ*

naturam copulæ retinet; propter  
quod efficitur, ut virumq; debea-  
tur: quem ducem consequuntur Pau-  
lus de Castro, & Albericus, Iaso,  
Alexander, Alciatus, Archidiaconus,  
Ludotitus Lusitanus (relati in suis lo-  
cis à Conarruia libr. 2. variarum re-  
solutionum, cap. 5 numer. 10.) & Nicol.  
Euerardus in locis legalibus loco à na-  
tura alternat. numer. 12. resoluētes di-  
ctionem, seu, sive, copulatiuam am-  
pliatuam, & coaugmentatiuam es-  
se, & sic per eam utramque con-  
currere rem in legato comprehen-  
sam. Sed hæc communis senten-  
tia communiter reiecta est à Bal-  
do, Decio, Socino, & alijs à Co-  
narruia coniunctis dict. capitul. 5:  
numer. 10. cum quibus, & ipse militat,  
quibus queadiungitur Gregorius Lo-  
pez Madera cap. 22. Animaduersione  
quorum fundamenti non transfe-  
ro, dedecet enim stylum nostrum, qui  
despicit vana librorum volumina, &  
dolet Sisypheos labores (non possum  
nō admirari plerosque nostri temporis  
sacræ Iurisprudentiæ cultores, qui  
suis vigilijs adornare eam, & illus-  
trare satagunt, curare solum interpretū  
aceruos, non veræ Philosophiæ micā-  
tes luces, quasi nō illis magis obrue-  
retur, quæ ornaretur hæc literatu hu-  
manarum, & diuinarum Præses. Sed  
quia tanti iustique dolotis quæ relam  
ad doctos sua peculiari sede propo-  
no, sisto libens: tunc forte his curis li-  
berabor, hoc tortore me exoluam,  
cum intonauerim in hæc mala nostri  
iudicij rationes, nostri que animi cau-  
sas, & motus.)

Propterea

Propter quod Didacus Couarruias (*vbi proxime*) aliam viam apprehendit inuiam sane; & intutam. Ea de causa utrumque deberi in responso Pauli, quia alterum sub altero continetur, & disiunctio intergenus, & specie collocata fuit, quæ in copulatiuam resoluitur: nam electa eæ parte, quæ utrumque complectitur, virtus alternatiæ seruat, & utrumque expressum legatarius assequitur. Hæc in summa nostri Præsidis Couarruiæ sententia est, quæ multis ante ætatibus Rogerij fuit, quamque postea improbavit Bartol. dict. *I. si quis ita, ea ratione, quia vrbs, & portus non constituant genus, & speciem, sed faciunt species separatas: nec hoc dubitabile est, verum enim sit, quod portus, & suburbia veniant appellatione vrbis aliquando,* l. *Cesar.* 15. *D. de publican.* & *rectigal.* 7. *l. urbana prædia.* *D. de verborum significatione.* & sic vino legato, quod in urbe est, intelligitur, & accipitur legatum de vino, quod in portu, & suburbio est, ut cum Baldo, Conarruias resolutus *vbi proxime*, accipimas id autem per extensionem legati, & rei relata naturam; non quod idem sit portus, & vrbis; longe enim differunt *re ipsa, nomine, & loco,* l. 2. *D. de verborum significatione.* notat Ioann. Calvin. *in lexico iuris, verbo, vrbis.* Vnde in legato isto lego *vina, quæ in urbe habeo,* seu in portu, cum potuisse in utraque parte condidisse vina, & à disiunctione componatur legatum, quæ dissimilibus aliqualiter accedit ( ut iam probavi ) potuit videri restatorem voluisse, ut alterum vini in solutione legati veniret solum: id enim facit vis, & natura disiunctionis, quæ non patitur extensionem legati de urbe ad portum: quamvis alias, simpliciter relictum legatu vini, quæ in urbe habeo, ad cōdūm in portu extenderetur: propter quod non comprehen-

ditur, secundum Couarruiam, una in altera res, nec ratio, ne verba compatiuntur. Si enim ea interpretandi ratio daretur, quod legatum speciei unius extenderetur ad diuersam, & adserere auderemus unam in altera re contineri: heu quam facilis nodorum dissolutio daretur, seu nostri ciuilis iuris interpretatio: vel potius inde quam turbide utimæ defunctorū iactarentur voluntates!

Quid de altero Pauli legato? *mundum, ornamenti, seu que in se au saparant, do lego,* nonne mundus, & ornamenti differunt? quis abnegauit? ni ex oculis in ipsam veritatem irruat, & autoritatem Consultorum, eruditorumque Varro lib. 4. de lingua latin. I. Paul. lib. 3. sententiar. cap. 6. l. argumento 35. §. ornamenti 10. D. de auro, & argento legato: Tertullian. de habitu mulieb. Ioan. Calvin. verbo, mundus, non ergo alterum in altero continetur, nec inuenio, in quo genus, & speciem constitutat Conarruias in legato isto: cum si genus illud dicatur, quod de pluribus prædicatur specie in differentiis, ut multis probat, noster semper, D. Nicolas Fernandez de Castro ad princip. instit. de emption. & vendition. numer. 150. mundus, & ornamenti de multis specie differentiis prædicantur, ut enumerat Iul. Paulus *vbi proxime, & dict. §. ornamenti,* Tertullian. supra, & cum tā que eius causa parauit, generalia sunt, vnde disiunctiuæ intergenus, & speciem? nec utbet aliq[ue] Tertulli. in libro de habitu mulieb[us], supra dato, verba sunt. *Habitus feminæ duplēm speciem circumfert, cultum, & ornatum: cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: ille in auro, & auro, & gemmis, & vestibus deputatur: iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt species, apud Tertullianum pro pul-*

christidine surxit, quod vulgare est. I. Barclaius 1. Argen. in principio, *ingentis speciei iuuenem peregrina nauis exposuit*, & passim apud alios. Quod expresse ex ipsa Tertuliani contextura colligitur. Sed quid, si alia essent ornamenta, quæ vxoris causa non parauerat testator? nutat Couarruias, & non esse locum responso Pauli respōdet, quia vnum in altero non comprehenditur. En claudicat interpretatio, diuinat ad Paulum, alterumque facit pedem (ut cum Statio loquar) quod iniquum est ad plenum, & absolutum Consulti responsum. Apud istum autem ea fuit sola ratio, quia verbum, *seu*, ampliandi legati gratia positum est: non ergo Consul-tus disunctionis qualitatem agere, & specie respexit.

Non iutus Couarruias interpre-tatione noster Gregorius Madera tentat viam aliam ad arcē Pauli capit. 22. *Animaduersionum* (sic iudico) præ-ruptam magis, & in præcipitium ma-gis decluem: ascendit inde, quia dis-junctio inter res varias legatas in-terposita non fuit; sed inter demon-strationes: vinas scilicet, quæ in per-tu, seu in vrbe testator habebat: & cum demonstratio falsa, aut vera, non perimat legatum, nihil mirum, si de-beatur omne illud, quod legatum est. Mirabor semper doctissimi vi-tri exitum: nonne quando legavit tes-tator vina, quæ in vrbe, seu importu habebat, duplex legatum considerauit, vini vrbis: portuisque vini: expres-sius hoc iuuenimus in altero, pri-mo que exemplo Pauli. *Lego vxori mea mundum, ornamenta: seu quæ eius causa paravi:* non dissimilia longe sunt mundus ornamenta (ut iam dedi) & alia c. rnamenta, quæ vxoris causa pa-rauerat? si forte alia non vxoris cau-sa parasset (ut Couarruias agnouit) & consequenter legata diuersa? ex-prexit hoc Paulus, & expresse Maderæ

interpretationem exclusit, cum di-xit, *omnia deberi: qui omnia? ni virū que legatum, & vinum quod impor-tu habebat, & in vrbe, & similiter mundum, & ornamenta quæ vxoris causa vel non, parata erant: & ex ra-tione sua in nihilo demonstrationes respiciente.* Tā certa in his est victo-ria, ut pudeat digladiari dittius, res duæ in vrboque legato consistunt: in-de que hæsitantia interpretum est a-pud Paulum, quid isti in causa fuerit, ut responderet, utramque rem lega-tam deberi.

Hugo Donellus *ad l. s. ita quis 63.* 14  
*D. de rebus um obligationib. numer. 6.*  
 compressus difficultare Pauli in lege nostra, & Africani in illa: post lon-gam disputationem resedit fatigatus ad insuavem fontem, quem arida si-tis horret sane. Quis enim gustabat distinctionem, qua disunctiones *seu*, & *sue* componit? docet ergo disun-tiones istas adiunctas verbis disungere, veluti *sue nauis* *venerit ex Asia: si te Ti-tius Consul factus fuerit;* atvero si con-ingantur rebus, veluti *vina*, *que in verbe*, *seu importu habeo: seu cum e-numeratione plurium rerum inter-eas ponuntur: veluti mundum orna-menta, seu quæ eius causa paravi:* tunc potius disungendi habere signifi-cationem, non tam interpretatione voluntatis, quam recte sermonis ratione. Hæc sententia summa Do-nelli, sed libenter discerem ab eo, un-dè recte sermonis rationem augura-retur? mihi sane mediocriter in eo versato, & diligenter perquirenti, ignota est: *tamen, seu, sine, apud iure* Consullos, & eruditos semper sine discrimine receptum in disunctioni-nes fuit, & disungit, extet quamuis rebus coniunctum l. 1. §. sublata 3. D. ad Senas consub. Trebellian. ibi: *Seu metu-litum, seu prætexiu metus censuerunt* (sic in hoc §. disunctionem agnoscit Madera dict. cap. 22. n. 2. anima/rers. & Co-

Cō uarrū dīl. num. 10.) l. in venditio-  
nibus 9. D. de contrabend. empiou. l. siue  
9. D. de publicana in rem actione , l. cum  
quidam, C. de verbis significat. l. si quis 6.  
§. siue 2. D. de in tūst. rapt. Columel. lib.  
11. siue vera seu falsa ratio est , literis  
Astrologia concedatur , Virg. 1. Aē-  
neid.

Seu vox Hesperiam magnam , Saturnia  
que arua,  
Sine Erysis siue, Regemque optatis A-  
celestem.

Et eclog. 10.

Certe siue mihi Phyllis siue esset Amq-  
tas.

Seu quicunque furor, &c.

Enrebus & sensu ad scriptum dis-  
tingens (Cuius veritatis comproba-  
tio posset in immensam mollem ex-  
crescere) & verbis ad positum ; non  
ideò distingit ( vt ad libitum sancit  
Donellus ) quia conditionem indu-  
cit, id enim facit voluntas, & disposi-  
tio testatoris ; non natura dictio-  
nē seu cuius proprium officium est dis-  
tingere: & sic siue rebus , siue verbis  
ad positum dividet, sciōget que dis-  
positionem, siue puram , siue condi-  
tionalem; contraria Donelli senten-  
tia imaginaria tota est, & φεντρος  
cogitationis hinc inde pro veritate  
diuentis. Sequeretur enim quod  
verbis ad positum semper condi-  
tionem induceret, quod falsissimum est;  
& ipse intellectus repugnat. si in le-  
ge 24. §. colonus 4. D. de locat. &  
cond. l. 4. §. hoc autem interdicto, D. vi bo-  
norum rapt. l. 1. §. removet, D. de postu-  
lando, l. suis & aliis 3. D. de publican. in  
rem actione exempla pro nobis siue si-  
ne transferre, & congerere possemus  
à Cicerone, Virgilio, alijque contra-  
etx, & solutæ orationis, & à Godes-  
calco Stenechio , qui plura offert  
lib. 1. de particulis linguae latinae, fol. mi-  
hi 348. cum sequentibus, non ergo di-  
ctiones istæ verbis ad iunctæ condi-

tionem firmant, sed testatoris volun-  
tas: vnde mouet animū (fas mihi sic ad  
ista loqui) incogitantia Donelli, con-  
ditionem formare, non tam voluntä-  
tem testatoris, quam recti sermonis  
rationem à dictiōibus istis, cum ea-  
rum natura ferat solum distinguere,  
non conditionem facere. præscriptis  
satis coarguentibus. Nam quod ipse  
Donellus addit in illis conditionibus,  
(d. l. si ita quis 63. D. de verborum obli-  
gation.) siue uauis ex Asia uenerit, siue  
Titius Consul factus fuerit, subintelligi-  
to si conditionale, insipidum plane  
est, nam seuererunt necessario ut  
tramque conditionem adimplendam  
fore, l. si heredi s. D. de conditionib.  
institutionum l. cum papillus 78. §. 1.  
D. de condition. & demonstrationib. cum  
Africanus contrarium resoluat, dīl.  
l. 63. alteram solum adimplendam ex  
eo, quod per rectam disunctionem  
conditiones sancitæ fuerint, tantum  
enim abest, vt & siue resoluatur in  
si, ut imo si in siue conuertatur, & in  
expressam disunctionem. Habeo per  
apium, & doctum Magni Seneca lo-  
cum in Octavia 273. 5. vers. 884.

Si mihi vitam fracta remittit  
Tot iam nostris euicta malis,  
Si cede me a cumulare parat  
Luctus nostros

Idest, siue vitam tyrannus remittat,  
siue mortem inferat, obseruante ibi  
in 2. com. P. Martino del Rio.

Plaut. captiui act. 1. scen. 2.

Sinito ambulare si foris , si intus voi-  
lent.

Et Curcul. act. 1. scen. 1.

Si medianox est , siue est prima vespe-  
ra.

Si statim condit us cum hoste intercedit  
dies.

Et in Sticho act. 3. Scen. 1. ibi:

Si medianox est , siue est prima vespe-  
ra,

& alijs plurimis locis sic usurpat poe-  
ta in quibus omnibus F. T. sub manus

obseruat Q. Ennius si, viuimus, siue morimur, optime Janus Gulielm. in question. Plant. Assn. cap. 9. Receptum fuisse probans *to si pro siue, ni pro nne*, in formulis, & loquutionibus antiquis. Sed docti, precor, inquirant, quam aliena, quamque in cogitata Donelliratio à Consulto fuit? Qui ànde assignat, deberi vtrumque legatum, quia augendi causa *to siue possum* fuerit: necessariò insinuante, sic fuisse testatoris voluntatem, & non quia disiunctio rebus, aut verbis fuerit ad posita, ut Donellus sentit.

Nostra autem sententia, post tatas, tantòque variantes, originem dicit à Proculo in l. hac verba 124. D. de verbor. signification. disiunctionum duplex assignante genus, disiunctiu[m], & subdisiunctiu[m] (quod nō in curia iā antea nos illustrauimus *supr. cap. 2. & 3.* è fonte enim illo Proculeiano aquā haurimus irriguam ad varia iurisprudentū prata, & Imperatorū imperia, seu responsa, & rescripta.) Nō autē alia fuit Paulo causa *d. l. si quis ita, vt responderet deberi vtrumque legatum*: quam quod subdisiunctiu[m] fuerit testator loquitus, & voluerit præstare vtrumque: vinum portus, & virbis: atque mundum, & ornamenta, seu quæ eius causa parauerat: ad quod quæcumque sufficiebant disiunctiones, seu siue, aut, vel; quim mysterium præcipuum aliquod seu siue habeant, vt existimarent interpretes: cum subdisiunctio sub quibuscumque disiunctionibus possit relinquere *dicit l. hac verba*. Agnoscimus sententiam Pauli ex eius responsi ratione, concludētis deberi vtrumque: quia verbum seu ampliandi legati gratia positum sit in disiunctione legati. Quæso adostis, quid sit legatum ampliare, nisi sub disiunctiu[m] nam cum ex vi disiunctionis vnum deberetur tantum, ex volūtate testatoris vtrūque debetur, quia ampliabit illud, & sub disiunctiu[m]

fecit. Vndè interpretum multorum doctrinæ ridiculæ sunt, conscribentium, propria natura disiunctiones, seu, siue ampliatiuas esse: sic resolutiu[m] ex responso Pauli, peruersè captato, & ab eis peruerso: cum disiunctiones istæ sua natura non amplient, sed disiungant solum. Cuius erroris primus autor fuit Bartol. dict. l. si quis ita (iam reiectus) errorem probans ex 21 alio: ex illo scilicet, Alexander, seu Paris; cum hic subdisiunctio sit exposita (vt sequenti capite exponemus) & alij plures tituli Platonis, qui sub disiunctionem admittunt expressam: cum vtrumque titulum autor voluerit, & simul coniunxerit, quod propriæ subdisiunctiu[m] est (quatenus & multis exornauimus, *supr. capit. 3.* & Priscianus apte in loco ibi designato) Formula enim indefinita legati, lego mundum, ornamenta, seu quæ eius causa parauit: lego vina quæ in urbe, seu importata habeo: tatis coarguūt liberalem testatoris animum, nulla limitatione mundum vxori, & ornamenta relinquentis. Quod ingens conjectura est ad testatoris animum indagandum, & penetrandum: nam vt inquit Cuiacius *dict. l. hac verba*, Emund. Merilius *decis. Iustinian. adl. penul. C. de verborum signification.* quæstio est non iuris, sed voluntatis an disiunctiu[m], 22 seu subdisiunctiu[m] sit legatum: quod à varijs causis, & qualitatibus augurari poterimus. Quod cum considerasset Paulus, & alia pluralongius ipsi relata, & forte à Triboniano mutilata in responso (reliquit enim nobis Tribonianus mutilas, & 23 accessas pandectas Duaren. in l. s. D. de pactis, Budæus in l. l. D. de iust. & in re, Ferdinand. Mendoza disputat. iur. ciuit. lib. I. cap. 4. num. 12. ad fin. & libr. 2. cap. 9. num. 2. docte Matth. Gribald. deration. sed lib. 1. cap. 15. Hermannus contractus in Chronic. anno 548. Ioann. Paserat. in suis orationibus p. etatio.

prefatione ad Ciceron. pro Cacina, ibi:  
*Sartis à Tribonianō centonibus, & in  
 præfatione ad Topicā Cīc. (quidquid af-  
 firmet Robert. lib. 2. sentent. cap. 23.  
 cuius veritatem aperimus ex Codice  
 Theodosiano, cuius multa rescrip-  
 ta in Iustiniano accissa, imperfecta vi-  
 demus) quæ testatoris voluntatem  
 patentiorem sacerent, ut videbimus  
 in iudicio Alexan. ab Alex. infra refe-  
 rendo. Concludit doctissime Consul-  
 tus, ut in eius responso videmus. Post  
 quæ scripta, inueni fuisse in sententia  
 nostra Cuiacium lib. 26. observation.  
 cap. 34. (quod semper mihi faustissi-  
 mum, lætissimumque erit cum tanto  
 iuris magistro cōuenire) περαδισεν  
 ξιναγούσσεντεν, id est, subdisiunctio-  
 nem in Pauli responso. Adducit que  
 apte legatum testamenti Perſij, qui  
 Cornuto suo reliquit Chrysippi li-  
 bros circa septingentos, sive bibliothecam omnem: quod subdisiunctio-  
 num expresse est, & augendi legatum  
 subdisiunctio relicta. Quod & erudi-  
 tis frequentissimum est. Martial. libr.  
 3. ep. 5.*

52 *Est illic coniux, quæ te manibus que, sinu-  
 que.*

*Excipiet, vel si pulue ralentius eas.  
 & lib. 7. ep. 71.  
 Sed lances ferat, aut scyphos auorum.  
 Aut grandis reus, aut potens amicus.  
 Seu quod te potius inuat, capitque.  
 Sic vincas Nonum que, Publumque  
 Terent. in Eunuch. act. 3.*

— *Vel Rex semper maximas  
 Mihi agebat, quidquid feseram, alijs non  
 item.*

& in Hecyr. Scen. 1. act. 1.

*Vel hic Pamphilus iurabat quoties Ba-  
 chidi*

*Quam sancte.*

Vnde Janus Mellerus Palmer. in suis  
 spicileg. in Andr. Terentij act. 1. Scen. 2.  
 carmina illa.

*Ad hæc mala hoc mi accedit etiam.*

*Hæc Andria, sive ista uxor, sive amica*

est.

*Granida est Pamphilo est, emendabat  
 hac Andria ista uxor, sive amica est, qui  
 & receptissimam elegantie formu-  
 lam esse probat ex Cicer. & alijs. Sed  
 ego probo receptam loquutionem  
 subdisiunctiuam, sed non emendatio-  
 nem; potius legerem, hac Andria, sive  
 iusta uxor, sive amica est, docti iam vi-  
 dent. Scio Ianū Gulichum in quæ-  
 sitionibus Plaut. Aſm. cap. 9. ad finem  
 aliter corriſſeſi ista uxor: existimo  
 in feliciter, nam iusta uxor optime  
 respectu amicæ dicitur, quod omnes  
 sciunt;*

Virgil. 8. eclog.

*Carmina vel cœlo pessum deducere lu-  
 nam.*

& 3. Georg.

*Belgica vel molli melius feret eff. da  
 collo*

Cicer. libr. 1. epist. ad Brut. & quod  
 te tantum amat, ut vel me audiat prouo-  
 care, & libr. 2. offic. Contra que bene-  
 uolentia fidelis, vel ad perpetuatoris  
 valet, & pro S. Rosc. Amerin. L. Sylla,  
 quem honoris causa non inno, duobus mil-  
 libus nummum sese dicit emisse adoles-  
 cenſis, vel potentissimas hoc tempore nos-  
 iræ Cimitatis;

(Quorum aliqua iam dedimus cap. 3.)  
 in quibus disiunctiones istæ posita re  
 augendi causa subdisiungunt, quia non  
 eo animo fuerunt inseruae, ut disiun-  
 gerent, sed ut augerent, propter quod  
 necessarium est, ut incopulata sub-  
 disiunctiuam conuertantur.

Sed controversum magis est le-  
 gatum à testatore Romano reliquit  
 filia, in hæc verba, apud Alexan. Ab  
 Alexand. libr. 2. Dierum gen. capit. 3.  
 T. Sempronium filium honestissimum  
 ex aſſe mihi heredem volo: Septimia ve-  
 ro filie meæ impuberi, cum viri potens e-  
 rit, fundum suburbanum, seu ad eis meas,  
 quæ in rialata sunt, do, lego, ut hæc do-  
 te contenta Elvio Campano nubat, cum

E 4 Septis

pano nubat, cum Septitia & suburbanum fundum, & ædes peteret, fortiter aduersabatur Sempronius heres, altero scrorem debere contentam manere: cumque multis iurgijs apud tribunalia, & altercationibus ferreueris, post innumerabiles contentiones Consultus Alexander à iudicibus, vtrumque præstandum Septitiæ respondit. Quem per callentes nullatenus Couarriuas, Madera vbi supr. &

27 A. Tiraquellus ad eum, reiecerunt doctissimi viri doctissimam sententiam in subdisiunctione totam ritentem. Relegit enim testamenti tabulas Alexander, & eius attente pensatis verbis, intuerit vtrumque parentem legasse filiæ: non quod existiment aliqui, innixum fuisse Alexandrum, ideo vtrumque deberi, quia legatum dotis relictum fuerit filiæ in testamento; multò enim diuersiorem selegit viam: sed quia perleto testamento, & mature disquisitis verbis, cognovit parentis arbitrium fuisse, & voluntatem, vtrumque relinquendi filiæ. Probant verba illa, testamentum, & tabulas mihi exhiberi iussi, quo prolati, cum postulata cognouissim, discuso iure, quod in controveriam venit, & testamenti verbis mature pensatis, vtrumque Septitiæ deberi, & tam ad suburbanum fundum, quam ad ædes iure legati admitti posse, respondit. Cognovit ergo peritissimus vir, legatum subdisiunctum esse, in ea que fuisse voluntate parentem, vt vtrumque apisceretur filia. Nec leuis despicienda præsumptio erat, causa, fauor que dotis, & paternus affectus atque (vt coniecturari potest) non excessiva dotis quantitas ad unum suburbanum disiunctum restricta, aut ad solas ædes: quæ cuncta, alijs tabularum verbis confirmata, confirmarunt merito Neapolitanum Alexandrum, vt sic diudicaret: resoluens, to seu in prescripta hypothesi non disiunctum esse, sed magis coaugmentatum; po-

tiusque in effectu copulare, quam disiungere; adducens doctissimum respōsum Pauli, quod in quæstione vertitur. Quæ interpretatio recta veraque ad Neapolitanii consilium, seu respōsum est:

Non autem subdisiunctum genus insolitus est iuriis prudentibus nostris, nam præterquam id demonstret Proculus in l. hac verba 124. D. de verbis. significat, qui ex eo disiunctum ibi, & subdisiunctum egit, quod frequen-tissimum vtrumque sciret, habereceq; apud Consultos esse (vt iam dedi, & recte pererravi, cap. 3.) probant mibi iuriis prudentium præclara responsa, quæ stylo se offerunt: quæque non aliter perfectè percipi possunt, relictis aliquorum interpretationi Nugis, ad ea colludentibus, l. ad protegendum 3. C. de in litem dando tutori, ibi: Tutor sine curator, l. s. §. bac omnia 28. D. de munib; & honoribus, ibi: Ciuitas seu publica appellantur, l. 1. D. de his quæ, vi indiges aufer, ibi: Indignum carere legato, seu fideicommisso libertum (qua Bartol. dedit in nostral. si quis ita) l. cum pater 77. §. pen. D. de leg. 2. ibi: Tuis sine meis, l. hac consultissima 8. C. quæ testament. facer possib; Vt parentes oculis, seu morbo seu ita nati, l. cum donationis 34. C. de transactioni, ibi: Cum donationis, seu transac-tionis causa. Et alia sine numero, quibus cogestis, fastidirem in illustratio-ne animos. Pendet hæc autem omnia (vt dixi) ex dicti l. hac verba, & eius au-toris, Proculido Estrina. Nec inferat in de aliquis, propriū esse risca, sine, sub-disiungere: in qua sententia, seu errore cum Bartolo plures antiquorum fuerunt, qui supra dati sunt: nam præterquam præfirmauerimus contrarium aduersus Donell. sup. & alios: id est subdisiungendi esse eius in disiunctionibus alijs inuenitur, vt in disiunctione, aut l. Lucius Titius 88. de leg. 2. dedicauit do-naui, junctam. saepe 53. D. de verbis signification. l. pen. C. eodem titulo. incerti-  
tum,

- Etum, quod vi aut clam (ut præsudauit sup. cap. 10.) l. si ita 14. D. de iniusto rupt. l. si is qui ducens, § fin. D. de reb. dub. in disiunctione ve. dict. l. si aper super pecunia tutela ve sua, l. actione, §. si post, D. pro socio, quod pro socio communiter ve gestum sit, l. vñorem 41. §. codicillis 2. D. de leg. 3. ibi: *Nisi si quos quas ve, & in l. vbi pactum 40. C. de transact. vbi pactum*
- 32 *vel transactio, vii recte hanc legē explicant Bald. Salycet. Fulgos. & Iasō, (qui hos refert, & sequitur n. 2.) & Alciat. ibi, idemque Alciat. dict. l. si quis maior, num. 10. Gil Kenius num. 1. & 5.*
- 33 *Donell. num. 1. sic & in l. 41 seq. vbi pactum, & transactio comprehensa fuerunt expresse, & probat l. 8. C. Theod. de patris, & transactionib. à qua ista presumpta fuit: nam cum ibi titulus pertineat ad pactum, & transactionē, lex ad utrumque respectum habens, sub*
- illo collocatus fuit: & cū à Tribonianō ad Justiniani codicem transferretur sub posuit tit. de transactionibus, vti ipsa erat & de pacto. & transactione stabilita. Harmenop. in *Promptuar. iur. lib. 1. tit. 10. §. 11. sic etiam l. 40. de vitroque præscripta est, & inerito, cum eadem ratio similis sit in vitroque, & comouerit ad sanciendum: & ex contextura legis probatur, vii bene explicat Don. Ad me redeo, probat enim subdisiunctionem vel, d. §. codicillis, ibi: *Ei mancipijs rusticis, vel urbanis.* Constat autem subdisiunctione ista ex alijs quam plurimis locis, qui facilius ex ante datis capitulis colligi possunt. Vt cœcludamus Pauli responsi rationem d. l. si quis ita, pendere à subdisiunctione genere legati, non vero à natura distinctionis sensu, vti computarunt interpretes.*

## C A P. XII.

**A**TTENTE inuestigantur disiunctiones expositiū, à num. 1. cum seqq. Quae sint. 2. Vbi exemplis eruditorum declarantur, & n. 3. Datur optimus locus Georgij Trapescuntij. 4. Error huius. 5. Expositiū voluntas loquentis format. 6. Exempla huius è media iurisprudentia sumuntur. 7. Illustratur l. 2. D. ad l. Aquil. 8. Notatur ad eam emendatio: 9. Tit. de exceptionib. sive præscriptionib. 10. L. instrumenta 5. C. de probat. 11. L. ius civile 6. D. de l. & l. 12. Logia disputatione adgradimur. Quintus Mucius 10. D. de aur. & arg. leg. 13. Disiunctio inter genus, & speciem an resoluatur incopulatiā. 14. Communis sententia ad dict. l. Quintus, refellitur. 15. Et alia Lusitani, & Emanuelis Costæ. 16. Et alia Cuiacij. 17. Traddit autor nouam interpretationem. 18. Paraphrasis dict. l. 10. à numer. 19. cum seqq. Expositina disiunctio fuit dict. l. 20. Illustratur Paul. in l. ea tamen 46. D. de leg. 3. 21. Disiunctio inter genus, & speciem resolutur in expositiū. 22. Species generi additur expositio: nis gratia. 23. Expenditur l. in toto 80. D. de reg. iur. 24. Generis uniuersalitas per speciem subsequentem resolutur. 25, & 25. Inde explicantur nouiter responsa, & formula dedi, aut donau. 27. Et l. ex orē 41. §. codicillis 2. D. de leg. 3. cū alijs. 28. Longe examinatur interpretaturq., l. 1. D. de reb. dub. quæ noua interpretatione donatur à n. 29. Disiunctio interparū distantia collocatur. 30. Nec semper inter genus, & specie posita expositina erit, & quādo. 31. Ut ilissimum sane caput ad disiunctiarū cognitionē.

V V A T, & expositiua disunctiones attingere, quæ ad subdisiunctio-  
nem pertinent: & his,  
quæ proximo capite per eginus, affines sunt. Expositiua  
namque frequentissimæ, tam iuri-  
prudentibus sunt, quam poetis, & his-  
toricis; ab earum que cognitione pè-  
det cognitio elegantium locorum v-  
triusque literaturæ. Disiunctio autem  
expositiua illa est, quæ magis exponē-  
di & declarandi, quam disiungendi  
est posita; ita ut in subdisiunctum  
genus cedat, cum utrumque in expo-  
sitione comprehendatur, & copule-  
tur: ut preclare subsequentia exem-  
pla declarant, Platonique tituli (iā  
à nobis dati cap. 3.) Minos, vel de legib.  
Hipparchus, vel deluersi cupiditate: ama-  
tores, sine de Philosophia: Theages, sine de  
sapientia: Lysis vel de amicitia: Theatus,  
sine de scietia: Parmenides, sine de ideis  
& alijs similes, in quibus interseritur  
disiunctio, ut magis exponatur, & de-  
claretur præcedens verbum, seu titu-  
lus: ad quorum formam composuit  
alius Cicero, scilicet Lelius seu de ami-  
citia: Cato seu de senectute, vii obseruat  
Donell. in b. instrumenta s. C. de proba-  
zionib. num. 12. ad eandem expositiua  
pertinet Alexander, seu Paris (quod  
male Bartolus retulit ad augmenta-  
tiuam disiunctionem in diet. l. si quis  
3 ita 30. D. de auro, & argen. legato) Mars,  
sine Manors. & Cicero defene etiue in  
principio sic intelligendus.

O Tite, si quid ego adiuro, curā velenoso  
Adiuro, proadiuero, uti Langius, A.  
Manutius, & alijs ibi exponunt: ex quo  
expositiua est, curam velenoso: idem  
optimè lib. 1. epistol. 1. ad Q. Fratrem,  
qua propter hoc te primum rego, ne cōtra-  
bas, aut demittas animū, ne vete obrui  
tanquam flūtu, sic magnitudine negotiū  
sinas: contra que erigas, ac resistas, sine e-  
stiam ulro ocurras negotijs: in quibus  
omnes disiunctiones expositiuae sunt,

& indicauit ibi Ioan. Tilius. Et idem  
ad eundem fratrem: nihil perturbatius  
hoc ab urbe discessi; siue potius surpissima  
fuga, & pro Quint. Ofortunatū hominem,  
qui huiuscmodi nuntios, seu potius Pe-  
gasos habet. So. ocles in Aiace v. 178.  
ηπα ιλυτῶν ἐνέργεια  
Ἄνδεσα δάροις ὑπὲλαφολίστε  
Indignans forte victoria causa grariam  
non esse relatam.

Vel ex inclitiis polijis esse.

& Vers. 759.

ποῖον, πολ. ἀδεσ τὸ δι πρὶ γράπτος  
πέρι.

Quia hoc est? aut quid ille hac de re scit?  
Cultissimus Heliodor. lib. 1. El. tioz, c.  
2. (in loco alijs difficulti) ιερον ἐπ' ακ-  
ρη τὸ σκόπειος ἡτος καλλας η πολιτεια  
ιετρίψ. Ad extremum tantum nau-  
ig. sed domus procedere permittit.

Sed insignis pro nostra sententia  
est illa Georgij Trapeluntij, trascritta  
ab Alphonso Palentino de coniunc-  
tione, num. 7. docte ad struentis, & de-  
fendentis contra grammaticos veri-  
tatem istam. Firmat ergo disiunctio-  
nem expositiuae tunc habere locū,  
quando post interrogationem respo-  
detur, quia tunc nihil aliud est, quam  
solutionem dare, ut in exemplis his,  
ab eo datis. Cur cana super sedis? Vel  
quia crudior adhuc eram: cur quotidie  
nouos anthores legis? Vel et plura dicam:  
cur haec scribis? Vel ut inuidos deprimam  
meos: Quare Cicero pro Milone sansans  
dixit? Vel quia erat amicus Milo: vel  
quia occidit inimicum: sed per aperto Ci-  
ceronis confirmat exemplo, cuius haec  
sunt verba. Mirum me, inquit, desideriū  
tenet verbis, in credibile meorum, argue  
in primis societas amicorum, vel quia  
videmur eam famam consequi, ut non  
tam accessio querenda sit, quam fortuna  
metuenda: vel quia totum negotium non  
est dignum viribus nostris, quia maiora  
onera in republica sustinere, & possim, &  
soleam: vel qui abelli magni timor impē-  
det, quod videmur effugere si ad consti-

*tutam diem decedemus.*

Ciceroni addo Sat. Papinium 1. syl-  
uar. in equo Maximo.

*Qua super imposito moles geminata Co-*  
*lesso,*

*Stat Latinum complexa forū? calone per-*  
*actum*

*Fluxit opus? Sicutis an conformata cami-*  
*nis*

*Effigies, lassum Steropem, Brōtemque re-*  
*liquis?*

*An te Paladiatalem Germanice nobis*  
*Effinxeremus?*

5 Vera hæc sunt, sed Traspeluntius er-  
rat, dū expositiū interrogatiōni, &  
respōsitioni restringit cōtra superpræ-  
missa exempla, & autoritates: for mat  
6 enim cā loquētiis volūtas, & sermonis  
ratio, dispositioq; vt q; ex sequētibus  
apparebit, & prædocuit P. Gil Ken. in  
l. vbi pactum 40. C. de transaction. num.  
8. l. sape, D. de verb. signific.

Si vera, vtilia que sunt ista ad vin-  
7 etos, & solutos antores, nō minus re-  
periemus apud Consultos nostros, à  
cuius expositiū cognitione cognitiō  
pendet multorum iurium, & rectæ  
sententiæ penetratio. Dabo exempla,  
si non m̄ulta, difficiliora forte, & quæ  
lucem; imò faciem præferent respon-  
sis alijs. Capat primum Legis Aqui-  
liæ, apud Gaium in l. 2. D. eod. tit. illus-  
trabitur ex doctrina nostra in verbis  
illis. Qui seruum seruum ve: alienum a-  
lienam ve: quadrupedem, vel pecudem, in  
iuria occiderit. Nemo in questiōnem  
reducere poterit, in illis quadrupedē,  
vel pecudem, disiunctionem expositiū  
non esse, alias in primo capite legis  
Aquilæ omnes quadrupedes cōpre-  
henderentur, contra dict. l. 2. §. fin. vt  
prædocuit Alciat. in l. sape de verō. sig-  
nificat. P. Gil Ken. sup. dict. l. vbi pactum,  
& præsensit Accursius, & alij antiqui  
cum eo. Vndē non fero emendationē  
eruditii viri D. Ioan. Suarez in nouo  
prostanti commentario, docto sane,  
ad l. Aquil. lib. 1, cap. 1. à nu. 3. nam præ-

ter quod recepta lectio sit apud Cal-  
uinum. A. Augustinum Hotomanum,  
& alios collectores legum. t̄z qua-  
drupedem, vel pecudem, nihil aliud o-  
perari quā t̄z quadrupedis expositio-  
nem: quasi diceret quadrupedem, sci-  
licet pecudem. Eadem inseritur ex 10  
positiua in tit. C. de exceptionibus, sine  
præscriptionibus, nam cum exceptio, &  
præscriptio idē sit: expositionis causa  
t̄o præscriptio, adiectum fuit: præuidē-  
te I. Cuiacio in Paratit. ad illum titul. 11  
Quid illa rescripti? in l. instrumenta 5.  
C. de probationibus: perspicua est. ins-  
trumenta (Casares rescribunt) domes-  
tica, seu priuata testatio, seu adnotatio,  
&c. idem est priuata testatio, & adno-  
tatio l. exemplo 7. C. cod. tit. l. fin. C. de  
conueniendis fisci debit. lib. 10. & non  
alia de causa eadem res duplii verbo  
gemminata est, & interposita disiun-  
ctio, quam expositionis maioris gra-  
tia, vt gratiter in commentario ad can-  
dem legem exposuit Hugo Donellus  
num. 1. 2. & eius sententia adhærens P.  
Gil Ken. num. 1. Ad eandē redigo ner-  
viam Vlpiani responsum in l. ius ciu- 12  
le 6. D. de iustitia, & iur. ibi: ius ciuale  
est, quod nec in totum à naturali, vel gē-  
tium recessit, disiungit à naturali ius  
gentium Consultus, cum naturale ius  
gentium sit, & è contra, §. singulorum,  
inst. de rerum division. l. cum amplius, §. is  
natura, D. de reg. iur. l. omnes 9. D. de ius-  
titia, & iur. quæ sententia Donelli fuit,  
qui eximie elaborauit eam, & instru-  
xit lib. 1. com. cap. 6. & alij ab Osuald. ibi  
cōgesti. Præcipue, si animaduertamus  
Consultum ibi per comparationem  
civilis, & naturalis iuris non propo-  
nere brutorum naturale ius (si id ins  
est) sed naturale hominum: necessario  
ergo disiunctionio illa expositionis gra-  
tia adiecta fuit, vt fecit Iustinianus di-  
cto §. singulorum, ibi: Quod, sicut dixi-  
mus, appellatur ius gentium, & Consul-  
tus dict. §. is natura. Nam quod oppo-  
ni potest de l. 1. §. ius naturale 3. D. de  
iust.

enit. & iur. ample docteque satisfactū à Donello est dict. cap. 1. & alijs huic opinionis autoribus. Quid illa subdis- junctio Vlpian. int. 3. D. de legitim. ru- torib. ibi: Specialiter, vel nominatim, cū idem vtrumque sit? latè alibi obser- nauit.

Cuncta ista permouent multum, vt difficile aggrediat responsum Pō- ponij, notantis, aut interpretantur Q. Mutij Scæuolæ sententiam int. Quin- § 3 ius Mutius 10. D. de auro, & argent. le- gat. tentatum valde ab interpretibus nostris. Tentarunt ecquidem inter- pretum aliqui nostrorum, & graui- simi, certam facere conclusionē: dis- junctuam genus interpositā & spe- ciem resoluti in coniunctam: hi fuerūt § 4 Accursius, & Bart. dict. l. Quintus Mu- tius, Paulus de Castro int. 1. D. de reb. dub. num. 4. & ibi Ioannis Legionens. num. 5. Couarr. lib. 1. var. cap. 5. num. 10. Alciat. int. sape, de verbis significat. nu- 10. & int. si quis maior, n. 10 C. de tran- fact. Nicol. Euerard. Topicorum, loco à na- tura alterna. n. 11. qui pro sua sen- tentia hoc Pomponij responsum in- ferunt. Nullavia, n. i imaginaria; talem

§ 5 sententiam apiscemur à Pomponio, nam si iudicium suum librant in illis verbis, vas, aut vestimenta, aut quæ vxori- ris causa parata sunt: cadit iudicium, & falsum inferunt, cum verba ista ex parte omni genus contineant, in quo fundementum fecit Pōponius, & que veram esse Quint. Mutij sententiam, resoluētis, quod in hoc legato veniret solum vas, & vestimenta, non com- munis usus filiorum, aut testatoris, & vxoris quaesita; sed ipsiusmet vxoris solummodo. & autem quæ vxoris causa parata sunt, abnegabit nō gene- raliSSima esse: expressus est idem Pō- ponius in vers. n. si generaliter, & Vl- pian. l. hoc legatum 45. D. de leg. 3. Vbi autem, libenterius rogarem, docti- simi viri inueniant speciem in legato isto? cui nec via aliqua obliqua quam-

uis, accommodari potest; imò obruit, & confundit verborum generalitas, & quod præcipue in consideratione est, quod si disjunctio in hac lege Q. Mu- tius in coniunctam resolueretur, ne- cessario responderet Pomponius, in ea specie legati Q. Mutij sententiam consistere non possit: nam copulativa adiecta illis, quæ vxoris causa paratu- gatum augeret. catamen 46. D. de leg. 3. & sic venient vestimenta communia uxori, & liberis, atque ipsi patris fa- milias, quod negant Pomponius, & Mutius, nā (si attēte videmus) expo- situ distat à copulativa. Merito ergo sententia, & interpretatio Socino dis- plicuit in l. si is qui duceta, b. virum, D. de reb. dubijs, & Ludovico Lusitano in l. 1. cod. tit. & Emanueli Costæ lib. 1. select. cap. 4. quidquid aduersas Lusi- tanum conetur Couarr sup. deferens defensionem Pomponij d. l. Q. Mu- tius

Lusitani, scilicet Ludovicus, & E- § 6 manel. proxime dati, in aliam con- uenient sententiam veris. Plane, dict. l. Q. Mutius, verba Pomponij esse, nō testatoris; quia cum Consulius ad Q. Mutij Scæuolæ sententiam subdi- disse restrictionem, & interpreta- tionē, per varios casus, pro maiori eno- datione concludit, Mutij sententiam obtinere, quando aut vas legatum est uxori, aut vestimenta legata sunt: aut legatum continet, quæ vxoris causa parata sunt. Subtiliter ecquidem in- uitum, sed fallum; & quod litera res- ponsi expellit longe. Inuit formæ di- uersitas literæ (quā nos bassarda dici- mus) omnib. Codicib. recepta, signū, aut demōstratio verborū testatiū; aut contrahentiū, nō iuris consulti; vt Tau- rel. & alij notarū: sed roborant ma- xime verbis illa, si ita legatum fuerit, quæ concinut verba testatoris esse, cū for- mula receptissima Consulit fuerit, dum verba legati referunt, vt supra in eodem Pomponij responso scriptū est:

est:& in toto nostro iure ciuilī frequentius nihil. Nec minus iuuat particula sunt, eiusdem versic. Tunc aque erit vera Q. Mutij sententia, quæ dictio casum ouersum à primis, & specialem demonstrat:& id certissimum est,& sequendum,cum legati formula longe aliasit à præpositis:præcipue si consideramus Pomponium notare Q. Mutij sententiam , & per varias thesiū species enucleare eam,inter quas credere debemus istam in vers. plane,propositisse:ego sane sic credo.

17 Liceat mihi, carmen prouerbiale Nasonis in doctissimum virum J. Cuiacium retorquere,incidit in Scyllæ cupiens vitare Carybdim,qui dum libr. 10. obsernat cap. 17. percurrit responsum nostrum,emendat vers. plane,debet disiunctuam,& auget,vasa,ne vti que rationē legandi super vacuo Pōponius inculcare videretur(ut ipse inquit)genera enim distinguit diuersa Cuiaciū:vnum constituit summum, quæ vxoris causa parata sunt,aliud limitatum,vasa aut vestimenta quæ vxoris, &c. primum genus summum ad legis principium refert:secundum ad finē, id est versiculum plane, ut veroque casu Mutij sententia consilat ex Pomponij interpretatione. Nunquam in feliciore aue Cuiaciū prorupit acumē, nam præterquam sit emendatio nimis cruentum remedium,& nūquam ad probandum,nisi ad mortales morbos, non congruit Cuiaciū mens, aut opinio Pomponij verbis:non enim summum genus in exordio responsi proponitur, sed ut αλλεν scilicet vas, aut vestimentum, aut quippiam aliud ita legatum, quod eius causa emptum, parata ve effet:animaduerte integrā legati contexturam,& relatiū, quod , & quod Pomponius subsequenter subdit ibi: Sed quod Q. Mutius demonstrat, vas, aut vestimentum, aut quid aliud , & admiraberis tanti viri incuriam, cum plusquam certum sit, tractasse Mutiu

legaram vasis,aut vestimenti , vxoris causa parati. Quod cum ita sit Cuiaciū emendatio inculcat responsum , & frigide Pomponium repetere , & resoluere resolutū dat: qui quidem dū tacite corrigit,& fugit Lusitani , & Costæ intellectum,incidit in eundē. Iam enim Pomponius prædixerat,ad sententiam Mutij sufficere,quod generaliter legaretur,in vers. Sed quod cum respectu ad legatum vasis , & vestimenti, vxoris causa parati, ad quid ergo subuelueret constanter resolutum?decet,vile que est, aliorum errores patefacere: quamuis labore istum non probet A. Gouean libr. 1. de iurisdictione in principio aduersus Baronem, nam aliter in eos, nondum aertos, tanquam in latentia retia incidunt in cauti:qua quidem iam præuisa nō fallent.

Post tam discrepātia iudicia, æquū 18 erit ut nostrū offeramus, an forte felicius, an certius, iudices nomino doctos. Iudico Mehercle disiunctionem, aut, quæ vxoris , &c. versiculi. Plane in expositiūam resolvi, non quia intergenus, & speciem sit, quia nō sane est ut tantum ei rōrem iam repulī) sed, quia sic testatoris arbitrium tulit : & interpretatoris Pomponij iudicium, recta que ratio iuris prudentia. Quibus cunctissi intellectum nostrum constare probauero,actū erit de Pomponij respōso, fama & re difficultis in abdito enim eius veritas, aut sopia, aut sepulta iacebat. Libemus totius responsi contexturam. Q. Mutius respondit, legatum vxori relictum sic, lego uxori vas, aut vestimentum , quod eius causa emptum paratum ve sit, solūmodo complecti vasa, aut vestimenta vxoris causa quæ sita,empta ve , non alia communis usus, & testatoris , & liberorum. Subintrag Pōponius Mutianum responsum, & dirigit regulista, quod procedat in legato generali, quæ uxoris causa parata sunt: secus in speciale

speciale, veluti, lego vxori purpureā sil-  
lam veste, qua eius causa empta, parata ve-  
ritat, quamvis ea demonstratio falsa sit,  
nec veste empta, vel parata sit vxoris  
causa, sustinebitur nihilominus lega-  
tum, quia cum dñe certa constet, de-  
monstratio falsa non legatum absor-  
uet. Addit Pomponius in vers. *Plane*,  
speciem aliam lōge diversam, per al-  
ternatiuæ interpositionem, scilicet  
quod si ita legatum fuerit, *vas, aut ve-  
stimenta, aut qua vxoris causa parata  
sunt, & que vera sit Q. Mutij Scœvolæ  
sententia, vt in hoc legato vestimenta  
comprehendantur, solius met uxoris  
causa parata.* Voluntas autem testa-  
toris prælucet, disiunctiuam istam ex-  
positiuam esse: nam credendum est,  
rā, qua uxoris causa, per disunctionem  
separasse ab alijs, in legato cōprehē-  
sis: tāquam decernētē, cetera in lega-  
to contenta, in illis per disunctionem  
separatis resolui: quod proprium ex-  
positiuæ est. Nec minor est iurispru-  
dentiæ ratio, nam quotiescumq. rōis  
qua uxoris causa, &c. disiunctiuam additur,  
censetur factum minuendi legati gra-  
tia, & vt totum legatum in id, quod  
uxoris causa paratum sit, resoluatur  
testem omni fide maiorem produco  
Iulium Paulum in dict. l. ea tamen 46.

**D. de leg. 3. transcribo verba ex lib. 2.**  
ad Vitellium, certā omnino pro nostra,  
& in aliorum sentias. Ea tamen adie-  
ctio legatum alias exiguius, alias ple-  
nius efficiat; augetur, cum sic scriptū est,  
qua eis causa paratasunt, id enim sig-  
nificat, & si quid præterea qua dicta sunt  
eius causa paratum est, minuitur, detra-  
cta coniunctione, quia ex omnibus ita cō-  
prehensis ea sola definiuntur, qua eius  
causa parata sunt. Plane mihi persuasū  
habeo, per celebrius nullū respōsum  
in cūsto iure ciuili inneniri posse, pro  
Pomponij responso confirmādo, nec  
nō recta interpretatione cœstra. Quo-  
tiescumque enim (inquit Paulus) dis-  
iunctiuam huic legato addiuit, factum

est, vt ex omnibus in legato compre-  
hensis, ea sola intelligantur disiuncta,  
& relieta, qua eius causa parata sunt.  
En expositiuā disiunctio: videat do-  
minus, quam merito priuæ speciei pō-  
ponus istam addiderit: nam si in pri-  
ma, sine coniunctione, & disiunctione  
proposita veniunt vestimenta, aut va-  
sa solummodo uxoris causa paratas  
multo magis quando disiunctio inter-  
venit: qua in disiuncta, propria pene-  
trata natura, perficit, vt integra lega-  
ti verba exponantur, & resoluantur,  
vt per eleganter inquit Paulus. Inde  
Pomponius, *Plane*, scripsit: id planum  
atque indubitate esse, verborum, &  
alternatiuæ natura perspecta: & illa-  
tionem ad speciem secure fecit, quā-  
do disiunctio clausula *qua uxoris causa*, &c. apposita est. Quæ species lōge  
dissimilis est à præscripta à Mutio in  
principio legis, & ad quam sic merito  
Pomponius illationem fecit, vi po-  
te ille, qui sententiā Scœvolæ tracta-  
bat, discutiebat, & perdocto intelle-  
ctu dōnabat. Non ergo disiunctio ista  
incopulatiuam convertitur, quia in-  
ter genus, & specie iaceat, sed in ex-  
positiuam; quam disponit ipsa tacita  
voluntas testatoris, ipsa que recta  
iurisprudentiæ ratio.

Hæc omnia non contendere præ-  
caueo, vt negem, inter genus, & spe-  
ciem disiunctiuam positam in exposi-  
tiuam resolui: id libenter fateor, nam  
præcipue expositiuā sic obtinet. Si e-  
nim genus cōtinet totam, plures que  
species subse, vt per quam notum est,  
si generi addimus speciem, non alia  
mente facere videbimur, quam ut to-  
tum genus in speciem illam resolua-  
tur, incepto alias subdereur species, iā  
in ipso genere comprehensa, nisi ex-  
positiōnis gratia: nā vt docuit Quintil. lib. 8. orat. c. 6. genus cōdiuidatur in  
species, nihil habeatur proprium, & sic eū  
species per disiunctiuam additur, qua  
efficit, vt genus nihil proprium ope-  
ratur.

- reitur; sed tota illa substantia, & generalitas se intengatur, & resoluatur in speciem proximam: voluisse speciem, credendum est, disponentem enim à genere exitere; P. Gil Ken. in l. vbi patrum 40. num. 8. C. de trāsact. ultima autem species continet causam secundū eundem Quintilian. lib. 7. cap. 2. Orat: nam cum à genere per disunctionem peruenimus ad speciem in legato, species illa causam legati continet, quod valde illustrat Papiniani sententiam  
 24 lib. 33. q̄o. 8. in l. in toto 80. D. de reg. iuris, in toto iure generi per speciem dero-  
 gatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directū est, illud ergo quod dirigitur ad speciem, & speciem con-  
 tinet, semper spestandum est; quam-  
 uis amplissimum genus præcedat,  
 & instet, vii innumerabilibus exem-  
 plis præter ordinarios regulam istam  
 illustravit P. Fabet ibi, & non minus  
 eruditè P. Pe Kijs in reg. generi 34. de  
 reg. iur. lib. 6. q̄nia generis uniuersalitas  
 25 (vt verba P. Greg. usurpem lib. 2. art.  
 mirab. cap. 9.) per speciem restringitur in  
 speciali, ut de alia specie quam de propo-  
 sita non fiat mentio: & fit quadam gen-  
 ris in eo limitatio. Et sic resoluit idem  
 vbi proxime cap. 8. num. 8. quod restrin-  
 gius genus ratione idoneæ materiæ,  
 quæ subdita est generali pronuncia-  
 tioni arg. l. vt gradatim 11. D. de mune-  
 ribus, & honor. Bald. in l. 1. C. de fiduci-  
 strum. num. fi. Semper enim nisi om-  
 nino contrarium constet, existandum  
 est, peruenit esse ad speciem;  
 vt totum in ea gentis concludatur, re-  
 soluatur ve. Hoc axiome perueni-  
 mus ad notionem tex. in l. sape de ver-  
 26 27 bor significat. ibi: Quod dedi, aut donavi  
 vitaque continemus, l. Lucius Titius 88.  
 de legat. 2. Lucius Titius testamento ita  
 cauit. Si quid cuique liberorum meorum  
 dedi, aut donavi: aut in usum cōcessi, be-  
 ne Gotofred. dict. l. sape Hac disunctio-  
 na causam dationis exprimit, quasi dice-  
 ret, quod ob causam donationis dedi in

28 tē dedi, genus continetur, quod resol-  
 uit in expositiōne, donavi; aut in  
 usum concessi. Nec minor elegans ex-  
 positio est in l. uxorem 41. §. codicil-  
 lis 2. D. de leg. 3. ibi: Nisi si quos quasue  
 ad uxorem meam testamēto persinere vo-  
 lui, vel ei nominatim legant, legauerō: en-  
 dihiū etiā; vel inter genus, scilicet per-  
 tinere volū, & speciem, ei nominatim  
 legauerō posita, in expositiōne legati  
 nominatim facti resolutūt, sic & in  
 §. Agri. 9. eiusdem legis, ibi: Eam agripla-  
 gam partem ve eins, l. quidam 30. de leg.  
 2. ibi: Si non apparet aliam fuisse voluntatem,  
 aut ex magnitudine eius pecuniae,  
 aut ex medio civitate facultatum:

Hinc necessariā p̄t statim lucē Pa-  
 piniano ih. l. 1. D. de rebus dubijs, credo 29  
 constanter, apud interpretes nostros  
 semper delitusse. Hotofnatus lib. 1.  
 obser. cap. 3. & 1. amicabil. cap. 10. emē-  
 dat: contra quem curta scholasticē  
 rum schola coniūravit, Cuiacius 8. ob-  
 seru. cap. 25. Angel. Maithæt. lib. 2. de  
 via, & rat. iur. 6. 4. h. 1. i. Donel. Eguin-  
 nat. Bart. Rosard. I. Legionensis Go-  
 thofred. ad istam legeim, & atea I.  
 Robert. lib. 2. recept. cap. 6. Osuald. ad  
 Donel. lib. 8. com. cap. 19. lit. N. prater  
 alios antiquos à Legionensi relatos,  
 nescio quid commis. scūtū fundidū-  
 plicis Mævianī, quorum vñus specialis  
 erat: & alter suble alios continebat  
 fundos, cōtra exp̄ressam responsi cō-  
 texturā in suppositū. Papinianus e-  
 nī proponit legauim fuisse Mævianū  
 fundū, aut Scianū Tito: naf-  
 titur inde difficultas, quia vñversa pos-  
 sessio plurimum prædiorū sub appellatio-  
 ne fundi Mæviani rationibus denō fra-  
 batur: non ergo alia fuit difficultas, si  
 testator scilicet habet specialē fun-  
 dum Mævianum, & vñuersale: cum  
 statim nullo alio proposito Papinia-  
 nus respondeat, non videri tatera præ-  
 dia legato voluisse defunctū cedere. Quæ  
 verba satis superque exprimant, non  
 aliud à Papiniano quæsum fuisse,  
 quam

quam si per speciem praescripti legati vniuersalis illa praediorum possesso legatario cederet; an solammodo Seianus fundus, qui etiam sub vniuersa praediorum possessione fundi Maeuiani comprehendebatur, ut demonstraret illa verba legati speciei subiecta, cum vniuersa possessio plurium, &c. cuius rei in cogitantia in varios errores difficit interpretes, & compulit, ut aliud specialem fundum Maeuianianum excoigitarent; cum Consultus vnum solum proponeret Maeuianianum vniuersalem. Non cedunt ergo cetera praedia in Maeuianianum contenta, si fundi Seiani pretium a fundi Maeuianianum pretio non magna pecunia distingueretur. In hoc ecquidem cum Horomano conuenio, fundum Maeuianianum, qui in his postremis verbis refertur, vniuersalem esse, non illud Specialem, spurium, & falso suppositum Papiniano. Necessariò enim sic percipere debemus, si antecedentia verba responsi expendimus, & metimur. A quo quidem ultimo versiculo rectam nostram interpretationem elicito: ea est, quod cum per disiunctiōnē legasset testator fundum Maeuianianum generalem, & vniuersalem; aut Seianum fundum, ista disiunctio potius expositiua iudicari debet, quam recta disiunctiua; quasi diceret testator lego fundum Maeuianianū, eam scilicet partē, seu fundū, qui Seianus dicitur, & sub appellatione Maeuianicōprehenditur, ex regula annexata. Nam regulariter cū speciesgeneri additur per disiunctiōnē (ut in hoc casu, & alijs à me praescriptis) vniuersale, seu genus in speciem resolutur: ut merito, & subtilissime Papinius respondeat, cetera praedia non venire in legato, nisi tantummodo Specialem fundum Seianum, specialiter designatum, & specialiter ab illa vniuersitate praediorum fundi Maeuiani exemptum; & quod sic voluerit testator, elegantem conie-

cturam Consultus querit, & proposuit: si pretium fundi Seianitanum erat, ut non magna pecunia ab vniuerso fundo Maeuiano distingueretur. Nā cum disiunctio collocatur, semper interparum distantia, & in æqualia, ut Gothofred. Cuiac. Osuald. & alijs supra relati affirmant, & antea prædauerunt Ias. in l. quoniam de fluminib. 30. num. 100. & in l. quis filiab. num. 4. deleg. 2. Gratius. 1. vol. resp. 13. num. 36. De cius part. 2. cons. 317. num. 5. & part. 3. cons. 410. num. 27. Alciat. respons. 491. n. 5. & Cuiac. ap. 1. hec verba 124. deverb. significat. Madera cap. 20. animadu. iusta testatoris voluntatis coniectura Consulto soi, fundum Seianum addidisse per disiunctionem expositiua testatorem, ut ille solus, & non cetera praedia sub appellatione fundi Maeuiani comprehensa in legato veniret: æqualitas enim illa pretij inducit maxime, ut testatore voluntate credamus, solum Seianum legasse: quid enim aliud est, lego fundum Maeuianianum, cum Seianum: quia illa, Alexander, seu Paris: Cato seu desenete, Lalinus seu de amictia. Elegantissimus loquendi modus, quem alii præcaluerūt iuris nostri antores, sic legare, fuit: fundū Maeuianianum, seu Seianum lego, cum Seianus & alia praedia sub appellatione Maeuiani venirent: cum scilicet, qui Seianus dicitur, lego. Alias enim si vniuersitas praediorum Maeuiana, & Seianus specialis, pretio longe distarent, non recte persuaderemur per expositionē disiunctiua fundum Seianū addidisse testatorem; qualiter enim exponeretur genus, seu vniuersitas per aliud longe dissimile, diuersum, & in æquale. Nec ideo semper intergenus, & speciem posita expositiua erit, ut in lib. pactum 40. cum seq. C de transaktion (vti diximus cap. precedenti ad finem) id enim procedit ex sententia, ita à nobis asserta capite isto, & tradita ab ipso P. Gilkenio dict. l. rbi p. 40. qui

qui cum sensisset legem illam de pacto, & transactione loqui, mouit n.2. difficultatem, de quo pacto lex intelligenda foret, & soluit n.8. quod quamvis verum esset inter genus, & specie disunctionem positam in exposituā resolui, id tamen accipiendum, modo

apparet de voluntate proscriptoris, qui voluit speciem à genere eximere: ista enim totam hanc machinam sursum deorsum que fert, & trahit. Et hæc de exposituā conditione, hucusque, quod sciam, nō plene abinterpretibus nostri iuris nec feliciter tentata.

## C A P. XIII.

**T**O T A disquisitio, qualiter utraque res alternata in obligatione sit, una autem sola in solutione ànum, i. cum seqq. Dux questionis Paulus in l. si duo 128. D. de V. O. 2. Ut rāque res in obligatione, et 3. et seqq. Hinc explicatur Vlp. in l. cum quærebatur 13. D. iudicatum solu. 4. Et latius in l. miles 6. §. 1. D. de re iudicat. 5. Noxa deditio ex facultate legis descendit. 6. Noxali iudicio condemnatus deditio noxa nō potest officio indicis liberari. 7. Inde interpretamur responsum Iuliani in l. non quocumque 8. 2. §. fin. D. de leg. 1. 8. Et Papiniani alterum in l. illud, aut illud 25. D. de constit. pecun. 9. Et aliud Venuleij in l. cum qui 138. D. de V. O. 10. Damas alternative promissas, et qui offerebatur, si mortuus fuerit, non potest agi ex stipulata. 11. Aliud quando nulla mora, aut culpa stipulatoris fuit. 12. Idem si tempore stipulationis fuisset. 13. Idem admissimus in legato. 14. Et in emptione. 15. Ex his illustratur Iulianus in l. cum is qui 32. D. de condit. indeb. 16. Reite varia discutiuntur responsa, quæ in alternatiis aliquando duo legata considerant, aliquando unum. 17. Sed quando omnia præscripta limitentur. 18. A quibus omnibus gravissima iuris responsa certam lucem accipiunt.

**V**M disūctua, & subdisūctua: ea quæ scilicet mihi visa sunt electa, & Paralipomena, non negligenter (ut mea fero opinio) discusserimus: iuuat agere equaliter disūcta res in disūctione sint, & obligatione ligatae; inde varia per transibimus respōsa, inter multa feriemus pascē: & tanquam sub certo regulæ duce merebunt multa. Multus mihi ad consciendum iter dux sit I. Paul. lib. 10. q. in l. si duo 128. D. de V. O. in illis verbis: quia utraque res ad obligationē ponitur, nō ad solutionē; axioma constituens, in disūctua obligatio ne utramque rē connexa obligata, sed vnam tantum solutioni destinari. Quis recedet ab if-

to seculo itinere? quis trāstigiet à rāto duce? nentiquā ego sane, sed prosequens viā, & vex illū defendā: pro eo concitabo in manū iuris prudētū præclarā aliorū respōsa. Est sane utraque res in obligatione, vna vero sola in solutione. Sub quo principio Vlp. intelligendus in l. cū quærebatur 13. D. iudicat solu, ibi: Altera causa enim, nō utraque inhaeret stipulationi: præloquitur autē Consul de esse eū stipulationis illius, si manus ex Asia venerit, aut si Titius Consul fnerit: unde resolutus, quod si ex priori causa committatur stipulatio, ex altera quantum existat conditione, amplius non cōmittetur: nā quāvis à principio ambæ conditions cōprehēsæ in stipulatione fuisset, tamē cū respicimus stipulationis esse eūm, solu.

solationem, vna ex disiunctiis conditionibus in consideratione est, non utraque. Sed maiorem lucem offeret huic questioni responsum aliud VI-  
 5 piani in l. miles 6. §. 1. D. de re iudicata, inquit: primo condemnatum, decem, aut noxa dedere, in decem solummodo teneri iudicati actione; curia, si per disi-  
 6 tutionem in sententia decem, & noxa coniuncta sunt? ex regula enim nostra virumque est in obligatione, cum virumque in sententia sit: ergo in solutione alterum debebat esse dispositum, non decem solum. Vera methercle es-  
 sent ista, si noxa, & decem ex sententia venirent, veniunt autem ex iudicato  
 7 decem solum, & noxa ex facultate le-  
 gis: facultatem enim noxae dedenda ex  
 lege accipi, dixit Vlp. dict. §. 1. actionis  
 enim noxalis potestas hac est, ut si damnari  
 fuerimus, licet nobis deditione ipsius cor-  
 poris, quod deliquerit, evitare litis asser-  
 tationem, verba Caij sunt in l. 1. D. de  
 noxalib. al. præstat enim lex facultatem  
 eam, ut noxalis deditio subsidiaria sit  
 litis asserationis: quod in tantum ve-  
 rum est, tamque religiose à prudentiis  
 obseruatam, vsque in supersticio-  
 ne, est (sit milifas ita loqui) ut noxa-  
 li iudicio condemnatus deditio no-  
 xæ non possit officio iudicis liberari:  
 quid maius? rationem præbuit Vlp. in  
 litem veniunt 20. §. idem recte ait s. D.  
 petit. hered. Quia tandem quis habet no-  
 xæ dedenda facultatem, quando iudi-  
 cari conueniatur, ut per noxæ deditio-  
 nem, executionem iudicati fugiat. En-  
 quantum abest noxæ deditio a senten-  
 tia! sic ergo non mirum est, Vlp. in d. l.  
 miles, §. 1. scripsisse, iudicati in decem  
 solum teneri, quamvis disiunctive de-  
 cem, & noxa in sententia fuerint cō-  
 prehensa, quia tunc virumque alterna-  
 tum in obligatione est, quādo ex po-  
 testate disponentis in actum, & obliga-  
 tionē virumq; potest deduci; quod  
 deficit in noxali condemnatione. Va-  
 dè elegantissime inserit Vlp. in nostro

§. 1. quod si quis stipulatus sit, decem, aut noxa dedere, non poterit decem pe-  
 tere, quia noxa, & decem per contra-  
 stum, & contrahentium potestatem in obligationem fuerūt deducta, quia  
 (verba Vlp. sunt) in stipulatione singula  
 per se veniunt, ea que singula separatim  
 stipulari possumus, quasi dicere, singula  
 obligantur, & obligare possumus: at  
 indicium (procedit Consultus) solum  
 noxa deditio nullum est, sed pecunia-  
 riam condemnationem sequitur, & inde  
 iudicari decem agitur: his enim solum con-  
 denatur: noxa deditio in solutione est, qua  
 è lege tribuitur, quod responsum præ-  
 clarissime intellectui allucet, ut disi-  
 tūtū obligationis naturam, & sub si-  
 tentiam penetremus. Ex quibus certo  
 iactu attingimus album responsi Iu-  
 lian. in l. non quocumq; 82. §. si. D. de leg.  
 1. in quo si duorum telamētis Stichus  
 aut Paphilus mihi legati fuissent sub-  
 disiunctione, in virumque (ut recte ani-  
 aduertit Accurs. ibi) possum Stichū ex  
 uno, & Paphilum ex altero accipere,  
 quia cum ex una dispositione non ca-  
 piatur virumque, sed ex diuersis ratio  
 solutionis vniuersusque legati atte-  
 ditur. Tunc enim nostra sententia co-  
 sistit, quando Stichus, & Paphilus al-  
 ternatus est in una dispositione le-  
 gati, seu stipulationis; si vero diuersa  
 sunt, & à diuersis causis disiuncta pro-  
 ceendant, utriusque rei non cōsistit obliga-  
 tio, ut in noxali iudicio: nec acquisi-  
 tio utriusq; prohibetur, ut in nro §. fin.  
 Ex primo asserto principio Papinia,  
 responsum derinatur in l. illud, aut illud  
 25. D. de const. pecunia, quæritur ergo à  
 præclarissimo viro, quod cum illud,  
 aut illud quis deberet: & alterum solu-  
 nere costruisset, an posset soluere al-  
 terū, quod nō constituerat soluere? &  
 resp. non esse audiendū, si velu hodie fe-  
 dē constitueret frangere, quāuis enim  
 virumq; esset in obligatione, & alterū  
 posset solui (ut supponit Consul.) ni-  
 hilominus tamē rora cōstitutione ad-  
 strin-  
 guntur.

stringitur ad illius solutionem, quod promisit. Quibus aptissimum respōsum aliud Venuleij est in b. eumq[ue] 138.  
 10 D. de verb. O. apud quemcum pure stipulatus esē, illud, aut illud dari, licebit tibi quosse voles, mutare voluntatem in eo, quod p̄faturus sis, quia diuersa causa est voluntatis expressa, & quæ in est: quasi præoculis Papiniani respōsum haberet, respondit. Nam cum debitor exprimit voluntatem, & alterum cōstituit soluere, non audiendas est, si velit fidem frangere constitutæ rei; secus autem si illud, aut illud promisit dare, nam cum in promissione tacita insit voluntas, nec ad alterum illius expressa, alterum dari poterit, cū utrumque in obligatione sit.

Utrumque ergo in obligatione est, & alterum in solutione. Et hoc in rātam verum, certè que est, quod si stipulatus essem *Damam*, aut *Herotē* sernum dari: cum *Damā* dares, ego quo minus acciperē in mora fui, mortuo *Dama*, non posse me ex stipulatu age-re, lauolenus respondit ex *Mastrurij* *Sabini* opinione in l. *stipulatus sum* 105.

11 D. de *V.O.* imò continuo debitorem debito liberari. Nam cum ex principio nostro (cui insistimus) alter seruus in solutione solummodo sit, is que à debitore oblatus, acceptus per moram à creditore non sit, aquissime. Iuris consulti responderunt illum abstipulatione liberatum esse. Aliud esset si sine stipulatoris, & creditoris mora, aut culpa, servorum alter ab stipulationis obligatione exemptus fuisset, veluti si cum mihi deberes *Stichum*, aut *Pamphilum*, alter ex eis meus factus sit ex aliqua causa, nam reliquus

12 debetur mihi à te, l. s. *Stichum* 16. D. de *V.O.* & idem erit si tempore stipulationis *Pamphilus* meus esset cum *Stichum*, aut *Pamphilum* stipulatus essem, *Stichus* dabitur, nec liberabitur promissor, *Pamphilum* dādo, neutrū enim videatur in *Pamphilo* homine constitisse:

nec obligatio, nec solutio, vt scripsit *Marcellus* in l. qui decem 72. §. Stichū 4. D. desolutionsb. alii sub obligatione, & solutione designare vellent, Sticho referuato. Idemque admittimas in legato l. huiusmodi 84. §. §. Titio 11. D. de leg. 1. quando *Stichus*, aut *Pamphilus* legati sunt *Titio*: nam si eundem *Pamphilum* testator legatario donasset, *Stichus* in obligatione solus remanebit; alii remaneret uterque diff. l. nō quacunque 82. §. fin. D. deleg. 1. Et in emptione apud *Paulum* in l. si in emptione 34. §. si empsio o. D. de contrahend. emps. audi verba, si emptio ita facta fuerit: est nihil emptus *Stichus*, aut *Pamphilus*, in potestate est venditoris, quem ueluti dare, sicut in stipulationibus; sed uno mortuo, qui superest, dandus est, vt & *Papinianus* respondit in l. *Stichum* 95. D. de solut. Ex quibus intelligimus Julianum in l. cum is qui 33. D. de condicione indebit. Apudquē cum quis *Stichum*, aut *Pamphilum* deberet, & utrumque soluisset, si postea uterque, aut alter ex his de sibi in rerum natura esse, nihil repetet, id enim remaneat in soluto, quod superest: nam cum alii in solutione sit, qui semper debetur, si cet perierit alter, merito intentanda repetitio impedietur. Prosumus hęc omnia à nostro præfixo principio: & ab illis quæ accipi atque adseruimus, c. 4. alternatiuam manere, quamvis alterum disiunctionis deficerit esse: nam cum sub disiunctione dux promittatur res, quoddammodo utraq[ue] quæ promissa videtur, si altera deficerit, præstari, argument. l. 3. D. qui & quibus manumissi. Donec s. comment. cap. 2.

Ex eodem principio colligemus secure, quid nostri iuris antores senserint, quando in legato alternatio respondent, aliquando unum legatum esse, aliquando duo. Nam *Paulus* in l. si quis setam 8. §. 1. D. de leget. respondet, in hoc legato sem-

pronis decem, aut si noluerit, hominem  
stichum lego, duo legata esse: & Vlp.  
in l. plane 34. §. pen. D. de leg. 1. idem al-  
serit, cum legatur fundus Seianus, vel  
vslusfructus eius: cui conuenit l. *Lucio*  
*Titio* 23. D. de legat. 2. l. si *Titio*. D. de *vsu*  
& *vſu fruct. leg.* & è contra vnum lega-  
tum esse, Pomponius respondet, in l. se  
ex *solo* 8. §. fin. D. de leg. 1. in ea legati  
specie, lecticarios oīto, aut pro his in ho-  
mines singulos certam pecuniam vii le-  
gatarius volet, quia (ut inquit) vnam  
in alterutra causa legatum sit, & Celsus  
in l. si illud 27. D. deleg. 2. & Papinian.  
in l. cum illud 25. quando dies legati ce-  
dat. Cum illud, aut illud legetur (inquit  
Iurisconsultorum primus) enumeratio  
plurium rerum disiunctio modo cōpre-  
hensa plura legata non facit. Quis æquo  
animo feret inter tales, & tantos vi-  
ros repugniantiam tale? nullus æqui-  
dem, nisi animaduertemus nostros  
Iureconsultos diversis respectibus lo-  
qui, cum respondent, vnum, vel duo  
esse legata in disiunctiua: cum duo nu-  
merant, obligationem agnoscūt, duæ  
enim res disiunctiæ in obligatione le-  
gati concurrunt; cum vnum tantum,  
solutionem, & præstationem: docuit  
expresse Paulus in dict. l. 8 §. 1. deleg. 1.  
Hoc casu duo legata sunt, sed uno consé-  
nsu esse debet, & dict. l. plane 34. §. pen. de  
leg. 1. Quamuis Vlpianus duo esse le-  
gata agnoscat, cum fundus, vel vslus-  
fructus legatur, concludit & arbitrio  
eius esse, an velit *vſum fructum vindicare*,  
in quo vnum legatum sensit, vii  
cætera prænotata respōsa satis euide-  
ter insinuant, & prædocuit Madera  
cap. 20. animaduersionum ad s.

Quæ omnia in id solum vatijs di-  
uersis que vijs contendunt, ut cōpro-  
bent vrasque res in contractu, seu le-  
gato comprehensas, in obligatione  
coniunctas existere; alteram vero ea-

rum designari solutioni: quod verum  
admittimus, quorū scūque in disiū-  
ctione restinentur, in quibus ex-  
pressa, vel salutē præsumptione iuris  
non cadit affectio: secus autem erit,  
quando patens ex efflus, & valor est  
vnuis rei ad alterā, velut si ita scrip-  
tum esset, decem, aut quindescim heres  
dato, quia tūc sola decem legata lunt;  
vel si ita sit, post annū, aut post bienniū,  
quam ego decepero, herer dato: post biē-  
niū videtur legatum, quia pro certo  
credēdum est heredem, cui est potes-  
tas in eligendo, decem solum daturū,  
& electorum biennij interuallum, vii  
grauerit scripsit Pomponius in l. si ita  
relictum 43. D. de leg. 2. quod idem au-  
tor in stipulatione respondit per cō-  
trarium in l. si ita stipulatus 12. l. si ita  
109. D. de verbis. obligat. & Paulus in l.  
inter stipulantem 33. §. diuersa 3. D. co-  
dem tit. docet Gratius 1. tom. respōso 13.  
num. 24 (qui Bart. & Bald. dat) I. Cor-  
ras. in dict. l. si ita stipulatus, num. 1. & 2.  
(qui alia congerit responsa) & Do-  
nel. lib. 15. com. cap. 2. siste gradum in-  
disiunctiuis, seu alternatiuis. Alia col-  
ligere poteris à nostro doctissimo  
Gregorio Lopez Madera, & ab inter-  
pretibus in suis locis, præcipue in l. p. -  
nul. C. de verbis. significatiōnē: vbi Iaso  
multus est, quando disiunctio perdat  
naturam, & Nicol. Eucher. in suis Te-  
pitis in loco à natura alternatiuerum.  
Promitto tamen Paralipomena, &  
electa circa electiones in disiunctiuis,  
de quibus latius agemus tractātes iū-  
tim præter disiunctionem, aliorum  
actuum electionum, infra nunc ita  
accipe, quibus abstrosati al-  
ternatiuarum materiam ape-  
riuimus, certis que sedi-  
bus, & locis dispo-  
suimus.

¶

LIBER

## LIBER SECUNDVS.

PARALIPOMENON,  
ETELECTORVMIVRIS CIVILIS.

## C A P. I.

**D**ATE agimus, an si certa fuerint legatorum verba; vindicationis legatum presumitur, num. i. 1. Præsumo an huic legato conueniat. 2. Proprium est præceptionis. 3. Et quare. 4. Institutionum Gaij authoritas. 5. 6. Præsumo conuenit vendicationis, et si nendi modi legatis. 6. Et quare. 7. Locus Gaij. 8. Præsumo verbum qualiter ab eruditis acceptum sit. 9. Intellegitur Ælius Spartan. 10. Legatarijs aliquid amplius legabatur. 11. sed sumo proprium vindicationis legati. 12. Sed multoties in prælegato accepit, et sic accipitur Paul. in l. Pediculis 32. §. item 4 D. de aut. & arg. leg. 13. Formula emendio summo propria prælegatorum. 14. Multoties Iuris consulti legatum vocabant, quod prælegatum erat. 15. legatum nomine generale legatorum erat. 16. Testatores multoties barbara et surpata verba. 17. Ex his notatur Oswald. 18. Doctrina tradita oppugnatur, quia certa erant verba legatorum. 19. Insignis Eusebij locus expenditur 20. Et alter Apuleij. 21. Iuris consulti testantibus adsidebant. 22. Grauissimi viri certa verba legatis adtribuerunt. 23. Quia certa verba dicerentur, erudite tractatur. 24. Incantationes an subcertis verbis 25. Versio Luciani disquiritur. 26. Ouidius explicatur. 27. Ciceronirestituitur sua lectio. 28. Et certa verba qualiter à Iureconsultis accepta: unde multa responsa illustrantur 29. Quintilian. declaratur. 30. Et Iustinian. in §. procurator. 1. inst. de his per quos agere possumus. 31. Ac certorum verborum formulis aberrandum non erat. 32. Et in iudicijs cedebat à causa, à syllaba cedens. 33. Eadē solemnitas in religione, ceremonijs, et votis. 34. Expenditur l. non aliter 69. D. de leg. 3. ad id, quod verborum solemnitas in testamentis non fuerit 35. Disserimus

inter testamenta, atque iudicia, & religionem. 36. Iuris consultos verum est, ad sedisse testantibus. 37. Sed non semper, & quando: duo Cic. loca elegantia adducuntur. 38. Verbo, sumo, & si fuerint Consulti in legato vindicationis, & præceptionis. 39. In legatis non certa verba; sed potius certi modi fuerūt. 40. Illustratur Vlp. tit. 24. 41. Modus est forma, & figura actus. 42. Quantu[m] legatorum generalibantur. 43. Modi progenere. 44. Explicatur Gains. lib. 2. ins. tit. 5. 45. Verbæ recepta quadam erant in legatis, sed non certas, & solempnia. 46. Idem in fideicommissis 47. quid certū erat in legatis, quod imperativer relinquerentur. 48. Hinc recte percipiunt. quoniam 15. C. de testament. l. in legatis 21. C. de leg. 49. Et Vlpian. tit. 24. 50. Lxxq; datur Eusebio, vera donato versione. 51. Similiter institutio imperativa erat. 52. Explicatur Apuleius. 53. Concepta verba, & cōposita. 54. Interpretatur Iustinian.

**N**NC fert animus Paralipomena, & electa aliqua feligere, quibus legatorum antiquitati al lucebimus, & præluccebimus. Quid ita? quando tantis vi zibus, conubio que impetu à nostris interpretibus in eam arcem itū est, & ascensum. Sed forte hucusque nō eius aperta penetralia, nec sacra ostēsa. Sic suspicor aduersus multorum religionem, aut superstitionē. Instituto nostro pareamus, & libemus capatentissimo legatorum campo horas aliquos, quos non in suaves Academicis futuros speramus. Iuvat vindicationis tangere legatum; & primo hæret animus in verbishuius legati, saltim apud Gaiū lib. 2. ins. tit. 5. qui hæc adsignat verba: vindicationis legatum est, si testator sic loquutus fuerit, illum seruum tibi do, aut lego: vel illam rem tibi præsume, habere, vindica. Quid sibi velit Gaius, quæro? dum tō præsumo, vindicationis legato tribuit. Accuratissime in nostro iure ciuili indagui, si Iuris consultorū aliqui usurpauerint tē, vindicationis legati verbum, & nunquam inueni, quod notandum summe est. Nā si recepta, aut formularia verba legati nobis his proponit Gaius, sane id cōsare debet ex aliquibus Iuris consul-

torum responsis, tractantibus vindicationis legatum, & in quibus cæteraverba, do, lego, habe, vindica, passim inueniuntur. Vlpia, ecquidem, nostri iuri Kopuφalos, nō agnouit in suis fragmētis tit. 24. nec receperunt Consulti alij qui hoc legatum tractarunt. Anuerem sane, si tē præsumo ad præceptionis legatum Gaius referret: nā si idē præceptionis dicitur, quia præ alijs rebus hereditarijs heres prælegatum capit, i. ante alijs res, & ultra res: quatenus satis certum est in iure nostro l. si à plurib. 107. §. 1. l. se heres 125. D. de leg. 1. l. miles 75. §. 1. l. cū patr 77. §. filia 19 filia mea præcipiat, sōk qne habeat, volorem matris suæ. l. Lucius Titius 88. §. quæmarito 2. D. deleg. 2. Vlpia. d. tit. 24. l. Paulus lib. 3. sentent. tit. 6. Eadem species legati satis eleganter demonstraretur per verbū præsuma, i. heres præ alijs hereditatis rebus, prælegatu[m] sumeret: & qua enim in his verbis, & compositio, & significatio est, uti eleganter exp̄resit Sidon. Apollin. lib. 6. epist. ibi: Illud autem deberi tibi quoddam (vt Iure consulti dicunt) præcipui titulo, nam cū præceptionis legatum (vt nuper dixi) in quedam præcipuo, hereditatem ultra, capiendo cōsistat, præclare demonstraretur per præsumo, seu præcipio, verbū, quod quidem:

dem agnuit Osuald. Iliger. ad Don. lib. 8. com. c. 3. lit. A. qui dum receptas legatorum differētias defendit aduersus A. Fabr. constituit vnam inter legatum vindicationis, & præceptionis ex verbo, quod in vitroque usurpatatur, cum verbū *præcipito*, cuius cōpositi alia vis est, quam simplicis *capito*, solummodo prælegato conueniebat, nō vindicationis; licet per verba eiusdem virtutis, præceptionis legatum posset relinquī: veluti *præsumo tibi*, *præcipuum habeto*, docet Pontanus ad Virg. 11. Aeneid. v. 18. A. Gouean. in commentario ad tit. D. ad l. Falcid. in l. Titia. 8. o. num. 4.

Cum ista mecum reputarem, in mentem venit an si tō *præsume*, luris-consulti Gaij; annotatio esset imperiti interpretis? vel Aniani. Consiliarij Alarici, qui istam epitomen institutionum Gaij consecuit: prout vſus ſui temporis exigere videbatur: durare que adhuc inter lateres Aniani male coctos lapillos quosdam: ut recenset Cuiacius in dicatoria Codicis Theodosiani epist. D. 10. Redingerio: refertq; ex eo Goihofred. in p̄afatione institutionum Gaij, noster Pichard. in §. itē ſi quis pos- tulanter 11. inst. de actionibus, num. 38. (qui in censurā iudicij Donel. infert) P. Faber. lib. 2. ſemest. c. 12. Fran. Hus- man. Parad. 10. ad l. Hale. authorem eſſe Caium negat, atq; Aeguinari. Baro. in proœmio inst. ad fin. & ego quidem cū ui. ſentio: invenio enim in institutionibus iſtis, & in ipſo delegatis tuiu- lo elegantiae literas aliquas, quæ cādorem decorem que pulchræ Gaij orationis ſcēdat, & ſpatijs certis obnu- bilant. Sed inuenio in eodē tit. ſa pius verbū *præsumo* accepit, & (quod magis eſt) aptissime usurpatum, ut ſubſerviemus in inferiori huius capitij parte.

Quò ergo ab hac difficultate eu- labimus & mentem deferemus Gaij? Me ecquidem ſatis ſuperq; inſtruit tā- tu viri autoritas, & quod doctiſſimus

Barnab. Bris. lib. 7. formul. f. m. 698. & D. Gothofr. in notis ad Theoph. lit. K. tō *præsumo* in legato vindicationis, & ſi- nendi modo agnoverint: licet ſimpli- citer tamē. Stat ecquidem usurpatio verbi rectissime, ſi naturam vindica- tionis legati, cui ad poſitū eſt, ſubin- tres. Nā cum huius legati precipuum illud priuilegium fit, vt nō expectato herede, ſua manu capiat (quod quali- ter intelligendū fit ſuo tempore dice- mus) inde eſt, quod *præsumere* legatū recte dicamus, legatariū: quaſi ſummat antequā heres illi p̄aſtet. Exprefſus eſt idē Gaius, ibi: *Quod post meritē teſta- toris ſtatiſ legatarius, nō expellat o heredē, ſibi præſumit, quā ſi præſumpſerit, nec pro præſumpcio legato ab herede p̄oerit calumniai ſuſinere*, &c. vii. eleganter præcaluit hæc verba Osuald Iliger. d. lib. 8. com. cap. 3 lit. A. Et inde eſt, quod hoc verbū legato ſinēdi modo adap- tetur, ut potè in hac formula apud Ga- ium. d. tit. 5. de leg. Ille heres meus rē il- lam illum permitte *præſumere* & ſibi ha- beret: nā cum per patientiā heredis in hoc legato legatarius ſaſio proprio ſumeret rem, p̄aſtu mere illā de c̄lēdi- cem⁹. Hæc enime ſt vera, propriū hu- ius verbi significatio: ne non à proba- tis elegantia parentibus recepta, vi. 9 quid ſignificare velimus ſaſum ante alios, ante vſum, aut ante tempus tō *præſumo* verbū *usurpemus*, vndē pre- clare Virg. 11. Aeneid v. 18.

*Arma parate animis & ſpe præſumite bellū*  
Opium tō *præſumite*, i. ante tempus ſu- mitate bellum: quā tēpus, niſi plā ſpe? proprie quod dixerat ante *arma para- te animi*: obſeruantibus ibi P. Ludo. Cerd. not 9. & P. I. Pontano: qui dant Terul. de anim. Inferna ſuplicia *præſu- mebas*, & nō *præcauebas*. Plin. lib. 25. c. 2. Nat. hist. Namq; Mithridates Maximus ſua atate regum, quē de bellauit Pēperus, omniū ante ſegenitorū diligētissimus vita fuſſe argumentis præterquam fama intel- ligitur: vniq; i excoſitatū quotidie vene-

num vivere, præsumptis remedij, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Seneca epist. 105. sī sapientia cogitaueris, & futura præsumperis, C. Plin. libr. 2. epist. 10. Octavio missa, ut quicquidem percepias gaudium, quod ego quidem non proferemere præsumo, Cic. 1. off. 1. l. lud etiam ingenij magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquando ante constitutere, quid accidere possit, Horat. lib. 2. Satyr. 2. Et validus præsumis nullitatem, sen Dura valetudo inciderit, sc̄i tarda senectus.

Apuleius, qui etatis meæ flosculos præsumpsisti. Plin. lib. 36. Natural. hist. c. 21. ad si. Theophrastus autor est, potores incertamine bibendi præsumere farinam eius Theophrasti in 8. l. c. 2. προλέγων ταῖς ιδίαις τινὶς αὐξενεῖ, ut, præsumere valeant tranquilitate incrementum, Hermogen. προλέγει τὸ χειρόν προστίθεντι προστίθεντι προστίθεντι, id est, risus præsumit priusquam auditus, aut preuenit auditum. Euripides in Ione προλέγει τὸ χρόνον id est, præsumere tempus. Sic optime intelligendus Aelius Spartianus in Adriano Cæsare in principio, habuit autem præsumptionem imperij, mox futuri, ex falso quoque Nicéphorū Louis manante responso. Obseruante ibi Claudio Salustio, qui subdit eiusdem historici inferiora verba. Secundo COS favore Platini factus totam præumptionem adoptionis emeruit. Consule cuam ad prima verba Casaubonum in eis. Videntur est Budæus in comment. ling. Graec. in προλέγει τὸν, fol. mihi 565. (a quo multum lexicographi sumpserunt) & P. I. Lud. Cerd. aduersi sacrorum, cap. 65. n. 13. sic ergo stat præumptionis, τὸ qui verbī præsumo significatio: & cū præsumat legatarius antequā heretradat, eleganter Gaius vindicationis legato verbum istud adtribuit, cum & ex sententia Alciasi. in e. 2. de iud. n. 7. & in

p. 2. præumptionē, n. 1. præsumere dicatur, qui facto proprio sibi sumit, & accentat aliquid.

Qui respectus amplissimus in vindicationis legatio pro Gaij sententia superforci, præteraliū, quisi præcidetur, nō minus in soū autoritatē Consultum adsereret. Ille autem est, quod sapissime apud Romanos legatarijs amplius legabatur, præter eam reanta legatā, l. cū ita, alias l. omnia 3. §. cū ita 2. l. Manius 66. D. de leg. 2. l. nomes debitoris 34. l. Paphilo 39. l. si pure 54. l. qui salie 67. D. de leg. 3. l. codicillis 34. D. de r̄su, & r̄sus. leg. quā quidē adiectionē legationē in eleganter prælegatum audiremus vocare, cū vtrā primū legatum sit, & præsumere atque præcipi re legatarium, cum, præter primā rem legatā, aliam capiat. Nam ex ea dēratione legatum præceptionis additum heredi, parūper capite isto resoluerimus, prælegatum dici. Abnuat nunc Magni Gaij vindicationis verbū parum docti; multumq; supini legulei aliqui, semper in inuidiā prōni, semperq; infastus præsumidos elati.

Sed quid moramur in solemaitate 13 p̄rum constati verbōrū, variatam multitudines in testatorum elogij. Postquam certum est, t̄o sumo receptissimum suis se in vindicationis legato, si credimus Vlp. infragm. lib. 24. §. 3. & Sc̄uol. in l. Patronus 35. §. 1. D. de leg. 3. l. apud Audīnum 20. D. de optione legat. Mirabitur ergo aliquis admissile hoc verbū testatores in prælegato? l. Lucius Titius 88. §. quisquis 3. D. de leg. 2. l. si mihi 92. de leg. 3. ibi: Tunc Maria ē medio sumito, precipito, sibi que habeo fundos meos, &c. & eadem formula in l. Titi. 26. D. de pecul. leg. Titi filii, ē medio præcipito, sumito, tibi que habeo domum illā, l. uxori 41. § felicissimo 3. D. de leg. 3. l. cū responso. 12. C. de leg. l. vlt. D. de dote prælegat. Brison. 7. formul. f. m. 698. de prælegato suspicor intelligendū esse Paulum

- lum in l. *Pediculis* 32. §. itē 4. C. de aur.  
 & arg. leg. filia enim erat legataria testatricis, & dilectissima, quis credet nō institutam heredem? cum & alia formula ē mediō sumito proptia prælegatorum sit d. l. si mihi jz. cum alijs bideratis, Brisonius supra. Nec mirari debemus, quod Consultus legitū vocauerit, quod prælegatum erat, idem enim fecit Modestus. in l. *Titia* 34. D. de leg. 2. in prælegatio etiam carissimā similitate relieto, & Scæuola in d. l. uxorem, & felicissimo, & in d. l. fin. D. de dor. præleg. l. i. §. § quis, D. quorum legatorum, Gouean. in comment. ad l. *Titia* 86. num. 4. D. ad l. Faleid. quod pro nostra sententia oblibione dignum non est: dum agimus peruersos vslus, & acceptiones horum verborum esse. Quis ergo pertulanti animo audebit tan multiplicis responsi despiceret autoritatē? cū Consulti, & testatores sine culpa verbum generale vius pate potuerint. & enim legatum, nomen generale legatorum est, prælegatum autem species, d. § felicissimo, d. l. *Titia*, l. i. §. qui vero 6. D. quorum legatorum. Non enim, ut per elegantem Marcelli usurpem sententiam in l. non aliter 69. D. d. leg. 3.) in causa testamentorum ad definitionem utique descendendum est, cum plerunque abusus loquatur: nec proprijs nominibus, ac vocabulis semper vntantur, non ergo discruciemur super solemnitate superstiosa verborum. Sicsenit A. Faber. 6. coniect. c. i. qui quamvis nullum in medium produxisset respondsum, tantum hæc transmutatio perplexit, ut confundat præceptionis, & vindicationis legatum, ad unamque reducat. Ex quibus merito notandus est Osuald. Iligerus ad *Donel.* lib. 8. cō. cap. 3. lit. A. docens per verba præcipito, presumito, præcipiat, necessario prælegatum constitendum esse, non per verba do, lego: ita ut per ista prælegatum constituiri non possit, tanquam si sic illud præcipuum non haberet heres: cum Consultus dicit. l. uxorem, dicit l. fin. quod antea prælegatum dixerat; statim legatum nominet: Ad prælegatum enim sufficit, si heres præcipui iure aliquid sumat, ut ex Sidonio probavimus. Nam quod id est Osuald. eodem libr. cap. 7. lit. C. differentiam constituit, inter legatum habere reliatum, & prælegatum, & præceptionem, aliam respicit viam, & nos alibi disputabimus: mihi autem sufficit probare promiscua esse legatorum verba, non usque ad religionem solemnia, & legatum prælegatum dici, & econtra:
- Sed nemo tinctus mediocriter in Iurisprudentia feret ista, cum Iustinianus in §. sed olim 2. inst. delegatis, scribat certa quedam verba cuique generi legatorum adsignata fuisse, per quæ singula genera legatorum significarentur, præpter quod ipse in l. 2. C. communia de legati. rescribit omne verbum significans testatoris legitimū sensum legere, & fidei committere voluntis vtel, atque validum esse, & int. 1. eiusdem tituli fateatur, se prono animo subtilitatem legatorum ferre non posse. Quorsum ista? nisi ut pro certo habeamus, certa cuicunque legatorum generi fuisse verba, certas quo legandi formulas. Unde Cæsar Constantinus cum alijs in l. in legatis 2. C. de legatis, prescribit, non esse necessariam verborum observantiam in legatis, & fideicommissis. Quant legem partem esse alterius, ibi Gothofredus scribit, scilicet, l. quoniam 15. C. de testamentis, in qua per eundem Cæsarem similis verborum religio à testamentis ablegarut, ut & testatur in l. finali, C. qui admittit ad bonorum professionem possint. Cuius constitutio nen (attende precor) refert Eusebius Cæsariensis, in vita Constantini libro 4. cap. 26. ibi: πεπάντα μὲν γέγονται id.

εξ ἐπιστολῆς τοῦ Καπιτονοῦ ἀντίρρητος γενεῖται πεμπτὸς τοῦ θεοῦ τοῦ πατέρος τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ Αγίου Πνεύματος. Διαδίκτης τρόπος δέ τοντος οὐ ποιας οὐ φαντασίας, οὐ προσθέτων. En verba: integrum constitutionem alias dedi, nūc accipe fragmantum, & versionē I. Christophori mire huic difficultati alludentē. Præterea cum veteribus legibus cautum esset, ut qui evita excederet, ipso extremo ferre spiritum certis, & conceptis verbis testamenta cōponerent, atque adeò leges ipsae quibus ea sententiarū formalis, quibus que verbis scriberentur, definirent. Si ergo certa, & cōcepta verba, formulæq; solemnies in testamentis obseruabantur, & (ut Baldwin. veritit proximū locum Eusebii in §. 2. inst. de leg.) ad omnes verborū angustias, & literarum angulos ibatur: in verbis, & voce modi certi. Contra veram iuris prudentiæ antiquitatem legatorum verba cōfundimus: & sic Vlp. infragm. titl. 21. illa institutio heredem in testamento, heredem facio, plerisque improbata erat; secus autem si dixisset testator, Titius heres sexto, Titius heres sit, &c. verba ergo certa, & solemnia erant in testamentis, Apud 21 lei. lib. 2. Metamorph. ob testata fidem presentium singula demonstrat, anxiæ verba concepta de industria, quodam tabulis prenotante, ecce, inquit, nasus integer, incolumes oculi, salua aures, illibatae labiae, mentum solidum: vos in hac re boni quirites testimonium perhibuite, & cum dicto consignatis illis tabulis faces- sit. Inde enim erat, ut testantibus ad sūderent Cōsulti pro religione formularum, & verborū. Lucius Tius 8. §. Lucius Tius 17. D. de leg. 2. obseruan- te ibi D. Gothofr. & latè Barnab. Brisson. lib. 7. form. f. 650. propter quod à grauiissimis viris communiter in istā itum est sententiā ut potest à Theoph. in §. 2. inst. de leg. εστι δέ γράμματα τοντα τυπικὰ σκατα γένεται. λέγατα αφερίσ- νεται δι' αὐτῶν τὸ γένος χαρακτηρίσεται, i. Sunt autem cōcepta quædam verba, cuius

legati generis ad signata, quæ per singula genera significantur. animaduertere præparata τυπικὰ, i. verba formata, signata, & concepta, Azio in summa, C. deleg. nu. 41. Duaren. ad tit. qui testamenta facere poss. capite de testamento inscriptis, Cui. ad tit. C. delegat in prim. Don. in cōmēta ad l. quoniam 15. C. de testam. & 6. com. c. 17. & ibi Osuald. lit. B. A. Fab. lib. 6. cō- seit. c. 1. F. Hor. illus. q. c. 34. F. Baldwin. F. Brocch. & alij Scholast. d. 5. 2. in βιβλ. deleg. doctissimus Melchior de Valen. 3. tom. illus. tractat. tract. 5. ad l. 1. D. de leg. 1. 6. 1. n. 3. & A. Pichat. c. 3. n. 11. 12.

Sed ego sane non plene capio, quorū sum hæc certitudo verborum in legati tendat: qualis, & qua forma sit. Apud veteres enim tā iuris civilis, quam omnis antiquitatis conditores certa verba vocabantur solemnia, legitima, & concepta, Cicero. lib. 2. de legib. sunt certa legū verbanæ ea prisca, & lib. 2. de invenzione, cum in certa verba iurent iudices, & lib. 1. de oratore si iudicaretur certis quibusdā verbis, nō uenit nuptijs fieri, cū superiore diuortium, & in eodem opere, certa quadam, & difinita: sic Cornelia, heroina illa mater Grachorum in epistol. (cuius fragmentum dat Rutgerius lib. 5. var. c. 12.) scribit, verbis conceptis deierare ausim. Varr. lib. 5. de ling. latin. hinc fastidies, quibus certa verba, legitima, sine piaculo. Pretoribus licet fari, inde S. Pöpejus in verbo fanum, inquit, fanum à fanodictum, siue à fando, quod dum Pontifex dedicat, certa verba fatur, & in verbo, minora: minorat emplasunt ab auguribus, cum loca aliquas tabulis, aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio patiantur certis verbis difinita. optime seruius Honorat. ad 3. Æneid. ad illud, dà pater auguriū, subiicit. Augurium est modo oraculū, sed usurpatione. Augurum est exquisita Deorum voluntas per consultationem auium, aut signorū, quod tūc peti debet, cum id quod animo cogitamus, à Diis volumus imperatū: ut in hoc loco Æneas postquam

omnia que volnebat animo, petiit, ait. Da pater auguriū, & est species ista auguriū, quæ legum dictio appellatur, legum dictio autem est, cum conductio ipsius augury certa nuncupatione verborū, qualibet cōditione augurium per acturus sit, quod hic facit, exequens formas petitionis versibus suprascriptis: unno enim quasi legitimo iure legem ad scribit, da pater augurium, Plin.lib.28.nat.hist.c.2, vidimus certis de precationibus obsecrare summos magistratus. Quin declamat. 33. capit. iudicia certam, & disunitam vim suam habent semper, & inf. habent suam formam, suum iudicium, numerum suum, & cum ex cantationes solemnibus, & cōceptis verbis patrarentur (de quibus latè, & dñe P. Martin del Rio 2. tom. disq.

25 Mag.lib.4.c.2.q.6. scđt.2.) Glicas p. 2. Annal. tractas verbū κληδονής scripsit ista, nam κληδονα vocari seniorum per ex cantationes certas attractionem, & è sublimi deductionem, &c. licet contrarium scripsit Lucianus in Menalippe, seu Necromantia, si credimus versioni Thomae Mori, quæ huiusmodi est (de Mytrobarzane Mago loquitur. Rhombosinusitate ac sermonem quenquam longum mussitans, quem non admundum axandiebā: nam quod in certamine præcones incepit solent) volubile quidam, atque intertum proferebat, nisi quod quosdam visus est innocare Demonas, sed Luciano Morus intulit iniuriam, dum tribuit eruditō viro incerta verba incantationum, contra omnia scriptorum monumenta, veroa Græca sunt: μάστιχα τύνα μακάριον πεπλάγων οὐ δοφέραι καθηκόν οὐ περάγωρ οὐ φαῦλος τῶν τοῖς ιχναῖς περικαν, επιπρέχεν τι ηδοφαλίς ιφθεγγετε. Illa enim, επιπρέχορ ηδοφαλίς Luciani nihil aliud demonstrant, quam Magum Mytrobarzanē proferre sermonem velocem (ut magorum in Rhombis fuit) atque firmum; id est, certum & solemnem, quod significat ἀσφαλς. sic Heliador.lib.1. Μ-

tiop. hist. cap. 2. oī διος τέρας εκρύπτεν, ἐν τοῖς ασφαλίς γράμμα, quod ego tandem cœlau, quoad aliquid certi scire possem, ita ut eleganter Lucianus pro nobis, & recepta obseruatione τόντη certa verba sū (sic dum versionibus fidimus, in miserrimos concedimus errores.) omissis enim alijs, solum Ammianum lib.26. dabo, pro magicoram concepcione verbotum. Litato, conceptis terminibus, numine praescionua auctior ceremoniali scientia supersessu cor inuas, persicē antikā librans antikā ex Carpazio filo per quam leui mysticis disciplinis initiatum, qui per interualla distingue retinentibus singulis literis incident salutatim, heroos efficit versus interrogationibus consonos adsumetros, & modos plene conclusos, quales leguntur Pythagorici, vel ex oraculis editi Branchidarū Redeo ad me, & ad institutam cōprobationē, & ex relatis præstō lucem P. 27. Onidio Nassoni lib.2. Amor.eleg.13. Sapet tibi meruit certis operata diebus. Quæc cingit lautos Gallica turba tuas. Tō certis diebus statutis Dominicus eccl. cipit; ego potius, solemnibus, alludit poeta ad sacra Isidis, ut τέρα περατα σελήνη verbum satis demonstrat, vix observauit Brison. formular. lib.1. soli mihi 22. Plutarch. de defect. oracul. Perlopontico exactis insula sea Delijs, sortes Delphis auctumant allates, quæ præcipiebant, νολογον, ubi fuit natus Appollo, eruerent: ac certa sacra ibi factarent, sic vertit Herman. Crisler. Ex quibus etiam asserimus antiquam lectiōnem Ciceroni 2. de natura Deorum, circa principia, ibi: At vero opus maiores cantare religionis r̄is fuit, τοι qui dam Imperatores etiam se ipsos Diis immortalibus, capite velato, verbis certis, pro Republica deuouerent, ubi D. Lambinus signarus solemnis, recepta que significationis verbī, reponit conceptis, pessimè, contraquem iam intentauit interdictum vade vi Ciceronis nomine Brisonius lib.1. formis

bar. fol. mibi 119. Constat ergo  $\tau\bar{\epsilon}$  verbi certus usus apud eruditos, nec minus acceptior fuit apud conditores iuris ciuilis, qui certa verba, intellectu ex solemnia, & concepta, l. 2. §. deinde ex his 6. D. de orig. iur. ibi: Quas actiones, ne populus, pro ut vellet, institueret, certas solemnesque esse voluerunt, ut intelligunt Stephan. Forcat. Nec yoniat dialog. 83. A. Fabr. in rationali ad eundem. Ut merito non audiamus Cuiacum bii, το certas ad numerum, referētem; certius enim est ad formam, & solēnitatem verborum. Forte sic intelligendus Quint. de clam. 313. Non est ista res indicē, non honorum, qui ad certa iura, & quidem iurati confedere. Numerus enim ad quid certus in actionibus dareatur? Sanè nūquam legi: præcipue cum in dies ex necessitate causarum nouæ actiones componerentur, arg. dict. l. 2. §. his legib. D. de origin. iuris, Briso. s. formul. sic etiam intelligendus est idem Iustin. in §. procurator 1. inst. de ijs per quos agere poss. ibi: Procurator, neque certis verbis, neq; præsente semper aduersario; imo plerumque eo ignorance, constituitur, ut ibi intelligunt F. Baldwin. num. 10. F. Hotoman. enunt. 1. & Æguinat. Baro. Pulchre Vlpian. in fragment. tit. 19. ibi: Farre conuenit in manus certis verbis, & testibus 10. presentibus, & solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur: & tit. 19. demancipatione loquens: eaque sit certis verbis, libripende & quinque testibus presentibus. Unde bene scribit Theoph. dict. cap. 1. ΤΥΠΩΝ ήντι μητρώον formalium verborum (secondum Gothofred. ibi) & in §. fin. inst. de assignat. liber, & ηντι την επικινδυνεύα πιναται τυπων, i. nec etiam in hoc iuventa sunt formalia verba: videndum est, cum laude semper nominadus, B. Brisonius lib. 1. formul. fol. mibi 119. qui primus ista obseruavit: & nos confirmavimus non paucep.

Cum ergo certa, solemnia que ē 32  
rant verba: nec ab errandum ab eorum formula, & relatione syllaba una errat, nec discedendū ab eorum cōceptione: vnde in actionibus ille imminebat rigor, & accerrima iudiciorū obseruantia, ut à causa caderet, qui à syllaba cadebat (quod quia quam per notum est, etiam salutantibus à primo limine Iuris prudentiam, vnam, vel alteram comprobationem dabo) Cic. lib. 2. de inuentione: ita ius ciuale habemus constitutum, ut causa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit. Idem in oratorijs partitionibus. Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio sollet esse contentio, cum aut si ne actio illi, qui agit, aut iam ne sit, aut reum iam esse desierit: aut illa ne lege: his ne verbis sit actio, quaritur, & intra. Quin. lib. 3. cap. 8. proximus Tullio est in præcitatō loco: sed lib. 7 cap. 3. expressior, ibi: Eſt etiam periculofsum, cū si uno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamus, omnes considerant dict. l. 2. §. deinde ex his 6. l. 1. & 2. C. de formul. sublat. in quibus legibus fusissime tractant interpres, & doctissimus B. Brisonius lib. 5. formular. fol. mibi 430. P. Faber libro 1. seneit. cap. 21. alijs que locis. Idem 34 que obseruatum fuille in religione, & votis, in quibus certa, & solemniæ verba erant, in tantum, vnon solum recitarentur ex scripto, præeunte Pontifice, vel aliquo, qui dictaret; sed etiam ut adhicerentur testes, vel custodes, & obleruatores vota nuncupantibus: iactata enim erat religio in solemniū, certorum que verborum cōceptione. Plin. lib. 28. Natural. his. cap. 2. Iun. Iouen. sat. 6. dictata que verba protulit, ut mos est, obseruante Britanico. B. Brison. lib. 3. form. fol. mibi 11. inducit pro ritu isto Senecam lib. 1. cap. 19. de Clement. ibi: Quid palebris est, quam vincere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? Sed iam dicitur ab eo Lips. in comment. ad eum ve-

rumque ritum ad signauit Senecæ.

Cum hæc ita se habeant, quæ lo-  
gius, quam par est, produxi pro certa  
nostræ sententiæ ad seueratione; quæ-  
so per Deum immortalē dōtos sin-  
ceri animi, sacræ veritatis cultores,  
quid fuerit Tribonianus in causa, quæ  
certa verba præscriberet legatis, cum  
si id ita foret, necessario vnum quod-  
que legatorū genus sua ipsissima ha-  
beret verba, certa, solemnia, ad syllabam  
visque reseruanda: quæ transili-  
re testatorem, nefas iudicaretur: vt  
saltim monumentum testamenti cō-  
cideret, aut legati; totum tamen con-  
trarium à Marcello lego in præci-  
to responso, in l. non aliter 69. D. de leg.

35 3. non enim in causa (inquit) testame-  
torum ad diffinitionem vtique descendend-  
dum est, cum plerumque abusue loquam-  
tur: nec proprijs nominibus, aut vocabulis  
semper utantur. Plaude tu nimis reli-  
giose Tribonianus cultor verbis cer-  
titudinem in legatis; cum imò cuncta  
peruersa in testamentis verba fuisse,  
tantus Iureconsultus scribat: nisi ma-  
nis, despectio præclarissimo Consul-  
to, in sententiam Tribonianum ire. Heu  
quam crudele esset, his cancellis, & or-  
ationis angulis constringere P. Ro-  
manum: & fœdere, seu impedire ex-  
cellentem, nunquamque satis lauda-  
tam aborigine, cum ipso genere hu-  
mano coortam testamenti faciēdi fa-  
cultatem! qualiter sibi consulteret rus-  
ticus, impolitus homo. & prorsus ~~ARTIKATOS~~ iaceret rāto beneficio va-  
cuus, aut saltim diffidens ultimo solu-  
tio viræ l. 1. C. de sacrosanct. Ecclesijs.  
Nam quamvis in iudicijs, religione  
exacte formularum certitudine obser-  
varetur; non sic æquum intestamen-  
tis visum fuit, coangustari formulis  
perclitantes in agone mortis, dicit l.  
quoniam, C. de testamen. Euseb. sup. nisi  
quatenus distingueretur legatū à fi-  
deicommisso (vt infra prodam) Pate-  
rat latior testantibus campus, quod

insinuare videtur l. 12. tabul. vt quis-  
que legaßet, quam coangustata in hoc  
non innenio, & expresse hos actus dis-  
tinguit Obert. Gifan. in l. 3. C. de eden-  
do. Dices: motis fuit Romanorum ad-  
fidere Consultos testantibus, vt reslē  
ritèque sua testamenta conderent, vti 37  
colligitur ex l. Lucius Titius 88. §. Lu-  
cius 17. D. leg. 2. Suetonio in Nerone,  
cap. 32. Brison. lib. 7. form. fol. mib. 650.  
Gotofred. dicit. §. 17. A. Pichat. in præ-  
lud. ad l. Gallus cap. 1. num. 1. D. Nicolao  
de Castro de empt. & vend. n. 119. Car-  
rança de part. design. cap. 2 illat. 13. se-  
ction. 2. num. 219. id ita tuisse scio, nec  
nego. Sed non inde prudenter inferes, 38  
sic receptissimum aptū omnes fuisse,  
vt nullus sine Consulto disponeret:  
facerent vtique præcauti, & de mag-  
nīs testantes rebus: nimis suis elogis  
firmitatem curantes; sed non omnes.  
Heu quantus angor Consulterū es-  
set, & trepidatio! quantus irrequietus  
labor in Romana ciuitate, & orbis  
terrarum, Romæ! pulchre Cicero suū  
Scæuolam Iureconsultum alloquens  
lib. 2. de oratore inquit: nam si nullum  
erit testamentum rite factum, nisi quod tu  
scriperis, omnes ad te ciues cum tabulis  
veniemus: omnium testamenta scribes fo-  
lus, & in Bruto, quam tam sibi potentiam  
Scæuola assumeret, si nemo auderet tes-  
mentum facere postea, nisi de illius sen-  
tentia. Sed quæ ista legatorum certi-  
tudo? cum verbum sumo, à quo nostra 39  
disputatio exorta fuit, proptium vindica-  
tionis legati, proprium que præ-  
ceptionis fuisse, non ambiguè proba-  
uerimus, & verbū præsumo, quod præ-  
legato conuenit propriè (ex in prin-  
cipio assertis) vindicationis legato  
Gaius dederit. Ex quibus promiscuus  
Consultis usus est, vocandi prælegatum,  
legatū: & ecōtra. Quære ergomi-  
lector à Quæstore, s̄e p̄ius laudato Tri-  
boniano, certa legatorum verba.

Non inuenio antiquorum suris-  
prudentum aliquem, certa legatis fui-

se verba, scriptisse; sed potius in legatis modos fuisse aliquos, quibus legata discernebantur Vlpian. *in fragm. tit.*  
 24. §. 2. ibi: *Legamus autem quatuor modis per vindicationem, &c.* inde legatum finendi modo apud eundem ibi, & titul.  
 20. §. 9. 1. si quando 109. D. de leg. 1. ibi: *Vulgari modo leget.* l. sim autem 29. D. eod. Cornel. Tacit. lib. 1. Annal. ibi: *Legata non ultra cinquē modum.* Euseb. in Constantino, ubi sup. dict. lib. 4. cap. 26. dixit, τρόποις δέ τινας, id est, modos certos, B. Brison. formul. lib. 7. I. Caluin. in reliquis formularum lit. L. modos vocat generalia legatorum ista. Hinc intelligitur idem Vlpian. dict. tit. 24. ibi: *Dum tamen eodem modo admittatur, quomodo datum est (de quorum verborum intellectu vide nos infra cap. 4. per totum) quatuor enim genera, seu modi legatorū erāt: & unum quodq; suam for-*  
 42 mā, seu figuram obtinebat, quæ modus est, princip. inst. de leg. l. 1. de oblig. & action. l. mortis causa capitur, D. dedonat. & causa mortis, Cuiac. in notis posser. dict. princip. Gothofr. in dict. locis. Ali quando enim per vindicationis modum, ut ipse legatarius vindicaret; ali quando per damnationem, ut ipse heres teneretur præstare, & quasi damnatus esset: aliquando persinendi modum ut toum in patientia hereditatis susteret, sinendo sumere legatarium: aliquando per præceptionem, ut ultra partem hereditariam heres legatum præsumat. Forinæ ergo figura, 45 & modi legandierant, & genera certa, ut deseruitutibus dixit Vlpian. in l. sicut 8. §. dicta 2. D. si seruitus vindicetur, & obseruanit Franc. Broœus in princip. inst. de seruit. num. 8. Ita ut si constaret per dispositionem testatoris forma, & modus: quamque legati speciem designasset testator, illa admitteretur, quim necessariū esset testatorem obstringi certis, & solemnibus verbis cuiuscumque legati. Et sic Gaius lib. 2. inst. tit. 5. scripsit in §. 3. per

damnationem isto ordine legatum dimittitur, i. Ist modo, & forma inde iudiciorū ordo, id est forma, modus. 4. C. de sententijs, & interloquunt. §. fin. inst. de interdict. Et hæc est certa regula, certa que origo legatorum, ut satis indicat Vlpian. & Gaius in suis institutionibus.

Verum est, quod aliqua verba certa, quibus unumquodque genus demonstraretur, ut doceat Vlp. & Gaius, ubi proxime, iste præcipue, §. 7. dict. tit. 5. non inde, quod illa certa, & solemnia essent; sed exempligratia a Iuris consultis istis exponuntur aptiora, & expresiora, ad dignoscendum cuiusque legati genus. Ut à similitudine fideicommissorum per elegantem deducimus, in quibus ab unius sibi interpretibus consensum est (quos refert & sequitur Osuald. ad Don. 8. com. cap. 3. lit. B. & nouissime noster Melchior de Valentia ad l. 1. D. de leg. 1. cap. 1. nu. 32. cum seqq.) certa verba, solemnia quæ non requiri in fideicommissis, cum nuda voluntate constent l. pen. D. de leg. 1. l. ntu 21. D. de leg. 2. l. cum proponebatur 64. D. de leg. 2. cum alijs, cōfessis à Valentia, & Osualdo, alijsque: quæ omnes in Fabrum coniurant; certa, solemnia que verba fideicommissis concedentem: nam quamvis Iustinianus §. fin. inst. de singul. rebus perfideicōm. relictis verba aliqua fideicommissorum in usu haberi, & I. Paul. lib. 4. sentent. 1. §. fideicommitere 6. scribant; demonstrant utique frequentiora fideicommissorum verba non quod certa, & solemnia fuerint; sed quod quotiescumque fideicommissum verbis; non nutu demonstratur, aliqua necessaria sint: quæ aptiora, & frequentiora demonstrantur à Iustiniano, & Paulo: id est Imperator dict. §. fin. scribit verba autem fideicommissorum hac maxime in usu habentur, nota t'z maxime quasi alia non excludantur, ut late Osuald. prosequitur ubi proxime: quod ve-

rum puto quidquid Gaspar Schisford. sentiat cum suo magistro lib. 3. tract. 14. quæst. 15. Idem dicimus delegatis, nam quamvis verba aliqua designentur à Consultis, ad eiuscumque generis demonstrationem, frequentiora, & aptiora sunt; non quod fuerint certa, & solemnia; quod nostri iuris interpres non animaduertentes in istum errorem prolapsi fuerunt.

- 48 Quod autem certum solemne que erat in legatis, id scilicet, ut imperatiis relinquenteretur verbis; ad fidicommissorum discrimen, quæ appreciatius procedebant, sic intelliges Vlp. tit. 24. §. per præceptionem, & in principio, l. quoniam 15. C. de testamento. l. in legatis 21. C. de legat. Cuius rei obseruantiam respexit, & sustulit dict. l. quoniam 15. dict. l. in legatis 21. non tamen quod hæc rescripta certa fuisse, solemnia que verba legatis, insinuerit; sed referant solummodo precatua, aut imperatiua verba: probat evidenter dict. l. quoniam, ibi. Verborum nō esse necessariam obseruantiam, utrum imperatiis, & directis verbis fiat; aut inflexis, dict. l. in legatis: in legatis, vel fidicommissois necessaria non sit verborum obseruantia, an si imperatiua, vel precaria verba essent (quam partem esse dict. l. quoniam, ex Gothofredo iam dixi) sic l. l. & 2. C. communia deleg. procedunt: ea enim erat verborum obseruantia, & discrimen inter legata, & fidicommissa. Inde intelliges Vlpian. dict. tit. 24. Legatum est, quod legis modo, id est, imperatiuæ testamento relinquatur: nā ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fidicommissa vocantur: vbi Cœfultus scribit, modum à lege in legato constitutum consistere, quod imperatiuæ verbis relinquatur: agnoscens, eum modum debere esse certum, eum solemnum, eum que statutum à lege, nec aliam in verbis requiri certitudinem, ut sic distinguatur legatum à fidicommisso: cuius loci veram suspi-

cor interpretationem; quidquid sentiat Donel. 8. com cap. 1. & alij ab Osuald. relati lib. C. Hinc enam præmittimus lucem Eusebio dict. lib. 4. cap. 26 in Cœstantino, ut intelligatur de certo, solemnius modo imperatiue disponend: nam de Constantino loquitur, qui autor est dict. l. quoniam, & dict. l. in legatis. Secundum quas, & à nobis hic declarata, Eusebij verba percipere debemus: sic propriis veritati verborum Græcorū, & antiquitatis verto. Antiquæ quidem leges diffinierant, in ipsa extrema angustia (cœlinum) exacte disponere imperatiua testamenta, cū modos aliquos, non illas que oporteat voces feligi. Vide quam longe absit vere, recte que versus Eusebius à Ioanne Christopherono eius interprete: cōvenit magnus historicos cum omnibus his, quæ ex antiqua iuris prodéti adduxim: en modos aliquos: & imperatiua testamēta: sic enim capio illa ouattaropras drabinas, secundum Chrispinum, Enriq. Steph. in suis liticiis illustrat præclare buclæ us in cōment. ling. Græca fol. mthi 640. cum seqq. nisi mauis composita. Et post hæc scrip̄ta inueni doctissimum Carrancam de partus designat. capiti. 2. §. 1 illat. 13. section. 4. num. 290. vulgarem Eusebij versionem merito reiçientem, & reapse nostræ consentiente. m: tu Consule doctissimum virum. Et idem in 52 institutione obtinebat, ut nisi imperatiua esset, nullius esset momenti. Vlp. in fragment. tit. 21. vbi Cuiacius, Donel. lib. 8. com. cap. 17. vbi Osuald. li. C. plures rescripsi sed tamen in contraria fuit sententia noster Carraca vbi proxime à num. 283. cum seqq. qui eleganter multihinc inde penitus defensit institutionem per quæcumq; verba seudiret, imperatiua, & precaria subsistere (& ego subsisto eniam, dum aptior disquisitioni locus se offerat) qui bene ἐκριθεὶς ταῦτα istam suscipit se Constantium scribens, ante ocu-

Los videtur Eusebium habuisse ἀκριβεῖας, qui A puleij loco deceptus  
**53** affirmat non solum requiri verba directa, sed selecta: forte intelligēs certa, & solemnia. Sed pr̄terquam longe late que per integrum caput istud diffessi fuerimus aduersus sententiam istam, Apuleij locus (cuius verba dedimus sup. num. 21.) non probat, quacūque retenta lectione. Nam si legimus verba concepta de industria, quodam tabulis praenotante, cum Osuald. dicit. cap. 37. lit. C. & Brisonio lib. 6. formul. fol. 654. nō docet Apuleius, institutionis, legati ve verba certa, solēnia esse: nullum talia redolet verbum; sed de industria concepta, & composita fuisse verba, admodum, quo lusit eleganter

**54** noster Statius Papinius lib. 2. syluar. epicedium in Glauconis Mel.

Compositos que sales, meditata que verba locutus

Si enim de industria concepta erant verba, nō qui certa, solemniaq; erant, quibus apte non conuenit industria. Ego autem libenter P. Coluij lectio nem sequor, congruētiorem tūm antecedentios, & subsequentib; tūm historiæ seu narrationi. Apuleium altius transcribam. Quo placito ocyter surrexit, & ad aliud me cubiculū inducit, ubi corpus splendentib; linteis copertum, introductis quibusdam septem testibus, manu reuelat: & diuine visu praefeto, obtestata fidem presentium singula demonstrat anxie mēbra connecta de industria, quodam tabulis praenotante: ecce (inquit) nasus integer, in columnes oculi,

salua aures, illibata labia, mentum solidum: vos in hanc rem boni quirites testimoniū perhibitote: & cum dicto cōsig-  
natis illis tabulis facessit. Refert ergo Apuleius, in Thetalia proprie sagarū infestationem de pretio licitari, si qui mortuum seruare vellent: ita ut si custos, & seruator mane integrum corpus non restineret, quidquid inde decerpit, diminutumque fuerit, id omnē defacie sua dissectum sarcire compellentur, qui custos cū ad domum fuisset defuncti productus, coram testibus, & tabellione integrum corpus defuncti ei demonstratum: siue mēbra cōtesta de industria, quodam tabulis posita, praenotate (nisi manus, tabulis, idest, instrumento praecribēte) sic: ecce nasus integer, in columnes oculi, &c. ad quam rem aduocauit testes, & in tabulis omnia consignata fuerunt. Quid ista cum testamento? quid cum solemnitate verborū, proorsus ad historiam inutile? Quibus satisfecimus plene obicibus, qui certitudinem verborū, & solemnitatem in legatis asserere videbantur, quos male praetulens Tribonianus, magis disrupt, quamcepit, certa fuisse verba cuique generi legatorum docens: proorsus iuris prudentia inuita, nullo que iurisconsultorum suffragante. Nisi forte velis 55. nō certaine intelligere, non de solemnia, & concepto verbo (aduersus cunctiorum nostrorū interpretū vorū) sed de certis modis, quos latè explicuimus n. 40. cū seqq. sic iudico DD. pace, quibus dabo manus, certiora adferētibus,

## C A P. II.

**A**N natus relinqui possit legatum: qui interpres tenaciter negantur. 54.  
Qui affirmantur. 2. Hanc defendimus, à n. 2. Expenditur Paul. in l. nutu 21. D. de leg. 3. 3. rō etiā ampliatum est. 4. Adducitur Vip. in fragm. tit. 25. 5. Qua forma natus fideicommissum relinqui possit. 6. L. & in epistola 22. C. de fideicom. 7. Quomodo legatum natus relinqueruntur

dum sit. 8. Estimamus l. Pamphilo 39. §. 1. D. de legat. 3. 9. L. seruo  
inuitio 55. §. si pupillo, D. ad Senatus Consultum Trebellian. 10.  
Et singulares locos Quintiliani, & Casiadorei. 11. L. Labeo 7. §. fin. D. de  
suppell. legat. 12. Actus qui nutu celebrari possunt. 13. Testatores plerumque  
in agone mortis lucentes testamenta condant. 14. Vis quae a sacerdotiis & iuratis  
quisque, in lege testamentaria antiqua. 15. Prohibitio, nec restitutio legis in  
reforabili induci non debet. 16. Praxis per nutum relinquendi legatum.  
Notatur Anton. Pichard. 18. Ant testamentum nutu celebrari possit? Re  
missione. 19.



B eo errore, quo nostri iuriis interpretes vno decepti Tribonianus certis verbis constare legata, conscripserunt, procedit alter ab illo met prognatus, & descendens: in quo confident interpretes, dum nutu relinquendi legatum non posse, consentiunt, & conscribant. His sunt Cuiacius in notis ad Vlp. tit. 25. & ad l. 2. c. comm. de leg. & sepiissime alibi. And. Faquineus lib. 13. controuenit, cap. 45. Turaminus de exequatione legatorum, c. 1. 3. 7. cui Osual adhæret. 8. com. c. 2. lit. B. H. Pich. in l. 1. c. 3. nu. 11. D. de leg. 1. & in §. vli. in §. de testam. n. 12. præjudicatissimus Melchiorde Valentia libr. 3. illustr. iuris, tratt. 5. cap. viii. num. 7. Franciscus Raguellus in commentario ad decisiones Iustinian. ad l. iubemus 29. C. de testam. n. 12. Oberetus Gifanius ad l. viii. C. de codicil. in §. illud quoque, question. 10. & alij. Nec me latet, antiquorum aliquos contrariam præcensuisse sententiam, & præscripsisse, per nutum scilicet legari posse. Accursius in l. nutu 21. D. de legat. 3. Iaso in l. nemo petest 54. D. de legatis i. numer. 74. in 1. lectura, A. Alciatus in l. Lucius 85. D. de heredibus instituendis, Petrus Gregorius lib. 42. syntagmat. iuris, cap. 32. numer. 31. Antonius Gomez in l. 3. Tauri numer. 11. Cardinalis Mantica de coniectar. ultimorum voluntat. tit. 1. numer. 2. & 19.

D. Cobarruias in cap. cum tibi de tes  
tament. numer. 3. Peralta ad Rubr. de le  
get. 2. numer. 9. & 10. qui alios refe  
runt: in quorum sententia fuit Consa  
tant. Harmen. Prompt. iuris civilis lib. 5.  
titul. 10. §. 23. & D. Gothofredus in l.  
obligamur 52. §. final, D. de obligationi  
bus, & actionib. & denique (qui plures  
refert) Castillo 4. controverssiarum 1.  
part. cap. 27. à numer. 32. cum sequentib.  
Sed illos in errorem coegit, tum v  
nus Tribonianus autor illius falsæ  
sententiae, legatum non nisi certis, &  
solemnibus verbis relinquendi posse:  
tum quod isti non satis communie  
runt, & confirmarunt indicium  
suum, nec iura, & causas protulerint  
in medium, quibus ad oculum pa  
teret certa veritas felinquendi per  
nutum legatum. Sed cum iam in gen  
tivi, maximo que conatu propule  
rimus cruentum Tribonianus erro  
rem proximo capite: in hoc adgre  
diens defensionem, & confirmationem  
ne antiquorum sententiarum, qua plene pla  
ne que dabitur nutibus testatoris le  
gatum. Moreo. 1. ex verbis, senten  
tia que Pauli in l. nnu 21. D. de legati  
3. nutu etiam ( inquit Consultus )  
relinquit fiduciam ( cuius ins  
criptionem semper probauit, & pro  
babolo ad quod maxime adducor ins  
criptione legis, libri querii sententia  
rum Pauli, in quo tractasse istum de  
actibus, qui verbis, & nutu perficeret  
ur, mihi indicitum est eiusdem auto  
ris

ris responsum desumptum ex eodem lib. 4. sententiarum in l. recusari 95. D. adquirend. hereditate: recusari (inquit) hereditas non tantum verbis; sed etiam re potest: & alio quouis indicio voluntatis, veluti nutu: ne affinitate verborū præsumant aliqui, dict. l. nutu, ex Vlpianifragmento (statim deducendo) tit. 25. desumptā fuisse: inquit ergo Paulus, nutu. & relinquitur fideicommissum: ergo pro certo supponit, & legatum relinquiri posse & nūc etiam, ampliatuum est, & relativum ad aliud, l. etiam 141. D. de verbor. significat. l. etiam 9. D. de adoptionib. cum centum alijs Caluini in lexico: & cum nostra lex titulo de legatis, & fideicommissis supposita iaceat, in dubio ei adaptare debemus, ex Euerardi doctrina in locis legalibus, loco à rubro, num. 5. cum & id desideret subiecta materia: secundum quam res perciperedebemus, ut idem Euerard. latè tractat in loco à subiecta materia, nam quamvis & etiā ad alia possit referri: in dubio subiecta materia, tractavi ipsissimo ad tribuere debemus, ut Paulus respondeat, nutu etiam relinquiri fideicommissum, ut poterelinquatur legatum. Vel si maius ad formam Vlpiani intelligere, in fragmentis titulo 25. de fideicommissis, qui postquam scripsérat, fideicommissum precatius verbiscōstare, & exempla tradidisset eorum: subiicit, etiam nūi relinquere fideicommissum, receptum est, cur non, & in legatis idem receptum esse credemus? Esto, quod imperatiuis darentur verbis legata, nihil minus, quod & nutu ad deicommittorum formam possent relinquiri: nam si forma fideicommissi à prece, legitim ab imperio procedit, & existit: nutu nudo nulla alia externa voluntate patēfacto non poterat relinquiri fideicommissum: cum nutus nudus fideicommittere, aut legare voluntate testatorem nulla tenus aperiat: nec circumstantes voluntatem nu-

dam, abstrusam que nutus, & quid voluerit testator, penetrare poterunt: solius Omnipotens, & Maximi potentia ea erit. Cum autem Cōsultū relinquī fideicommissum nutu respondent, intelligimus expressam voluntatem, non carentem fideicommissorum forma. Rogatur enim testator à tabellione, vel circūstante alio, an velit fideicommissum relinquere, vel rogare heredem institutum, ut Titio fundum relinquat: tunc enim si annuat testator, directum fideicommissum compleetur, plana que forma exornatur in prece, & rogatione existente: sic intelligenda l. & in epistola 22. C. de fideicommissis, ita per eleganter prædocuit Francis. Hootman. illust. quest. 13. Gasp. Schiford. ad A. Fab. libr. 14 quest. 9. Sic similiiter nutu legato formam eandem accommodamus: ut interrogari possit testator, an velit legatum Titio relinquere, & disponere, ut heres dānas sit fundum illum præstare Titio: & annuat huiusmodi interrogatio- ni: ita ut non solum vera recta que forma legati cōfingi, & concipi pos- sit: verum vnumquodque genus le- gatorum distincte exprimi secun- dum eam, qua testatori oblata fuerit. Sic præter alios antiquos explicavit Bartol. & Dyonis. Gothofred. dict. l. nutu. P. Gilkenius ad l. generaliter l. de institution & substitutionib. num. 30. A. Mornacius in observationem ad digesti- vetus ad l. spater 29. D. de adoptionibus, Sarm. in rub. de leg. 2. Cuius nostræ se- tentiæ assertorem magnum produco magnum Scœvolam libr. 20. Digestorium in l. Pamphilo 39. §. 1. D. de legas. 9. apud quem testator indiscrimine viræ constitutus, tempore quo fortio- res nutant, per in firmitatem accer- sitis amicis, Gaio Seio contuberna- li dixit, quod vellet ei relinquere prædia, qua nominasset: ea que dicta intesta- tionem Caium Seium redigisse; qui Ga-

Ius Seius postea testatorem interrogauit, an ea dixisset: qui respondit *piam id est, maxime*, responderetque Consultus, prædia destituta ad Gaium Seium ex causa fideicommissi pertinere: & merito; cum per interrogationem, & responsum plena dispositio perficiatur, & voluntas personarum testatoris, ut optimè accepit Osuald. ad Donell. 8. commen. capit. 3. lit. F. qui Fabrum notat, attribuentem iniuria, responsum Triboniano lib. 14. coniectur. capit. 5. Sed aptius extat responsum in l. seruo iuris 65. §. si pupillo 3. D. ad Senatus Consult. Trébellian. quod dum mutorum aditionem hereditatis tangit, ista scribit: Nam si audiens capaces sunt, vel interrogati natus possint signare, velle se periculo suo hereditatem adire: ad modum ergo, & formam istarum legum, & legatum, & fideicommissum natus potest perficere, cum idem annueretur sit, quod respondere *piam* quippe (verba Quintiliani sunt lib. 11. orator. cap. 3.) non manus solum, sed natus etiam declarant nostram voluntatem; & in manibus pro sermone sunt, & salutatio frequenter sine voce intelligitur, atque afficitur. & ex vulnus ingresuque perspicit habitus animorum, & animalium quoque sermone carentium ira letitia adulatio, & oculis, & quibusdam alijs corporis signis deprehenditur. Nec mirum, si ista, quæ tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis valent, qui cum picturæ faciens opus, & habitus semper eiusdem, sic in intimos penetret affectus, ut ipsam vim dicendi non nunquam superare videatur) Cassiodor. lib. 4. variat. cap. 50. His sunt addita horcistarum loquacissima manus, linguis digitis, silentium clamosum, exposicio tacita, quam Musa Polymnia reperiisse narratur, ostendens homines posse, & sine oris affari suum velle declarare. &c. quod in legato mihi vi-

12 sus est Seruus expresse sentire in l. Ex-

eo 7. 5. fin. D. de suppellect. legat. ibi Tamen nemo sine voce dixisse existimat, nisi forte, & eos, qui loqui non possunt, conatu ipso, & sono quoddam h. tu evap. p. q. q. in articulata voce dicere existimamus. Sic est, ut quotiescumque solemina verba necessario non requirat a. 2. 3. Et, natus perficere possit: cum per eum satis voluntas explicetur, propter quod summa cum ratione multis in rebus iuris nostri, & extra admissus est pro voluntate natus: quos causas, quia recensere nimis longum esset, indicasse sufficiet conatui nostro: Videat Lector Cuiacum in l. obligamur 52. D. de obligation. & actionibus; & ad d. l. 1. §. si quis ita 2. D. de verborum obligation. & Gothofred. in dict. l. 52. P. Gregor. libr. 46. syntagma iuris; cap. 4. num. 14. Osuald. ad Donel. lib. 128 commen. cap. 10. lit. D. & lib. 7. cap. 18. lit. H. & lib. 7. cap. 7. lit. D: A. Morhat. dict. l. si pater 29. D. de adoptionib. Fran. Rangueli. in commentario ad decisiones Iustiniani. l. iubemus, C. de testamentis, Part. Cerdam ad Virg. 7. AEneid. 3. § 8. 5. no. 8. & ad Teriull. de Pallio cap. 4. numer. 95. Alexand: ab Alexand. libr. 6. Hierogen cap. 2. Sed quæ apollitionibus literis possem offerre, sicut supra modum essent, spesta sequentia: ab his autem nutum pro voluntate accipi, pro voluntate substitui; nullo labore hauries: ut non mireris, legatum posse à natus procedere. Præcipue si animaduertamus testatores (ut plerumque est) in ultimo agone luctantes; propugnantes que fatalia (ut referunt) Scavola dict. l. Pamphilo 39. 9. 1. delegat. 3. Euseb. in vita Constantini libr. 4. capit. 23. l. quoniam 15. C. de testament. ubi Gothofredus) testamento condere, quo artissimo tempore ingruentis morbi de cumanis fluctibus propriores morientium natus sunt, quam verba. Et res testamentaria omnī facuore digna sit, ut & fuit apud nostros;

Consultos l.final,D. commun. predi-  
rum,l.que situm 12.§.idem respondit 43.  
D. defund. instrukt.l. penult.D.de tri-  
tico vino, & oleo legato . Si ergo nu-  
tuus celebrare,& perficere actum ali-  
quem potest(vt potest) nullum ma-  
gis,quam legatum,per proxime di-  
cta:& quia legandi potestas descen-  
dit à lege duodecim tabularum, quæ  
amplissimam testantibus potestatem  
concessit, *vñ quis que legasset sua rei,*  
**I**5 *ita ins esto , animaduerte tò uti quis que ,& inuenies posse testatorem nu-  
tu,& quomodocumque voluerit,le-  
gare(vti de hac libera potestate for-  
te latius agam. eom. 2. nostrorum Para-  
lipomen.) Verum sit, quod hæc potes-  
tas interpretatione Consultorum,le-  
gibus,& Senatus Consultis restricta  
fuerit l.verbis legis,D.de verborum sig-  
nification. Sed dum non inuenimus  
expresse prohibitum,testatorem nu-  
tu legare posse;prohibitionem & res-  
trictionem legis inducere non de-  
bemus;in re maxime maximo fau-  
re digna(vt dixi)l.nec non 28. §. quod  
**I**9 *cuius 2.D.ex quibus causis maiores, l.1.§.  
1.D.de testibus,l.mutus 43.§. 1. D. de*  
procuratoribus,cum pluribus iuribus,  
& interpretibus accurate congestis à  
Velasco in axionat.iuris lit.P. numer.  
206. & ibi ex Craueta , Mascarzo,  
Menochio alijs que probat,in dubio  
faciendam interpretationem esse,  
vt actus permisus censeatur , quan-  
do prohibitus non reperitur . Nul-  
lum autem, quamvis diligentissi-  
mè indagans , responsum inueni,  
quo expresse testatores nutu lega-  
re prohiberentur : quæ est ergo ra-  
tio , vt dignissimam testandi potes-  
tam cauillationibus , & scrupulo-  
so acumine violamus , aut disrumpa-  
mus? **Q**uod in tantum sequor , vt  
quamvis in legatis certa solemnia  
que verba essent,ad vnguem obser-  
vanda contra ea omnia,quæ superio-*

ri capite longo labore firmauimus)  
à testatoribus tamen nutu posse lega-  
tum relinqu,defenderem: nam cum  
tunc per nutum dispositio procedat,  
quando interrogatio præcedit , ad  
plenam voluntatis cognitionem; ni-  
hil vetat,quo minus rogator seu in-  
terrogator proponat testatori solem-  
nia verba , & ille respondeat *nata-  
sa*, vel annuat. Hæc satis evidenter <sup>18</sup>  
reprobant Anton.Pichard. in §. fin.  
institut.de testament.numer.12.13.nu-  
tu idè dicentem, relinqu non pos-  
se legatum,quia non aliter valer, ni-  
si ex testamento; secus, in fideicom-  
miso, quod nuda voluntate , & ex  
quibuscum que coniecturis induci-  
tur,nam quamvis legatum, non nisi  
in testamento relinquatur , non id  
impedimento est , quo minus nutu  
dari non possit,cum rationatus pro-  
cedat per interrogations , & for-  
mas hoc capite expressas,quæ in tes-  
tamento redigi possunt, diòt.l. Pam-  
philo 39.§.1.de legatis 3.non, vt vo-  
luit ipse intelligere, per suggestio-  
nes nudas, nullis præambulis quæsti-  
onibus habita , quæ magis mor-  
bi,& furoris causæ, & iudicii ; quam  
legati,& fideicommissi voluntas sel-  
timariebent. Sed in quantum tes-  
tamentum per nutum factum sub-  
sistit: cum longe eam quæstionem  
prætractassent grauissimi viri. Vi-  
de Iason.in l.enem potest 54.in 1. lectu-  
ra,D.de legat.1.numer. 74. Couarru-  
niam cap.cum tibi,num. 4.de testamen.  
Anton.Gomez in l.3.Tauri,num. 110.  
(qui plures antiquorum referunt)Pe-  
trum Gregor.lib.42.syntagma.iur.cap.6.  
numer. 14. Anton.Pichard. in §. final,  
institut.de testament.à num. 8. cum se-  
quentib. I.Cuiacium consultas. 36.Vi-  
gilius in §.3.inf de testamen. à num. 9:  
cum sequentibus,Donel.lib.6. com. cap.  
21.vbi Osuald.lit. B. Franciscum Ra-  
guell. in commentario ad decisiones  
Jus

Iustinian.ad l.iubemus,C. de testamen.  
Castillum lib.4.quotidianarum contro-  
uersiar.1.part.cap.27.per totum, à quo  
innumerous accipies interpretes,Schi-  
ford.lib.3.tract.14.quæstio.9.Aymon.  
Crasset.consi.117.Conrad.Rittershu-

sium de different. iuris Canon: &c  
uit.lib.4.cap.3.& ad Nouell.Iust.part.6.  
capitul.1. numer. 10. à quibus, & alijs  
contraria omnino accipies sententias:  
nunc autem procedo ad legata, & ad  
instituta discussionis iter.

## C A P. III.

**L**egatorum ademptio an nütz? qui negatiuam defenderint à nütz.  
1. fundamenta eorum, à numer. 2. Sed autor in contraria est, à num.  
3. Legatum nuda voluntate adimitur. 4. Sed in hoc qualiter diffe-  
rat legatum à fideicommisso. 5. Indicimus l. 1. §. adimere 4. D. de adlig-  
nand.libet. 6. Vt pote nütz relinquitur, sic legatum adimitur. 7. Legata fa-  
cilius infirmentur, quam firmetur, & sustineantur. 8. Ademptio legati an fa-  
morebilior sit præstacione? quod sine verbis adimitur, veluti inimicitij. 10.  
Tacita translationis nuda voluntate. 10. Alienatione. 11. Inductione tes-  
tatoris. 12. Formæ transmutatione. 13. Expenduntur accepte duo Ulpian. res-  
ponsa, unum in l. cum hic status 32. §. pœnitentiam 3. D. de dona-  
tionib. inter virum, & vxorem. 14. Alterum in l. 4. D. de adimedd. le-  
gat. 15. Interpretamur principium institut. de ademption. legat. 16.  
Antiquiori tempore legatum adimebatur eodem modo quo relatum erat. 17.  
Cuiacj error, 18. Et alius Turamini. 19.

**S**IC V T nec relinqui  
nuta legatum cons-  
criperunt multi  
præcedenti capite  
dati, sic non defece-  
runt, qui nec adimi-  
nuta posse, indicarunt. Fuerunt autem  
Turamini de exequation. legat. cap. 4.  
Francisc.Baldinus ad titul.de adem-  
ption.legat.vbi Anton.Pichardus numer.  
34.B.Brison. 7.formular. Donell.8.  
commen.cap. 17. & alij in principio  
proximi capit. relati: qui legatum  
nuta relinqui posse negarunt. Mo-  
nentur ex autoritate Cæsarisi Ius-  
tiniani in principio suarum institutio-  
num, de ademptione legatorum, præscri-  
bentis, verbis legatum adimi deberi:  
Quasi Imperator nūtum excludat; &

præcipue Turaminus ex Ulpiano vr-  
get titul.25. docente, legatum co-  
dém modo, quo datum erat, adimen-  
dum esse, quod & idem titul. 2. dixe-  
rat in libertate, codem modo adimen-  
da, quo relicta erat.

Sed ego qui in ea sunt senten-  
tia, nūtum posse legati, pariter in eali-  
benissimus ero, adimi legatum pos-  
se solo nütz: nec voluntatem verbis  
expressam requiri, vt præfensit Hu-  
go Donellus vbi proxime; Moreor Do-  
minij Ulpiani celebti sententia, lega-  
tum nuda voluntate adimi posse in  
l.3.§.fin.D de adimeddis legatis; non  
ipso iute, vt fideicommissa, sed excep-  
tionis opere. In quod diff. reñiam fidei-  
commissorum agnoscō, legatorum  
que, à Turamino d.c. 4. præmissam vt

ipse Consultus satis evidenter explicat, & ex eo Turaminus vbi proxime, & præter alios plures, Antonius Clarus Silvius in commentario ad leges 12. tabul. cap. 13 fol. mibi 303. Si ergo nuda voluntate legatum adimi potest, quid verat, quominus nutu adimi nequeat? conuenit eleganter l. 1. §. adimere, D de adsignand. liber. in quo 6 nuda voluntate ad signationem adimi posse, responsum est, hoc ideo, quia nutu adsignatio fieri potest, d. adsignare 3. eiusdem legis ut videatur. Consultus unum ex alio inferre. Brison. formul. lib. 7. fol. 49. Fr. Raguell. ad l. iubemus 29. C de testamen. M. de Valent. lib. 2. illust. tract. 3. cap. 4. num. 7. cū secundam Quintilian. lib. 11. orat. capo 3. ita nutus exprimam nostram voluntatem, ac verba, & eundem effectum operetur. Quod apud Romanos receperissemus fuisse, inuenemus in voluntatem in multis per nutus datum, & acceptam fuisse (ut probabo infra) nec minus apud nostros intellectum esse.

7. Vt potè enim nutu reliquitur legatum, nutu adimitur, vt argumentatur. Cardinalis Mantica de coniectionibus ultimar. vol. lib. 12 tit 4. num. 4. qui cum nobis sentit. Sed fortius si consideremus, quod id admiserimus in legatorum datione, quæ testamentaria indigebat voluntate, & solemnibus relinquenti modis (ex capite anteriori) quanto magis sequi debeamus sententiam istam in ademptione legatorum, nuda contenta voluntate, nudo que voluntatis facto? Hinc enim est, 8 quod legata faciliter infirmantur, quā firmantur, & sustineantur, vt comprobarunt Iaso in l. nemo potest, D. de legat. 1. in 1. lect. numer. 74. Etiam Suarez in annotationibus ad Anton. Gomez 1. tom. resolution. capit. 12. Osvald. ad Donel. libr. 8. commen. capit. 17. lit. C. quod explicat Cardinalis Mantica de coniectionibus ultimar. voluntat. libr. 12. tit. 2.

les lib. 1. resolution. capit. 27. & cum eqcuncta philosophorum turbas destruuntur, quam construuntur. Præcipue si voluntatem testatoris consideremus viventis, nutantem, varijs successibus pronam, & obnoxiam, semperque usque ad extremos spiritus deambulantem l. 4. D de admendis legat. Ut quicunque hæc recto iudicio libaverit, non mirari debet, quod nuda voluntate, nutu que capitis seu manus, pendens, nutans que voluntas reuoetur a maximè si enrum reprobemus sententiam, qui affirmant legatum multo dignius favore esse, quam ademptionem, cum ex dictis satis id evidenter appareat, & ex dicendis apparebit. Vltra quod, 9 eam iam despicerit sententiam Ioan. Roberti lib. 3. Animaduersio. iuris civilis, capit. 16. per iura eo capite discussa. Voluntas enim testatoris quatenus morientis voluntas est, libera in solitum fati concessa h. C. de sacro canone Ecclesijs, siue ferat, siue auferat legatum, ea sola ad faidores, ad indulgentias inconsideratione est, immo eo ipso, quod legatum delegat, delegat, inducit: aut iusto dolore facere, aut iusta causa moueri, credere debemus. Quid ergo indignum iure nostro, & dignitate juris prudentia possumus timari, quo reuocationi legatorum obsternus, aut designemus eam? ut altissime placeat nostri Vlpiani sententia, nuda voluntate reuocari posse legatum: & nostra virtus. Nulla sane verba in ademptione legatorum necessaria sunt: sed unde verba, si ipso facto, cum capitales iniuriae sic cesserint, legatum teneatur ademptionem l. 3. 6. final, cum leges sequent. D. de admendis legatis, de quo videndi sunt, præter alios, Donel. dict. lib. 8. comm. capit. 17. & ibi Osvald. libr. C. D. Jacob. Menoch. libr. 4. presumption. 170. Cardin. Mantica de coniectionibus ultimar. voluntat. libr. 12. tit. 2.

P.Faber. 3. Sem. capit. 15. non ergo solemniter verba requiruntur. Sic per translationem tacita voluntate admittit legatum, & sicut 5. cum sequentiis b<sup>o</sup>, D. de adim. leg. veluti quod Titio legati, Seio do, lego, quæ res in personam Titij tacitam ademptionem continet, verba Consultisunt dict. l. 5. l. si pluribus 33. D. de leg. 1. in qua optime Cuiacius docet, translationem legati, non solù verbis, sed tacita voluntate induci, §. 2. inst. de ademptione legatorum, & Balduin. ibi. Sic similiter si rem legatā testator alienauerit, tacite adimit l. rem legata 18. D. hoc tit. l. fideicommissa 11. §. si rem de leg. 3. Adimituretiā legatū cum attestatore inducitur, l. nihil inter- 12 est 16. D. hoc tit. l. 1. & per totum titulum. D. de his quæ in testamento delentur, & si rei legatæ transmutet formam, ut in exemplis ab Africano consideratis in 13 l. qui usum fructum 30. D. de usufructu, (quam feliciter explicat Anton. Clarius Silvius ad leg. 12 tabul. d. capit. 13.) Hoc autem plusquam certissimum est, quod verba non sint necessaria solemniter in legatorum ademptione, sufficere que nutu. Sed nī (valde fallor) satis id evidenter demonstrauit Vlpian. in responso duplici, viroque de- 14 ducto ex lib. 33. ad Sabinius, vnum enim est in l. cum his status 32. § pœnitētiam 3. D. de donation. inter vir. & uxorem, in quo pœnitentiam donationis tractat, supremam que spectandam esse concludit: exemplo à legatis, & fideicommissis ducto, in quibus ambulatoria testatoris voluntas est usque ad vitæ supremum exitum: quod altero responso repetit ex eodem lib. in l. 4. D. de adiment. leg. in quibus ver- 15 bis suum subesse mysterium autumo, nam si voluntas ambulat usque ad vitæ supremum exitum, in quo ut frequentius est nutibus magis, quam verbis indicant voluntates morientes, nutibus eorum circumstantes intenti sunt (ut iam probauimus huius lib. capit. 2.

ex Eusebio in Constantino, & ex huius constitutione in l. quoniam 15. C. de te- stament.) merito debemus adduci, ad credendum, pro certo Vlpianum ha- huile, ultimis morientum nutibus, dum tamen perfecte intelligantur, legatum reuocari posse: sic consonat contextura Vlpian. dict. §. 3. ibi: Supre- mā pœnitentiam: supremum exitum: sup- premum iudicium, quod proprietor vide- tur actus intellectus, & nutus; quam verborum.

His, quæ recto Iurisprudentiæ fonte cadunt, nihil est, quod obstruit contrarij impedimenta ex nostro Iustiniano in principio institutionum de ademptione legatorum, qui non firmiter, nutu non posse legari, sed solum docet, verbis adimi posse legatum, siue contrarijs, siue alijs quibuscumque. Ex quibus inferri negativa, quod nutu legari non possit, nequit: nam ut potè quædam verba fideicommissis adsignant Consulti, & nihilominus tamen nec illa certa fuerunt, nec ne- cessaria omnino, cum nutu ex com- muni interpretum voto fideicomis- sum relinqui possit l. nutu, D. de leg. 3. adiiciuntur enim verba illa exempli gratia, & doctrinæ, & intuitu, quod frequentiora verba sint in fideicom- missis, ut sic fideicommitendi modus per noscatur (ut prædocui supra cap. 2.) sic idem voluit Iustinian. ut verbis possint contrarijs, vel quibus alij testa- tores adimere legatum. Nam cum anteal (ut ego quidem sentio) tempo- re proximiori duodecim tabularum, cum strictum stabat ciuale ius, non posset adimi legatum, nisi eodem mo- do, quo fuerat legatum, sic intelligo Vlpian. in fragmētitis titul. 2. ad finem, & dict. titul. 25 id reuocat Iustinianus in principio institut. de ademptione legatorum, ut sentit ibi Gothofredus, vel ex sententia Consulto- rum abolitum fuit, apud quos, de in- mediati peragro Iurisprudentiam,

nullum responsum inueni , quod formaliter obseruaret , eundem fore admendi modum , qui legandi fuerat , ut præscripta in hoc capite sat tis euidenter probant : & hoc voluit Justinianus , qui sic mire consonus in ri ciuili est , à quo recessisse , non audebimus affirmare , dum constitutio expressa præscripta non fuerit . Nāquod insinuat Cuiacius ad dict. tit. 24 . Vlp.  
**18** ex l. nisi 14 D. de acceptil. vt verbis tollatur , quod verbis contractum est , id proprium est acceptilationis : nam cū verborum obligatio verbis contrahe retur , solemne erat , vt non posset , si ne verbis acceptum ferri , *Lam inutilis*  
*8. §. acceptum 3. D. de acceptilat.* quod diuersum est in legatis , vt ex labore nostro perspicitur . Voluit enim Vlpian . quod legatum adimeretur eodem modo , quo legatum erat , vt si per damnationem legatum esset , adimeretur eodem modo , vt sentit Justinian . dict. principio , modus enim legandi ad quatuor legatorum genera referitur , vt

probavi sup. dict. cap. ad fin.

Quod autem infert Turaminus ex **19**  
*dict. tit. 25.* Vlpiani , falsissimū est : probo autem differentiam inter legatum & fideicommissum , ut illud nuda voluntate , & ope exceptionis tollatur ; istud autem nuda voluntate ipso iure **dict. l. 3. § fin.** D. de admend-legat . Sed modum , quo Turaminus differētiam constituit , non probeo : nam duplici errore labitur : uno , quod nutu legari nō possit : altero , quod nec admiri : non enim sufficenter ex Vlpiano concludit : eodem modo legatum adimitur , quo relinquuntur : legata verbis dantur ; ergo verbis adimenda sunt : errat interpres iste in præsuposito , dū necessario legatis verba ad tribuit , & in consequenti , dum adimiverbis infert : & sic catenantur errores . Nec Vlpianus quidquam hostis obstat : nam si eodem modo adimitur , quo relinquuntur legatum , consequitur inde , quod si nutu relinquerebunt , & adimeretur nutu .

## C A P. IV<sup>i</sup>

**D**emonstrantur actus , qui nutu perfici possint . Regula certa traditur num. 1. Consensus per nutum exprimit obligationem . 2. *¶* Annuo proconsentire . 3. Et ratio ex Crisippo . *¶* Galeno . 4. Lettio antiqua ad seritur Virg . Galeno satisfit : Duarenii error . 6. *¶* Annuere , proposcere . 7. pro respondere . 8. Oracula nutu respondebant . 9. Inde explicatur Plutar ch . 10. Et l. digna vox 4. C. de legib . 11. L . 2. C. de location . præd . ci vil . lib . 11. 12. Rescripta Imperatorum evocabantur oracula . 13. Explicatur l. mulierem 5. C. de adoptionibus . 14. Nutus Deorum , *¶* numinum . 15. Numen à nutu . 16. Nutus Regum , Principum , *¶* Optimatum . 17. Reges diuinos honores ambierunt . 18. Forte inde Diui Imperatores dicti , *¶* actus eorum diuni , cælestes , sacri . 19. Et antiquissimi Reges idem ad miserunt . 20. Et Persæ , *¶* Ætiopes . 21. Explicatur Tullius . 22. Lex numen , Regina mortali um , *¶* immortalium . 23. Illustratur Isocrates . 24.

**H**ÆC præscriperam , & auehe bat animus ad alia stylum , iā legatorum παραπομένα , & electa va-

fia apprehendentem , sed timui ne struxta caderet , apud cœsores aliquos , verè eruditio nis *Capit. 25.* antiquæ , &

& qui renuntu primo subridenter nūtibus nostris, siue his, quæ non leui co-  
natus eduximus, & si manuimus in le-  
gatis per nūtum dandis, sed ad imēdis.  
Despectu forte ab ignorantia facto,  
requirerent quid sibi vellent nūtus, quā  
que affinitatem habent cum grani,  
decora que iuris prudētia, & usserios  
ambiente, & applandente? quid cum  
Populo Romano Heliconis arce? cu-  
ius maiestati, non conuenire videban-  
tur contemnēndæ similes gesticula-  
tiones in aliquibus actibus? sed redi-  
lēcētis, quia talia cōsentit; &  
qui nūtus renunt; contra autem in-  
uenio plura, apud Consultos nostros  
retractata, quæ perfici nūtu possunt,  
vel non; nec non etiuditionis authores:  
vt inde inferre possumus, nec mirari in  
restantibus admissum esse: præcipue  
dum iustantur in fato, & horrēda  
mortis præudent limina. Quorū  
quidem aliqua in medium producere,  
tanquam in iuria prouocatus, æquum  
duxi. Cuncta ista norma vna, seu re-  
gula dicit, à Paulo præfixa, libr. 16.  
ad edictum in l. ubi non voce 124. D. de  
reg. iur. ubi non voce (Paulus inquit) sed  
præsentia opus est, mutus, si intellectu ba-  
bet, potest videt respondere, vt sic nūtus  
perficiere valeat actum, qui sola præ-  
sentia, & cōsensu constat; non vero  
voce expressa, aut solemitate verbo-  
rum, vt ex eodem principio idē Paulus  
respondeat in l. in quibuscumq. 48.  
D. de obligat. & actionib. in quibuscum-  
que negotijs sermone opus non est, suffi-  
ciente cōsensu, ijs etiam surdus inter-  
venire potest, quia potest intelligere, &  
consentire: veluti in locationibus, condu-  
ctionibus, &ceteris, qualiter enim mu-  
tus, & surdus, sine voce cōsentire po-  
terunt, nisi nūtu, ad formam, quam in  
legatis, & fideicommissis ostēdimus?  
(sup. cap. 2.) sic quando voce solemni,  
aut solemni minus opus est, nūtus ni-  
hil consequi potest, nec facere, vt in  
verborum obligatione inuenimus, l. 1.

D. de verb. obl. & in adquisitione here-  
ditatis solemnī cōcretionis formula Vlp.  
tit. 22. §. cōretio, & similes actus sint,  
requirentes formalem vocem, prop-  
ter quod ab eis excludetur nūtus. Dis-  
formiter iudicantur alijs, solo cōsen-  
su contenti, nec requirentes (vt ita di-  
cam) formalem illam pronūtiationē.  
Vnde ordimur nostræ disquisitionis  
telam:

Primo cōsensus per nūtum ex-  
pressus exprimit obligationē in om-  
nibus contractibus, qui solo cōsensu  
constat (vt iāw dixi) & probant Consul-  
ti in l. 2. D. de paciis, d. 1. in quibuscum-  
que 48. Iustinian. in §. 1. iust. de obliga-  
tionib. ex cōsensu, Donel. lib. 12. comi-  
cap. 10. F. Raguelius ad decis. iust. in l.  
iubemus 29. C. de iestam. qui hoc, & a-  
lia accepit à Cuiacio (cuius nomine tacito)  
in l. obligamur 52. D. de action. &  
obligat. vi fecit Gothofred. in l. 52. §. fin.  
D. de oblig. & act. D. Melchior de Va-  
lentia lib. 2. ill. iust. tract. 3. cap. 4. num. 7.  
receptissimum namque apud Græ-  
cos, & Latinos est *to anno pro con-*  
*sentire*: hosti Consulti probant in l.  
obligamur 53. §. fin. D. debbligat. &  
actionib ibi: Sed & nūta solo pleraque cō-  
sistunt, l. eaque 57. D. de donat. inter vir.  
l. mulierem 5. C. de adoptionib. annuimus  
voce, glo. dict. l. eaque, Cuiacius, Cor-  
ras. Donell. dict. l. 1. §. si quis ira de ver-  
bor. obligat. latior apud eruditos seges  
patet, cuius spicas metam aliquas, pro  
illustratione veritatis, Tibull. libr. 3.  
eleg. 2.

*Enage quid cessas? annuet ille, roga  
Catull. in epithalam Manly  
Vsque dum tremulum mouens  
Cana tempus annilitas  
Omnia omniibus annuit  
Et idem de nuptijs Pelei  
Qua nostrum genus, ac sedes defendere  
fretis,*

*Annuit  
Virg. 12. Aeneid.  
Si in nostrū annuerit nobis victoria Mar-  
tem. G 5 Qui*

Qui ab Homeris usurpat *Iliad. A.v.514*  
*Νακέπτες μέστι ποιητοαχεοὺς καὶ πυ-*  
*νού.*

i. Constanter iam mihi promitte, & annue.

Et infra V. 524.

*Εἰ δὲ ἡγετὸς τοῦ κράτους καταρίσσομεν*  
*οὐδέποτε πεποίησεν*

Quim age, tibi capite annua, ut confidas.  
 Et infra V. 528.

*Ηὴ καρανογετός ἀρρέστη νεοειδής Κρα-*  
*τον*

Dixit, & nigris supercilijs annuit *Saturnius*

Euripid. *Supplicib. V. 388.*

*καὶ νεότερος ἀνίσταται.*

i. Et si quidem postulatis annuat.

Sed praeclare Apuleius lib. 10. *Metam.*  
*verbis nutrum commodare, ut quod nobis*  
*relato; quod vellem, reiecto capite*  
*enonstrare. Unde ἀντερχός apud He-*  
*liodor. lib. 1. cap. 1. ex nutribus intelle-*  
*xit Chariclex animum *ουεις* & ὁ λέ-*  
*γαρχός τὸ Μεντεντός λέγει οὐειρο-*  
*νάκον δὲ τοῖς νευματικοῖς Quod cum dux*  
*partim ex sermone, ac magis ex ipsis nu-*  
*tribus, & gestibus intellexisset, quæ in re-*  
*satis perspicua sufficiunt: quæque ex*  
*eruditis probatunt Alphon. Palentin.*  
*de verbo, num. 41. Sypontin. in epigram.*  
*42. Martialis fol. mibi 700. I. Paserat ad*  
*Propert. lib. 1. eleg. 1. & ad Catullum de*  
*Nupiis Pelei, & Thetidos. Frid. Taub-*  
*man. ad Plaut. in Asin. Act. 4. Scen. 1.*  
*P. Mendoza in viridario lib. 8. Saturn.*  
*decad. 1. cap. 7. qui integrum caput ve-*  
*surpauit à Lambino ad Horat. lib. 1. ep.*  
*18. qui per nutrum, ut inquit Cryssipp.*  
*lib. 1. de anima, & ex eo Palen. lib. 2. de*  
*decreis Hippocrat. & Platon. signifi-*  
*camus animum nostrum: verba Cry-*  
*sippi, seu Galenisunt. Quim etiam sine*  
*hoc per manum factam monstrationem, nutru-*  
*mnos ipsos relato, sobernus vocem hanc*  
*τῆγον proferre, & latius infra reddit ra-*  
*tionem in his verbis. Quid est, quæ ob-*  
*tem cam in assensionibus annuimus capi-*  
*re, in quam partem inclinaris caput, in ea*

significemus, anima principatum esse por-

tuus, quam in ipso illo, quod mouet? veri-

enim similius est, ut quod primum in no-

bis annuentibus membrum mouatur, in

eo anima principatum esse existimemus,

quam in alia quaque parte, ad quam,

quod mouetur membrum feratur, atque in-

clinet. Ex quo confirmamus lectionem

antiquam Virg. 4. *Eneid. V. 128.*

*Non aduersata petenti*

*Annuit (Venus)*

Annuit id est, ad sensit, cum Ascensio  
 ibidem: & cum in Codice Romano  
 legeretur aversata, eam lectionem non  
 admittit Pierius quia de consensu, de  
 que in eandem sententiam eundo sermo  
 est. (Peiriis verba sunt, cui accedo) Hæc  
 omnia verissima cōsco, quim obsteret,  
 quod Galen. dicit lib. 2. refert de ho-  
 minibus aliquibus, qui cum assentiant  
 capite, renuere consuerūti (verba eius  
 sunt) cum medicorum Princeps bar-  
 baros vocet, nec eorum abusum curā-  
 dum esse: & merito, cum facientes ta-  
 lia, vere à iure gentium dissentiant, an-  
 pud quas nutus pro consensu accep-  
 tusest. Ex quibus abnuimus Franci-  
 co Duaren. qui dicit l. 1. h. si quis ita,  
 scribit considerando variis homi-  
 num mores, pro constituendo in nu-  
 tribus iudicio, abreptio isto Galeni lo-  
 co, in quo parum irriti debebat vir-  
 iste, dum tractat iuris prudentiam, &  
 estimare debebat politicorum, non  
 barbarorum mores (ut proxime dixi-  
 mus) & sic notamus D. Gotofr. in l. o-  
 bligamur 52. 6. fin. D. de oblig. & action.  
 Duarenus assentientem. Et sic euā pro-  
 poscere obseruatum intenū τὸ annuere  
 in Apuleio. lib. 10. *Metam.* ibi: Sitiens  
 que pocillatere respetto, cilijs alterna con-  
 niuens, bibere flagitarem, ubi Beroald.  
 Lucianū dat ibi: τὸς οὐτανοῖς τὸν οὐ-  
 νούνον κανεῖται i. oculis pincernam com-  
 monens. Calvus apud Prisc. lib. 9.

Cū grauis ingenti cōtinere pupulas sōno.  
 Obseruat I. Paserat. ad Propert. libr.  
 3. eleg. 1. quibus sic intelligit carmen  
 huius,

huius.

*Seu cū poscentes somnus declinat ocellos,*  
Tacit. 13. annal. de Pallante, respon-  
dit, nihil unquam se domi, nisi nutu,  
aut manu significasse, P. Arbitrii libr. I.  
Trimalcio lanitissimus homo digitos con-  
crepuit, ad quod signum matellam spado  
ludenti supposuit, de quo videndus est  
§ I. Douza lib. I. Precisan ad arbitrii. cap.  
13. sic etiam accipe Plaut. Aulul. acto  
4. Scen. 1.

Tanquam.

*Hecile imperium edificat, ut quad frons  
velit, oculi sciant.*

Sic etiam annuere pro respondere apud  
Consulitos, & eruditos accepit fuit, L. Vir-  
bi non voce 124. D. de reg. iuris, l. 1. § si  
quis 2. D. de verbis obligat. celebris locu-  
sus est Plini secundi lib. I. epist. 7. O-  
Etavio Ruso: nam ego quoque similium nutu  
acrenutu responderem voto possum, quod  
ad Homerii imitationem scripsit ex  
lib. 16. Iliad. V. 250.

*Τῷ ἀτέροι πεντε εἰσοχεῖ πάτερ οὐτού  
πόνῳ αὐτερούσε*

*Hunc alterum quidem dedit pater: alter-  
rum vero abnuit.*

Apuleius lib. I. Metam. expresse. Et de-  
quadam annua cupona per coniutor, est ne, in-  
quam, Hypata bac ciuitas? Annua: nostre  
ne Milonem quendam e primoribus: ar-  
ris. Probant interpres in his locis,  
& Palentin. d. n. 41. Sic etiam Plant.

9 Cirecul. act. 2. Scen. 3.

*Dico me nouisse: quid lenonem Capado-  
cem? anno.*

Et sic à maioribus traditum habemus,  
quædam oracula veluti monstrofa, &  
horrenda Ammonis, Apis que numi-  
na nutu, & signis respondisse. Alexan-  
ab Alexand. lib. 6. aicrum gential. cap. 2.  
Placid Laestant. apud Stat. 3. Theb. ibi:

*Niliacum que pecus, subdit, Apim dicit  
taurum lunatum Isidis, quod Ægyptijs  
motu corporis sui, & quibusdam signis fu-  
tura praeditum, de nutu etiā percipi po-  
te. Plotarch. de Pyth. oracul. Puto au-  
tem scire te id, quod apud Heraclitum*

dicitur. Principem illum, cuius est Deb-  
phis oraculum, neque eloquitur, neque oculi-  
tare, sed significare. Nec ab eis abo, si  
huc traham Theodosij, & Valenti-  
niani rescriptum in l. digna vox. 4. G. de  
legib. ibi: Et oraculo præsumedit quod  
nobis licere non patimur, illis indicamus.  
Tō indicamus, scilicet per nutus, & sig-  
na l. 5. ibi: Annuius votis suis, C. de a-  
doptionib. eleganter. Imperatores int.  
2. C. de locatione præd. ciuil. libr. 1. n. 1. i.  
Ne nostrarum quidem sanctiorum (si for-  
te quispiam per subrepitionem mercuetu)  
nutibus anferatur. Rescripta enim. Im-  
peratorum vocari oracula nimis am-  
biciose, pro certo tradunt l. subemns.  
C. de emancipat. liberorum; l. 2. C. de Sa-  
crostant. Ecclesijs, §. illud proprium, in st. 13  
de adoptionib. vii cum alijs obseruauit  
Caluin. in lectione Verbo, oracula (in quoā  
reciduit obseruatio eum), quæ dixi-  
mus de vlo, & modo legatum, & fa-  
deicommissum per nutum relicquen-  
di, ad interpretationē legis nutu; D. de  
leg. 3. rog. hanc enim ibi testator, &  
respondebat per nutum: & alia plura  
suis locis hoc capite consideranda, quæ  
intempstuum m̄ esset hic prescribere)

Sed ut receamus ad Diocletianum, 14  
& Maxim. oraculum, seu rescriptum  
in l. mulierem s. C. de adoptionib. 1. 6. ya-  
cant tā annuimus votis sua obserua-  
tionem: nam præter proxime traditam,  
aliunde etiam prouenire illius lequē-  
di vlam in animum induxi: Diu ag-  
tē obseruavi, nutum Dijs, & numini-  
bus à poetis, & historicis attribui; ad  
omnipotentiae decorem, & maiestati-  
tem, nutu curæ humana, & divina 15  
gubernandi; quim aliud in diuino nu-  
mine necessarium sit, Virg. 9. Æneid.  
V. 306. loquitur de Ioue.

*Annuit, & totum nutu tremefecit Olim-  
pum*

En potentia nutus, vt inquit Arnobius  
lib. 4. aduersus gentes. Ergo ne ille poli Re-  
Etor, pater Deorum, & hominum, superer-  
lio, & nutu torum, & mortans; & treme-  
faciens

faciens cælum ex viro concretus, & famina est? Stat. lib. 7. Theb.

Concussit que caput motu, quo celsa labo-  
ravit

Sidera, proclamatque adijs cœniscibus  
Atlas.

Ouid. i. Metam.

Terrificam capitis concussit terque quæ-  
terque

Cæsarium, cum qua terram, mare, sidera  
monit

Sic obseruant Pontan. & Cerd. ad pro-  
ximum Virgilij locum: qui carmen idem  
20. Aeneid. repetivit, vbi iterū idem  
met Cerd. & Pontan. animaduertunt.  
Idem Virg. 4. Aeneid. V. 128.

Annuit, atque dolis rist Cytherea reperi-  
tis.

& Lib. 7.

Et senæ nutu Iundonis eunt res.

Cic. pro Sextio Roscio. Iuppiter Opti-  
mus, Maximus, cuius nutu, & arbitrio  
cælum, terra, maria que reguntur, & in-  
fra. Iuppiter Optime Maxime, cuius nutu,  
ac ditione sola terrarum gubernantur,  
& in Catilinam, hac Deorum immorta-  
linu nutu, atque consilio gesta esse vidē-  
zur, pulchre L. Apuleius lib. 6. Metam.  
Ad istum modum supplicant statim se se  
Juno cum rotis sui numinis augusta  
dignitate præsentat: & protinus, quam  
vellem (inquit) per fidem nutum meum  
precibus suis accommodare: obseruante  
ibi Beroaldo: idem Apuleius de Deo  
Socratis, ibi: Ingenio ad summā beatitu-  
dinem perfecto, nullius extrarij horipar-  
ticipatione, sed ex se se bono, & ad omnia  
competentia sibi prompto nutu, facili, sim-  
pli, libero, absoluto (de naturis Deorū  
loquitur) vide Propert. libr. i. eleg. i.  
Et adeum commentatores, P. Ponta-  
num ad 10. Aeneid. v. 115. qui alios dat.  
Et Græci in eadem fuerant obserua-  
tione circa Deorum voluntatem Ho-  
mer. Iliad. i. v. 524.

εἰ δὲ ἀγέ τοι κεφαλὴ καταίνεσθαι

Quim age, tibi capite annuam

τίκει κρατήσει μάτην γενόσθαι

Quodcumque capite annuero  
& infra sequenti carmine.

Η δὲ οὐανταστρ ἐπ' οφριας νῖσος κρο-  
νιαστ.

i. Dicit, & nigris supercilij annuit Sa-  
turnus.

Et Illiad. 8. natu νεας Κρονερ οννιτ  
Iuppiter Pausan. 4. τῆς κεφαλῆς των ειδώ-  
νων πατει ταπιτις, Chrytostom, περὶ  
Τρόπου χρήσις Αρ. VIII θεάς ποτῆς, id est  
Citra Dei propensionem, atque natum,  
alios Grecos dat Cerd. ad Virgil. 10.  
Aeneid. vers. 125. num. 17. inde etiam  
dicitur numen à nū M. Teret. Varr. 16  
de ling. latīn. lib. 6. Sypon. c. 12. Cor-  
nacop. f. mibi 699.

Nec solum imperium nuies ad-  
vertimus in Deis, & numinibus, sed in 17  
Regibus, Principibus, & Optimatibus,  
vulnere constantes comprobatur.  
Cicero. lib. 12. epist. famil. i. ibi: Non  
Regno, sed Regi liberati videmur, iner-  
fido enim Rege, Regios omnes mutus ne-  
mer (mauult intactum Scot.) neque  
vero id solum, sed etiam que ipse ille  
si vivaret, non faceret: ea nos quasi cogita-  
ta ab illo probamus, & lib. 11. epist. fam.  
22. in qua D. Brutus Imp. scribit. Nu-  
tus tuus potest hominem summo loco na-  
tum, summo ingenio, summa virtute offe-  
ciosissimum, præterea & granissimum in  
columex incutiatate retinere, & epist. 1. ad  
Q. Frat. Quia insunda tandem Praetoris co-  
mias in Asia potest esse? In qua tanta mul-  
titudo ciuium, tanta sociorum, tot tribus,  
tot ciuitates unius hominis nutum intue-  
tur. Seneca in Octavia, v. 836.

Fracta per pœnas messe  
Parere discit Principis nutu sui  
(Mogunt nutui) Vnde alloquens r.  
Fest. Ouidius Cæsarē, scribit in prin-  
cipio:

Annuo comans per laudes ire tuorum  
De que meo pauidos excute horde metus,  
Obseruat Sypon. ubi proklime, qui-  
dat Litium, sub umbra Scipionis cinc-  
tarem dominam orbis terrarum latere,  
nutus eius predictis patrum populi  
iusis

*infis esse, ex quibus non ineleganter  
dicit. l.5.C. le adoptionib. illustratur am-  
nimus votis.*

16 Sed nec mirabitur observationem istam, quicumque respiciat, Reges diuinos honores ambisse, & nomina fuisse diuina eis attributa: de Imperatoribus Romanis, nimia potestate superbis, hoc præclarum est; sed tamen accipe Virg. eclog. 1.

*O Melibæe, Deus nobis haec otia fecit.*

i. Augustus: & Hor. libr. 2. ep. 1. de eo-  
dem.

*Præsentis tibi maturos largimur hono-  
res.*

*Turandas que tuum per nomen ponimus  
aras.*

Cornel. Tacit. de eodem libr. 1. Annal.  
ibi: Cum se templis, & effigie numinum  
per flamines, & sacerdotes colivellent, &c.  
(quod alijs pluribus ibi l. Lepidus nn.  
63. exornat.) De Nerone Lucan 1.  
*Pharsal.*

*Sed mihi iam numen, nec si te pectorave-  
res*

*Accipiam, Cyrrea vellim secreta mouen-  
tem,*

*Sollicitare Deum.*

De Domitiano Stat. 1. fil. in equo Ma-  
ximo.

*Salve magnorum proles, genitorque Deo-  
rum*

*Auditum longe numen mibi.*

Et lib. 4. via Domitian. & passim Valer.  
Martialis lib. 5. ep. 3. & lib. 7. ep. 2. & 33.  
& lib. 10. epiz. 72. vbi Raderus viden-  
dus est. Cuius monstrosa superbia in-  
tantum prorupit, ut cauerit edicto se  
nuncupandū Deū. Sueton. in eac. 13. P.  
J. Marian. de rebus Hispan. lib. 4. capit.  
4. fol. mihi 145. num. 10. D. Antonin. 1.  
part. sui Chron. tit. 7. cap. 1. §. 7. Mart.  
lib. 5 ep. 8. Sed de Honorio accipien-  
dus est Claudian. in consulatu 3. eius.  
*Gaudent Italia sublimibus oppida mu-  
ris,*

*Aduentus sacrata tuo: submissus adorat  
Eridanus.*

F. Veget. lib. 2. de re milit. capit. 12. §1.  
quis ergo pugnat publica superare barba-  
ros cupit, ut diuinitatis mutu dispositione  
Imperatoris innuiti reparentur, &c. Vide  
P. Cerd. ad Virgil. vbi supra not. 2. &  
alios interpretes ibi, & in præscriptis  
locis. Quid si inde in nostro iure ciuili  
protinxerit, ut Divi vocaretur Impe-  
ratores l. 1. C. de donat. que sub modo, ita  
ut scripsit Iustinian. in l. 1. C. de ad-  
quirend. possession. diuinis nostri numi-  
nus aures. l. si quis 13. C. de muris legat.  
iuxta formam exaltus datā beneficio prin-  
cipali fuerit absoluens l. 1. C. deslent lib.  
12. ibi: Vi tam in adoranda nostra seren-  
itate, & in l. q. eodem tit. sacris abstrahi  
videantur obsequijs. l. submersus nulla 20.  
C. de Sacrosanctis Ecclesijs, ibi: Nec si  
taleste coram praferatur oraculum, sine  
annuntatio sit sine diuina pragmatice san-  
ctio. Sed hoc longius examen requirit  
ideò sublisto. Vide Calvin. verbo,  
Dinos Guidonem Panciroli. lib. 1. cap.  
2. Thesauri, v. lect. R. cde o ad me: & ad-  
do antiquos Reges pro numine cul-  
tos, diuinos q. honores captasse, Pin-  
dar. Pyth. ode. 5. & in Nem. ode. 10.

*Διονύσεα οὐ αὐτόποτεν*

*Ἐκρέποντες γλαυκῶν τις ἔθη δίον  
Diomedem autem immortalem flava quib-  
dam casu fecit Deum, l. Barclaius. 1.  
Arg.*

*Nec sit violibet e Regum.*

*Numen*

Athe. lib. 5. πῦρα δ' οὐταντὸν διεργάται  
Θρονῷ τιμώντες παρτῶνται πατακάδε-  
τας τοὺς εροτεῖς βασιλέως, sancta omnia  
civitas Regem ipsum appellat Deum, ho-  
nore ultra mortale. Apud Persas planū  
est ex Plutarc. in Themistocl. & ex Bri-  
sonio in eius Regno, vbi apud Ätiopes  
ex Diodoro Siculo lib. 4. Biblioth. cap.  
1. vide And. Tiraquell. capit. 2. de no-  
bilitate, num. 45. vt sic his attentis, &  
consideratis annuere Imperatores 20.  
tis, dicit. l. 5. eleganter scripsum fue-  
xit.

*Ex his præfero lucē Tullio lib. 1. de*

710 Paralipomen. & elect. Iur. Ciu. lib. II. Cap. V.

Oriatore, ibi: Et docemur non infinitis, cōcertationum que plenis disputationibus, sed auctoritate NVTV que legam dominas habere libidines: coercere omnes cupiditates: monstrauerit: ab alienis mentes oculos manus abstinere, ubi Princeps eloquentiae Romanæ non contentus auctoritatem legum nominare, magno acumine nutum addit, quasi in lege nō tam imperium, potestas auctoritas à subditis considerari debeat ad obediētiam, quam voluntatis, & præcepti nutus. Quæ restat, vera que considera-

<sup>23</sup> tio ex ante dictis dimanat. Pindarus apud Platonem in Gorgia, legem Reginam vocat eleganter omniū mortaliū his verbis, multum his, quæ e-disserimus, consonis monēt de moi hī. Πινδαρός ἀπερ ἐγώ λέγω εὐδαιμονία εἰς τὸν αὐτοτικὸν λέγει ἔτε νόος ὁ πεντακοσίου Σωκράτεος, α. S. a. v. 17. idest. Videtur autem mihi Pindarus hæc eadem in quodam canto ostendere, ubi legem, ait, omnium esse Reginam mortaliū, siveque immortalium, & ex eodem Pindaro refert Clemens Alexandr.

lib. 1. Stromatum ad finem: & observauit Hieronim. Vnde si annotat. ad 1. seruat. in Paracelsi sol. mīb. 59. & refert, & probat nosfer Consultas Marcian. lib. 1. inst. in l. 2. D. de legib. ex Crispone in lib. 1. de leges sic similiiter divinitatem attribuerunt antiqui legibns, ut fecit Demosthen. i. orat. contr. Aeginet. tationem, cuius verba licuit transcribere Modestino dicit. lib. 1. institutione in dict. l. 2. Cic. Philipp. 11. est enim lex nihil aliud nisi recta, & à nomine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. Ex his eleganter intelligimus Isocrat. in Paracels. ad Demoniacam tr. p. 1. tē. διηπειρούσαν μετανοήσει δια πετατικής πλευρᾶς, ἐτοποθετηθεῖσαν τοῦ θεοῦ Τυελοῦ, τοιούτην εὐεργετικὴν, Venerare numen, cum alios semper sum maxime cum sacra publice fuisse, sic enim apparebit, te sint ut, & dii immolare, & legibus obtemperare. Annuit etiam F. Corinan. lib. 1. comm. c. 8. n. 8. in veneratione ergo Deorum exposita erat. Plura alia possemus addere, sed hæc sufficiunt pro illustratione Magni Ciceronis.

C A P. V.

D E nutu manus, & qui actus eius nutu celebrarentur specificè tractat<sup>ur</sup>, ànum. 1. cum sequentibus: contractus, qui solo consensu constat, absque verbis. 2. Explicatur l. obligamus 3. D. de oblig. & auct. & l. vbi non voce 124. D. de reg iuc. 4. Gothofredi error. 5. P. Romani reditus, aliisque publica prædia publice vendebantur, & locabantur. 6. In his licitator, seu conductor manum levabat, & nutu manus contractus celebatur. 7. Explicatur Manilius. 8. Et Martialis. 9. Vera notio verbi xii. potionis. 10. Manus proprie<sup>t</sup>io. 11. Ex his præstatut<sup>r</sup> elegans exemplum ad iō-tractus, qui solo consensu, & nutu perficiantur. 12. Nutu manus ab eruditis dictus fuit. 13. Et eis varie significaciones adtributæ. 14. Veluti manus levata silentium imperatur. 15. Illustratur Corippus. 16. Statius Papin. 17. Et hieroglyphicum dedigito ori ad moto. 18. Sic manus sublata sedatio compescitur. 19. Inde tentatur fortuna in periculo<sup>so</sup> l. Cesaris loco lib. 7. de bell. Gall. 20. Lipsij, & Brantij interpretationes, seu emendationes refelluntur. 21. Et alia Gothofredi Iungermani. 22. Glandorpij, ubi de Cethergorum

gorum more. 23. Illustratur Horat 24. Interpretatio, & opinio auctoris. 25. Expenditur Linus: ubi de forma ferendis cuta. 26. Belli signum sinistra clypeum efferre. 27. Ex Germano explicatur Virg. 28. Sic etiam letata manus irrumperetia agmina retinebantur. 29. Et deditio significatur. 30. Preces offerebantur. 31. Aliquando concitabantur agmina. 32. Et exercitus annuebat Imperatori. 33. Explicatur V. Flaccus. 34. Iurantes surrigebant manus. 35. & Reges Sceptrum. 36. An iuramentum sine verbis celebrari possit, remissum. 37. Digihi Supputatorij remissum. 38.

**N** 1 V T V etiam alij celebabantur contractus, actus que fiebant in populo Romano; sed ntu manus. Ex quorum observatione feremus lucem quibusdam responsis. In iure nostro quidam referuntur contractus, qui solo consistant consensu: veluti emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum, l. 2. l. obligamus s. 2. cum suis §§. D. de obligatione & actione princip. instit. de obligationib. ex consensu: in quibus ideo consensu sunt obligaciones, quia nec scriptura, nec praesentia; neque verba requiruntur; sed consensus nudus, & solus: uti expresse Consultus respondit dict. l. 2. à quo Iustinianus translulit dict. principium. Unde eleganter Modestus. infert dict. l. obligamus, quod cum hi contractus nudoconsensu consistant, nec verba aliqua necessaria sint, nutu solo consistere (vide Emundum Merillium lib. 4. obseruat. cap. 1. in quem, post digestum integre caput, perueni) Ex quibus perspicuecrite ligatur Paul. in l. ubi non vocet 24. D. de regul. iur. In quo respōdit, quod quando contractus vocem nō requirit, mutus poterit videri respondisse, per nutum scilicet (ut proximo capite diximus) & ab his Dionysij Gothredi error inexcusabilis aperte conuincitur, dicentis nutum nudum, quem his contractibus atti ibiūt responsa, non esse intelligendum tacitū, sed exp̄sum: non tamen per sole-

nia verba: qua interpretatione nihil absurdius (tanū viri pace) excogitari potuit, vt nec dignum refutatione reputem, cum aperto Marte ipsum oppugnant iurisconsultorum, & Iustiniani verba: cum quibus coniatarunt cuncta nostrorum interpretum manus.

Ad hoc principium non inerudit, te referto observationem aliam, morisque P. Romani, qui quamcumvis minus expressus nostro iure Civili sit, attamen certus, & indubitabilis est, si fidem Ciceroni, alijs que antiquæ eruditionis parētibus præstamus. Certum est vestigalia P. Romani, redditus, alia que publica Romana prædia publice & propalam subpræcone locari, & vendi, l. fin. C. de vendendis rebus ciuitatis lib. 1. l. loca omnia 3. C. de locatione prædiorum ciuitium, eod. lib. l. si qui o. C. de fide, & iure has & fiscalis, eleganter M. T. Cicer. in oratione de Lege Agraria, ibi: Hoc vero huinsmodi est, quod eius auctionis, quam constituant, locum sibi nullum definiunt? nam decem viris quibus in locis ipsis videatur, vendendi potest as lege permittitur, eis oribus vestigalia locare, nisi in conspectu P. Romani non licet, hic vendere, vel in ultimis terris licebit, exornat ubique semper que eruditus D. D. Francisc. de Amaya in comment. ad rub. C. de fide, & iure has & fiscalis per totam, & præcipue num. 10. A. Fabr. in l. 2. §. deinde 29 D. de orig. iur. Et sic cum hoc modo locationes fierent, qui conducebat vestigalia

galia, seu redditus publicos, publica ve  
prædia mercabatur, digitum seu ma-  
num leuabat: cuius digni manusque  
nutu conductio, & locatio celebrar-  
batur: testis celebris est M. T. Cicero  
lib. 1. in Verrem, iste vero non procras-  
tinat, locare insipit, non proscripta, ab-  
que edicta die, alienissimo tempore ludis  
ipsis Romanis foro ornato. Itaque renaz-  
iat Rabonius illam decisionem tutori-  
bus: accurrunt tamen ad tempus tutores,  
**D I G I T U M T O L L I T** Junius Pat-  
tronus: nisi color immutatus est, vultus, o-  
ratio, mens denique extidit: quid age-  
ret, caput cogitare, si opus pupillo redime-  
retur, si res abiret ab eo mancipe, quem  
ipse apposuisset, sibi nullam pradam esse.  
& lib. 5. in eundem Verrem. de vestigia  
libus loquens sic, utrum est aquius, de-  
cumanum petere, an aratorum & repetere  
iudicium integrare, an perdita fieri? enim  
qui manu quasierit, an eum qui dígito li-  
citus sit possidere? Festus in verbo Mā-  
ceps. *Manceps* dicitur, qui quid à popu-  
lo emit, conducit ius, qui manus sublata si-  
gnificat, se antorem emptionis esse. D.  
Ambrosius lib. 2. epist. 1. sed non ille so-  
lam liber qui dominum licitatem non  
pertulit: aut tollensem digitum non vi-  
uis, Alex. ab Alexand. lib. 4. dierū gen-  
cap. 26. ibi: In auctionibus, & locationi-  
bus attollere digitum, se emporem, & cō-  
ductorem. Sic intelligendus M. Manil.  
8 lib. 5. Astronomicus.

*Non ullo careat digito quaque inserit  
hasta,*

*Defuerit que bonis settor.*

Et Martialis lib. 5. epigram. 63.

<sup>9</sup> Nā me iam digitum sustulit hospitibus.  
Observant morām istū A. Tiraquell.  
ibi ad Alexand. lit. N. Iust. Lipsius libr.  
2. variar. lect. cap. 13. doctissimus, & ca-  
ruditissimus Biisonius lib. 6. form. fel.  
mihi 583. Paulus Manut. in adag. ad illud  
lud tolle digitum, Petrus Nannius ad d.  
epist. 1. D. Ambrosij num. 7. Fr. Mod. no-  
nantiq. lect. epist. 105. Osvald. ad Do-  
mel. 23. commen. cap. 14. lit. C. Joseph.

Scaliger. ad proximum Manili locum;  
Domit. Calderin. ad Martialem d. epि-  
græ. 63. vbi P. Matthæus Rader. & no-  
uiter Farnabius, & alij. Inde prouenit  
vera notio verbi Χειροτονίων, quod cū το  
proprie significet manum protende-  
re: pro suffragium & sententiam fer-  
re populum, acceptum fuit: vt apud  
Athenienses sicut leuata manu De-  
mosthen. in Timocr. δικτύεπον δέ το  
τῷ νέφελῳ Χειροτονίων, δι νεφέλην  
τοι, idest, quacumque legem scito suo pro-  
baserint legum iatores, optime Helio-  
dor. lib. 1. cap. 2. vbi Cneimon ille a pa-  
tre ad populum Atheniensem dela-  
tus prostatuenda p̄sona, sic ipse enar-  
tat, εὐθὺς δέ παρὰ πάρτων τοῦ Διόπουσ  
ἡ τοῦ χρόνον Λευκὴ περὶ τῆς τιμαπιας  
διεχειροτονίων, idest. Me vero rōto hec  
sumul tu, & temperis interumlo, quo de  
p̄sona statuebant, & infra, ὡς μὲν τοῦ Δι-  
ατονοῦ καταχειροτονούσαις. Sed sem-  
per magnifici locum eiusdem alium  
lib. 4. ad finem, de bello suffragio, & de-  
creto populi accepto loquens, subdit,  
ἐπικήρυξις Χειροτονίων οὐκ εἰς πάτερον  
εἰς θεοῦ, κακέρῳ, &c. Confirmans suffra-  
gij vestris, inquit dux, si videatur illud  
cuius verbi respectu subiicit postea,  
ὡς δική ταῦτα μηδέ πισταὶ Χειροτονίων  
πάρτων ἐκπαθανεῖν. Postquam, & hac  
uno calculo, εἰς manu omnium obtinuit.  
Nec nouum id videri debet, cum & it  
manus, proprietio sumatur apud erudi-  
tos, vt in alea receptum est, in qua pec-  
cunia illa, quæ inter duos ludentes de-  
ponitur, manus dicitur, Suet. in Augus-  
to. capit. 17. Nam si quas manus remis-  
tusque, exegisset, ans retinuisse, quod  
cuique donauit, vicissim, vel quinquaginta  
millia, vbi obseruant Philipp. Beroald.  
Mar. Anton. Sabell. Levin. Torrent.  
Ian. Rutgers. lib. 2. var. lect. cap. 10. qui  
dat Ouid. 1. de arte amand.  
*Sic ne perdidieris, non cessat perdere lu-  
sor.*

*Et tenet a temporis alea sepe manus  
Probat hæc omnia Pietius Valerianus  
lib.*

lib. 35. Hieroglyphicorū c. ii. Redeo ergo ad viam, unde processi, scilicet d. l. 2. dicit. l. obligamus, & Iustiniani principium: in quibus nudo consensu sine verbis, voceque aliqua, locationes, & venditiones fieri responsum est, quibus elegans exemplum præstamus ex more, & observatione hic illustrata, mire que conuenit cum dicit. l. obligamus in fin. in qua concludit Consultus nutu solo hos contractus consistere: nutu scilicet manus in publica subhastatione, quod frequentissimum erat. Nam quamvis verum sit, inter priuatos hos contractus celebratos non superfici posse, id sane magis extraordinarium, insolitum que erat, & pene ridiculum, ut cum alter contrahendum proponeret contractum venditionis, & locationis, alter nutu, & gesticulatione responderet incondite, & inurbane: id sane tolerabile intestatorib⁹ erat proximitate fati impeditis: annuerent sane, quibus crudelitas mortbi obstat, & imminet propinquam mortem non sic ferendum in alijs, his acribus impedimentis liberis. Quibus saltim adducor huiusmodi contrahendum modum in frequenter esse: licet tollerandum in nostra Iurisprudentia, aptius, frequenterq; radi exēplū præscriptis legibus ex more, & antiquitate ista.

Nec miretur aliquis, quod accipiamus nutu de manu, cū nō solū nutus oculorum; sed manus receptissimus fuerit apud antiquos Oppia. lib. 3. Hal. — ἀταρ ἡ ἔιντ' αγάκτη Πλεύσια ἡ χειρός ἵππη γένος πεζῶν  
Continuo autem ipsi tanquam Regi  
Obediunt, manus quoctūq; annuerit nutus Herodian. lib. 1. τὰ της Χειρός πινα-  
τιτοὶ δέρπονται οὐδείς. sic pro-  
priè. Nutu manus silentium populo impe-  
rat, Ioseph. lib. 7. belli, c. 10. τῷ νευκα-  
τιστὶ χειρός πρόσωπον non attendebat  
nutu manus, Anthol. lib. 4. in epigram.  
de Niobe πόσι οὐκυποι εριθεα χει-  
ρε περικασι. Impudentem manum an-

nuit ad celum, obserua semper cū ho-  
nore nominandus doctissimus roster  
P.I. Lud. Cerd. in comment. ad Virg. 7.  
Æneid. V. 590. n. 6. cui addo celebrem  
Casiodori locum libr. 4. var. epist. 5. i.  
His sunt additæ horcistarum loquaci si-  
ma manus, lingue si digitæ, silentium clausum,  
expositio tacita, quam musa Po-  
lymnia reperiisse narratur, ostendens homi-  
nes posse & sine oris affari suū velle de-  
clarare, & Quintilian. lib. 1. 6. 3. Ma-  
nus vero sine quibus iruina effet actio, ac  
debilis, vix dici potest quod motus habeat:  
cum pene ipsam verborum copiam per se-  
quantur. Nam cetera partes loquentes  
adiuvant, ha (prope est, vt dicam) ip̄a lo-  
quuntur. An nobis poscimus? pollicemur?  
vocabus? dimicimus? minamur? suppli-  
camus? abominamur? etiamemus? interrogamus?  
negamus? gaudium, tristitiam, dubi-  
tationem, confessionem, penitentiam, mo-  
dum, copiam, numerum, tempus ostendam⁹?  
non eadem concitant? supplicant? in-  
hibeni⁹? probant? admirantur? verecundā-  
tur? &c. & Baptistam Pium. lib. 9. Ar-  
gonaut, ex Appolon. — ades.  
Ad propias flectit, ruita blandita, manu⁹  
Inuit.

vide Edmund. Merillium lib. 4. obs. c. 7. 14  
Inde est, quod nutui manus variæ sig-  
nificationes, inutiq; intellectus, & vo-  
ces attributa sint: præcipue in exerci-  
tu, vt inquit F. Veg. lib. 3. de re mil. c. 5.  
præterea manu aliquid, vel flagello more  
barbarico, vel certe metu, qua viuitur, vi-  
ze, significat, que omnia in sedibus inveni-  
bus in omni exercitatione castrensi, vni-  
uersi milites, & sequi & intelligere con-  
fuerant, vide A. Thesaur. decis. Pedem.  
229. n. 4. & eius additionem lib. 4. Ma-  
nu levata silentiū aliquando multitudi-  
ni imperatur Herod sup. A. Pers. sat. 4.  
Fer animus calida fecisse silentia turbæ  
Majestate manus.

Vt bene ibi subdit Ascensus, innuetis si-  
lētiū, vt I. Calvini interpretatio in le-  
xico verbo manus, prorsus displicat:  
manum ad potentiam hic refer epus.

Lucan, lib. I. Pharsal.

## Tumultum

*Composuit vultu, dextraq[ue] silētia iusit.*  
*D. Hyeronim. ad Rusticum, n. 10. cum*  
*mensa posita librorum ex posuisse strucē,*  
*adducto supercilio, contractis que naribus,*  
*ac fronte rugata, duobus digitalis cō-*  
*crepabat: hoc signo ad audiendum disci-*  
*pulos prouocans. Suet. in Aug. o. 53. cum*  
*spectante co ludos, pronūciatū esset à mi-*  
*mo, ò dominum eū quādū, & bonum! & uni-*  
*uersi, quasi de ipso dictum exultantes, cō-*  
*probassent: statim manu vultuque inde-*  
*coras adulaciones repreſit, per elegans*  
*Xiphilini locus in Adriano est, Popu-*  
*lum vero Romanū asperē magis, quā blā-*  
*de tractabat, cui roganti aliquid vehemē-*  
*tius in his ludis, in quibus armis dimicā-*  
*batur, non modo non cōcessit, sed etiā iu-*  
*siū imperari illud Domitiani, filete, quod*  
*verbū tamen non est a praecone dictum:*  
**26** *nam is cum manū porrexisset, esset que*  
*ob eam causam silentiū consequuntū, ut est*  
*consuetudo (vox enim praeconis audiri so-*  
*let magno silentio) hoc vero, inquit, Prin-*  
*ceps vult. Ouidius I. Metamorph.*

**27** — *Qui postquam voce, manuque*  
*Murmura cōpresit, tenuere silētia cūcti.*  
*Corn. Tacit. lib. I. Annal. Stabat Drusus,*  
*silentium manu posens, Luitprand.*  
*in legatione ad Nicephor. Phocā, ibi:*  
*Talibus Nicephorus exacerbatus dictis*  
*manu silentium indixit, Alex. ab Alex.*  
*lib. 2. c. 19. Fulgent. Placiad. lib. de con-*  
*tin. Virg. Itaque compositus in dicēdi mo-*  
*dum, erectis in cotam duobus digitis, ter-*  
*zum pollicem cōprimens, ita verba exor-*  
*sus est: sic potest intelligi Coripp. lib. 2.*  
*Inde dato, populi fecere silentia signo,*  
*Ex lib. I. num. 8.*

**27** — *Magno tunc Regia fletu*  
*In gemuit, gemitus uno Calinicuſ ademis.*  
*Ora premens dīgo, dextraq[ue] silētia fecit.*  
*Hinc tentant Tiraquell, ad Alexand.*  
*& Nebrisensis noster, intelligendum*  
*esse nostrum Statuum Papiniū I. sil-*  
*mar. in equo Maximo.*

*Dextra retat pugnas, lenam Tritonia*  
*Virgo*

Non grauat.

Quasi dextrā statua Domitiani silen-  
tiū imperasset: sed de hoc satis con-  
certato carmine vide contrarias, di-  
uersasque tentias Domitij, Politi-  
tiani, Parrasij, & qui eos refert, & re-  
felliit, I. Casperij Geuartij Papini-  
narum lectionum, capitul. 8. ad siluarum  
I. Probant aliterum morem Nebri-  
senſis, Ascensius, I. Britanicus, I. Bap-  
tista, Bernardus Autumnus, & do-  
ctius Isaac Casaubonus ad proximum  
locum Persij sat. 4. Philipp. Beroald.  
ad Suetonium, Joseph Scaliger cōfir-  
mat. ad Propert. lib. 4 ad pagin. 261. Qui-  
bus conuenit Hieroglyphicum aliud,  
satis docte illustratum à Pierio Va-  
leriano lib. 36. cap. 13. de digito ori ad  
moto, quo gestu silentium significa-  
batur, tu vide doctum virum, & ad-  
ditionem ad A. Thesaur. dict. decision.  
229. lit. A.

His affine est Hieroglyphicum  
manus alterum, & significatio: qua  
sublata duces, Imperatores, Principes **19**  
compescabant militarem seditionem  
& tumultum popularē, atque impe-  
tum. Ammian. Marcellin. libr. 20. Ele-  
ga prospere dextra, ut Princeps fiducia  
plenus, susus increpare quosdam, vi sedi-  
ciosos, & pertinaces. T. Livius lib. 28. ab  
vibe condita, itaque patefacta repente  
porta, frequentes ex oppido se seiecerunt,  
scuta prese tenentes, ne tela procul conij-  
cerentur, dextrās nudas ostentantes, ut  
gladios abierrisse, appareret, Tucydidē  
lib. 4. bellī Pelopon., ibi: Denunciatur  
caduceator, numquid velint arma, & se  
ipso dedere Atheniensibus, ad decernen-  
dum quidquid illis videatur, hoc cum  
andissent, cutis plerique positis, manus  
excutiebant, significantes se ac spere  
conditionem. Vnde autor de San-  
cto Otione Pommeran. Apostolo  
lib. 3. capit. 15. in fin. Quibus sans minif-  
ter Euangelijs sermonem capit, frequum  
vero dissidentis populi Vuiſacuſ, vice pra-  
conis manu, & vice sedebat. Procar.

A.

A. Tiraquell. in prefatione de iure pri-  
mog. num. 16. luit. Lips. in notis ad lib. 1.  
Hist. Tacit. num. 110. & lib. 2. elect. capit.  
7. Dalencampius ad Plin. lib. 11. nat.  
hist. cap. 45. lito. D. Vincen. Cartar. de  
imag. Deorum in Mercurio fol. mibi 214.  
& alij supra relati.

<sup>20</sup> Quæ quidem mihi præbēt occasio-  
nem, tentandi fortunam impericolo-  
so Iulij Cæsari loco lib. 7 de bello Gal-  
lico, in quo duodost viri (iudicio meo)  
bis naufragium fecerūt. Verba autem  
magni Imperatoris sunt, describentis  
pugnam, & oppugnationē ad Oppi-  
dum, n. 50. Cum acerrime cominus pug-  
naretur, hostes loco, & numero, nostris vir-  
tute confederentur: subito sunt Ædui vii,  
ab latere nostris aperto, quos Caesar ab  
dextra parte alio adscensit, manus disti-  
ncte & causa misericordiæ similitudine armo-  
rum vehementer nostros perterruerunt: ac  
tametsi dextris humeris exerti, animad-  
uertebantur: quod insigne pacatis esse co-  
fuerat, tamen id ipsum sui fallendicau-  
sa milites ab hostibus factum existima-  
<sup>21</sup> bant. Magnus excruciatur Lipsius, in  
dextris humeris exerti, & ingenuo pro-  
fitetur, tales pacatorum morem nū-  
quam repetit, in notis ad lib. 1. hist. Taciti  
num. 100. & lib. 2. electorum, capi-  
7. quem postea sequutus fuit, I. Branti-  
tius in notis criticis ad Cesarem in hoc  
loco, quibus videtur assentire P. M. de  
Roa lib. 1. sing. c. 3. glossema τὸ humeri  
est contendentis: & exulandum à  
contextura, ut sic velint scripsisse Cæ-  
sarē, Æduos in signum pacis exercuisse  
de dextris: quod signum celebre pa-  
catorum, & amicorum fuit: ut præfir-  
matim h[ab]it. Planus sic intellectus  
Cæsar erat, & congruebat totæ anti-  
quitati: quod in tantum me impulit,  
ut parvus ab esset, quod & ego in Lipsij  
Branti que sententiā item; sed re-  
tinebat fortiter autoritas antiqui in-  
terpretis Græci, qui totus contrarius  
Lipso vertebat Cesarem in his ver-  
bis: οὐ περὶ αἰσχροῖς ταῦς ἄμφες διαγράψεις

l[et]o φίλων οὐ πενιστος, quod sic vero, ta-  
met si inermes humeros (loquitio Græc-  
ca) quod insigne erat amicorum, videban-  
tur. Vbi Gothofredus Iungermanus  
additum esse εὐηνόν l[et]o φίλων scribit,  
quod si in texu latino verum esset, di-  
minueretur difficultas Lipsio. In qui-  
bus vides tantum ab esse yi τὸ humeris;  
repellatur; imo econtra lo seruetur  
τὸ dextris repulso, quod mihi verisim-  
ile est, ex infra dicendis, quamuis  
communem, integrati quedefensabo  
lectionem, I. Glandor pinsachonio-  
cum refert Gentilem Cethegorum  
morem; qui dextro humero exerto,  
cum pugnandum esset, videbantur, de  
quo Silius Italicus lib. 8. v. 587. & M.  
A. Lucan. lib. 2. Pharsal. v. 542. & libr.  
6. v. 795. Fran. Modius nō antiquar. lecit.  
epist. 48. Salmas de palio fol. mibi 210. sic  
intelligendus Horat. Flaccus de arte  
poetica V. 50. Circutus Cethegis, reiectis  
antiquis interpretationis, & nouiori  
bus Dyonisij Lambini, & Brocensis:  
refert Alex. ab Alexan. lib. 1. Ædui ge-  
nital. c. 9, ubi Tiraq. lit. P. sed quid mos  
iste com. Æduis, quorum dextri hu-  
meri exerti erant in signum pacis? cū  
Cethegi insignum preferrent gentis.

Ego autem retentā communī, an-  
tiquaq; lectura, faciliter intelligi pos-  
se Cæsare iudico, si animaduerterimus,  
Gallos istos Æduos ad propinquare  
militib[us] Cæsarianis, qui in expugna-  
tione Oppidi occupati erant, qui simi-  
litudiñe armorū, quæ deferebant Ædui,  
vehementer perturbati fuerint, q[ui] cum cognoscerentur esse Gallos, &  
Romana arma deferire, suspicere Cæsa-  
rianos invaserit, id factūesse, ipso fallē-  
di causa: quārumuis dextros h[ab]itos  
exertos animaduerterentur præferre:  
quod quidem signum pacatorū, & τὸ  
φίλων (ut inquit Græcus interpres)  
erat, nam si hostes essent, eresta sen-  
ta, seu clypeos præferrent: seque  
sub eis contraherent ad defensionem  
missilium, ut ex possit naturalis rati.

& usus maxime, cum appropinquarent hostibus. Nam ut inquit Flavi. Veget. lib. 3. cap. 6. de re milit. ibi: In cōflictu armati sunt omnes, & hostem cominus vident: & ad oppugnandum animo veniunt parati: vnde intelligendus est Liuius lib. 8. Triarij sub vexillis confababant sinistro crure prōrecto, scuta innixa humeris, &c. qua forma humeri

**26** tegebatur Liuius lib. 9. Forma erat scutis, summum latus, qua pectus arque humeri teguntur, fastigio equali, ad imum cuneatur mobilitatis causa Veget. lib. 1. cap. 20. Sed triarij genibus flexis solebant intrascuta subsidere, ne stantes vulnerarentur venientibus utilis, & idem Liuius supr. dict. lib. 28. ibi: Scuta pra se tenentes, melius noster Stat. Papin. & elegantius 4. Thib.

Nulli distingere ferrum

Impetus, aut humeros clypeo clausisse paterno,

Dulce.

Vnde promanauit antiqua, hodie que **27** visitata formula tegi clypeo, quam doctissimus Dempsterus exornat Paralipom. ad Rosin. lib. 10. cap. 10. belli que signum erat sinistra clypeum efferre, seu leuare Virg. 1. Aeneid. V. 200.

— Clypum tum deinde sinistra  
Exultit ardorem.

Ammian. Marcel. lib. 23. Conclusa oratione, prælator miles exultans, sub latis altius scutis, nihil periculorum fore, vel ardum clamitabat sub Imperatore. Et si cuti elatio belli signum erat; sic depositio, & descensus, pacis. Tucydid. dict. lib. 4. ibi: Scuti plerique positis.

Virg. 12. Aeneid. V. 130.

Desigunt tellure hastas, & scuta recte-

nam.  
Vbi obseruat P. Cerd a not. 21. Vnde cu[m] appropinquarent Aedui Cæsarianis, nec scuta efferrant, sed deposita, sinistris inserta, & cingulis à collo dependentia (vt moris erat) ferrēt, dextros humeros exertos necessario præserebant: nam cu[m] clypeus per in-

sertionem sinistre ad sinistrum latus inclinetur, præ longitudine sinistrum humerum, totumque illud latus obtigit, dextrumque appetit. Nam, & ad hominis longitudinem scuta erant, vt probat Lipsius de milit. Röm. libr. 3. dialog. 2. P. Cerd. 3. Aeneid. ad Virg. v. 646. not. 25. denique post hæc scripta, legi Germanum similem Virgilij lo- **28** cum accipere 11. Aeneid. v. 649.

Ad medias intercedes exultat Amazon. Vnum exerta latus pugna pharetrata Camilla.

Intelligentem tamen exerta latus pugnae, per relationem ad clypeum, quo quia tegitur sinistra: ideo ait, nudū fuisse dextrum latus, verba Cerdæ sunt ibi nos. 5. referentis, & repellentis Germanū, quem sequitur P. I. Pontan. ibi. Hæc ergo erat dextrorum humerorum exertio, quam signum esse pacatorū Cæsar scribit: Græcos autem virtutem avanlos. id est, inertes, & recte ex contraria obseruatione, quascutati armati dicuntur, vni obseruat Cerd a ad Virg. 9. Aeneid. v. 370. ibi: Scuti omnes, not. 2. Ex eo quod hic asservimus, manimentum singulare ad defensionem scutū esse: ita ut mirari non debemus, & cu[m] Aedui non scutati venirent, & appropinquarent, i[n] nō sub scutis inclinati, amicos, & pacatos esse, presumetur. Multa maiori exornatione digna libauit lolū, ne παρέπησον cresceret. Quæ digresio venia doctoru[m] sista, cum & iustum digrediendi causam habui, ne amittere, restituēdi Cæsarem, occasionem, de futuram tam proxime, forte in utilitatem literatorum.

Redeo ad me, & ad nutum manus; sic enim ut silentiū manu imponitur, **29** & designatur, sed sitio que cōpescitur: agmina similiter irrūpe ntia, nimisq; festinantia, leuata manu dux, seu Imperator retinet, Alexan. apud Q. Curt. lib. 3. Ante primasigna ibat, id est, idem manus suos inhibens, ne suspensi acris ob nimia festinatione cœcato spiritu capesse-

ret bellū. Optime Sil. Ital. lib. 2. V. 237.  
Auxilium clamant portis atque aggere  
tuto

Erupisse gemunt, retinet vix agmina Ter-  
ron

Interdum que manu, interdum clamore,  
minisque.

State viri, mens ille hostis, mihi gloria  
magna,

State, venit pugna

Quādrigarius 1. Annal. apud A. Gell.  
Not. Atticar. lib. 9. cap. 13. ibi: Is maxi-  
me prælio commoto, atque utrisque sum-  
mo studio pugnantibus, manu significare  
capit, virique quiescerent, pugna facta  
pausa est, exemplo silentio facta.

Virg. 12. Æneid. V. 311.

At prius Æneas dextram tendebat iner-  
mem,

Nudato capite, atque suos clamore voca-  
bat.

Vbi loci Cerdà, & commentatores.

30 Manu etiam leuata deditio signi-  
ficatur, & leuans, se vistum profite-  
tur: nunc aptius aduoco Tucidy. supr.  
dict. lib. 4. & T. Liuium lib. 18. suprada-  
tos, Virg. 12. Æneid. V. 930.

Ille humilis, supplex que oculos, dextram  
que precantem.

Procendens.

Et infra V. 936.

Redde meis, vicisti, & vicitum tendere  
palmas

Ausoniū videre.

Vbi obseruant, not. 16. P. Cerdà, alij  
que Maronis Scholia. Sil. Italicus  
4. Pun. bellī V. 411.

Credite, summissas Romanam nunc tēdere  
palmas.

Et lib. 6. V. 302.

Nā defecta virtus, & opes attrita supinas  
Africat tendebat palmas.

Sed de hoc pleni sunt antiquitatum  
libri: vide Alexand. ab Alexand. libr. 4.  
dierum gen. cap. 26. in fine. vbi A. Tirá-  
quell. lit. 6. qui alios refert. Iust. Lip.  
lib. 2. Saturnal. cap. 21. An. Thesaur. de-  
cis. Pedemon. 229. num. 4. sic etiam of-

ferebantur preces V. Flacc. 2. Argon.  
V. 35. & lib. 3. v. 433. & lib. 4. v. 11. sic  
eundem capio lib. 4. ibi:

Ille manum tendens non hac, ait, hospita  
vobis

Terra viri, &c.

Idem lib. 4. V. 648. Baptista Pius lib. 9.  
ex Apollon. ibi: Et supplice dextra quod  
repetivit lib. 10. post principium, & Iæ-  
pius infra in nominatus Orphei in-  
terpres. fol. mihi 131. Sil. Italic. 6. Vers.  
467. & lib. 12. V. 638. & libr. 15. V. 563.  
& lib. 17. prope finem, Pindar. Nem. Od.  
5. hæc ad manum: prope enim infini-  
ta sunt, quæ ab antiquis cōgerere pos-  
sum viria Maroneos interpretes.

Sic etiam aliquādo leuatione ma-  
nus contrarij datis effectus, & signifi-  
cationes attribuebantur: nam si illuc  
agmina retinebatur, hic cōcitabantur,  
& vocabantur. Sil. Italic. libr. 12. bellī  
Punici.

Impellit in agmen  
Vose, manuque viros, & cepta immanis  
pandit.

Idem lib. 7. V. 117.

Talia vociferans, volueri rapit agmina  
cursu;

Ac præcepit equo, nunc dextra prouen-  
cat hostem

Et lib. 6. V. 459.

Certatim voce, manuque

Ad solitam sedē, & vestigia nota vocabat  
V. Flacc. 5. arg.

Nudaque vocat dux agmina dextra.

Sic intelligitur 3. Argon. V. 433.

Delius hic longe candenti veste sacer-  
dos

Occurrit, ramoque vocat (i. manu, inqua-  
gestabat ramum)

In nominatus interpres Orphei.

Iunonem manibus vocet ille leuatisa

Virg. Æneid. V. 642.

Hæc memorans prima infensum vi cora-  
ripit ignem.

Sublataque procul dextra connixa com-  
ruscat,

Et facit

Vbi P. Cerd. nos. 5. commentationē Nancisbeni transribit in hæc verba Demore ducum, nām qui Principes erāt alecūus facti, sublata dextera, altos ad fācītūs euocare, & excitare solebant: ita Scipio Nasca imperium facturus in Tyberium Grachum, sublata dextera, qui Rē publicam (iniqui) vult saluam esse, mesquatur, Cic. de prouinc. Consul. Imperator dexteram tendens milites hortabatur, sic intelligitur Q. Curt. libr. 4. de gest. Alexan. At ille, hanc quaque manū rūdis tractandi militares animos, spectem sibi Herculis in somno oblatam esse pronūciat, dexteram porrigentis: illo duce, illo aperiente, in urbem intrare se visum. Apud Plutarch. quidam post aliquā fabribunde iactata, manūm porrexit, militans subuersum urbem: & sic P. Martinus de Roa lib. 1. sing. cap. 3. docet signa manus præferri, ut populi ad militiam euocarentur, sicque intellegit illud Esaiæ cap. 49. Lenabo ad gēres manū meā, & ad populos exaltebo signum meum. Unde Iosephus lib. 3. bel. li. Iudaic. c. 2. (in exemplaribus Græcis, cū in versionibus primū sit) cōferens militiam Iudaicam, & Romanā, præponit istam, quæ usque ad nutū Imperatoris obediens erat τοις εὐτελεῖς ή, γένεται πάντα πρότοτας οὐτίσσαι περοῦ, cum morigeris, & nutū Rectoris omnia facientibus erant dimicaturi. vide Barthium ad Claudianum in 4 consulat. Honor. ad vers. 87.

Non prætermittam morem: obser-  
33 uatissimum alium in exercitu (& affi-  
nem illi, quem illustravimus de loca-  
tione, & venditione per nutū manus.)  
Oranti enim Imperatori, exercitum  
que hortanti, manibus exercitus an-  
nuebat lenatis: quibus consentire de-  
monstrabat, quod apud Græcos, &  
Romanos milites obsernatum fuit: op-  
ptime Xenoph. de Ziri minoris expe-  
dit. lib. 3. Atqui, & dijs ceteris vota fa-  
cienda sunt, quibus eodem tempore sacri-  
ficiū pro copijs nostris faciamus: quare

cum idem viderit, manū tollat: ac manū quidem cuncti suslulerunt: votogē nuncupato, Praenam cuncti complausu-  
tarūt. idem Xenoph. eodem lib. infra,  
cui igitur ea probantur, is sublata manus  
significet: tum cuncti manū suslulerunt  
Lucan. 1. Phar.

His cunctis simul ad sensere cohortes,  
Elatas que alte, quacumque ad bella vo-  
care:

Promissere manus.

Ioseph. lib. 3. de bello Iudaico, capit. 3.  
Φθεγούτε τοι ἐπερτῶνται ή, τινος  
ἀπῆσσον ν. υματος ιποπληυπληυρος το  
ροι ου: Εαρπροι τις δεξιας, id est. Oc-  
cupant autem, & præueniant interrogan-  
tem, & Martialis quodam spiritu repleti,  
vñacum voce dextræ attollunt, refert P.  
Valerian. lib. 35. cap. 23. Quod & in Se-  
natū aliquando fuisse obseruatū, nar-  
rat Vopiscus in Aureliano; Senatus-  
consulū nutu manus conditum,  
ibi: Pedibus in sententiam transitum fa-  
ciens, ac manūm porrigens iucundam (vbi  
Galauberū obseruat) & infra. Deinde  
alijs pedibus in sententiam eunib[us], ple-  
risque verbo consentientibus, conditum  
est Senatus consultum, Corn. Tacit. 4.  
hik. Ceteri vultu, manūque: pauciquibus  
conspicua dignitas, aut ingenium adula-  
tione exercitū erat, compositis oratione-  
bus assentiebant: ibique Iust. Lips., nu.  
4. sic intelligo Val. Flaccum lib. 1. Ar-  
gon.

34

Dixerat hec, oritur clamor, dextraque  
sequuntur

Verba doris.

Quamuis Lipsius in alium more im-  
merito retorqueat lib. 4. de milit. Rom.  
Dialog. 9. Consule Marcellū Donatū  
indulcidationib. ad Corn. Tac. lib. 3.

Claudio caput in iuramento, in  
quo etiam ex more surrigebat manus  
iurantes, in fidem obseruandi iuratū:  
celebris mihi locus est in nominati in-  
terpretis Argonautorū Orhei, in  
quo postquam solemniter iurasset, cer-  
taque peregriner sacrificia Iason, sub-  
iicit ista.

Hac

Hoc ego. Tuus omnes perimrianamque i-  
mebant,  
Ad spirant nutu, manibus quoque sic fore  
signari,  
Atque ubi consensere, & iusuranda de-  
dere,  
Profilit in medium nauis tunc quisquis  
adunca.

Sic etiam P. Cerdà in aduersarijs sa-  
crist, cap. 128. probat: & adducit, c. 14.  
Gen. Lenò manum meam ad dominū Deū  
exelsum, posseforem cœli, & terræ, &  
Exhod. 6. Leuaui manum meam dare il-  
lam Abrahamo, & aliud Deuter. 32. A.  
Thesaur. dicit. decis. Pedemont. 229. nu.  
4. Mire conuenit, quod Aristoteles re-  
fert lib. 3. Politicorum, cap. 4. Quod Re-  
ges quādo iurabant leuabant sceptrū,  
verba sunt, ὅτι ἄρχος λαῶ τε σκυπτρός  
ἴταναταις, idest, erat autem illis ius in-  
randum per sceptri elevationem, refert

que Robertus Valtur. lib. 6. rerum mil.  
cap. 7. faciunt quæ notat P. Mart. del  
Río in 2. cōment. Senec. in Med. v. 248.  
Quibus maxime cōfirmari potest sen-  
tentia eorum, qui affirmant iuramen-  
tum non requirere verba; sed nutu ce-  
lebrari posse: inquam sententiam iuit  
Cuarri, Faquin. & alij per Osuald. re-  
lati ad Donel. lib. 24. com. cap. 13. lit. B.  
quæ quæstio longius examen requi-  
rit; interim Consule Osuald. ibi, Dedi-  
gitis suppūtatorijs vide perdoctum  
locum P. Cerdæ cap. 52. Aduersar. nn. 38  
6. & P. Mendozæ in viridario lib. 8. sa-  
turnaliorum decad. 3. cap. 5. P. Valerian.  
lib. 37. Hierogl. cap. 1. plures alios refert  
Renatus Laurent. ad Tertull. Apologet.  
cap. 21. Taubma. ad Plant. Epidic. act. 1.  
Scen. 1. fol. mīhs 404. Alex. ab Alexan.  
2. dier. genial. c. 24. ubi latet Tiraq. lit. G.  
Emund. Merillium lib. 4. obser. c. 1.

## C A P. VI;

**A**DITIO hereditatis an nutu fieri possit, per integrum cap. disquiri-  
tur: an verba requirat. 1. cum sequentibus. Interpretes qui negatiū  
defenderint. 2. Eorum fundāmentum constituentium discriminem inter  
aditionem, & gestionem pro herede, & quod? 3. Affirmatim qui defende-  
rint, quam sequitur autor. 4. Triplex aditio fuit. 5. Cretio quid. 6. Rewardi  
error ibi: in ipsa cretione aditio inest, non econtra. 7. Mutus cerneret non pote-  
rat. 8. Gestio pro herede quid? 9. Aditio per simplicem voluntatem. 10. Quæ  
longe defendit, & i. expēditur Iustinian. in §. item extraneus 7. inst.  
de hered. qual. & different. 11. Vlpiān. tit. 22. in fragm. 12. L. si avia, 3  
C. de iure de liberand. 13. L. si sorori. 14. C. cod. tit. 14. l. gerit 88 D.  
de adquirend. heredit. 15. L. 2. D. de officio procurat. Cesar. 16. L. 2:  
& 3. D. de interrogat. actionib. 17. In Pandectis nullā, aut rara mentio  
cretionis. 18. Cretio in substitutionibus apud Vlpiān. 19. Prohibitio attus in  
dubio nunquam censemur. 20. Repudiatio, & aditio hereditatis eiusdem regu-  
lis gubernatur. 21. Repudiatio quoniam inditio facta, tenet. 22. Contra nostrā  
sententiam expenditur Vlpiān. in fragm. 23. Vlpiān. in suis institutionibus  
plerumque trahat primora Iurisprudētiæ. 24. Gestio pro herede ad cretionē  
pertinet. 25. Constitutio D. Marci de extensione cretionis. 26. Omissonē cē-  
sentur prohibita. 27. Defenditur Iustinian. in §. item extraneus 7. inst. de  
hered. qual. & differen. 28. Discrimen inter aditionem, & gestionem a-

pud omnes. 29. aditio nomen generale est. 30. Comprehendit gestionem, cretionem, simplicem aditionem contra Cuiac. 31 & 32. Aditio quid? 33. Illustratur reg. l. si nemo i 81. D. de regul. iur. 34. Consideratio verbis sub eo. 35. Iterum de comprehensione tis aditio. 36. 37. (Immixtio in suis filiis 38.) & num. 39. Aditio verbanon requirit 40. 41. Quasi contractus datur in aditione. 42. Reditus ad dict. l. si nemo i 81. 43. Vis verbi subeo. 44. Vbi Barclaius expenditur. Mare Siculum influit in Tuscum, & Ionium. 45. Græci Ionium diuidunt in Siculum, ac Creticum. 46. Tyberi Oceanus decepit 47. Explicatur Vlpian. in l. mutum 5. D. deadquir. hered. 48. L. seruo inuito 55. §. si pupillo 3. D. ad Senatus Consult. Trebell. l. pupil-  
lus 9. D. de acquirend. hereditat. 49. Notatur Goueani interpretatio ad dict. iura, quæ communis fuit. 50. Vera interpretatio cum Pichardo traditur.  
51. Utilissimum sane caput, quo veræ aditionis species explicantur, & plus-  
timare responsa, & rescripta lucem accipiunt.



ROXIMIS capitibus quæstionē iuuat aliam apponere cō-  
trario votodiscusam ab interpretibus; an  
hereditatis aditio  
1. verba requirat; vel nutu solo perfici possit. A. Gouean. libr. 1. var. lect. cap.  
25. Donell. lib. 7. cap. 8. consentiūt, adi-  
2. tionem nutu fieri non posse: sed verba  
requirere, in simili fuit sententia An-  
ton. Pichard. in §. fin. inst. de hered. qua-  
lit. & diff. à num. 26. cum seqq. & num.  
53. concludens, pūpillum, vel mutum  
illingues adire hereditatem non pos-  
se, quamvis possint pro herede gere-  
re; & in tit. de acquirend. hered. cap. 26.  
Hotoman. in §. fin. sequitur Duaren.  
ad eundem tit. c. quomodo hereditas ad-  
quiratur, l. Menoch. lib. 4. præsumpt. 100  
per totum (qui plures alios refert) Cū-  
rad. Rittershof. dict. §. vt. inst. de here-  
dū qualitat. & differen. qui omnes eo  
præcipuo fundamento mouētur, quia  
discrimen inter aditionem hereditatis,  
& pro herede gestionem longum  
est, vt ipsi constituant: cum in illa re-  
quirantur verba ex Vlpiano tit. 22.  
in hac autem ipsa gestio tacita suffi-  
ciat sine verborum expressione, l. pro-

herede, D. de adquir. hered. Premitt que  
difficultatem Gouean. ex l. pupillus de  
acquirend. heredit. in qua, si fari potest,  
hereditatem valet adire, cum tamen  
infans gerere pro herede possit, l. ser-  
uo inuito, §. si pupillo, D. ad Trebell. quod  
non aliunde, subtilissimus vir sentit,  
procedere, quam ex eo, quod consti-  
tuit, principio, in aditione verba esse  
necessaria, & sic in pupillo requiri,  
quod fari possit, vt audeat: hæc in sum-  
ma doctissimorum virorum senten-  
tia, & fundamenta.

Sed contraria fortissimos habet 4  
etiam propugnatores, quorum vex-  
illis auxiliari sine timore, & verecun-  
dia poterimus: præfert signum vene-  
randus Accursius in l. pater 93. §. 1. D.  
de acquirend. hered. Angelus in l. ge-  
rit, D. de eodem titulo. vbi Bartol. nu-  
5. Roman. num. 4. Paul. de Castro in l.  
mutum 5. num. 2. D. eod. tit. & in l. potuit  
5. C. de iure deliberand. num. 8. P. Gre-  
gorius lib. 4. syntagma. turis. cap. 14. nu-  
mer. 14. Alci. in l. 1. qui admitti ad bon.  
posse. num. 9. Francisc. Raguell. ad de-  
cisiones Iust. in l. iubemus 29. C. de testa-  
men. Osuald. Iliger. ad Donell. lib. 7. cō-  
men. cap. 8. In. C. Mascal. 1. tom. de pro-  
bat. conclus. 40. num. 4. Petrus Loriotus

in tractat. de aditione, & repudiat. axio-  
mat. 34. quoru aliqui quamuis de nu-  
tu non loquantur, satis comprobant  
sententiam, dum sentiunt in aditione  
verba non requiri; sed sufficere ani-  
mi declarationem, quocumque signo  
exteriori. Sed quamvis horum senten-  
tiā prudentiorem credam, sed isti  
attigerunt solū, nō penetrarūt verita-  
tē: quæ pestis causa præcipua est, quæ  
nostros inter pretes in varias, contra-  
riasque opiniones disiecerit. Nos au-  
tem hic certiori iactu, quo magis po-  
terimus, intentissimis insistemus oculis,  
ut scopum attingamus quæstio-  
nis.

**5** Quare ut suo ordine feliciter (ut  
spero) cōtingamus illum, aditionē he-  
reditatis in extraneo triplicem fuisse  
inuenio, quamvis Donell. Duaren. Pi-  
chard. & alij solum videantur, cretio-  
nem agnoscere, & gestionem pro her-  
rede, decepi Vlpianiloco *in fragmen-*  
*tis tit. 22. §. extraneus*, qui error in istū,  
quem impugnamus, ipsos cōpulit.  
Triplex autem aditio fuit: aut per cre-  
tionem solemnem: aut per heredis  
gestionem: aut simplicem nudamque  
aditionem. Sic in media Iurispruden-  
tia obseruatum inuenio. Quæ aditio-  
nes longo intervallo, dissimili que for-  
ma vna ab altera discriminabantur.  
Quarum præcensito discrimine, faci-  
lis aperietur via nostræ quæstioni, &  
**6** voto. *Cretio*, seu per creationem adi-  
tio certis solemnis, que siebat ver-  
bis: de quibus perspicuus tractus est  
apud Vlpianum *dict. titul. 22.* adibat  
enim institutus per creationem in hūc  
modum. Cum me Mauius heredem ins-  
tituerit, eam hereditatem adeo, cernoque,  
quæ quidē aditio alijs specialibus gau-  
debat, quæ satis reliquit Vlpianus no-  
ra, & postea explicarunt inter pretes.  
Brison. lib. 7. formal. Couarr. lib. 4. var.  
cap. 11. P. Gregor lib. 40. synagmt. sur.  
cap. 2. num. 4. & 5. Anton. Pichard. in  
comment. ad §. item extraneus<sup>8</sup> in sit de

hered. qual. num. 28. cum seqq. Budæus  
1. tom. ad Pandect. in l. fin. D. de signorat.  
action. Guidus Panciro. in Theologia  
riarum lett. lib. 2. c. 21. 4. Renard. de au-  
torit. prud. cap. 8. Ermund. Merillius  
lib. 4. obseru. cap. 34. & lib. 2. c. 11. Ioan.  
Brodæus lib. 10. Miscellan. cap. 16. qui  
omnes plures alios referunt, à quibus  
cum præclaram lucem antiquitas ista  
accepit, frustra nos quoque succen-  
demus facem. Sed præterire non pos-  
sum insignem Rebardi errorem dict.  
cap. 8. circa fin. scribentis, postea faciū  
fuisse, ut per creationem omnis omni-  
no hereditatis aditio significaretur, &  
cum multa ad id probandum induxis-  
set, nihil egit: nullatenus cōprobavit:  
quid enim inducere posset, cum iam  
differret cretio à ceteris aditionibus?  
(ut ex datis, infra que subdendis ap-  
parebit) quod ita intelligere debet, ut  
in ipsa creatione aditio in sit, non ut  
cretio præcedat aditionem, vt existi-  
mavit Cuiac. lib. 7. obseru. cap. 13. & Jo-  
seph Scaliger. ad Festum, verbo *Creatio*,  
verior enim est contraria sententia,  
quam certam eruditissime fecit Pet.  
Gregor. dict. lib. 46. cap. 2. num. 6. & P.  
Faber. lib. 2. secund. cap. 22. Per creationem  
autem maius adire hereditatem ne-  
quibat, cum in ea solemnia certa quæ  
requireretur verba, quæ profere rebus  
non poterat, l. vbi non voce. D. de re-  
gal. iur. vbi obseruat I. Rebardi. Anton.  
Pichard. dict. §. item extraneus num. 53.  
& dict. cap. 26. de adquir. hered. Hypo-  
man. in codem §. A. Gouean. dict. lib. 1.  
variar. cap. 25. & cum his alij in §. fin.  
inst. de hered. qualit. & differ. ad formā,  
qua nec mutu stipulari possunt, cum  
verbis, notissimum sit, stipulationem  
constare l. 1. & §. 2. D. de verborum obli-  
gation.

Gestio autem pro herede nullis,  
consistebat verbis, sed in tacito here-  
dis facto, rebus hereditarijs, tanquam  
domini, videntis. Veluti si aditionem  
terum hereditiarum faciat, aut ser-

uis hereditarijs cibaria mandat (vt inquit Vlpian. diet. tit. 22.) l. pro herede 20. l. geris 88. D. de adquirend. hered. §. pro herede, de hered. qual. Quod quidem mutus facere potest, cum verbis opus non habeat, l. mutum s.l. pater 83. §. 1. D. de adquirend. hered. l. vbi non voce, D. de reg. iur. vii consentiunt omnes relati.

Aditio per nudam, simplicemque voluntatem (in qua major sicut difficitas) erat, cum institutus sine creatione simpliciter suam voluntatem declarabat, nullis formulis, nullisq; certis, solemnibusque verbis (vt in creatione diximus) nude animum adeudi declarans, hereditatem que acceptans. Qui aditionis modus celebris in nostra Iurisprudetia erat, nemoque sine proterua, & petulatia abnegare poterit: & ut facilius dent manus contrarij coniucti, obuallabofor, tius axiomam vt nulla irrumperi aduersarijs, aut evadendi via pateat. Gravis primo ad assertor appareat Cæsar Justinianus, qui in §. item extraneus 7. inst. de hered. qualit. & different. sic inquit. Item extraneus heres testamento institutus, aut ab intestate, ad legitimam hereditatem vocatus, potest pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate suspicienda hereditatis, heres fieri, vbi obseruant Balduin. num. 24. Georg. Bernard. Roanensis in suis divisionibus, num. 233. atque Äguinar. Baro, Vigilius, in principio, & Theoph. alij que in institutione Scholia st̄r. Quā simplicem aditionem subintellexit, & tacite admissit idem Vlp. diet. titul. 22. ibi: Sine creatione heres institutus si constituerit, nolle si heredem esse, statim excluditur ab hereditate, & amplius adire non potest: ergo Consultus simplinem, nudam que admittit institutionem, & aditionem, vt insinuavit antea in §. extraneus, ibi: Si quidem cum creatione sit heres institutus. Expressa est lex si 33 anni 6. C. de iure delibera. ibi: Ex sola animi destinatione pater eius heres fieri

poterat: cuius rescripti autores sunt Diocletianus, & Maximianus, qui non imperarunt, nec tunc creationum solemnitas sublata erat, quod multo postea fecit Theodosius in l. creatione 17. C. cod. tit. & inst. unica, C. Theod. decreto. vnde elegatissime intelligemus 14 l. si sorori 14. C. eodem tit. de iure de liber. Cuius idem Cæsares Dioclet. & Maximianus autores sunt, qui in ea rescribunt: heredem intelligi effectum, quamvis non probetur, institutus pro herede gesisse: nec res ex bonis testatoris descendentes tenuisse. Nec per creationem aditio ibi sub audiēda erat, id enim non dubitabatur in solemnī receptoque aditionis per creationem modo: dubium autem inde processit quod institutus, qui simplici voluntate, aut adiuerat hereditatem, aut bonorum possessionem petierat, nec tamen possederat bona, contraposidētes experiri posset. Quæ quidem interpretatione mire illustratur, ex l. non hoc 4. C. vnde legitimi, quam idem rescriperunt Cæsares: & satis agnoscit in ea Gothofred. In qua sententia, & 15 Paulus 1. questionum fuit, in l. geris 88. D. de adquirend. hered. respondens eū pro herede gerere, qui animo agnoscit successionem, licet nihil attingat hereditarium, & tamen ad gestionē pro herede propriam referendum non est; si nihil attingat hereditarium. Vlpia. diet. tit. 2. l. pro herede 20. D. de adquīren. hered. cum §§. & legib. sequensib. §§. pro herede 9. inst. de hered. qualitate, & differen. Nec ad creationē, quæ in animo non consistebat solum; sed certis solemnibus que verbis. Quæ ergo ista gestio pro herede, quæ absque facto animo solo perficitur? nulla alia sane est, quā simplex aditio, nuda voluntate expressa, vt Imperatores rescriperunt diet. l. s. anna 1. l. si sorori 1. diet. l. non hoc: nam si aditio solo animo consistere non posset, nudaque voluntate, sane dici non poterat, adquisitam esse here-

hereditatem, cum gestio proherede  
in efficax sit, cum in rebus alienis cōs.  
riterit: sustinetur tamen, quia ab illa  
animus heredis declaratur. Explicat  
præter alios Cinus Campan. in l. eius  
qui in provincia, D. de rebus cred. fol. m̄t-  
hi 19. sed præcipue Vlpianus in l. si quis  
extraneus 21. §. 1. D. eod. tit. de adquir.  
hered. idq; idèò quia ex actu nullo le-  
gitur quandoque voluntas, l. fin. D. de  
reb. eorum, l. legatum, §. pater hortos, D.  
de adimendis legat. quod, dum inuesti-  
gemos discriminem inter aditionem  
simplicem, & gestionem proherede  
magis cōfirmabitur. Quid expressius  
16 quam eiusdem Pauli respōsum aliud  
in l. 2. D. de offic. Procurat. Cæsar. He-  
reditis enim instituti in adeundis, vel re-  
pudiandis huiusmodi hereditatibus vo-  
luntas exploranda est, nec id reteras ad  
Cæsaris specialitatem, cum quod in  
alijs admisum esse, probaverimus: tu  
quod in abstracto à Cæsare verba il-  
la Paulus subiecit, tradens regulam,  
voluntatem ad evanis, vel repudiantis  
spectandam esse: ex quo infert, idem  
17 in Cæsare admittendum esse. Quòd  
autem leges 2. & 3. D. de interrogatorijs  
actionib. contendunt, dum edisto de in-  
terrogatorijs actionibus rationē præ-  
bent, dicentes difficultem esse proba-  
tionem aditæ hereditatis, nisi ut de-  
monstrent nuda voluntate heredita-  
tem adiri: inde que difficultatem aditæ  
hereditatis oriri? Si enim Iolemi  
cretionis formula, si ingressione he-  
reditatis, occupatione que bonorum  
aditio fuisse completa, parum diffi-  
cultatis subesse: remanet autem diffi-  
culty ex simplici nudaque aditionis  
voluntate, quæ minus innotescere  
potest, cum multū animi, parum que  
facti habeat arg. l. pro herede 20. D. de  
adquirend. hered. Quid ultra? si in toto  
18 nostro iuri inili digestorum inquam  
voluminibus, nulla; aut rara mentio  
cretionis: semper ad adquisitionē he-  
reditatis aditio, & proherede gestio in

ore Iurisconsultorum sit? ( nisi fa-  
cetus Triboniani sit) desierat equi-  
dem illa antiqua, primæuaq; cretio-  
nis aditio: vt multæ aliz antiquitates,  
quas in duodecim tabulis, infragmē-  
tis Vlpiani inuenimus, in quibus p:si-  
sim cretiones reperiuntur. Nec quo-  
tiescumque aditam hereditatem le-  
gimus in civili iure, aquup; est, vt re-  
feramus ad cretionem, nam si ita es-  
set, inueniremus in hercle, aut in ins-  
titutione, aut in aditione frequentissi-  
mas cretionis formulas: aut eius sub-  
leremus vestigia: quodcum ita nō ap-  
pareat, ad id credendum persuad. i 19  
non possum, & sic cum Vlpian. dicit.  
tit. circa finem, de cretione in substitu-  
tionibus agat, qualiter que primo in-  
stitutus decernere debeat, vt excluda-  
tur, vel admittatur substitutus: nō in-  
desine magna injuria nostri iuriis, col-  
ligeremus in media Iurisprudentia,  
sine cretione primo institutum deli-  
berare non posse simpliciter: cum in  
toto sit. de vulgar. substitut. quidquā  
tale non repertamus. Præcipue cum  
nulla lex contrarij prohibitiua sit: vt  
nudis verbis, simplicique actu here-  
ditates adiri non possit: cur ergo stare  
prohibemus? quæ quidem firma cer-  
ta que regula est l. neconon 28. q; quod er-  
ius 2. D. ex quibus causis maiores, l. 1. D.  
de testib. l. mutus, §. 1. D. de procurat. cū  
alijs, quæ congerit Velascus in axio-  
mat. iuris lit. P. num. 206. nam quod in  
contrarium de prohibitione ex Vi-  
piani loco infragmētis inferri posset,  
infra dissoluam. Concludo sententiā,  
& fundamenta clando insimilitudine  
repudiationis, & aditionis, quas eisdē  
regulis gubernari, & sapientissime à Cō-  
sultispariari, procerto est, l. 2. D. de of-  
ficio Procurat. Cæsar, l. recusare 6. D. ad  
S. C. Trebel. l. sicut 4. C. de repudiand. he-  
red. comprobat Bart. in l. is qui putat, n.  
6. D. de adquir hered. l. spon in l. is qui  
heres, num. 3. & 14. Tiraq. (qui plures  
refert) in tractat. lemort. saist. 2. decla-  
rat.

rat. num. 4. P. Gregor. lib. 46. syntagma. iur. cap. 2. num. 4. Cunrad. Rittershof. in §. fin. inst. de hered. qualit. & differet. cum quibus iuit communis interpretum schola; nam contrariorum eadē est ratio, & disciplina (ut inquit philosophi) & omnis res per quaecumque causas nascitur per easdem dissoluitur, cap. 1. de reg. iur. 1. omnis. D. eodem tit. cum vulgatis: sed repudatio simpliciter facta, aut verbis, aut alio quoquis inditio voluntatis, sortitur effectum, §. fin. inst. de hered. qualit. & differen. vbi ab aditione argumentatur Justinian. ad repudiationē, ad hoc quod nuda volūtate fiat. Iul. Paul. lib. 4. sentent. tit. 4. in princ. à quo desumpta fuit l. reconsari 95. D. de adquir. hered. l. 1. §. qui semel 5. §. quibus 10. D. de successor. edict. & agnoscit Tiraq. infra & Donel. lib. 7. com. cap. 7. in fin. Pichard. de adquir. hered. cap. 9. num. 2. & 3. & dict. §. fin. inst. de hered. qual. num. 58. & omnes cæteri, qui in contraria sententia contra nos fuerunt. Relinquitur ergo aditionem nuda fieri voluntate, veluti repudiationem: quam triplicem aditionē, præter alias plures, agnoscit Cuiac. in notis ad Vlpian. tit. 22. §. creto. & in parat. de adquir. hered. Vulteius in §. 6. inst. de hered. qual. P. Gregor. dict. lib. 4. cap. 2.

23 Sed qui in contraria sunt sententia, vnicū firmumque sibi præsumūt fundamentum ex proximo Vlpian. fragmento in §. extraneus, cuius hæc verba: extraneus heres siquidem cum cretione sit heres institutus, cernendo sit heres; si vero sine cretione, proherede gerendo. Vnde argumentam desumūt: simplicem aditionem iure ciuili non fuisse cognitam, donec cretionis solemnitas sublata fuit, alijs enim Consultus & meminisset aditionis, ut post heredis gestione, & cretionis. Sed quāvis, quæ pro nostra sententia conduxit, non satis perspicua essent (quæ meo iudicio collucent luce meridia-

na clariora) exiguum est, debile quæ Vlpiani fundamentum multis alijs, 24 quæ ipsum evertunt: funditus que auellunt. Vlpianus in suis institutionibus (ut cuique videre licet) plerumq; tractat primā uaiuris ciuilis cunabula, & cum in ut. 22. quib[us] heredes institui posse sunt plura scripsit et aggreditur, & lato calamo, cretionis solemnitates, formas, modos, & species, à §. extraneus, usque ad finem per plures §§. illis temporibus celebres. Vnde mirum non est, si nullam de nuda, simplicique aditione mentionem faciat, tunc temporis minus visitatā, donec media iurisprudentia viguit, & digestorum iura claruerunt, ut obseruat Cuiac. dict. tit. 22. Nec intererit, si sectatores contrarij in meredarguant, gestione proherede Vlpianum meminisse: sic quæ potuisse nostræ aditionis, vel debuisse facere, si ea in populo Romano admissa fuisset. Sed si talia ominarentur, præsumerem⁹ ipsos ignorare, gestio nem proherede & ad cretionē pertinere: nam si Titius sub imperfecta cretione his verbis institutus esset, si non creuerit, unde Maius heres esto. Hæc forma institutus, si non creuerit; sed pro herede gesserit, in partem admis tebat substitutum, donec D. Marcus constituit, ut & pro herede gerendo 26 ex alle fiat heres, ut dicit Kepvōzios iuris Vlpianus docet dict. tit. 22. §. fin. Cuiac. as sup. A. Gouean. ad l. verbis 7. D. de vulgar. num. 3. Emund. Merill. lib. 4. obseruat. cap. 34. & lib. 2. cap. 11. Heu quantum lucis, quantumque recedit doctrinæ debemus Consulto huic insuis institutionibus, sine quibus callegetur miserime ad penetralia iuris! Mirari ergo non debent, si dum cretionem Vlpianus evoluit, tractet etiam gestione pro herede, quæ ipsius legitima seu pars, seu species est; sed quis eo, quod Consultus omisisset simplicem aditionem, possetque tractare: argumentū desumeret, simplicem

27 plicem aditionem admissam non suis-  
se: cum sic quicumque ficeret, posset  
integrā iurisprudentiam euertere.  
Nam ex eo quod quid omisum sit, nō  
prohibitum, non negatum censeride-  
bet, imò præsumi permisum; (vt su-  
pradix) & probat l. statuas 7. C. de re-  
lig. & sumptib. funer. vbi subiungit  
Gothofred. leges alias, l. ab ea parte 5.  
D. de probat. Velasc. sup. & eo, quod  
posset tractare, debilis elicitur conie-  
cta, ut potè arguitur argumentatur  
doctissimus Gregor. Lopez Madera  
in admirabili sua defensione, seu libro  
Monti Sancti Granatensis (cuius labo-  
rem semper plurimi feci cum com-  
muni voto) arg. l. non hoc 4. C. unde legi-  
timi, citatque Bald. in l. de quibus, D. de  
legibus. Sed quando præmissa firmis-  
sima non essent, respondebo, satis in-  
sinuasse Vlpianum, & demonstrasse  
simplicem aditionem in, & institutionē  
in h. sine creatione, (vt & ego supra per-  
pendi) vt sic concludamus aditionis  
triplices fuisse species ex communi  
teriori que sententia.

28 Vnde in fero interpretationem, seu  
debitam defensionem ad Iustinianum  
in dict. §. item extraneus 7. vers. pro her-  
ede, inst. de hered. qualis. & differen. in  
quo gerere pro herede scribit, heredem,  
quoquomodo voluntatem suam de-  
claret, vel re, vel verbo de audeantia hered-  
itate: in quibus verbis videtur, aditionem  
cum heredis gestione commis-  
cere Imperatorem, quod quidē ferre  
non potuerunt A. Gouean. dict. libr. 1.  
variar. cap. 25. A. Pichard. dict. §. item  
extraneus, num. 32. docentes, sui tem-  
poris ratione Iustinianum fecisse, Frä-  
cisc. Duaren. ad tit. D. de adquirend. he-  
red. cap. 4. Don dict. lib. 7. com. cap 8. vbi  
Osuald. lit. D. Broeus, Hotom. & alij  
dict. §. item extraneus, eleganter A. Fa-  
ber 21. error decad. 49. err. 10. num. 15.  
29 qui omnes, & alij agnoscunt inter ad-  
ditionem discriminem, & gestione pro  
herede: qui præteralia mouentur, ex

l. si quis mihi bona 25. §. sed quid si man-  
davit, D. de adquir. hered. ex l. si quis 14.  
§. plerique 8. D. de relig. & sumptib. fun-  
cum alijs quas Donec considerat. Sed  
id ego non abnuo, & libertime agnos-  
co dissimilitudinem inter gestione  
& aditionem, penetrata virtusque a-  
etas natura: vi sati meam hanc fuisse  
sententiam, præscripta probat. Quid  
ergo pro Iustiniano dicemus? qui ab  
his iuris principijs deviare præcipi-  
tanter videtur; sed non ita est, & secu-  
ra, facilis que propugnatio dabitur, si  
consideremus ista aditionem nomine ge-  
neralissimum esse, quod in se cre- 30  
tionem, aditionem, & immixtionem  
comprehendit: quæ species aditionis  
sunt. De creatione despecta Cuicis sen-  
tentia (de qua sopra) probat eviden- 31  
ter Vlpian. in h. cernere: 8. infragm. iii.  
22. cum me Macius heredem instineret,  
eam hereditatem adeo, cernoque, Felius  
verbo crevi, cuius sunt verba, crevi,  
modo significat, hereditatem adij, defen-  
dit, & probat P. Gregor. dict. libr. 46.  
syntagmat. iur. cap. 2. num. 6. P. Fab. libr.  
2. seneft. cap. 22. conducent autorita- 32  
tes à Rebard. congeste dict. cap. 8. de  
autorit. prud. & à P. Greg. 5. sup. De-  
gestione (nivehementer fallor) cele-  
bris locus Pauli est lib. 1. quæst. dict. l.  
gerit 8. D. de adquir. hered. Gerit proha-  
rede (inquit Conclusus) qui animo ag-  
noscit successionem, licet nihil attingat  
hereditarium, quæ gestio, vi supra co-  
sideravi, non degestione propria; sed  
desimplifici aditione capienda necessa-  
rio est: qui locus pro defensione Ios-  
tiniani aptior est, quam alius quicun-  
que in tota Iurisprudentia: similique  
consideratione aperimus dict. §. pler-  
ique, ut aptiori loco subdemus. Quid 33  
aliud autem est aditio, quam ad suc-  
cessionem accedere, quam ad heredi-  
tatem ire: & quasi aditum in eā ferre?  
l. 3. C. de iur. de liber. l. filius 28. §. si quis  
3. D. de liberis, & possib. vti post alios,  
condocent lat. in tub. D. de adquir. he-  
red.

**red num. 2.** Cuiac. lib. 7. obseruat. c. 18. Petrus Loriotus in tractat. de aditione hereditatis axiomat. 33. Octavius Amorin in Pandect. ad l. de eo autem 20. num. 9. de iudicij. Et cum per gestione hæc omnia consequamur (accedimus enim ad successionem, aditum que ad hereditatem ferimus) quod absurdum aduersarij scrutari posunt ex eo, quod Iustinianus post explicitam gestione, aditionis verbum immiscuerit, quod omnem aditionem complectitur?

**34** Ex quibus illustramus regulam in l. si nemo 181. D. de regiis. ibi: Si nemo subihereditatem, omnis vestis tam et isoluitur. Animaduerte tibi subihereditatem, quo usi fuerū Imperatores in l. 1. C. Theodos.

**35** Unde liber. quo significatur creatio, gestio, immixtio, uti Rebard. P. Faber. & alij explicant, & evidenter ex ipsius regulæ sententia elicetur. In quo sensu, & sententia usurparunt Consulti alij verbum aditio, l. nemo 9. D. de testament. tu-

**36** teba, cum l. sequenti, l. Tuius 45. §. 1. D. de excusat. tut. l. eam quia 14. C. de fidei- commis. l. si patroni 55. §. 2. D. ad 8. Consul. Treb. & viruque verbum probat Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 6. & lib. 7. cap. 18.

**37** Broxus d. 6. item extraneus, & quod de immixtione diximus, quod per aditionem explicetur, probat l. 1. C. si tutor, vel curater, ibi glos. marg. l. defunctis 6.

**38** C. de legitimis hered. dict. l. 1. C. Theodo- vnde lib. Iason dict. num. 2. cum tamē immixtio, non aditio in suis filiis con- sideretur, l. in suis cum vulgarib. D. de lib. & posthum & Vlpian. discriminat immixtionem, vel pro herede gestio- nem, seu aditionem in dict. l. si quis 14. §. plerique, D. de relig. & sump. fun. Sed quid moramur? cum ipsam et respon- sa, quæ Duaren. Donell. alij que se- quaces in Iustinianum conspirarunt, quamvis agnoscant discrimen: agnoscunt tamen sub aditione compre- hendi gestione, & sic dict. l. si quis mihi 25. §. sed quid si mandauit 7. D. de ad- quirenda hered. respôdetur aditionem

legitime factam esse, quamvis pro he- rede filio, seu seruo fecerit iussum ge- rere, qui tamen adierit: & sic intelli- gitur, dict. §. pleriq., in quo gestio, nec aditio intelligitur, ex sepultura data parenti, qui actus gestione respicit: & sic in alijs. Miror ecquidem doctissimos virostam scrupulosos in Iusti- nianum agere, cum si ad rectam anti- quamque Iuris prudentiam Consul- torum converterent oculos, videbent quārum facultatis in usurpatione ver- borum usurpent Consulti: libauit ali- qua Cuiac. dict. c. 18. & nos alibi, quæ prætermittimus caute, ne digresio nostra longius, quam pars sit, iucce- dat: cum restent alia pro nostra asse- renda, & propugnanda sententia.

Sic ergo est, ut tanquam emanu- bus hostium eriperimus simplicem aditionem, nudamque, super qua cum- actus noster confictus est, an nutu fieri possit, quæ nullum certam habebat, si verba requireret; sed id nos nega- mus multis rationibus, & autoritati- bus, Primo namque id satis compre- bant cunctæ leges supracapite istocca- sideratae, quæ aditionem docet, in nu- davoluntate consistere, nudoque ani- mo adeuntis, saltim aliquo exteriori signo, nutus veluti, declarato: alias 47 quis diiudicabit secretum abstrulutum que adeuntis animum, soli Deocog- nitum. Utic cum pluribus defendit Me- noch. lib. 4. præsumpe. 99. Mascard. 1. ro- mo conclus. 40. cum seqq. Mantica de co- iect. ultim. voluntatum lib. 9. tit. 12 (qui plures alios congerunt) si ergo adeun- tis animus peragere aditione potest, solus que consensus adeuntis inspi- citur, non dubito quim nutu adiri pos- sit hereditas, cum pro certo anteriori- bus probauerimus capitibus, nutu om- nes actus, omnesque contractus cele- brati posse, qui nudo consensu, nuda- que constant voluntate, ut delocatio- ne, emptione, venditione, & simili- bus

bus alijs diximus, qui quidem, cū verba requirant, nūt solo perfici possūt,  
l.2 l. obligamur s.2. §. fin. D. de oblig. &  
action. cum alijs plurimis quæ supra capite 6. digessimus. Præcipue cū, & qui  
adit hereditatem, quasi contrahere

<sup>42</sup> videatur, l.3. §. vlt. l.4. D. ex quibus causis in possessionem eatur, cum alijs iuribus à Gothofredo ibi præiunctis, & Cuiacio ad tit. C. de seruis fugitiis, ut sic dicamus, aditionem contractū esse modo consensu constantem, & consequenter nūtu perfici posse ex proxime datis. Quibus alludit dict. l. non voce, D. de reg. iur. qua quidem etiam nititur ratione alterum à nobis defensum axioma, fideicommissum, & legatum nūtu posse relinquī, per l. nūtu, D. de legat. 3. quia cum nulla certa, solemnia que verba requirant (vt fortiter defendimus cap. 2.) verba necessaria non sunt, nūtu que solo constabūt; & adimentur (ex dictis cap. 3.) qualiter enim sustinerentur rescripta, responsa, quæ in aditionibus solum contenta sunt sola animi destinatione: cū certum sit, nūtu homines satis destinare animum, satis loqui? (vt erudite probauimus cap. 4. cum sequentib.) semper mecum duxi, respectum aliquem regulā illā subesse, l. si nemo 18. l. D. de reg. iur. in verbo subijt: illudque usurpare Consultum, vt significaret aditionē animi indicio, distinctione, nūtu constare; non actu celebri, solemnī, propalam verbis explicato. Subijt enim, qui quasi latenter, non fastu, non pōpa intrat, & aggreditur, vt diu observationem similem feci in polissimo I. Barclao. I. Argenis in principio, qui dum ingressum suuīj Gelas in mare describit, proprie & attente dedit locum huic verbo. Cum ad oram Sicilia, qua fluvius Gelas maria subit, in gētis species inueniemperegrina nānis exposuit. Subit etiō latenter Gelas maria: quo modo quantum humilitas, & taciturnitas huminis, tantum maiestas

Oceani exprimitur: cui conuenit elegantissime Marius Bettinus in suo Rūbeno, in prologi cantico de Eridano.

Quo non Italī præstantius oris Adriaci tumidas vllum subit æquoris undas.

Quantum ergo flumen ingens Eridanus sit, cum aduentat æquoris Adriatici vndis, merito subit, si tumidae vndæ: & sic etiam Gelas, qui non mare, sed maria subit: nam mare Siculum modo inficit in Tuscum modo in Ionium, autore Strabon. lib. 6. cū Græci Ionium diuidant in Siculum, ac Creticum, Plinio teste lib. 4. cap. 11. nat. hist. vndē Plinius idem lib. 3. cap. 3. insula per hæc maria prima omnium Pityusæ à Græcis dictæ, & sic cum immiscetur Gelas, non mare sed maribus serpet, & subit merito tantam maiestatem aquarum. Et respe & contrario idem Barclaius, vt demonstraret potentiā Romanam imperiumque orbis per flumen Tiberis, suam diuinam Argentādem sic exorditur, nondum orbis adorauerat Romans, nondum Oceanus descendit illud Claudiani de 4. consul. Hon. V. 42.

Subdidit Oceanum sceptris, & margine celi

Claustropes,

Et secundum illud in certi Poetæ de subiectione Britanorum.

Oceanus iam terga dedit.

Subit ergo apud nostros Consultos, quotiescumque quid agimus latenter, leni destinatione animi, capitibus nūtu: quæ nos valde docent, vt jurisconsultorū responsa omni decore, & elegantia pulchra non leuiter libemus; sed acriter introspiciamus. Redeo ad me, & ad inceptam quæstionem: si que non leuiter mouet Vlpia. lib. 1. ad Sabinū insl. mutūs. D. de adquir. 43 hereā in quomutus pro herede gerere potest: qui non adire, si gestio, & adiutor facti, & animi est? ex consideratis

supra

supra responsis, & l. proherede 20. D. eodem tit. vt bene probat F. Hotoman. illus. quæst. cap. 14. utique expressum responsum est, quod solū hos fluctus sedare posset, in l. seruo inuitio 55. §. si pupillo, D. ad Trebell, quod de motorū aditione hæc verba interit. Nam si auditus capaces sunt, vel interrogati natu possint signare, velle se periculoso hereditatem adire, &c. nec quidquam facio quod de l. pater 93. §. 1. D. de adquir. hered. inferunt pro nostra sententia antiqui, in quo natus pater iubere potest hereditatem adire, aliud enim est aditio, aliud ius, ut euidenter, & sequentis probabo.

Sed adhuc contrariæ sententiæ sestatores, & illi, quibus Goueani per placuit iudicium, resistent nostris contibus, nostris quilibet laboribus, obijcietes fortiter nobis Mæciani Pauli que responsa in ditt. l. seruo inuitio 55. §. si pupillo 3. D. ad S. C. Trebell. & in l. pupillus 9. D. de adquir. hered. quæ ad inuicem se confringi, illidique videntur, ex quibus Goueanus deducit dict. lib. 1. variar. cap. 25. idè vocem nō requiri in pupillo dict. §. si pupillo, quia de heredis gestione loquitur, quæ cū non requirat verba, pupillus prohe-

rederecte gerere potest; at cū ditt. l. pupillus, de aditione loquatur, quæ præcise verba requirat (ex eius, eos uer sententia) nihil mirum si ad aditionem requiratur, quod pupillus farè possit. Sed tantū abest, quod responda ista contra nos sint, quod imò sistant pro nobis: Animaduerte Goueanus 55. debebit, Paulum in l. pupillus, decreto ne loqui, vii verbum decernere, incrementibus soleme, fatis certum facio, quod cū ita sit, & nos probauerimus incremento interuenire debere verba, mērito Consultus expetit, quod ut decernere pupillus possit, farè possit. Et econtra dict. §. si pupillo, quo ad heredis gestione, id non requiriatur, cū actus ille solo animo gerentis contenus sit, vt pluribus viri inque illustratum hoc capite relinquimus: quo nō diutius in horum iurium enucleatione immoremur, consule nostrum A. Pichardum, qui lato stylo conniicit aliorum somnijs, istam interpretationem prosequutus fuit, multisq; exornauit, certamque fecit in dict. §. item extraneus, institutus de heredib. qualit. A numer. 20. cum sequentibus, & capis. 22. & 23. ad titul. D. de acquirend. hereditat.

## C A P. VII.

**A**N delegatio debitoris natus fieri possit, ordinatur quæstionem à l. delegare 17. D. de nouat. 1. Cui obijcitur l. delegate 11. D. eod. tit. 2. Gothofredi error ad hanc difficultatem 3. Delegatio per stipulationem celebrabatur. 4. Delegatio nonatio est. 5. Nata voluntas contracta verbis obligationem non dissoluit. 6. Stipulatio sepimentum est cuiuscumque contractus. 7. Indelegatione duplex actus consideratur. 8. Ius, 9. Inter creditorem, & debitorem delegantem datur actio mandati. 10. Ius natus fieri potest. 11. Expenditur. Pater 93. §. 1. D. de adquir. hered. 12. Alter actus est stipulatio. 13. Quæ verbis celebrari debet. 14. Tribonianus manus dignoscitur dict. l. delegare 17. 15. Traditur regula certa, qua acbus natus perfici possint. 16. Formula vulgaris, si farè potest. 17. In infante inspicitur, an si intellectum habeat, vel non. 18. Dissoluitur difficultas ex l. Labeo 7. D. de suppell. leg. 19. Stylos prodidit Tribonianum dict. l. delegat.

delegare. 20. Alia defensio ad istam legem oppugnatur. 21. Aduerbiū vbi, conditionale est. 22. Dissoluitur alia difficultas ex l. si pater 29. D. de adoptionibus. 23. Adoptio verba, alias que solemnitates requirebat. 24. In quo notatur Accursius. 25. Adoptio nutus facta stricto non valebat inre. 26.



**N**DELEGATIO-ne minus immora-remut, si insignis Gothofredi error, reproba que aditio Tribonianī nō provocarent, vt lento gradu, attentiori que acumine procederemus: vtrumque prodemus, & deportabimus à ciuili Romanorum iure. Ordior ergo sententiam à lege delegare 17. D. de nouationibus: delegare( Vlpianus inquit lib. 8. ad editum) scriptura, vel natu, vbi fari non potest, debitorem suum quis potest. Cum in hoc responsum inciderem, se statim obtulit Vlpianus idem lib. 27. ad editum in l. delegare 11. D. eodem titul. Difficultatem mouens, dum fieri delegationem, respondit, vel per stipulationem, vel per litis contestationem: qui ergo si per stipulationē delegatio sit, scriptura, vel natu perfici poterit, cum eo ipso, quod interueniat stipulatio, solemniter verba expetat, natumque solum excludat l. 1. in principio, & 14. §. 3. D. de verbis obligat. quod certissimi iuris est, ut libro isto s̄p̄ius scripsi.

Præsens Dionis. Gothofredus stimulum, dict. l. delegare 11. quem dum enadere conatur, misserrime delabitur, tentans nudo consensu etiam delegationem fieri posse, idest, delegatum obligari: mouetur que l singularia 15. D. si certum petatur plane inutili ad suę nouę opinionis comprobationem(vti capite isto in apriori loco probabo) sed nequam talia Gothofredus auspicatus fuit, cum in iure nostro certius nullum principi-

pium reperiamus, quam illud quo cautum est, delegationem debere per stipulationem fieri, dict. l. delegare 11. l. 1. C. de nouationibus, l. si mandatu meo 45. §. quod mihi 7 D. mandari, §. præterea, institut. quibus modis tollunt obli-gatio: quod receptissimum cunctis misericordiis interpretibus fuit: sal-tim vide Jacob. Cuiacium in parat. ad titulum, C. de nouationibus, & Vbeleme-bequium ad eundem titulum, dict. num. 9. Petrus Gregor. lib 2. syntagmat. in-tris, cap. 20. numer. 2. Barn. Briton. libr. 6 formular. fol. mthi 845. & de solutio-nibus libr. 2. cap. de delegationibus, fol. mthi 272. Franciscum Luaren. in com-men-tarij ad hunc titulum. Hugon. Do-nell. libr. 16. commentar. cap. 20. lit. N. Ant. n. Fabrū in rationali ad l. vbi quis 28. D. de constitut. pecun. & in ra-tionali ad legem si mandatu meo 45. §; idem iuris 8. D. mandat. Anton. Pichardum dict. §. præterea numer. 16. Anton. Clarom. Silv. lib. singulari ad l. 12. ta-bularum, cap. 21. quod eleganter Seneca confirmat libr. 5. de beneficijs, cap. 5. Nam, & pecuniam dicimus redidisse, quamvis numeranimus pro argenteis au-reos, quamvis non internumerint num-mi: sea delegatione., & verbis perfecta solutio sit: nam cum delegation noua-tio sit, seu nouationis species dist. §. præterea, totus, D. & C. de nouationibus, Petrus Gregor. vbi sup. n. 2. & Olaldi. ad Den. dict. c. 20. lit. B. inconcūsi iuris est, nouationem per stipulationem fieri, dict. § præterea, l. 1. l. nouare 20. & fere integer titul D. de nouationib. l. 1. C. eodem, l. Paul. lib. 5. sententiar. tit. 8. adstruunt que proxime datur. Hoc que  
l  
ideo:

ideò: nam quamvis obligatio nouata remanere possit in naturali, l. 1. D. de nouationib. tamen cum ad obligacionem, non nudo consensu contractam, dissoluendam simplex voluntas, nudus que consensus non sufficeret, totus titulus quibus modis tollitur obligatio: idèo stipulatio necessaria fuit, ut omnem præcedentem obligacionem extinguere posset: sic ratiocinatur Donell. dict. cap. 20. Brison. cap. de delegatione cum alijs. Stipulatio enim 7 seipmentum est cuiuscumque cōtratus, cuicunque que accedere potest, l. divisionis, D. de pactis, l. quidquid adstringenda, D. de verbis obligationib. l. Paul. lib. 5. sententiar. titul. 7. in principio. Vnde est, quod nouationi, seu delegationi stipulatio accedere debeat, quim digestorum iurecontrarium inueniatur, quidquid Gothofredus somniauerit.

8 Nodus autem faciliter dissolvetur, si in delegatione actum duplicem consideremus: iusum scilicet, & stipulationem. Iusus autem præcedit, quo creditor debitorem suum iubet Titio solvere, quod ipse debet: qui iusus proprie delegatio est, l. singularia 15. D. de rebus credit. (quæ sic intelligenda est, non ut Gothofredus putauit) l. Nescennius 41. D. de iudicat. l. ob eam 9. D. de prescriptis verbis, l. quamvis 8. §. interdum 3. D. ad Senatus consultū Velleian. l. libera 48. §. unico, D. de pecul. & sic inter creditorem, & debitorem delegantem datur actio mandati, l. si mandatu 45. §. quod mihi 7. D. mandat. l. si quis delegauerit 12. D. denouation. Pichard. in §. præterea, num. 14. institut. quibus modis tollitur obligatio, vbi ante eum Vulteius, Hortens. in l. 21. D. de nouationib. Osuald. ad Donell. lib. 16. cap. 20. lit. 1. Jacobus Cuiac. libr. 31. Pauli ad edictum in l. 12. D. de nouationib. Vbesembeq. ad eundem titulum, num. 9. Francisc. Raguellus ad l. invenimus 29. C. de testament. eruditae Mar-

cellus Donatus indilucidationibus ad Sueton. in Vespasiano, cap. 3. Ille autem 11 iusus, seu delegatio nutu, vel scriptura fieri potest, cum pro forma verba non requirat; sed nudo consensu perficiatur, l. 1. D. mandat. & sic intelligitur dict. l. delegare 17. D. de nouationib. vti eleganter explicant P. Gregor. dict. lib. 21. cap. 20. numer. 15. Vbesembequius dict. numer. 9. Brison. de solutionib. cap. delegatione, Anton. Pichard. dict. §. præterea, num. 15. 16. & doctissimus Melchior de Valentia illustrum lib. 2. tract. 3. cap. 4. numer. 13. Quod 12 probat eleganter l. Pater 93. §. 1. D. de adquirend. hereditat. In qua nutu seruus, vel filios iuberi possunt hereditatem adire: quod eo magis aptum esset, si decretione intelligeretur: aut aditio verba requireret, vt existimarent Gouean. & Pichardus, proximi capite convicti; sed satis nobis erit mandatum illud posse nutu constare. Nouatio autem, quæ causam trahit a delegatione, & in executionem mandati perficitur inter delegatū, & illū, cui delegatur veluti, quod à 13 Titio stipulatus sum, vel quod Titum dare oportet, id dari spondes? l. tē hominem 32. l. final, §. fin. D. denouationib. & multis alijs explicat B. Brisonius formalib. libr. 6. fol. 6. 44. cum ergo hæc nouatio per stipulationem fiat, necessario verbis celebrari debet, & sic intelligenda est dict. l. delegare 11. D. de nouation. cum Petro Gregorio, Pichard. Brisonio, Valentia, Vbesembequo, sic que caute intelligendus Anton. Fab. 5. tom. rational. ad l. si mandatu 45. §. fin. D. mand.

Hinc Triboniani manus dignoscitur dict. l. delegare 17. ibi: Vbi fari 15 non potest, quæ demonstrant, tunc nutu delegationis iusum posse fieri, cum delegans fari non potest, alias evidenter innuit, quod si fari, loqui ve posset, nutu non potest delegare: quo nihil absurdius, nihil magis nostræ

prudentiæ contrarium: & his quæ longo discursu assertimus, & vindicamus, dici ex cogitatiæ quæ potest: nam imò in l. nutu 2. D. de legat. 3. nutu relinquere fideicommissum potest, qui & loqui potest, non quiloqui non potest; ut nutus necessitatis causa non admittatur. Regula enim sèpius à nostris Iurisprudentiæ sacerdotibus asserta, à nobis que illustrata, in quæstione, qui actus nutu celebrari possint, cap. 4. illa certa est, an actus pro forma verba requirat, vel non: ut in illo casu ablegetur nutus, dict. l. 1. & §. 3. de verborum obligationibus, sicut in isto admittatur, l. nutu, D. de leg. 3. l. obligationes, §. fin. D. de act. & obligation. & pro regula sic certa tradit Consul-  
tus dict. l. ubi non voce, D. de reguli iur. cum alijs quæ labore leui huc trans-  
ferri possunt, & transcribi ab illis, quæ proximis capitibus exposuimus, & in mandato hic adstruximus ex dict. l. pa-  
ter 93. §. 1. D. de acquirend. hered. Nut-  
quam enim in hac quæstione agen-  
tis persona consideratur; sed ipsius a-  
ctus natura, quæ aut negat, aut per-  
mittit nutu: & requirit verba, vel nō:  
& sic mutus quamvis fari non possit;  
nutu poterit stipulari, d. l. 1. quia si-  
pulatio verba requirit: sic pupillæ cer-  
nere hereditatē non potest, si fari non  
potest, l. pupillus, D. de acquirend. hered-  
itat. quia cretio verba requirit, quæ  
quidem possent mutus, & infans con-  
ficeret, si eo ipso, quod loqui non pos-  
sint, hæ solemnitates supplerentur ra-  
tione, pietate, aut æquitate aliqua: sed  
non ita est, quamvis mutus, sine cul-  
pa illinguis, pupillus sine culpa in-  
fans, ex morbo, & ætate dignissimi  
omni sint favore, omni qui indulgen-  
tia. Qui minus in ista delegatione, in  
qua pro regula stabilitur: tunc nu-  
tu delegari posse, si non possit fa-  
ri?

Vnum Tribonianum decepit re-  
petita formula, seu loquutio in varijs

nostri iuris responsis, si fari potest, &  
alia similis, l. pupillus, D. de acquirend.  
hereditat. ibi: si fari potest, l. seruo inui-  
to 65. §. si pupillo 3. D. ad Trebellian. quod  
fari non potest, l. mulier 70. D. de verbo-  
rum obligation. ibi: Qui fari non poterat  
l. si seruus 141. §. 2. D. eodem. Ex quo fa-  
ri cuperit, l. 2. D. rem pupillo saluam fo-  
re: vel fari non possit, cum alijs plurimis  
casibus, quæ loquuntur indissimilibus  
casibus, aut in infantibus in quibus ad  
perficiendos aliquos actus, qui verba  
requirant, inspicitur, an fari possit,  
vt dict. l. pupillus, & alijs. At vero  
actu, cum verba necessaria non sunt, ut  
in delegatione, inutilis penitus illa in-  
vestigatio est, si fari potest. Vnde si de  
pupillo intelligere mus dict. l. delega-  
re 17. duo sequerentur absurdum: vnum  
suppositi penitus diaconiatorij Vlpiani  
responso, & quæstioni eius, quæ ro-  
ta vertitur, an debitor nutu, vel scrip-  
tura delegari possit; Alterum, quod  
in actu qui simplici nudaque volun-  
tate constat, investigaremus, an pu-  
pillus fari possit, quod contrarium  
esset dict. l. seruo inuitio; §. 3. argumen-  
dict. l. pupillus, dict. l. 2. & aliarum, quas  
proxime dedimus; cum enim actus  
nuda voluntate constat, aliud longe  
inspicitur in infante, scilicet si intelle-  
ctum aliquem infans habeat, vel non;  
l. qui iurasse 36. D. de iure iurando, l. ut-  
tima, D. de iuris, & facti ignorantia,  
cum alijs pluribus, quas coniunxit no-  
ster Anton. Gomez j. tom. variar. cap. 18  
1. numer. 56. cum sequentibus. Nec ob-  
stat l. Labeo 7. in versio. fin. D. de suppedit-  
tæ. legat. ibi: Tamen nemo sine voce di-  
xisse existimat, nisi forte, & eos, quilo-  
qui non possunt, conatu ipso, & sotto quæ-  
dam & tñ ærapopæ fœn, dicere existi-  
mamus, quæ demonstrare videntur,  
non aliter nutum admittendum es-  
se nisi necessarius ratione, causa que  
in eo, veluti qui loqui nō potest, quæ  
verba, & consideratio soleter à nos-  
tris oppugnationibus vindicare videt-

tur, & præseruare antiquam lectio-  
nem dicit. l. delegare 17. Non obstat, in-  
quam, quia responsum illud in eius  
integra contextura de articulato ser-  
mone loquitur in celebri quæstione,  
& disputatione inter Jureconsultos,  
de legato suppellectilis, à patre fami-  
liais relatio, quo comprehendisse vi-  
detur alias res, quæ in aliam speciem  
caderent: nec suppellectilis legato  
conuenire: unde cum varia fuisse  
Tuberonis, Seruij quæ sententia, an  
mens, an vox seu verba præ estimari  
deberent testatoris, Celsus, qui in Ser-  
uij sententiam iuit, responsum clau-  
dit his verbis. Sed & si magnoper eme Tu-  
beronis, & ratio, & autoritas mouet, non  
tamen à Seruio dissentio; non videri quæ-  
quam dixisse: cuius non suo nomine usus  
sit: nam & si prior, atque potentior est,  
quam vox, mens dicentis, tamen nemo sa-  
ne voce ait esse existimatur, &c. supra  
data. Quid autem magis verum est,  
quam quod nemo, sine voce dicere,  
non possit, cum articulare eam sit ne-  
cessle, ut proprie dicamus, dicere; sed vo-  
luntas requiratur ea per nutam sig-  
nificari & ex primi potest, & sic sub-  
dit Consultus: mutum nec poten-  
tem loqui, non proprie dicere, sed e-  
xistimari dicere τὸ ἀράθρων φέρει,  
id est, inarticulata voce, qualiter enim  
diceret, qui vocem non habet, nec u-  
sum naturalem linguae.

Triboniani Mchercl facinus in  
20 illis verbis dicit. l. delegare, agnosco,  
& inelegantiam duramque loquu-  
tionem: quæ sicut stylum, manum  
que Triboniani prodidit: sic detegit,  
non conuenire illam decori, & ele-  
gantiae Domitij Vlpiani: quis feret  
elegantissimo Consulto contextu-  
ram conuenire illam? Vbi fari non  
potest, debitorum suum quis potest. Tō c-  
21 nim repetitum potest εἴπος ἀμετίκτον  
ἢ διαφανῶν ιστι, scripserat enim Vl-  
pian. delegare scriptura, vel ntu debi-

torem suum quis potest. Sic constat  
responsum, sententia perfecta est, om-  
ni iniuriae purificatur. Nec satis  
faciet, qui tolerari responsum indu-  
xerit, attendisse Vlpianum, saltim  
quod frequentius in iure gentium  
reperimus: ut dum voce articulata  
voluntatem nostram professe pos-  
simus, non indicemus per nutum, ges-  
ticulationem vel aliam, l. Labec 7. §.  
Seruus, D. de suppellectili. leg. l. Italian. 22  
o. D. qui & a quibus. l. neque istum se-  
quentibus, D. de legibus, nam aduerbiū  
vbi, in nostra lege conditionem im-  
portat, si ita sit scriptum 45 §. fin. D.  
de leg. 4. vbi interpretes, & Bartol. in  
rubr. D. de condition. & demonstration.  
numer. 19. & sic semper illidimur ar-  
gumentis, quæ sup. num. 16. obiecimus:  
sic libere censeo pro restituenda re-  
sta lorisprudentia.


Minus obstat l. si pater 29. D. de  
adoptionibus, in qua si pater naturalis 23  
loqui non possit: & alio tamen mo-  
do declarauerit, velle suum filium in  
adoptionem dare, per inde valer adop-  
tio, ac si iure facta fuisse. Quod qui-  
dem responsum duplice parte sol-  
ita oppugnare videunt: una quod na-  
tus tunc videatur admitti quādo quis  
fari nō possit: altera, quod aetus, qui  
expres verba requirit, nutu potest  
suppleri ab eo, qui loqui non potest,  
contra l. l. D. de verb. obligati. & alia,  
quæ hic considerauimus. Sed facilit-  
me hæ difficultates soluentur, ex as-  
sertio principio, adoptionem verba  
aliasque solemnitates requiriunt, quæ  
nisi per verba expediti non possint,  
probat satis constanter a. l. si pater, & ibi  
Anton. Fab. l. neque absens 44. sup. se-  
quent. D. de adoptionibus, l fin. C. eodem,  
A. Gellius 5. Nott. Att. c. 19. Iacobus  
Rebard de aut. Prud. capu. 6. Donec  
lib. 2. commentariorum, capit. 22. verba  
enim solemnia in illis emancipa-  
tionibus, quas dicit, fin. indicat, inter-  
ueniebant: eruditte Brison. 5. for. 419.

*& lib. 1. select. antiqu. cap. 7. quibus con-*  
*vincitur Accursij error dict. l. si pater,*  
*docentis, adoptionem verba non re-*  
*quirere. Inde etiam est, adoptionem*  
<sup>25</sup> *natu factam stricto non valere iure,*  
<sup>26</sup> *sed confirmari à Principe; ut in iure*  
*nostro receptum est, dict. l. si pater, l.*  
*adop. 38. D. de adoptionib. Anton. Fa-*  
*ber vir obique. A quibus certis prin-*  
*cipijs elicimus lucem propositis dif-*  
*ficultatibus, cum enim actus iste ado-*

*ptionis nō valeat sine verbis celebra-*  
*tus, & indigerit Principis autorita-*  
*te, non est causa, vi tale tormentū va-*  
*cuum, & inutile retorqueatur in op-*  
*pugnationem nostram: si enim eo ip-*  
*so, quod pater in adoptionem dans,*  
*loqui non posset, valeat et adoptione*  
*natu celebrata: dare in manus, & vere-*  
*cunde tacere in; sed cum non ita sit, nō*  
*est causa, quæ meco impellat a senien-*  
*tia ea decedere.*

## C A P. VIII.

**I**NIVRIARVM nutus, *&* gesticulationes latè explicantur: *&* an  
*ex illis, sine verbis tamen, iniuria possit inferri. 1. Affirmativa pars co-*  
*muniſ fuit, quam nos sequimur, dummodo nutus animo iniuriandi fiant.*  
<sup>2</sup> *2. Injuria fit re, aut verbis. 3. Nutus ad injuriam realem pertinet. 4. Inju-*  
*ria est, leuare solum in alium manum, quamvis nō impingat. 5. Injuriæ realis*  
*multipliciter committitur. 6. Deferre lugubrem vestem, aut barbā, seu cap-*  
*pillos demissos in contemptum alicuius, injuria est. 7. Locus Aristotelis expen-*  
*ditur. 8. Contemptus causa irarum, *&* cedium 9. 1. Pauli injuriarum diui-*  
*sio in corpus, aut extra corpus. 10. Injuriæ nutus manus qualiter fiebat. 11. Di-*  
*gitus commostrari in irrisione. 12. Digitus maior erat. seu medius. 13. Impu-*  
*dicus. 14. Infamis. 15. Explicatur Diogen. Laertius 15. Injuria faciendi si-*  
*cam apud nos la higa. 17. Ea qualiter fieret. 18. Et qualiter sanna manus.*  
<sup>19</sup> *19. Oculorum nutus, id est, guinarazo, apud nos. 20. Quid conieclus apud*  
*Cicer. 21. Oculi injuriosi. 22. Contumelia nutu narium. 23. Et caperata frons-*  
*tis. 24. Ab hac enim toruitate proprio injuria nascitur. 25. Pulcher Alexan-*  
*Neapolitanus locus. 26. Pulchior alius Plinius secundi 27. Expressio contumel-*  
*lia à risu. 28. Sardonicus risus. 29. L. si quis seruum 26. D. de injurijs,*  
*illustratur. 30. Linguae exercitatio in irrisione. 31. Quadrigarij locus discen-*  
*tetur, *&* antiqua lectio. 32. Nutus capitinis in contemptum. 33. Verbi tradu-*  
*co, solemne ad irrisiones populares. 34. Illustratur I. Barclaius. 35. Ibique*  
*debita commemoratione magni viri D. Laurentij Ramirez de Prado. Expli-*  
*catur Planctus. 36. Celebris Aristot. locus datur. 37. Hi omnes nutus referri*  
*possunt ad injuriam verbalem. 38. Nutus manuum linguae, *&* loquaciorum*  
*cur. 39. Sic oculorum. 40. Et superciliorum. 41. Capitis sui intellectus, *&* rivo-*  
*ges adtributi. 42. Et imagini vultuque. 43. Explicatur Vlpianus 1. item*  
*apud Labeonem 15. §. 1. D. de injurijs. 44. Lex Cornelii de injurijs,*  
*eius potestas, *&* mens. 45. Utile caput sane praticis, scholasticis, *&* eru-*  
*ditiis.*



N iniuriz nutu , & gesticulatione , sine verbis tamen , inferri possit : discrimen nostrum erit : affirmatiuam pleno cōvestantur ore Practici melioris notæ , & Theorici aliqui : hi sunt Iodocus in Practica , cap . 35 . numer . 1 . Beluis . in practica lib . 1 . capit . 3 . in rubrica de iniurijs , numer . 34 . Conradus in practic . titul . de iniurijs , num . 5 Baiardus ad 1 . Claram , § . iniuria , numer . 15 . Prosp . Faginac . 3 . tom . practic . criminis . de varijs ac diversis criminibus , question . 105 . numer . 37 . Alphons . de Azeued . in rubric . titul . 20 . lib . 8 . Recopilar . num . 19 . cum sequentib . Osualdus ad Donell . libr . 15 . commentar . cap . 24 . lit . F . optime , & eruditiss Anton . Thesaur . decision . Pedemontana 229 . D . Gothofredus in l . item 15 . § . generaliter 27 . D . de iniurijs : quo- rum sententiam libentissime amplectetor : dum tamen iniuriandi animo , & affectu nutus , & gesticulationes fiant l . 3 . § . 1 . l . iniuriarum 13 . § . 1 . l . si quis filium 26 . cum alijs , D . de iniurijs , ut præcitat omnes obseruant : hoc enim præcipuum ad iniuriam fulcimentum est , ut ex notissimo principio iuris adstruit Donell . dict . cap . 24 .

Difficultas inde procedebat apud aliquos in casu , quem Thesaurus refert dict . decision . 229 . quod quando nutus , aut gesticulatio innuitur , non videtur factam fuisse iniuriam verbis , aut re , quibus modis circumscribitur per Labeonem iniuria in l . 1 . § . 1 . D . de iniurijs , & quibus quide m adaptari non potest nutus : non verbis , ut per se patet : non rei , quia tunc rei dicitur iniuria , quando manus inferitur dict . § . iniuriam , dict . l . 3 . § . 1 . ibi : siue pulsens , siue conuicium dicunt , ita ut conuicium ad verba , pulsatio ad rem referatur : in his ergo controuersia sicut sit .

Sed plurimorum , prima que sententia semper mihi verior , congruentior que iuri ciuili visa fuit , nam nutus , & gesticulatio in re , & facto comprehenditur , quim necessarium sit , ut manus in hominem inferatur , & propulsatio fiat corporalis , nam quamvis variae sint iniuriarum radices , & species , cunctæ ab illic , quasi generibus , duobus diminant , re & verbis , ut optime cum alijs considerat Azeuedus dict . numer . 19 . cum sequentib . notans multorum inconsiderantiam , triplicem quadruplicem , aliam que multiplicem constituentium iniuriam . Alias enim si manum quis eleuasset in alium , nec impeditisset , non committetur iniuria , contra responsum Vipiani in l . item apud Labeonem , § . 1 . D . de iniurijs , quod lege patria confirmatum est , in l . 6 . titul . 9 . part . 7 . ibi : O alçando la mano con palo , o con otra cosa paralo ferir , maguer no le fuer a facile muy gran deshonra , de que le punde demandar emienda en jazio , obseruat que ibi Gregor . Lopez , Azeued . dict . rubrica , numer . 25 . late Grammat . decision . 17 . præsertim si consideremus res latissimos occupare campos , fereque nihil in rerum natura esse , quod in se non contineat , l . 1 . in fine , D . de rebus credit . ubi docte Dyonis . Gothofredus l . rei 5 . D . de verborum significatione , cur ergo re non dicemus iniuriam iniustam , quotiescumque nutus , & gestus inuere cundi propositi fuerint ? ex quibus unicum fundamentum contrarium eueritur . Nam quod inferunt ex dict . l . 3 . § . 1 . reali iniuriam ad pulsationem solummodo referri , ridiculum sane est , cum realis multipliciter committatur , ut titulus integer de iniurijs , satis probat , ibi enim solum species iniuriæ refertur , responso congruentior , quod de furioso loquitur , & impubere incapace doli : quibus atten-

re pulsatio, & conuicium à Consul-  
to datur, sic aliud exemplum tradi-  
tur dict. §. 1. legis 1. quando manus  
infertur, non ut in illatione ma-  
nus omnis realis iniuria comprehen-  
datur, si enim re inferunt iniuria, quæ  
manu fit dict. l. 1. §. 1. omnis in hoc in-  
iuria comprehenditur, quæ manu fit,  
non solum propulsio, verberatio,  
alapa, sed alia quæcumque, quæ in fa-  
cto consistit, ut per apte resoluit Vl-  
pianus in l. lex Cornelii in fine, D. de in-  
iurijs, ibi: Apparet igitur, omnem iniuriam,  
quæ manu fit, lege Cornelii conti-  
neri, ergo omnis, non solum specia-  
les illæ: atiā enim non diceretur ih-  
iuria fieri, quotiescumque ad infamiam,  
seu ad inuidiam alicuius vte-  
rer lugubrivate, aut squalida: bar-  
bam ve, seu capillos dimitterem: cum  
manu, & verbis in personam alicui-  
ius nihil perpetrem: & tamen con-  
trarium responderunt Consuli in l.  
item apud Labeonem 15. §. generaliter  
27. l. westem 39. D. de iniurijs, quæ il-  
lustrant Gothofredus ibi, Cuiacius,  
Rebardus, Forcatulus, Petrus Faber, &  
alijab Osualdo relati ad Donell. 15.  
commentar. cap. 24. lit. F. sgo Xipilin. ad  
tero in Tiberio. Hic Sedanus in con-  
tumeliam Tiberij spectaculum per cal-  
nos homines præbuerat, usque ad vespe-  
rum, erat enim Tiberius calvus, præ-  
rea ab euntibus ex theatro à quinque  
millibus puerorum, qui omnes rasi erant,  
lumina præferri curauerat, committi-  
tur ergo iniuria, sine propulsione,  
& sine verbis. Vnde si natus manus  
(ut in casu decisionis Thesauri, cuius  
exemplum postea fuerunt conse-  
quenti Osualdus, Farin. & cæteri, quæ  
nos higa dicimus, de quo infra latius)  
alicui factus sit, cur non dicemus ini-  
uriam factam fuisse, cum rei manu  
que conueniat? concinne Aristotel.  
¶ Problemata. scilicet 29. te uero zap aduersari,  
nisi si ḷpγλω, nisi si θεον, nisi si επι-  
δυψιν, nisi si alia πόνα γένεται, id

est. Iniuria enim per iram, per metum,  
per libidinem, vel per multas alias huius-  
modi causas ad uehi potest. Justinian. in  
§. 1. inst. hoc tit. ibi: Et deniq; alijs pluri-  
mis modis admisti iniuriam, manifestau-  
it. Quis sane mentis addubitare po-  
terit, quim inter has causas, & natus  
possit referri, qui præcipue in con-  
temptu consistat, quem semper mag-  
næ iniurie magnarum que irarum, a-  
trociu[m]que cædium fuisse ipse Aris-  
toteles firmat, multisque adductis e-  
xemplis illustrat lib. 5. Politorum, c.  
10. Seneca de constantia sapientis, c. 10. l.  
1. D. hoc tit. noster Justinianus in prin-  
cipio eod. sit. Vnde dirinatur contumel-  
ia, quam Græci ἕρπη appellant: & si  
contumeliam iniuriam esse, nemo ab  
negare possit: consequenter natus, &  
gesticulationes in contemptum facti,  
pertinebunt ad contumeliam, & ad  
iniuriam, cum semper in contemp-  
tum fiant, & irrisio[n]em. Quibus om-  
nibus conuenit diuisio Iulij Pauli  
lib. 5 sentent. titul. 4. quod iniuria, aut  
in corpus; aut extra corpus fiat: in  
corp[us] verberibus; aut illatione stupri:  
extra corp[us] conuicijs, & fatosis li-  
bellis: ergo & natus etiam, & gesticula-  
tiones contumeliosæ, quæ extra cor-  
pus sunt: nam si re & facto (ut inquit  
Broæus ad principium inst. hoc tit.) ini-  
uria persistit: animo que agentis, &  
patientis: ad quid verba? & quare non  
natus sufficiunt? ex sepius asserta do-  
ctrina proximioribus capitulo[n]ibus, nam  
quando solemnia verba non sunt ne-  
cessaria, natus potest actum perfice-  
re, ut præcedentibus capitulo[n]ibus plures  
dixi.

Ex quibus omnibus variæ iniu-  
riarum species formaque proce-  
dant, quæ in natus oculorū, manus,  
capitis, gesticulatione oris, & corporis  
consistunt: quo fonte præclari-  
ores iuris nostri cibilis, antiquæ quo-  
lectionis irrigantur: libido aliquæ ut  
exempla in utilitatem, suavitatem,

quæ doctrinæ. Et primo auspicemur à nutu manus, ut accedamus ad decisionem Thesauri. In iuria aurem fiebat, cum a tergo postponebatū digi-

tus crebra motitatione incontumeliam alicuius, quam sannam Rotiani Ciconiam dixerat, in similitudine rottri oblongi, quod digitus iniuriosus figurabat, de quo celebris est locus Persij sat. 1. v. 58.

O Jane, a tergo quæ nulla Ciconia pinst. Quem eleganter D. Hieron. in epist. ad Rusticum aduocauit ibi: Aut Ciconiarū deprehendes posse colla curvare, & impræfatione ad Sophoniam, nunquam post tergum meum manus incurvarene in Ciconiā: ad quod eleganter respexit Alciat. emblem. 18.

Jane bifrons, qui iam transacta futura gestas.

Quiq; retro sannas, sicut & ante vides. Sic μεταφορῶς intelligendus est Ruricius lib. 2. epist. 15. Quia amicum sincera, non fucata dilectione veneratur, nec falsa adulatio subsannat, sed vero honore concelebrat.

Quem morem obseruant ad Persium Ioannes Britannicus, Ioannes Baptista, Ælius Antonius Nebrisësis, Murrællius, & eruditæ ultra omnes Isaac Gasaubonus. Sypon. ad 10. epig. Marzialis, P. Mendoza in viridario lib. 8. saturnaliorum decad. 4. c. 1. A. Thesaur. dict. decis. 229. n. 4. qui per acute pro sua sententia locum istum Persij aduocavit. Quibus conuenit, quod velut in honorem, & magnificentiam dígito cōmōstrabantur, sic in irrisio-

nem, & contumeliam Plaut. cap. iii. act. 4. Scen. 2.

Quod cum scibitur, per urbem irridebor.

Cum exemplo ad forum adueniero, omnes loquentur.

Hic ille est senex díctus, quoi verba dæsa sunt.

Idem Pseudol. act. 4. Scen. 7.

— Chlamydare, caue sistibi acerio

in fortunato.

Atque in hunc intende díctum: hic leus est:

Ouid. 3. amorum eleg. 5.

En digitis designor ad altera virgo.

Tertullian. de pellio eleganter. Tales igitur habitus, qui de natura, & modestia transferunt, & acie figere, & dígito destinare, & nutu tradere merito pt. Apuleius lib. 3. Sic omnium oculis nationis, ac denique manibus denotatus impostrum stupebam, probant ad Tertul. Pater Cerd. cap. 4. n. 6. not. 26. B. Brisson. libr. 8. formul. mihis 40. atque eruditissimus D. Laurentius Ramírez de Prado ad Mart. lib. 1. ep. 1. & ep. 23 (quidquid pertulantisim Musambertus, seu Martilius adlatret) & interprætes in alijs locis. Hic dígitus maior erat. 1. mediocris, Mart. lib. 2. epig. 28.

Rideto multum quire Sextile cinadum  
Dixerit, & díctum porrigitò medísum  
Quem etiam impudicum vocat idem  
lib. 6. ep. 70.

Ostendit díctum, sed impudicum  
Infamem Pers. satyr. 2.

Infam dígito, & lustralibus ante salē  
nis.

Sic intelligendus est Diogen. Laertius lib. 5. de Diogene (apud Græcum Cod. cem) lib. 6. Εγω δε ποτε βέβαιον διεί-  
λον τούτους δημοσίους, τούτους δικτυ-  
λον εκτεχνάτ, επος ὑπερ' ἐφιέσθιον α-  
λεγασθών δημοσίων, idest. Peregrinis alignando Demosphenem videre cupien-  
tibus, medium intendens dígillum, hic ait  
vobis est ille Atheniensem orator. In ci-  
temptum enim id fecit contemptor  
hominum Diogenes, vt Lacertius in  
eius vita refert; probat interprætes in  
his locis, & P. Manut. in adagijs mediis  
ostendere díctum, & noster Laurentius  
vbi supra. Hinc apud nos processit ir-  
ridendi, & cōtemnendi mos alius, sci-  
licet faciendi, & ponendi la higa, qui &  
populo Romano cognitus fuit, de  
quo intelligendus locus I. Juuenalis  
sat. 10. ibi:

Cum

Cum fortuna ipse minas  
et mandaret laqueum, mediumque ostendere  
deret ruguem.

- 28 Idest, pollici digito indici supposito,  
ut medius vnguis exeretur, ut eleganter intelligit A. Thesaur. dict. de cœ. 229. num. 5. in quo errant toto tælo Mancinell. I. Britann. ibi, Paul. que Manut. & Erasmus in adagis. Idem Britanicus ad Pers. sat. 2. ibi: Infamia digitus: & I. Baptista, A. Nebrisësis, Murmell. referentes hunc Iuuenalis locū ad medium, seu infamem digitum: ut pote errat etiam Ascensius locū Persij, & Farnabius Martialis in epig. 28. digitum infamem, & impudicum ad faciem seu hija referentes, alius enim erat infamis, qui & impudicus dicebatur ex varijs causis ab interpretibus con-
- 29 gestis in his locis. Sanna autem multū fiebat aliter, cum temporibus, & auribus manus ad ponbatur utraque, quæ à formam auricularum asini agitantur. Persius sat. 2.

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

D. Hieronimus ad Rusticum, ant. Cicogniarum reprehendens post te colla curnari, aut manu auriculas agnari asini.

- 20 Si digitis sic subsanabatur in irrisione, & iniuriam hominum: æqualiter & oculorum nutu (quæ aliqui nostrorū guinarazō iactant, & nictare latini) contumelia, & irrisio iniuriosa innuebatur, quod eleganter supra dixit Tertullianus & acie figere, & Apul. dict. lib. 3. oculis denotare Seneca controversia 3. quotiescumque tumultus aliquis exortus est, in me ciuium diriguntur oculi, & alter Sen. lib. 3. de beneficj. c. 17. Pœna est, quod omnium designatur oculis, aut designari se iudicat, quod eleganter Virgilius expressit in Turno libr. 12. in principio.

Tornus, ut in fractos aduerso Marte Latinos

Defecisse videt, sua nunc promissa repos-

66

Se signari oculis, ultra implazabitur  
det

Attollitque animos,

Quibus subiicit P. Cerd. not. 3. Se signari oculis. id in contumeliam, quasi naturatur. Vnde Sages infra codem lib. in te oralatini in se oculos referunt, obseruantibz P. Pontan. Lambert. Herten. sed docte vtrra omnes P. Lud. Cerd., & in Tertullian. de pall. dict. cap. 4. num. 95. num. 6. Homer. Odys. 18. v. 11.

Oux q̄ies ore si por ēπειον επειδη πατερ

tes

Non audis, quod iam mibi innuerunt omnes.

Sic accipio coniectum, Cic. de oratore, 21 oculi sunt, quorum unum intencione, tum remissione, tum coniectu, sc̄o hilaritate, motus animorum significantur. Hi iniuriae 22 oculi dicuntur a Demosth. apod. Strobzum serm. 17. Demosthenes etiam oculis quosdam iniurios esse putabat: eam que rem intolerabilem esse. Et homines inde plurimum affici. Dubita ergo an iniuria nutu oculorum inuitauit? Vnde benedonat. ad Terent. Adelph. act. 2. Scen. 2. ibi: Modo quid designauit subiicit, puto ego designationem, contractionem, aut conductionem populi in unum intellegi, hoc enim contingit ei, qui ab aliquo flagitio populi in se oculos, & ora emittit, & spectaculo est vulgo.

Nec celebris minus fuit contempnitus, contumeliave nutu narium ecum contractis naribus, aut despiciens aliquem, aut irridens Quintilian. libr. 11. orator. cap. 3. Naribus, labrisque non fere quidquam decenter ostendimus, tametsi derisus contemptus fastidium significare solet. Nam & corrugatores (re Horatius aut) & inflare, & mouere, & agito inquietare, & impulsu subito spiritum excutere, & deducere sapient. & præmanu resupinare indecorum est, optime Horat. libr. 1. epist. 19.

Ad hæc ego naribus vbi  
Formido.

Naso suspendis ad uno

I 5

ignor

*Ignotos, ut me libertino patre natum  
Et optime satyr. 3:  
Iracundior est paullo minus aptus aeris  
Naribus horum hominum rideri possit,  
eo quod*

*Rusticus tonsa toga definit, &c.  
Ex lib. 2. satyr. 8.  
Balatro suspendens omnia naso  
Vnde ipse lib. 1. epist. 5.*

— *Neturpe toral, ne sordida mappa  
Corruget nares,  
(Quem locum respexit Quintilian. in  
verbis proxime datis) A puleius lib. 8.  
Metam. Sed postquam non ceruā provir-  
gine, sed asinū pro homine succidaneū  
videre, nare detorta magistrum suum va-  
rie cauillantur. Ausonius in Gripb. Ter-  
nar, edyll. 4. in epist. Symmacho misla,  
Neque me fallit, fore aliquem, qui hunc  
socum nostrum acutis naribus, & capera-  
ta fronte condemnnet. Pers. sat. 1.*

*Callidum excusso populum suspendere  
naso*

*Imitatione Horatiana, & satyr. 3.  
His populus ridet, multumque tores a in-  
uentus*

*In geminat tremulos nase crissante ca-  
chinos*

*Et satyr. 1. v. 40.*

— *Rides, ait, & nimis vincis  
Naribus indulges  
Martialis lib. 13. epig. 2. & lib. 1. epigr.  
4. & multis alijs locis. Omnes lane  
Scholia st̄ Persij, Horatij, Martialis,  
hunc sanaz morem agnoscunt, & in-  
juriousum innuūt. Cōueniūt, quæ pue-  
ros docet Pōtan. 2. vol. Progym. 18. Pro-  
hibemur iam, erispare nāsum, iam frontē  
nubibus obducere, & consuleare, iam at-  
zollere supercilia, iam disforquere labra,  
iam bicare facibus. A. qualis animi haec  
putas argamenta? E. ieniosissimi inpri-  
misque temerarij. Vnde Lucian, cpa uī  
τις επονείρ φί, ή μυκτηρά τον οἰογ ατ-  
τινορ προσέρας τῶ λιθαρτε, i. Vide ne  
aliquis ironiam dicat, & nāso subsannet  
(sic accipio μυκτηρά) qualiter Attici in  
hac oratione faciunt. Quis enim nō sen-*

tiret, & doleret à tergo videntes cor-  
rufantes nāres h̄ μυκτηρά τον οἰογ ατ-  
τινορ προσέρας τῶ λιθαρτε. Con-  
cludo cum Alex. ab Alexandro libr. 2.  
dier. Gen. cap. 19. in eo enim (de nāto lo-  
quitur) irrisioñis sedes est: quare nāsu-  
ti, & habere nāsum irrisores dicti: quo  
loci A. Tiraq. consulendus est.

Vt non deniemus a facie hominū,  
cuius partibus præcipue attribuitur  
nutus gestusque, ascendam ad fron-  
tes, superciliaque: à quibus obnubi-  
lantur despectus: nec rariores contu-  
melia descendunt: & si similis acci-  
derit contumelia (quis enim finē au-  
datijs hominum ponet quis iurgijs  
dabit?) inueniat etiā Pragmaticus tre-  
quentem apud antiquos fuisse, & qui-  
bus suam clientulum intrepide viadi-  
care valeat. Contumelia etiam, & in-  
iuria à frontis caperata despectu ori-  
ri potest. Quid si grauem, & crudum  
vīnum adloquentem despiciat con-  
tumeliose aliquis, supercilijs erectis:  
corrugata que fronte? Ut sp̄ius do-  
lore meo expertus sum in legaleio  
eximie clamoroso, & vīque in huem-  
tido, qui protnore ingenito oran-  
tes, ad loquentes que pro rostris ad-  
vocatos notissimo despetus gestuum,  
magnorum que superciliorum con-  
tentinebat, irridebat: vnde mihi non  
leues causæ irarum, vt & alijs fuerūt?  
Quid si accendentem, transeuntem vo-  
vranè, alter signauerit, vel demoni-  
triauerit si non digito, saltum nutibus  
contumeliosis frōtis à tergo dolo, vel  
fraude: si enim tunc his, vel similibus  
nutibus prouocatus, iracundus dolue-  
rit, vel in iram exarserit, non dubito  
quim istis iris non ordinariam p̄nā  
tubierit, cum lacesitus iniuste delice-  
derit. Iniuria enim emittitur à fronte,  
à toruitate superciliorum in contép-  
tum contracta, vt indicant sequentia.  
Aduoco primo Ausonium dict. Edyll.  
4. proxime datum. Neque me fallit ifo-  
re

re aliquem, qui hunc iocum nostrum acutis naribus, & caperata fronte cōdemnet. Pontan. dict. Progymnasm. 18. ibi: Iam frontem nubibus obducere, & consolcare, iam attollere supercilia, &c. quibus addo Petronium apud Doucanum lib. 2. saryconis.

*Quid me spectatis cōstricta fronte Catones?*

Dannatis que nouæ simplicitatis opus? Et alibi, postquam se amari sensit, supercilium altius sustulit.

Plaut. in Milit. act. 3. Scen. 1.

*Flagitiam est, si nihil mittetur, quo supercilio spicit?*

Vbi aduertit Frid. Taubman. & in Catin. act. 2. Scen. 4.

*Ego te porrectiore fronte volo tecum laqui.*

Et in Bachid.

*Spectatores ronchos crient, consuleant frōtem*

*Et ore concrepario frequenter fremunt;*  
& male musitan.

Et in Epidico act. 5. Scen. 1.

*Quid illud est, quod illi caperat frons seueritudine,*

Apte Cic. in epist. ad Atticum lib. 1. ep. 1. Puto te in hoc, aut risisse, aut ingenuisse, ut frontem ferias? (qui locutus intellegendus est, quidquid Achilles Statius cap. 28. observauit. cōtrarium sentiat.) Apuleius lib. 6. ibi: Sed contortis supercilij subridens amaram sic inquit. Aristoph. in Plut. Opp̄s αυγ̄ον σοκού Σπάναζε τ' αὐτ., i. Frōtem corrugabat, & vultu tetrico torue intuebatur. Ermenold. Diacon. in vita S. Solæ, neve virtutes, quas per eū dominus dignatus est ostentare, cens inauditas rugosa fronte respinatis. Vvolshard. Hasienret. de S. Vualpurge Virgine: illa contumaci, & in reuerentiā eam fronte dispiciens.

Vnde emendo S. Althelmum de laude Virgin. cap. 42.

*Frōte caperrabat frugalis Virgo Tonantis.*

*Lege ex prædictis (caperabat)*

Alia plura colligere potestis à locis, quos congeserunt Frider. Taubman. ad Plaut. sup. Latribus ad Horat. libr. 1. epist. 18. Mendoza in viridar. lib. 8. de cäd. 1. saturn. cap. 7. Ian. Douza in Predic. ad Catull. latissimè P. Cerd. ad Virgil. eclog. 8. V. 34. num. 1. Paul. Manut. in ad agys, ibi: Frontem exporrigeret, & ibi: Attolleret supercilium, P. Matthæo Radero ad Martialem lib. 1. ep. 4. apud quos longus sernio de fronte contracta, adducta, cōsolata, ex porrecta, & simili locutione. Quibus quidem satis pro nostra sententia innuitur, nam in huiusmodi frontisnotarii in ristum, cōtumeliam, fastidium, & cōtemptum; sed post hæc omnia audi Alexand. ab Alexan. lib. 2. dier. gen. cap. 9 ibi: In supercilij autem notatur fastus, qua parte negamus, vel annimus; ea quidem porrecta, molles significant: nimis deflexa, austeros: inflexa derisores: demissa maluerlos: nam si quem fastidimus truci supercilio designamus: quid expressius pro sententia nostra: cui loco plurima subseruit Tiraqueit. Sed horum omnium C. Plin. Secundus ratione m̄redit lib. 21. c. 37. Frons: & alijs: sed homini tātum irrititia, hilaritatis, clementia, seueritatis index: in ascensu eius supercilium homini, & pariter, & alterne mobilia: & in his pars animi, negamus annimus Hac nāxime indicant fastum. superbia aliebi cōceptaculum, sed hic sedem habet, in corde nascitur, hic subit, hic penderet: nihil autem simul, abruptusque inuenit in corpore, ubi solitaria effet, ad quæ verba vidēdus est Dalencampius, & eruditus Cal. Rhodig. lectionum antiqu. lib. 3 cap. 27. P. Victor. lib. 8 variar. cap. 1. Philipp. Berold. ad Apule. sup. fol. m̄hi 725. 1. tom. Ioan. Paserat. ad Properti lib. 2. eleg. 22: quæ cuncta quidem, & alia à me cōsulito omessa, quæ hic citati latè conquiserunt, firmant satis istam contumeliam, contemptusque speciem iniustiores, & contemptores hominum, fasta suo semper fastidiendo;

Sed

Sed horum omnium expresior iniuria contumelia, quæ à risu inuerecundo prouenit, & cachinis: fortissimi animi est, eam ferre, & dissimulare: ut potè enim quæ ab oculorum superciliorum que natu quasi latenter fraudalenterque procedunt, & aliquis in eis verecundia respectus subest, sic in risu aperto cuncta verecundia, pudor, & decor protenditur, atque infamia inurbanitatis nuda manet. Iterum in aduocatum superciliosum conquereret, nimirum, ut caperata fronte, in risibus, & cachinis hirsutis: sed procedamus in instituta contumeliarum via. Risus ecquidem contemptus semper doloris fuit iniurioso hominibus: quis nimirum amens; aut diuinus abnegabit? cum vt isti dulce sit ferre pro Christo injurias, sic illi auferat amena-tia amentatu contumelie sentire spiculum, sed nos loquimur de hominibus, & legibus humanis: in cuius contumelia speciem, & illustrationem, facile mihi foret ingentem molem cogerere, sed frustra in re pernotta. Accipe solum ista. Expressus est Aelius Lampridius in Alex. Seuero. Si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, vi adulator, vel abyiebat, si loco eius qualitas paterebatur: vel deridebatur ingentie cachino, si eius dignitas graviori subiacere non posset iniuria. Muson. apud Stobæum dict. serm. 17. Opus est per Iouem, re ipsa se talen praestare non irridenter iniuriari iudicatum verberibus, aut verbis contumelia plenis: alio modo vici, velle. Seneca de constanza sapientis, cap. 10. qui de iniuria contumenda loquens, sic loquitur. Ille me hodie non admisit, cum alios admittet, sermonem meum, aut superbe auersatus est, aut pelam risit, Aristophan. in Placato 4. scen. 2. οὐ κατεύθων γέ εἴ τις ἔτι, etiam irridebant te, sat scio. Lucian. in Asino. αρπάγειον γέ ιδούτε λαθετον, id est. Sardonice ridentes decebant, vnde Nicolaus Leonicus lib. 1. de par-

bisi. cap. 1. Sardonicum risum accipit de risu sub dolo, & subsannate, & Paul. Manut. in adagijs risus Sardonicus, fol. mihi 1245. apud quæ plura de hoc risu. Huc etiam possumus trahere Pauli responsum in l. si quis sernum 26. D. de iniurys: si quis sernum meum, vel filii ludibrio habeat, licet consentientem, tam ego iniuriam video accepere, quādo enim magis ludibrio habetur, quā quando impudenti risu quis irritetur in iniuriam, & contemptum?

Huic & altera affinis est omni ex parte contumeliosa, & infamis, quo in 31 irritationem, & contemptum exercitatur lingua, in qua eleganter Aulus Petrus lusit Satyr. 1. V. 6.

Nec lingua, quantum sitiat canis Apulanta.

D. Hieronim. in epistola ad Rusticum Monachum ex imitatione Persiana, aut astuantem canis protendi linguam, T. Luius lib. 7. ab urbe condita, dum singularem proponit pugnam Manlii, cum superbissimo Gallo (acuius victoria, & torque detracto, ei cognomē Torquati addiū tuit, & ad familiā protētum) hæc verba interponit: Armatum adornatum que aduersus Gallū solidē latu (et quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est) linguam etiam ab irrisu excentem producent, daellum idē Quadrigarius narrat apud A. Gellium 32 Noct. Atticarum 9 cap. 13. deinde Gallos irridere, atque lingua exercitare, quā lectionem I. Lipsius bis amplectitur, lib. 4. epistol. quest. ep. 2. autoritate Boslidiani Codicis, & lib. 2. electorum, cap. 7. in quem iuit P. Ludouicus Cerdia in comment. ad 6. Eneid V. 225. n. 8. cōmunem antiquam que etiam lectio-nem restituens exercitare: cui & ego accedo, fabetque Luius ubi proxime, & quod solemne, receptū que in hanc significationem sit verbum.

Tandem absoluamus caput à capitis natu, quo etiam irritationem, aut contemptum iudicari posse, ab nega-

bit nullus, qui recte præscripta considerauerit, sic accipio Apuleium lib. 3. sup. datum: Sic omnium oculis, nutibus ac denique naribus denotatas. Sueton. in Vespasian. cap. 8. Adolescentulum fragantem unguento, quem sibi pro imprestis a prefectura gratias ageret, nutu aspernatus. His enim locis de nutu capitum intelligendum est secundum interpretationes in eis, & Taubman. in mil. glor. act. 2. Scen. 2. ibi: Capitenum, & Tertiū. Iupr. & etiam de pallio, tales igitur habitus qui de natura & modestia transferunt, & acie figere, & digno destinare, & nutu tradere, meritosit. vbi Andreas Hoyos legendum dicit, traducere quia est deridentium, & improbanum interesse clientulum: cui P. Cerd.

34 ad sentire videtur, quod & ego probo, solempne nōque fuisse verbum tē traduci ad irrisione popularem, probat Martial. lib. singularis pœnal. epig. 4. & ibi interpretes, idem Mart. lib. 3. ep. 74. & lib. 1. ep. 54. & libr. 6. ep. 77. Propert. lib. 2. eleg. 25. Sueton. in Tito, cap. 8. Seneca epistol. 106. quod & frequens ipsius Tertulliano fuit, vt in libri de præscriptione aduers. harct. Nam & sic facilius traducentur, & in lib. defuga in persecuzione. Non traditus autem, traduci habebat? Ergo dum nolendo tradi, non vis tradi, nolendo negasti, quod te esse traduci nolasti. In quibus verbis utroque verbo absimili significatione vtitur Tertullianus, quæ præmaxime crismi Hoyi confirmant; sic intelligendus est. Barclaius lib. 1. Arg. Aut omnino introduci commerut hac publica quaestio- nis infama, prænotauit nostra H. spania decus, & literatum n. eliorū delicia, doctissimus Laurentius Ramirez de Prado insuper eruditio Pentecostar. eo, cap. 22. ex quibus intelliges Plau-

35 36 sum capiu. act. 4. Scen. 2.

Hic ille est senex ductus quo i verba data sunt.

Idest, hic ille est senex, qui à populo irritus, & de quo tanta audita suuī, &

dicta, & ab omnibus est traductus; ridicule deceptum fuisse. Vnde intellectus Lambini, Gruteri, Taubmani concinnatur, aliter interpretatum, & Douze mendatio legentis doctus. Nā ipsem Plautus satis illis abnuit, & nobis annuit ibi, paulo ante.

Quod cum scibitur, per urbem irridebor. Sed tamen tradiri nutu defendi potest, cum in hac parte viriusque verbi eadē potestas sit. Redeo ad me, & ad institutum capitum nutum, Seneca diit. lib. de constantia, cap. 10, sermonem meū, aut superbe auersatus est, aut palam rixit, D. Matth. cap. 27. Prætereuntes autē blasphemabant eum, mouentes capita sua, & D. Marcus cap. 13. per eadem verba, quæ loca respexit Euseb. Cæsar. libr. 10. Euang. dem. ibi: Me subsannauerunt, tantum aduersus me irrisione, tantumq; detractionis iactantes, vt de me non modo cogitantes rassocinarentur, animoq; veritatem nefanda sed intrepide quoq; loquerentur, & palam enunciarent, siquidē loquuntis sunt labrys, & mouerunt caput dicentes sperant in domino, eripiāt eum. Omnibus autem his modis contumelia, & iniuria fit, quæ eleganter pro nostra sententiā comprehendit Princeps Philosophorum lib. 2. Rhetoricorum cap. 2. in his verbis: ἀντοί νεῦ εὐ δύτας ἔχετε εὐχερτοι πρόσ ιπηλω ὥρης ουτας τοις τε καταγέλλοι ή κλεψυδρας η, ον πτοναιν υπερ 861 γεροντος ταστατοιατας λαπτον οντει περιουσια. Ac ipsi quidē se habētes, facile ad iram concitantur, irascuntur autē ijs, qui irident: & ijs qui subsannant: & ijs qui illudunt: contumeliam entim faciunt & ijs qui in eis nocent, quæ contumelie signa sunt.

Satis superque peregitus nutu inuriās, quæ ad rem, & factum referuntur, vt constringamus eos Labeconis diuisione in re, & verbis iniuriast. 38 cludētis; sed & si quem, ad verba nrauis referre, iuvet: non remorabor, eisq; fundamenta suppeditabo; super qui-

bus securus valeat suam imponere opinionem. Nutibus enim manum, & digitorum loquelas, & linguas Casiodorus accommodat lib. 4 epist. vlt His sunt (inquit) additae horcis starum loquacissimæ manus, linguos digitæ silentium clamosum, expositio tacita, quā Musa Polymnia repetitæ narratur, ostendens homines posse, & sine oris affatu, suum velle declarare, & latius intra Petronius lib. 2. satyricon. mox digitis gubernantibus vocem, vnde Tibull.

*At postquam fuerant digitæ cum voce loqui.*

De oculorum voce audi Ciceron. lib. 40. de orat. Oculi sunt, quorum tam intentione, tam remissione, tam connectu, tam hilaritate motus animorum significamus, apte cum genere ipso orationis: est enim actio, quasi sermo corporis quo magis mēriti congruens esse debet, oculos autem aeternis nobis, ut equo, & leoni, setas, caudā aureis, ad motus animorum declarandos, dedit: quare in hac nostra actione secundum voces vultus valet, is autem oculus gubernatur, &c. M.F. Quint. libr. 11. orat. cap. 3. Sed in ipso vultu plurimū valent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra motum queque, & hilaritatem enitecant, & tristitia, quoddam nubilum ducant, &c. desuper cilijs eorumque tacitis verbis satis nobis expressus est Propertius lib. 3. eleg. 8.

*Tecta supercilij, si quando verba remittitis,*

*Aut tua cum digitis scripta silenda notas.*

Vbi docte animaduertit Paserat. qui dat Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 4.

*Verba supercilij, sine voce loquentia, dicam.*

*Verba leges digitis, verba notata mero.*

Et lib. 2. eleg. 5.

*Multa supercilio nudi, vibrante loquentes.*

*Natibus in vestris pars bona vocis erat.*

*Non oculi tachere tui, &c.*

Apulei. lib. 10. de Asino. Sitiens que po-

cillatore respecto, cylis que alterna continens, bibere flagitarem. Certius erit, suos intellectus, & voces, capiti esse ad tributas, vii latè prosequitur Quin. dict. lib. 11. cap. 3. idem Apuleius facilius vbi proxime, quodque esset aperte mirabile, verbis natum commoda-re, vt quod nolle relato; quod vellem, reicit capite monstrarem, vide Tadibnam (qui dat A. Gellium lib. 10. cap. 4.) ad Plantum milit Glorios Act. 2. Scen. 2. Et denique ipsa imagine vultuque sa-tis aperte significamus voces, animo-rumque motus Properti. eleg. 2. libr. 2. Quasi forte aliquid vultu mibi durane-  
garit.

Vbi doctissimus Paserat. subiicit Cic. 3. de oratore. Imago animi vultus est, indices oculi, & in Pison Vultus tacitus quidam mentis sermo, & lib. 6. ad Atticū epist. 1. Verbis vultuque absurdis, & asperre responderat. Sed quid ultra hæc omnia, quæ hoc lib. 2. de nutuum ratione, & efficacia disposuimus, & digesti-mus, satis constanter assatim que probant ipsos nutus vicem verborū susti-nere, explicare que annuentium ani-mos: vt merito adserere possimus per nutus contumeliam factam numerā-dam fore inter verbales iniurias; aut reales vt bene considerauit Azeued. lib. 8. tit. 10. Recop. num. 19.

Nascitur ecquidem ex nutibus iniuriarum actio iniuriarum directa, vt satis prescripta comprobant. Nec obstat Domini Vlpiani responsam in litem apud Labeonem 15. §. 1. D. de iniurijs, in quo vtilis tantum iniuriarum præstatur contra leuantem, vt verberaret, vel pulsaret, manum; si nec ta-men impegit let: quia Vlpianus ibi legem Corneliam de iniurijs respicit de 45 qua mentio in l. lex Cornelio 5. D. cod. tit. & in §. sed & lex Cornelio 9. insit. cod. qua tres disti. ete continguntur casus, verberationis, pulsationis, atque irruptionis in domum, vt in his iniuriis refertur docent que Calvin. A.

Angust-

Augustin. in commentarijs legum Romanorum Misling. & A.Pichard. dict. §.39. qui docte prosequitur discrimina inter actionem legis Corneliae, & eam quæ ex iure Prætorio, & l.12. Tabularum, pro iniurijs descēdit (quincESSARIO consulendus erit) sic que eleganter interpretatur Accurs. d. 9.1. vnde in specie, d.l.15. §.1. recte puto directam actionem competere ex iure Prætorio, & l.12. Tabularū, argument. dict. l. lex Cornelia s. §. illud o.D.

de iniurijs, quia cum lex Cornelia iniuriam passo solummodo actionem præstiterit, & filius verberatus, pulsatus ve faerit, non pater adipiscitur ex iniuria filij iniuriarum actionem; sed solus filius; at tamen ex iure Prætorio pater in criminali iudicio experiri poterit, l. si quis seruū 26. D. eod. A. August. de legib. Rom. super hac lege in fin. A. Pichard. in d. 9. n. 4. Et hæc de nutritibus quæ obseruatione digna reperiimus.

## C A P. IX.

**T**o nominatim in l.2. D.de liber. &c posthum. illustratur. eius paraphrasis. 1. Vis, & potestas eius. 2. In personis significat nomen earum aliquod. 3. Probatur responsis, & rescriptis iuris civilis. 4. Et autoritatibus eruditorum. 5. Illustratur Herodianus προστάτης, 6. Vsurpatur ratione unius personæ. 7. To nominatum, in rebus quid? & earum respectu, & quando appellatiu nominis personarum. 8. Explicatur Ulpian. in fragment. tit. 20. §. 14. 9. Et in l.3. D.de legitim. tutorib. 10. (In quo distingatur to specialiter à nominatim. 11. Et in l. ob quæ vitia 4. §. idem Pomponius 3. D. de Ædilit. edict. 12. To nominatim pro speciali demonstratione. 13. L. 2. hoc tit. denuo expenditur, cum alijs responsis, & Iustinian. in Nouell. 14. Apud quem dicens, idem quod in iure, 15. Longe latè que interpretatur Paul. in l. siue à certis 17. D. de duob. reis, to nominatim in eo qualiter accipiatur. 16. Legatum sub proprijs heredib. nominibus relictū, pro virili parte præstatur. Secus si appellativis. 17. Notatur Alber. Gentilis. Hortensijs. Fabri D. Petri de Velasco interpretatio ad Paulum refertur, & refellitur. 18. Et alia P. Lorioti. 19. Communis defenditur, nouis que considerationibus adstruitur. 20. προφασιών respnsum discurritur. 21. Quid certæ personæ heredum in eo? Et quid certæ personæ apud alios? 23. Sed cur to nominatim, pro demonstratione. 24. ἐποκείας, seu antevacatio, seu metropis adducitur, illustratur. 25. Et ab eo nostra l. 2. in ex heredatione nominata. 26. Expenditur Florenci. in l. nominatim 34. D. de condition. & demonstrat. & Iul. Paul. lib. 4. sententiarum tit. 14. 27. Ut ilissimum sane caput ad nostrum civile ins. & multa iuris principia.

**A**CCEDIMVS ad l.2. D.de liber. & posthum. cuius tractatus pars, & appendix est l.1. eiusdem tituli: agemus & ideò de exhere-

datione nominatim facienda; sed alio modo nominatim, quam in l. 1. expressum est. Ulpianus ergo, cum in libr. 1. ad Savinum, dict. l.1. proprio nomina-

ram exheredationem explicuisse, nūc lib. 6. regularum, ingreditur eādē quæstionem, & respondet nominatim exheredatum filium & ita videri, si non subprænomine, aut nomine, sive cognomine exheredatus sit (quæ per τὸ nomen comprehendit) Consultus in nostra l. 2.) verum etiam si accepto appellatio, sic à patre exheredetur: filius meus exheres esto, dum tamen unicus sit filius, ne incertitudinis ratione exheredatio viciaretur: nam si plures essent filii, ex sententia plurium, refert Vlpianus, benigna interpretatione responsum esse, nullum exheredatum esse, de cuius rei ingenti difficultate, Deo annuente, suo tempore tractabimus. Ut ergo exheredationem misram, quam in l. nostra tractat Consultus, plene percipiamus, præcipere debemus vim, & potestatem τὸ nominatim: videtur enim sentire Vlpian. exheredationem sub nomine filij appellatio, improprie dici factam esse nominatim. Nominatim ergo appellat reali quem, seu designare, est, cum suo nomine aliquem vocamus in quacunque re, sive prænomine, nomine, cognomine, & tunc aduerbio utimur proprie: quam acceptiōnem, & à nostris Consultis, & eruditis, sic acceptā araddemus. Ad hinc primo Consultum. Neratius in l. si heredes 124. D. de leg. 1. ibi: Si heredes nominatim enumerari dat, et quid damnatis sunt, proprius est, ut viriles partes debeant, quia personarū enumeratio hunc effectum habet, ut exaquezur in legato praestando, qui si nominati non essent, hereditarias partes debituri essent, quid ergo expresius? τὸ nominatim Consultus ad personarū nomina refert, & Pomponius ad Neratij formam, in l. turpia 54. §. fin. D. cod. ibi: Si pars heredum nominata sit in legādo Vlpian. in l. seruus communis 5. D. de stipul. seru. ibi: Licet autem ei, & nominatim alicui ex dominis stipulari, & in l. proinde 7. D. cod. Florentinus apertissime in l.

nominatim 33. D. de condition. & demissratio. ibi: Nominatim alicui legatur ita, Lucio Titio, &c. & a que Cæsar Iustinian. in §. substituitur 7. inst. de popular substitution. & in §. incertis 25. inst. de legat. & Iauolen. in l. heres meus 100. §. 1. D. delegat. 3. & l. heres 58. D. de euītation. Exerdiūs, sine scriptoribus antiquis Sueton. in Claudio. cap. 6. Qui tamen moriens, & in terribus hereditibus eis parte tertia nuncupatum, legato eius citas effertia vices prosequitus commendavit insuper exercitiis, Senatu, populoque Romano inter ceteras necessitudines nominatim, T. Linus lib. 2. ab V. C. dīmiso Senatu, Consules in tribunal ascendant, citant nominatim iuniores, M. T. Cicer. lib. 10. epist. ad Atticum epist. 14. Nominatim a me sibi imperatum dicit Antonius, & lib. 11. epist. 6. Teatra cum barbaris genibus coniunctio, ut non nominatim proscriptio esset informata, & sic evundem intelligolib. 7. epist. fam. epistol. 23. Nominatim tibi signa mihi. οἴα μάδεσμον si probasse, D. Halicarnas. lib. 6. Roman. aniq. Alium eodem modo nominatim vocauit, & libr. 7. Præcipue vero Sicilianum, & Brutum, qui tunc erat Εdiles, virumque nominatim appellans; Hygen. de l. mitibus. In quo tamen genere agrorum sunt aliquibus nominatim redditia possessiones. Sic accipio Herodian. lib. 7. Γερειάς ἀτα ἐπηρούσας λεγούσες, η τοῦ αὐτοῦ προσκυνεῖται ἀποκαλουντες, quod bene vertit Politian. Ac nepotulum Gordieni desitantes, vocantesque eum nominatim, id est, προσκυνεῖσθαι (viam obseruauit ad l. 1. ad quam nostri non vulgares labores, Deo auspice videbunt lucem) Guilielmus de Baldesen Hodz por. ad terr. sanct. neminem que intra Ecclesiam ire permisit, nisi quem nominatim expressi, & intrare volui, probant Bald. in princip. inst. de exheredation. lib. Francise. Baldwin. ad b. 12. tabuli. in l. 38. à numer. 107. Nicol. Bellon, dict. §. substitutio 7. inst. de popular subst. A. Angulian. 3. emendat cap. 8.

Beroald. ad Sueton. in Claud. d.c. 6. Lauren. Valla lib. 6. eleg. c. 20. Sypon. incom. ling. lat. f.m. 130. V. 48. & præter alios conule Lexicographos, nam si à nomine personæ deriuatur nominatim, eandē significationē adtribuens ad uerbio, quā nomini, & in hunc sensū significationē que accipimus l. 1. D. de exhered. lib. tō nominatim, id est sub nomine personæ, ut iam explicuimus latè in ea.

7 Nec ad huius aduerbij usum necessaria personarū pluralitas est, vni autē accommodatur, & nominatim vnu appellatū, exhereditū, institutū esse, recte ex gramaticæ regulis dici potest. Nostris sane Gi. sic admirerunt, expressa est d. l. 1. d. l. nominatim 23. D. de condit. & demōstr. celebris locus Cic. est, Philipp. 2. Casare interfecto, inquit, statim cruentū alte extollēs M. Brut⁹ pugionem, Ciceronē nominatim exclamavit, atq; ei recuperata libertatē est gratulatus, id ē Cic. Suet. Halicarnas. in locis proxime datis, probat Valla d. lib. 6. eleg. cap. 20. Thesaur. ling. lat. verb. nominatim, Sypon, in eom. ling. lat. f. 130. V. 48. & f. 533. v. 53. ex illo Plaut. nominatim quis fuerit, exprome.

8 Eodē modo, quo nominatim respectu personæ dicimus, cum suo nomine demonstramus hominē, sic eodē modo, ratione que eadē, & tō nominatim rerum merito usurpamus, cū eas suis nominibus designamus, & nominatim exprimimus, l. 2. D. de leg. 2. quoties nominatim plures res in legato exprimitur, l. filius familias 7. §. 2. de donat. nomina enim rerū dicūtur, sicut personarum, l. 4. D. de leg. 1. l. certū 6. D. si cert. petat. Priscian. lib. 2. suarum, inst. f.m. 8. Barr. in l. turpia, §. si. D. de leg. 1. n. 5. quæ quidē appellatiua nomina dicuntur, circa quæ plures agentes interpretes dedi in d.l. 1. c. 3. n. 16. Sic accipio Vlpian. in fragm. tit. 20. §. 14. Latinus quidē, quoniā nominatim lege Iunia prohibitus est, nā quamvis in Latini nomine persona

repræsentetur, non tamen est certum personæ nomine absolute sumptū, quo certe demonstretur Stichus, aut Hieros, imò solum status, & conditio latinitatis, & sic rei magis, quam persona certum nomen est. Singularis est 10 pro sententia nostra, idem Vlp. in l. 3. D. de legitim. tutorib. tutela legum (inquit) quæ patronis defertur ist l. 12. tabularum, non quidem specialiter, vel nominatim delata est, sed per consequētias, quasi Vlp. diceret: legitima tutela nō est delata patronis specialiter, i. distin-  
cte, & addit, nec nominatim, quod magis est, i. cum mentione patronorum, non tamen personarum nominibus, qui posset lex? sed sub nomine illi patronorum, quod nomen rei est, i. iuris illius patronatus appellatiū: expende tu subtile Vlp. distinctionē 11 spe-  
cialiter, & tō nominatim, vt in his, & similibus iuribus hi termini nō ē fundā-  
tur: & sic accipitur Justin. in prīnc. de legitimā patronorum tutel. Formularia  
sunt hæc loquendi formula eidē Vlp.  
& obseruavit in l. ob que villa & in §.  
idē Pomp. 3. D. de adiliniū edict. ibi: Et  
ideo nominatim de errore, & fugitiuo ex-  
cipitur, explicat Consultus edictum in  
hac parte, docetque, quia virtus cor-  
poris est, nominatim de eo excipiendū,  
qui nominatim nō respectu nominis  
serui: nec posset edictū, nec minicit  
Vlpian. sed rei, id est virtutis seruili: nam  
vīpotē latinitatis, patronatus, considera-  
tionē, tō nominatim apponitur, sic  
erroris, & fuga. Nunc animaduertere  
huius aduerbij usum ratione nominis,  
rerum, ut similiter personarū ratio-  
ne diximus, & sic à nomine rerum de-  
riuantur nominatim.

Non hoc, vel illo modo tō nominatim in nostra lege accipitur, sed alio longe diuerso: & cuius inuestigatio aliqualiter latere videbatur: nō in re-  
cepto vītu, perplanus est, non in signifi-  
catione, apertissima est; sed in ratio-  
ne, quā suo loco dabo. Sane adūltru

istud nominatim in nostra lege usurpauit Vlpian. pro speciali demonstracione certar personar, non sub nominibus eius, sed sub signis, & demonstrationibus, quae sine dubio nos ducerent in demonstrata cognitione personar. Exemplum per doctu ipsam et obtulit lex  
**14** in filio, qui cum exheredaretur a patre, non sub certo filii nomine, sed appellatio filii, veluti filius meus exheres esto, nominatim exheredatum fuisse filium respondit, si modo patri unicus esset, nomen enim filius tunc satis demonstrat exhereditum. Vnde Paul. in l. nominatim 90. D. de leg. 3. inquit nominatim legatum accipiendum est, quod a quo legatum sit, intelligitur, licet nomen pronuntiatum non sit. l. nominatim 33. D. condit. & demonstr. & optime Gaius cum exemplo in l. nominatim 24. D. de man. testamen. l. proinde 7. D. de stipul. ser. (vii. Accurs. & l. Cuiac. ibi intelligunt) §. incertus 25. inst. de leg. 5. nominatim, inst. de exhered. lib. l. vnu ex familia 67. §. 1. D. de leg. 2. Nouell. 1. 15. c. 3. i. autem oroupari tas tuis a xpis tas artias o yeras tu idix eypate rasev 81 ad huius, i. & ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testameto, & c. 4. amitas artias a pibmper, ep toas idix eypate rasev 81 ad huius, i. nisi causas quas enumerauimus in suis testamenis specialiter nominauerint, quod enim antea Iustinian. scripsit oroupari, explicat post 18 menses, i. specialiter, quasi in nostra l. 2. & his omnibus nihil aliud, nominatim, significet, quam specialiter, seu specialēdemonstrationē. A Iustiniano autem, cum ei tractaret constitutē Hormenop. in Promptuar. iur. lib. 5. tit. 9. §. 35. eadē accepit verba, et pō oroupari tas tuis a xpis tas artias ly- ypa rasev. accipitū sic ordinarij interpretes in nostra l. & in §. nominatim, inst. de exhered lib. vbi congrua exēpla subiicit Theoph. Bald. in princ. cod. tit. & in §. mater, vbi Bart. & in l. Turpia. §. 1. n. s. D. de leg. 1. Paul. de Cast. in l. 3. §.

nominatim, D. de iniis. rupt. I. A. Bellon. cons. 30. n. 54. Fran. Beccius cons. 3. n. 73. & cons. 34. n. 14. Fran. Bald. ad ll. 12. tab. ad l. 38. à n. 107. Nicol. Bellon. in §. substituitur 7. inst. depupill. subst. videndus est A. Tiraq. in l. connub. glos. 7. n. 105. vt merito laudem sententiam Beroaldi in comm. ad Sueton. in Claud. c. 6. dicentis tē nominatim receptum adverbium I. Consultorum fuisse, quod & præscripta latius demonstrant, sed & Cic. in hunc sensum usurpavit lib. 13 fam. epist. 28. ibi: Sed duo sunt quae nominatim rog., & lib. 3. epist. ad Att. cū epis. 20. Sed ubi nihil mādo nominatim. Sic ergo nominatim pro demonstra- **15** tionē speciali sub nomine appellatio acceperunt nostri Gi & alij, nō ergo mirabimini, si sic satis cōtrouersum I. Pauli responsum accipiat in l. sine a certis 17. D. de dnob. reis. sine a certis (inquit Cōsultus) personis hereditū nominatim legatum esset, sine ab omnibus excepto aliquo, Attilinus, Sabinus, Casius pro hereditarys partibus totum eos legatū debitos aiunt quia hereditas eos obligat, idem est cum omnes heredes nominantur, controuersia ab eo principio oritur, quod si heredes suis nominibus nūcū pati grauati sint præstare legatum, pro virilibus portionibus, nō vero hereditarijs sad præstatuorem tenetur, secus si appellatiuis, l. turpia 54. §. 1. si heredes 124. D. de leg. 1. l. nōnūquā 24. D. ad 8. C. Trebl. 8. D. de stat. lib. cū alijs, à quibus receptissimū iuris principiū tradiderunt nostri iuris interpretes, quidquid audaci errore in contraria sententiam dilabatur Albericus Gentilis, cui obuiam iuit cōmixtis exercitibus valida, & cuncta nostrorū interpretū ingēs manus, Cōstāter enim credidit iuris iudiciorē in ea fuisse sententia onerandi heredes viriliter, cum nominare reterit eorum, nec sic hereditatis partes, seu institutionis attendisse, si inveni appetillatio nomine, designauit credidit magis, institutionū partibus institisse, &

- & prefixā earum portionum cōser-  
vasse. Sed Æolicam tempestatē emit-  
tunt à I. Pauli responsod. l. sine acertis.  
19 Hortensi. in com. ad eadē leg. & A. Fab.  
lib. 11. coniect. c. 19. cum quibus, & pos-  
tea coniurauit noster doctissimus D.  
Petrus de Velasco in suis Casij & Pro-  
culirixis, c. 11. adserentes in his respōsis  
cōtrariasi. Cōsultorū sentētias refer-  
ri, & superfluisse, ineptosq; valde esse  
illos, qui inuestigare concordias inter  
aperto Mag. te pugnantes Cōsultos in-  
sudant. Sed nostro iudicio non tā gra-  
uis contentio vīla fuit, quominus &  
nostras partes interponere auderem,  
& recederē à Justiniani autoritate tus  
& tytropias, sua fide adserentis, non re-  
mansiſe in predectis nostris, nā quam-  
vis de Casarea fide, hac in parte, aliás  
ad dubitare magis possimus, nō vero  
in presentiarū, quādol. Cōsultorū res-  
ponsa placide cōquiescunt. P. Lorio-  
tus de iuris art. in tract. de substit. axiom.  
29 78. & 79. respondet, heredum nomi-  
na non considerari, si illi tanquam rei  
debendi, vel stipulandi habeātur, alio-  
quim nomina propria viriles partes  
facere, & sic intelligit I.P. Sed mul-  
ta sunt quæ Lorioto obstant, nec licet  
in hac digressione diutius commorans  
exprimere. Semper autē m̄hi placuit  
20 communis interpretatio Accursi. Bart.  
& aliorum d.l. Don. & Osuald. lit. C.  
lib. 8. com. c. 29. A. Gom. tom. 1. var. c. 5.  
n. 20. Greg. Lop. Maderæ c. 29. animad.  
Cuiac. varijs in locis, sed latè lib. 15. q.  
Papim. ad l. nonnumquam 24. D. ad S. C.  
Treb. docentinin, heredes appellatiis  
nominibus appellatos fuſſe, & ideo  
pro partibus hereditarijs conſtrigi.  
Neglegētiſ multorū ad tribuo, quod  
multoties ſententias, & iudicia ſua nō  
ſatis expreſſerint, nec argumētiſ, qui-  
bus adducti fuerunt, cōprobarint, un-  
de multoties diſplicenr, & tātē inter-  
pretum opiniones cooriuntur, non ſic  
ego, cum ocaſio detur idonea. Paulus  
21 ergo inquit, ſine à certis personis here-  
dum nominatim legatum eſſe, ſive ab om-  
nibus, excepto aliquo. His verbis præci-  
puus labor, fed iudicio noſtro facili-  
mus: nam theſim Consulſus dat le-  
gati, quod à certis personis relictum erat  
nominatim tu iutem nominatim non  
ſuis nominibus personarū, fed appellatiis,  
vi potē in noſtral. 2. & alijs, quas  
preſtūimus. sup. n. 14. & 15. quid ergo  
obſtat, accipere aduerbiū iſtud ex mo-  
re I. Ci. aliorumque recepiſſimo, vt  
pro appellatiis capiatur nomine? cū  
ſic Paulus, cū alijs. Ci. ſuauifſime cō-  
ueniat, & omni iñrepeti liceat, imò  
neceſſarium ſit, ad iſtas ſedandas ag-  
rūias, ſeu cōcordias legitimo trami-  
te interpretari, ſeu ducere reſponſa.  
Celsus cōmendauit in l. inambigua 19.  
D. de leg. & Pontifex in c. cum expediat,  
de elect. lib. 6. Quod cū aliqui non ani-  
maduertuſſet, aut cognoſſiſſent, ita rup-  
tionem in elegantissimum reſpoſum  
ſecerunt: penſit ent ſane in d. l. 1. D.  
de exhered. lib. tu nominatim pro pro-  
prio nomine, in l. 2. pro appellatiis  
accipi, & ſic in alijs reſponſis, & auto-  
ritatibus, quas nō parca manu hoc ca-  
pite cū magni utilitate dediimus. A 22  
certis personis heredū, ego accipio, ſige-  
nerali appellatione ſpecifice demonſ-  
tratae fuerunt, veluti in l. interdū 13. D.  
de hered. inſt. Primus, & fratribus mei ſi y  
aque heredes ſunt, & legati eſſet reſ-  
tum à fratriſ testatoris filijs, certæ e-  
nim personæ ſunt ſubappellatiis no-  
mine demonstratae, vt alijs ſic reſpo-  
dit Scuola in l. Lucius 78. §. Maria fi-  
lium 5. D. ad S. C. Treb. in illo fideicom-  
miſſio, te rogo fili Septimi ſi in tra 20. annis  
ſine liberis morieris, quidquid ex heredi-  
tate ad te peruenire, hoc fratribus tuis  
reſtituas, & fratribus quidē pro hered-  
itarijs partibus fideicommiſſū reſtitue-  
dū: aliuſ exēplū ad fert Madera d. c. 29.  
veluti ſi testator diceret, heredes mei,  
quibus ſemifem legauit (tum alijs ſex-  
tantem legaſſet, alijs triuentem,) ſiſo  
centum dent. Certæ enim personæ in

Paulo sunt quædam personæ vna appellatione comprehensæ, & designatæ Virgil. 1. Æneid.

Ecquidem per litora certos  
Dimittam, & Lybia lustrare extrema iu-  
bebo.

Certos, id est, homines, seu certas personas, Cicer lib. 5. ad Atticū ep. 17. paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas, & lib. 1. famil. ep. 7. quoties mihi certorum hominū facultas erit, quibus recte dem, non pratermittam, certæ ergo personæ hic, certi heredes sub vna appellatione contenti, & demissi trati, ut in exemplis datis, qui quidē sic nominatim appellantur, ut optimæ explicat idem Paul. in l. certū 6. D. si cert petat l. si in rem 6. D. de re vind. & in l. nominatim 90. D. de leg. 3. nominatim legatum accipiendum est, quod à quo legatum sit, intelligitur, licet nō pronuncia- rū non sit. Peculiarius Pauli fuisse vide- tur tē nominatim sic accipere, ex dictis; & alij Consulti acceperunt, ut hoc capite probauimus. Sed sequentia mire conguunt, nam cum legatum à quibusdā esse, referat Consultus, subiicit, & prosequitur eandem quæstionem, aliqualiter in casu declinatam: si legatum esset ab omnibus heredibus, excepto uno, veluti cum plures instituisset heredes, adiecisset testator, omnes heres mei: excep- to Tito, damnatis sunt centum Sēpro- nio dare, hic etiam appellatiuo nomi- ne heredes nominati extant, & merito, ex iuris præscripti regula, centum tenebuntur præstare heredes pro par- tibus hereditarijs. Claudit deniq; responsum Consultus, id ē est cum omnes heredes nominantur, appellatiue scili- cer, en qualiter sic acceptus Paulus, si bi congruit, i. integræ sui respōsi serie, & cō exturæ, alijsq; iuris cōditori- bus, & denique rationi respōso inser- tæ, quam sine iudicio Hortensius, Fa- ber, & alij irrationabiliter peruer- tuunt. Pro hereditarijs portionibus te- nentur appellati heredes, quia heredi-

tas eos obligat, belle Mehercle: nō so- lum heredis appellatiuum nomen ad præstationē legati adsumptū, & one- ratum est, æqualitatē institutionis creditur testator voluisse seruare, & quia heredes, ad adimplementum compellendi, quasi diceret, hereditatis nomine, & contractu tenen- tur: quid miri, si in onore eadē appen- datur qualitas, quæ in honore p. accē- sita fuit: at vero quā lo nominibus pro- prijs obligavit testator, non tā heredi- tatis respectus, quam personarum habitus fuit, quod plurimis responsis exornari posset, & quamquā apertis- simum sit, tunc etiam hereditatis adi- tione obstringi, sed quasi hyperbolice videntur magis abs speciali voluntate testatoris soluere heredes, quā à quasi hereditatis contractu, saltim ad quā- titatis solutionē, i. proviriliparte. Qui- bus quidē confido, iam deinceps tan- quā in verā libertatē Pauli sententiā, atque ad eā interpretum, asserram iri;

Sic ergo nominatim à I. C. nostris v-  
surpatur: sed adhuc requiretis causā,  
qua sic demonstratus, velexheredatus  
filius nominatim sit per appellatiuum  
nomen filij, gladiatoriis, latronis, & a-  
liud simile. Nomina autē ( vt prædo-  
cui sup.) aut personarū sunt, aut rerū:  
personarum, vt ipsæ demonstrentur,  
l. ad recognoscendos 10. C. de ingenuis ma-  
num. rerum autem, vt ipsæ significen-  
tur (sup. n. 8.) cum ergo sic conuenien-  
tia sint nomina in rerum natura, per-  
nomen filij, latronis gladiatoriis, non  
nominatum demonstratur filius, sed  
magis filiationis, latrociniij, & mu-  
neris gladiatoriij qualitas, quā personæ  
nomen, quod longe distinctum est ab  
appellatiue, vt attente obseruauimus  
hic n. 9. & 10. cum seqq. & ad l. 1. fusus,  
& elicimus ex l. nominatim 34. D. de-  
cend. & dem. nō quam ergo videbatur  
dicendum, filium exheredatum vide-  
ri, minusquam per nomen proprium,  
vt in dict. l. 1. alius autem modus, non

propriè nominatim est, immò magis appellatiuus, & sentire videtur, Vlp. d.l. 2. ibi: Et ita videtur, quod denotat improprietatē, l. qui actionē, D. de reg. iur. Sic à recta ratione, grammatices quē regulis deduci videtur; sed in ea, atque Rhetorica τέχνη τρόποις, ac figurās ab elegantia inuentas inueniemus, quib⁹ hinc inde cum maximo decore ordinari, seu legitimè regulæ pervertuntur: & si nō significations ferū, sedes autē earum alterantur, ut pulchrius dicere liceat, vt cūm Quint. lequar, pene iam, quidquid loquimur, figura est, hos quidem tropos, & figurās frequentissima alijs scriptoribus frēquentissime nostri Consulti, quos nulla elegantia latuit, aut fugit, usurparūt (vt probat alias longa autoritatū manu) in nostra autem l.z. & 3. D. de exher. lib. Una subest tanto pulcherrima, quanto frēquentissima, qua à grammaticis ἀντί-  
25 πέρα, aut ἀντίσεπται dicitur Rhetorici-  
cīs μετονυμία, seu potius ἀντονυμία, quæ transnominatio est, quando loco nominis alia ponitur res, & sane ad plures species hæc antimēria extendit-  
tur, sed frēquentissime, quādo appellatiuum nomen loco proprij ponitur, veluti urbs pro Roma, Poeta pro Homero, & Virgilio, philosophus pro Aristotele (Iustin. in s. 2. inst. de iure natural. gent. & ciuit. vbi interpretes, M. Fab. Quin. lib. 8. orat. c. 6. Casiōd. Incollet. de sche-  
matib. & tropis. c. 2. laic. & eruditè Edmund Richer. lib. 1. de arte figur. c. 75.  
76. 77. Julius Cesar Scaliger poētæ  
lib. 2. c. 31. (qui acutè in Rhythmo 28-

21. p. 27 agnoscit) Arist. de poetice cap. 21. & de Rhet. ad Alex. cap. 24.

Hæc autem Antimēria appellatiū nominis pro proprio in nostro iure frequentissima apparet, & exemplū præclarum in nostra l.z. offertur, cuius vera interpretatio nō aliunde ferti potest, nam cum certissimum esset exhereditationem nominatim facienda esse ex proprietate τῆς nominatim, sub nomine proprio filius exhereditari debebat, non sub appellatiuo, cum tantū virumq; distet (vt pluies obseruavi) sed ex elegantia, & licetia dicendi omnibus hominibus commune, scū à τέχνης ratione dictum est, vt loco nominis proprij possit appellatiuum usurpari, & nominatim ea cōsideratione dicimus aliquid fieri. Hoc autē innuere videtur Florēt. d.l. nominatim 34. 27 D. de cond. & demonstr. nam demonstratio plerumque vice nominum fungitur, l. Paul. lib. 4. sent. iii. 14. ibi. Officiorū enim & arciūm appellatio, nihil de significatiōne nominis mutat, isto scilicet modo αντιμēpias, seu αντονυμίas qua luce sa-  
cillium in uniuersitate erit præuidere in Iurisconsulūs, & eruditis, indeq; antimēdia, eruditæ passim illos ele-  
gantia tropos. Nec hunc variandi no-  
mina vñlū efficit solū voluntas, sed  
potestas simul, sic loquendi ex doctrinis,  
& elegantibus accepta, nam si ea inuē-  
ta non fuisses, non sufficeret solū vo-  
luntas, arg. l. nemo potest. D. de leg. 1. l.  
Labeo 7. §. 1. D. de suppedit. leg. 1. 4. D. de leg-  
at. 1. terum enim vocabula immutabilit̄  
funt.

## C A P. X.

**I**L LATI O ad manumissiones nominatim faciendas ex l. Fusia Cani-  
dia. 1. Nominare, pro manumittere, explicatur l. pater 38. §. filiū 2.  
D. de leg. 3. 2. illustratur Statius Papinius lib. 2. siluar. Epiced. Pilct.  
Vrs. libertas ex mēte. 3. Iustinian. legi Caninæ non derogavit, quonad no-  
minatam manumissionem. 4. Discutitur longo certamine Papiniari respon-  
sum in l. testamento 51. D. de manumis. testam. & alterum Africani  
in l. seruos 20. D. cod. 5. Miles an incertæ personæ posset legari 6. Testa-  
menta eius iure naturali sunt, & existunt. 7. Certis ex incertis legatur. 8.

¶ seqq. formula legati si fideicōmissi libertatis, vti quisq; te promeruerit,  
 vel similis. 8. 9. ¶ 10. Caninia lex an pertinuerit ad fideicōmissariis liber-  
 tates, in quo Cuiac. variauit, affirmativa placet. 11. Hac lex grata, ¶ des-  
 derata fuit Romæ: eiusrationes, remissione. 12. Varia cōstitutione Augustus  
 firmauit. 13. Tacito Imperatori quātū placuit, inde lux Vopisco. 14. Cuiacij  
 interpretatio ad d.l. si testamēto, refertur: eius eximius error notatur. 15.  
 Defenditur legē Caninia ad testamēta militaria nō pertinuisse: aliqua pri-  
 wilegia militariū testamentorū libantur. 16. Explicatur §. incertis 25. inst.  
 deleg. 17. Tentatur Africani responsum interpretatione d.l. seruos. 12. ¶ 19.  
 Tandem vera interpretatione illustrantur Papin. African. 20. In fideicom-  
 missarial libertate duo actus considerantur, unus testatoris, alter grauati,  
 grauatus præstare debet nominatum libertatem, non sic testator nominatum  
 designare seruos manumittendos. 21. Interpretatio inde inferitur ad altera  
 Papin. responsa in l. si legatario 22. §. 1. D. de fideicom. libert. & in l.  
 generaliter 24. §. quid ergo 17. D. cod. 23. Tandem resoluimus manu-  
 missionē, non obstante lege Caninia, sub demonstratione speciali celebrari pos-  
 se. Accedimus ad I. Paul. lib. 4. sent. tit. 14. 24. Inquirimus S. C. illud Or-  
 phitianū de manumittendis seruis sub nomine appellatiuo. 25. Spurium, ¶  
 falsum indicamus, ¶ ex glossate irrepisse in textum. 26. Aut errore nota-  
 rum. 27. Forte Paul. scripserae ex Octavianī constitutione, ¶ per no-  
 tas scriptum ex Octiani C. S. ex qua um ignorantia aborsum fuit Orphitia-  
 num. 28. Magni cooruntur errores ab antiquis notis. 29. Libera earum in-  
 uentio. 30. Lux datur Suetonio in Augusto c. 40. quid sit apud eū curiose  
 cauere. 31. In legibus aliquando res nō cōtrouersa cōcinebatur, ¶ quando. 32.

**S**IC, veluti ex hereditatio, & insti-  
 tutio nominatum facienda, sub-  
 demonstratione speciali conci-  
 pi potest, & manumisio eadē norma  
 ducitur, & principijs: certissimum enim  
 est nominatum celebrandam esse ma-  
 numissionem, idque speciali legē Fusia  
 seu Fūtia Caninia prouisum fuisse. VI-  
 pian. in frag. tit. 1. in s. ibi; Eadē lex ca-  
 uet, ut libertates seruis testamento nomi-  
 natim dentur, optimel. Paul. lib. 4. sent.  
 tit. 14. l. nominarim 24. l. nominatum 37. l.  
 Titia 59. D. de manum. testam. Gaius lib.  
 1. instit. tit. 2. §. 3. Iustin. inq. incertis 5.  
 deleg. Agnoscunt, & explicant Cuiac.  
 innotis ad Vip. I. Paul. & Iustin. supra, &  
 ad tit. de l. Fusia Caninia tollend. & in-  
 commentario ad l. penul. D. de probat. &  
 ad l. testamento s. 1. D. de manum. testam.

lib. 14. respon. Papin. & lib. 15. obseru. c. 4.  
 D. Gothofre. innotis ad eadem loca, Na-  
 conius lib. 4. declarationum, c. 53. n. 2. &  
 3. Brison lib. 7. form. f. m. 692. Francisc.  
 Broxus ad princip. inst. de lege Fusia Ca-  
 ninia, & Gifanius ibi; A. Guibert. lib. 7.  
 quast. iur. c. 2. n. 6. Fran. Raguell. in cō-  
 men. ad decis. Iust. lib. 6. ad Graecam Iusti-  
 tian. constitutionē, I. Rosin. lib. 8. anti-  
 quitat. Roman. c. 15. præter Galuin. A.  
 Augustin. Verrucium, Hotomanum  
 incommentarijs de leg. Rom. unde apud 2  
 Scatul. in l. pater 3. 8. §. filia 2. D. de leg.  
 3. formula illa refertur ad veritas meos  
 quos hoc testamēto nominavi, per in revo-  
 lo, quasi testator diceret, quos hoc testa-  
 mēto manumisi, vti in l. L. T. 88. §. L.  
 Titus 6. D. de leg. 2. nam cum nomina-  
 tum ex lege Caninia manumitteretur  
 serui

serui inde accepiū fuit, nominare, pro manumittere prædœvit Cui. d. libr. 15. obser. c. 4. D. Gothofred. in notis ad dict. c. flia, F. Brozes ad §. incertis autē inst. de leg. n. 1. Hinc aperimus mentē 3 Statij in libertate ex mente lib. 2. silvar. epiced. Pilet. Vrs. deliberto loquitur — Cui maior stemmate iuncto  
Libertas ex mente fuit.

¶ ex mente ipso ut mās scripsit, cū respectu ad libertatem naturalem, quæ à dominis verbis, & nominatim seruis præstabatur, sic illa animi, & non corporis magis nobilitate mentis, & animi dependebat. Et quamvis constituzione sua in l. Fusiam Caninā susulerit Iustinian. nō tamē eius capitulo derogauit, quonominatim manumittendi modus sanciebatur: colligitur ab eodē in tit. inst. de l. Fusia Canin toll. & C. cod. sit. & prædœcit Cuiac. in Paratitl. ad eū tit. Iustinianus enim ferre noluit abscessam do minorum potestate in manumissionē, vt solūmodo usque ad certum numerum seruorum libertate donare possent manumittores, & sic suā cōstitutione limites illos removit, & voluntati liberalitatique dominorum amplissimū præstitūt campū: residuum antē legis, nominatim manumissionē celebrandi, remāsit, & sic agnoscat ipse Iustinian. tacite d. §. incertis 23. A etus enim manumissionis qualitas tanta est, vt expeditionem, seu celebrationem expeteret nō plebeiam leuē confusam; imò selectā, distinetā, & nominatā, vt hāc dignitas aliquibus actib⁹ à nostro iure specialiter induita fuerit, quod lōgius ediceremus, cū resumamus l. 2. D. de lib. & posth.

5 Sed huic certissimā doctrinā negociū, & difficultatem dat Papin. in l. testamento 51. D. de manum. testam. informula illa manumissionis testamēto reflectae, prout quisque meruisset seruorū, manumitti, ex qua colligimus non nominatim manumisso seruos fuisse, imò subincerto casu meritorum, & conse-

quēter incertæ personæ fuit adsignata libertas, illi scilicet seruo qui dominum promeruerit. & cū manumissionis actus ea gratitatem gaudet, quod relinqui nominatim debeat, hāc emus merito in magni Papiani respōsō. Nec quisquam illud ab hac difficultate exsoluerit e conetur prærogatiū militaris privilegij, quia Centurio in eo respōsō testator erat, nā ex D. Hāriani rescripto legatum, nec fideiconimissum 6 incertæ personæ poterat relinquare miles, nec libertatē, vti colligimus ex Iustinian d. §. incertis 25 inst. deleg. nā quamvis lex Fusia Caninā ad milites, non pertinet, vti iam obseruarunt Cui. d. lib. 12. resp. Pap. ad d. l. testamēto & Fran. Raguēl. ad decis. Iustin. d. libr. 6. c. fi. & lib. 7. ad l. unica, C. de lege Fus. Can. toll. ad id exp̄ndentes d. l. si testamēto, id sane cōcedimus quoad numerum manumittēdorum seruorum, nō tamen, vt non nominatim manumitterentur: nam quamvis milites civili iuri obnoxij nō sint ad ultimarum dispositionē voluntatum, nō tamen prætermittere debent ea, quæ de iure naturali necessaria sunt, & sine quibus dici non potest, voluntas: cōstare enim prius debet voluntatem habuisse militem, iustum & rationabile fuisse, nō continentem iniquitatē, & barbariē, vt multis exemplis illustravit Donel. lib. 6. com. c. 28. vbi & Osual: & apertus est d. §. incertis, certum enim (vt inquit Vlpian. iit. 22.) cōsilium debet esse testantis (quod tamē submoderatione infra subiectō intellectum velim,) sed quomodo cumque sit, & miles huic manumissionis solemnitatī, non adstringeretur. Videb⁹ æquale Papinian. manumissionis formulam obseruasse 8 Africānum in l. seruos 20. C. eod. tit. de manum. testam. in quo testator paganus seruos legauit, & cauit ita, rego sita promeruerunt, dignos eos libertate existimes, & addit Cōsulens, Pratoris ha partes sunt, vt cogat libertatē præstari, nisi si

quid talis serui admiserint, ut indigni  
sint, quo libertate consequatur. Nec satis  
faciet, quicunque dixerit, in his manu-  
missionum formulis, non fuisse incertas  
designatas personas; sed immo sub certa  
demonstratione incertos ex certis ser-  
nos manumissos, quod nostru[m] ius  
admisit, ut potest in illo legato, excogna-  
tis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam ve-  
xorem duxerit, ei heres meus illam rem  
dato, dict. §. incertis, nam quamvis sub  
ea formula alijs sustineantur actus, non  
tamen priuilegiati illi, qui eximuntur  
ab ea regula, & nominatim celebrari  
debent, ut potest institutio, ex hereditatio  
& manumissio (quod suo loco attius  
exigemus) hinc mirum non est, quod  
legatum, & fideicommissum relinqua-  
tur sub illa formula, rogo filia, bona tua  
quandoque distribuas liberis tuis, ut quis-  
que detemeruerit, ut in l. cum pater 77.  
§. rogo 25. D. de leg. 2. & illa simili: si te  
meruerit, ut in l. fideicomissa 11. §. proin-  
de 8. D. de leg. 3. quia non nominatim  
solemniter relinqui debebant.

Instabit aliquis, Caniniam legem  
ad fideicommissarias libertates non  
pertinuisse ex Cuiaci sententia ad l. vni-  
ficam, C. hoc tit. quia per fideicommis-  
sariam libertatem non totus seruus  
aufertur heredibus, siquidem iurispa-  
tronatus commoda, & utilitates saluæ  
eis remanent: & quia cum lex ista in-  
uida, & odiosa esset, ut potest quæ liberta-  
tes comprimeret, cuius fauore, &  
dignitate tanta priuilegia in nostro iu-  
re excogitata sunt, videbatur restrin-  
gendam, & comprimentam esse: reg.  
odia de reg. iur. l. cum quidam, cum vul-  
gat. D. de lsb. & posth. sic cum Papinia-  
nus, & African, dd. legib. de fideicom-  
missariis libertatibus loquerentur, no  
dubitandum erat, nec de numero ser-  
vorum, nec manumissionis modo, nec  
quidquam legis Caniniæ sactione of-  
fendi. Sed effugium falsissimum est, quia  
lex Caninia, quamvis ante quā fidei-  
commissaria necessaria efficerentur

(quod non disputo) præscripta fuerit,  
necessario ad fidem emissarias liber-  
tates extēdēda erat, ne facillime elu-  
deretur arg. I. fideicommissum 87. D. de  
leg. 3. & eorum, quæ latè tractau[nt] infra  
lib. 3. Paralipom. ad idque coniecuram  
præstat l. si legatario 22. §. 1. D. de fidei-  
com. libertat. in quo legis Caniniæ mo-  
dus obsernatur in fideicommissaria li-  
bertate, obsernante ibi Godofredo, &  
Cuiac. infra referendo, fauetque Pa-  
li inscripto lib. singulari ad l. Fusam. Ca-  
niniam in l. si quis 37. D. de condit. & ac-  
monstrat. in qua hypothesis fideicom-  
missariæ libertatis disquiritur: sic hæc  
sententiam comprobatur Cuiac. in  
Paratit. ad tit. C. de lege Fus. Caninia, A-  
zo ibidem, Franc. Raguell. ad decif. Ius-  
tinian. lib. 7. ad dict. l. vnicā, & dignum  
animaduersione pro hac sententia est:  
quod quamvis tanta ingentis labore dig-  
næ sint libertates, tamen aliquando  
æquius visum fuit Populo Romano  
ipsi que Augusto Cæsari cæcum impe-  
tum dominorum ad manumissiones  
infrenari, per rationes, quas Baldinus  
& alij institutionum Scholastæ ex-  
pendunt ad tit. inst. de lege Fusia Cani-  
nia toll. & Cuiacius in commentario, C.  
ad cūdem tit. optime D. Halicarnaseus  
lib. 4. antiqu. Rom. Connan. 2 tom. cap. 5.  
num. 5. & alij, qui infra referuntur: vn-  
de Sueton. in Augusto, cap. 40. Seruos no  
contentus multis difficultatibus à liber-  
tate, & multo pluribus à libertate insta  
remouisse: cum & de numero, & de con-  
ditione, ac differencia eorum, qui manu-  
mitterentur, curiose cauisset, Dio Ca-  
sius lib. 15. πονώντες πόλεις ἀπελθα-  
σάνθερντορ δεταξε τούτη τε οἰκία  
τούτη ελευθερούσα την τὴν α-  
θηναῖνεν δι' αὐτούς εγένετο, καὶ  
ταῦτα δικαιούσα οἵστε ἀλλοί προς τούτους  
ἔλευθερους, οἵστε αὐτοί οἱ διαποτοί  
οὐδὲ γέροντες χριστιανοί, idest, quia  
multi milios manumitterebant atalem quæ  
& manumiscentes, & manumittendus ha-  
bere deberent, iuraque quibus ergali-  
ber-

bertos cum alij, tum ipsi patr. ni vicerentur, constituit. De qua lege Augusti accipienda est l.apud eum 14. §. 1. D. de manumis. consulite Casaubonū, Torentium, & alios interpres ad Suetonium dict. cap. 40. Marcellum Donatū inditacitationibus ad eum, Rebard. libr. 2. coniectan. cap. 1. Ut si vna, & altera legel libertas impeditetur, persuasum habeamus, Caniniam legem ad fideicommissarias libertates extentam, & admissam fuisse. Quid magis! Imperator Tacitus apud Vopiscum, cum posset sine fraude legis cunctos seruos suos manumittere in vita (cum Caninia lex ad testamenta pertinere) in reuerentiam tamen eius, tatum placuerat Populo Romano! ultra centum manumittere noluit. Vopisci verba sunt, seruos urbanos omnes manumisit utriusque sexus, intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur. Expende placitū legis, & rationes, quas proea præcitatū considerarunt, & ad fideicommissarias protensam fuisse libertates legem, dijudicabis.

25 Nihil felicius ipse Cuiacius libri. 14. quest. Papinian. ad dict. l. testamento, nominatum manumissos videri, quia omnibus Centurio dedit libertatem, argum. legis Titius hoc nostro titulo, & tandem legem Caniniam admittit in testamento militis, ad solemnitatem manumissionis nominatum facienda, & excludit quoad numerum seruorum ut omnes miles manumittere possit seruos. Haud doctissimi viri iudicium nosco. Unde nominata in scripto manumissionem in Papiniani responso, quia miles omnes seruos manumiserit? non inuenio sane in responso, nec vocem aliquam, qua nominatum manumisit militem dicamus, ut potè dicta. Titius, in qua illa fuit, ceteri omnes, quæ verba diversam longe specie constituunt, ut ad eam legem exornabimus. Et cur tā diverse militare privilegium voluitur circa Caniniam le-

gem, vt in vna eius parte vigeat, in altera que lagueat? Sed quid responderet Africano, dict. l. seruos eod. tit. ubi in specie simili libertas fideicommissaria defenditur à testatorerelicta, qui nec miles erat, nec sub voce ( omnes ) legauerat, & manumiserat seruos.

Me autem Papiniani responsum dict. l. testamento, parum remoraretur si de Centurione, & sic militari privilegio intelligendum esset, nam apud me indubitate intis est, legē Caniniam ad testamenū militare per tinere, cum in omnibus iuregentium militessua testamenta cōdani (vt alias scripsi) nam præter quod a testamento militari absint dol, tu pitundes, & iniquitates, vti in exemplis à Donello præceptis dict. lib. 6. com. cap. 28. in cæteris autem non iure publico, seu cōmuni testantur. Hinc est saluberrimā legem Falcidiā ad eorum testame ta non pertinere l. in testamento 12. C. de milit. testam. l. si certarium 7. §. fin. D. eod. tit. l. si post missionem 16. D. ad l. Fal cid. & deportato hereditas relinqui potest, & legatum à milite l. idem est 13. §. & deportati 2. D. de testam. milit. l. si deportati 7. §. 1. D. de leg. 3. (quod acriter disputamus suo loco) potest etiam pro parte testatus, & intestatus decedere l. similes 6. D. de testam. milit. 1. & 2. C. eod. tit. innumera sane alia privilegia miles habet, quæ colliguntur à titulis C. & D. de militar. testam. quid ergo obstat debet, quod cum eius testamentum iuregentium nitatur, nō posset legis Caninæ sanctionem trascendere, quæ non magis favorabilis est, quam alia iurisconstitutiones, quas transiulat militare privilegium? Fellit Iustiniani autoritas I. Cuiacium dict. §. incertis, sed animaduertere debet, longe differre incertam omnino voluntatem ab ea, quæ ex certis aliqualiter incerta est, ut idem distinguat Iustinianus. Quando enim omnino incerta est, velut quicumque funus

meum duxerit, quicumque Consul factus fuerit, quicumque filiam meam duxerit, æquum est, huiusmodi viciari voluntatem, siue legati, siue fideicommissi, siue libertatis fuerit: iustum enim est, ut certa procedant iudicia testatum, quæ quasi in solatium sati à iuregentium inuenta fuerunt, l. 1. C. de Sacro-sanctis Ecclesijs, alias nec iudicia, nec voluntates et timari deberet, sed imò furores, absurdæ, & iniuriantes, quas merito magnus Princeps Hadrianus, & à testamentis militaribus extirpauit: & sic intelliguntur, quæ sup. numero animaduertimus; quādo vero à certis aliqualis procedit incertitudo, veluti quicumque ex cognatis meis uxorem duxerit, quicumque ex seruis meis quos legavi, vel venire prohibui, dominū promeruerit, tantum dato, vel rego ut libertatem acceperat, voluntas ista æqua est, & certa, restrictaque ad certas personas cognatorum, & seruorum, de quibus certum iudicium potuit facere testator, & sic merito sustinetur in iure. Et quāvis libertas pro gravitate actus & rei, ut ceteri alij actus, exposcatur, legis Caninæ sanctione, maiorem gravitatem, seriorem quæ dispositionem, ut nominatim scilicet fiat, obtinere debet id in paganis, nō in militaribus, qui iuregentium testantur, nō publico, & communi, dum modo vitium, & iniurias absit (utri prædixi) nam & quamvis manumitterent non specificæ, & nominatim seruos, sed sub aliqua incertitudine, restricta certis ramen personis, ita ut satis ostaret voluntas, licet non sub solemnitate Caninæ, non debet huiusmodi voluntas iniqua, absurdæ indicari: quid enim commune habent solemnitates istæ cum testamētis militaribus? & sic nobis non obstaret dict. l. testamento.

Africani autem responsum dicit. l. seruos 20. D. de manumis testam. si auēze intropiciamus contextoram, meo iudicio, nullam præfert difficulta-

tem: Consultus enim non integrā testatoris clausulam quoad seruos illos transcriptis, sed partem solum eam, quæ occasionem præstitit respōso difficultate sua, quæ nulla habita fuit circa nominatam manumissionem, sed qualiter præstari deberet libertas sub illa conditione, si promeruerint serui, relata, idè solum clausulam libertatis expressit, cætera supposuit in illis verbis: seruos legauit, & ita canuit, in legato sane nominauit seruos, ita ut forte his verbis scriptum esset. Laci Titi summe Stithum, Pamphilū, Herotē seruos meos, & rogo, si te promeruerunt, dignos eos libertate existimes. Vnde Uno cursu in Basiliō legiū lib. 48. titul. 3. legauit tibi seruos, ut eos manumitteres, si visi fuerint promeruisse, cū ergo ex æquo, rationabili, ordinariō que more credere debeamus in legato nominatos fuisse seruos, adiectio fideicomissariae libertatis continua nominacionem accipit ab illo, quia cum una series, vnaque contextura sit, nomine primum seruorum conuenit legato, & libertati: hoc grāmatici, pueri, & insipientes agnoscent: nam cū legitimus legatos seruos fuisse, & sub ista formula adiectam fuisse fideicommissariam libertatem, credere debemus solemnitatem nominationis præcessisse, uti expresum est in nostro ciuile iure, §. fin. inst. de fidei us. §. si scriptum 17. inst. de inutilibus stipulat. l. sciendum 30. l. Tertia 134. §. idem respondit 2. D. de verborum obligatione. & sic, quamvis militaris favor abest, d. l. si testamento poterat sic Papinianus percipi.

Sedadhuc puram non attigimus veritatem, quamvis vario vndiq; cinxerimus responsa propugnationis muro, nam in fideicommissarial liberitate duo tempora, siue potius actus estimari, & distingui debent: unus, quo rogatur ab herede libertas, alter, quo, ab herede preslatur. Primus ille rogationis (ut ego existimo) semper stetit ordi-

ordinarij regulis iuris, id est non nominatum, & ex formulâ Caninâ servi designarentur: sed imò sub aliqua incertitudine certis circucripta personis, ut dict. §. *incertis fieri posset*, quia tunc non præstatur libertas, sed rogatur ut præstetur; nam quamvis Auḡasti exemplis fideicommissa necessaria fuerint, necessitas illa consideratur, ut cogatur adimplete heres, non tamen, ut sine eiusfacto, credatur brebis manus fictione, aut alio simili remedio, à principio rogationis obtinuisse effectum, nam Prætor fideicommissarius creatus fuit, qui compellebat grauatos ad fideicommissorum ad implementum, & sic dict. l. seruos 20. scribit sic Africanus, *Pratoris haec partes sunt, ut cogat libertatem præstari*, hinc accipit lucem Papiniani respōsum in l. *legateario* 22. §. 1. D. de fideicommissa libertate in formula illa fideicommissariæ libertatis, qua rogavit heredes, ut duos, ex tribus, seruos manumitteret, in quo quamvis certæ seruorum personæ erant, tamen incertum omnino, quis manumittendus esset, nec dubitat Papinianus libertatis præstatione, imò præstādam esse quomodo documque, respondet, & tamen, sine nomine, sine persona, sine demonstracione his seruis rogatur libertas, sic etiā intelligendus est Papin, idem in l. generaliter 24. §. *quid ergo 17. D. de fideicom. libertate* quæ quidem omnia, non alia ratione aduersus Caniniam Furia que legem subsistunt, quam quia rogatione testatoris solum dirigitur manumisio, nō celebratur: & sic manumissi servi per fideicommissariam rogationem, liberti heredum remanent; at vero si directe propria sua legis que potestate manumitteret testator, libertus dicitur orcinus, id est testatoris defuncti, quia ipse fuit, non heres qui præstitit libertatem, & tunc nominatum concedi deberet. Ex his alter actus inaperto est, scilicet quan-

do in vim fideicommissariæ rogationis heres præstat libertatem, & manumittit, tunc enim nominatum deberet facere ex legi Furia Caninæ sanctione, quia tunc sane reapse præstatur libertas, uti præscripta latrī comprobant, vnde dd. l. *testamento*, l. *seruos*, & alijs, non mirari debemus, atque in earum inscritis formulis, solemnitatem ista in nominandi omissam fuisse.

Ex his omnibus, quæ disputacionis auiditate traximus, aperte colligimus, manumissionē nominatum, id est, nomine servi expreso, celebrandam esse, sed quambis ita comparatum sit: *ad transprias*, seu transnominationis ratione, proprij nominis loco subrogato nomine appellatio, demonstratione ve aliqua demonstrante satismānum illum seruum, sanctioni legis legitime satifit (ut longius tractauimus cap. præcedenti à num. 24.) declarat optime I. Paulus lib. 4. senten. iii. 14. cuius optima verba libentissimus transcribo. Nominatum autem manumittere intelligitar hoc modo, *Stichus liber esto*, cū autem obsonatore, vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse velo, ex Orphitiano S. C. perinde libertas competit, ac si nominatum data sit, officiorum enim, & artiū appellatio, nihil designationē nominum mutat, &c. dict. l. nominatum 24. dict. l. nominatum 37. dict. l. Titia 59. D. de manumis. testament. explicant Cuiacius ad I. Paul. A. Augustin. in tractat. de legib. ad l. Furiam Caniniam B. Brison. libr. 7. formul. f. m. 692. cum seq. & alijs.

Sed proxima Pauli verba in illo 55  
Orphitiano Senatusconsulto, non leviter ingenium nostrum exercuerunt, nam quod fuerit stud Senatusconsultum, cuius causaprolatum, non plene capere possum. Nam si manumisio testamentaria, quæ nominatum celebrari debebat, poterat subalio nomine appellatio, & aliive speciali demonstracione ex recta iuris ratione dati, ut potè in institutione, exhereditatione alijs

alijs que actibus probauimus capite  
præcedenti, & in ipsa manumisione, v-  
xi aperite agnoscitur, ex dict. l. 24. 37.  
§5. infra. D. de manum. testament. quid  
quæso potuit esse in causa, vt ad id Se-  
natus Consultum præscriberetur? Aliud  
Orphitanum Senatus Consultū  
præter vulgare illud de successione filiorum, non memini me legisse, nec  
in nostro civili iure, nec eruditis anti-  
quis scriptoribus: nec ne illud dū suc-  
cessionem filiorum curat, conuersum  
fuit ad seruorum manumissionem, sub  
demonstratione officij, vel artificij ce-  
lebrandam? nugæ, nam nec causa ex-  
petebat, nec ratio patiebatur, vt dis-  
tantes res sub uno præscriberentur Se-  
natus Consulto: nam quamvis leges,  
constitutiones, Senatus Consulta va-  
zia obtinerent capita, & varias com-  
miserent res, ita tamen si commixta  
aliqualiter coniungerentur origine,  
& affinia essent tractati; quid enim  
reaple filiorum successio commune  
habet cum manumissione sub nomine  
appellativo? Icuissima res sane erat,  
& quæ nec mereretur tantum Se-  
natus Consultum: glofema alicuius  
imperiti interpretis fuit, quod à mar-  
gine in contexturam irrepsit, ipse Paulus  
sermonis serie, & contextura satis  
demonstrat, officiorum enim, & artium  
appellatio nihil designatione nominum  
mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio  
designentur: tunc enim nomen adiungen-  
dum est, vt eluceat, de quo testator sensi-  
se videatur. Si enim ex Senatus Con-  
sulti Orphitanii res autoritate pende-  
ret, more aliorum I. Consultorum in  
illa infisteret solum, atque niteretur,  
non sic ratione, distinctione & expli-  
catione, tam attente Paulus procede-  
ret: nihil enim aliud Paulus explicit,   
nec modo alio, quam quem Gaius ha-  
buit dict. l. nominatim 24. D. de manum.  
testam. vbi nulla talis Senatus Consul-  
ti mentio, & Florentin. dict. l. nomina-  
tum 34. D. de condit. & demonstr. & Vl-

pian. l. 2. D. de liber. & posth. Sed quæ-  
uis expunctio nostra (vni per o) recti  
liberique iudicij viris placuisse sit: ta-  
men in recerta, & antiqua mecum re-  
putabam, si Orphitanum istud nota-  
rum error intulisset, nam cum Octa-  
uianus Augustus circa seruorum ma-  
numissiones multa constituisset, imò  
curiose caussei, vt inquit Sueton. in eo  
cap. 40. & Dio. lib. 55. ( quorum verba  
dedimus sup. num. 12. ) ad quæ retuli-  
mus l. apud eum 14. §. 1. D. de manumis.  
vbi huius Augusti lex referatur. Cu-  
rioise de manumissionibus caverat, for-  
te si & constitutione sua verbam manu-  
missionis præscripsisset, sic illicet sub-  
nomine appellatio possent manu-  
mitti, cuius respectu, sine dubio  
scripterat Paulus ex Oceani consti-  
tutione, & per notas postea scriptum  
erat. Ex Oceani C. S. quarum notarū  
ignorantia repositum fuit ex Orphitiae-  
no Senatus Consulto, errore eximio, &  
insipientissimo, mirum est quanti in-  
gruerint errores in nostrū ciuile ius 29  
à notis quibus fere compactum erat,  
& in alios scriptores antiquos, vti  
præsenserunt, & conqueruntur. D. Isi-  
dor. lib. 1. atomolog. cap. 22. Cuiac. lib.  
3. obseru. cap. 38. Conriad. Rittershus.  
in proæmio institutionum, & in iure Ius-  
uniane part. 6. c. 2. à num. 5. cum seqq.  
Panciroli. lib. 1. variar. cap. 30. Salmas. ad  
Capitolin. ad Maximum. fol. 172. vbi si-  
milem errorem tollit, l. Lipsius lib. 2.  
epistol. quest. epist. 17. Marcell. Donat.  
indilucidat. ad Sueton. in Tito, cap. 3. nā  
cum huiusmodi notarum inuentio li-  
bera fuisset, & ad libitum daretur, vti  
colligimus ex Suetonio in Augusto c.  
88. D. Isidoro dict. cap. 2. & probat  
Porta in suo tractatu de Ziferis literis  
lib. 1. cap. 2. cum seqq. Et sentiunt proxime  
dati interpretes, & sic eisdem line-  
ris variae significauiones adiubitæ  
suegunt, graues errores indies oriebā-  
tur, vt merito notarum abolitio ( vt  
præcitat tractant ) indicta fuerit  
( quem

(quam rem Deo volente suo loco re-  
uoluam, & prædixi ad l. 1. cap. 6. nū. 55.  
D. de lib. & postb.) vnde sane in animū  
induxi, Paulum nostrum morbo labo-  
rare crudeli, & à nostra emendatione  
auspicatorum esse salutem: nām I. C.  
(quod non leue est) qui dīct. l. apud eñ  
14. Augusti eiusdem constitutionis  
mentionem fecit, idem Paulus fuit.  
Nam quātū hæc manumittēdi forma  
ex recepta sentētia l. Cōsultorū certa  
eslet, potuit cū decore Augustus, dum  
modos, numerum, tempora, qualita-  
tes, & alia confinā manumissionum  
constitutione disponit, curiose cauere  
vñque ad nomina manumittendorum  
31 seruorum (à quibus certa luce dona-  
mus Suetonium dīct. cap. 40.) nām nec  
nouum est in nostra iurisprudentia,  
& res certas, nec controversas com-  
prehensas legibus iri, vel vt firmior  
redatur res, vel quia congruit legis  
32 capitibus, vt certarei serie, & doctri-  
na capita legumducerētur, quodquā-  
vis aliqui negēt, id faciunt sine con-  
sideratione tantorum iurium, quæ vñ-  
dique prosiliunt, vide musane in l. 1.  
D. ad l. Falcid. l. 3. §. 1. D. naut. capon. &  
stab. l. quoties, C. de rei vind. l. quaris,  
D. de natālib. restit. l. si procurator: 79. D.  
de verbor. obligat. argum. l. cui pacto 5.  
D. de seruis exportand. l. non est dubium  
20. D. de legib. docent I. Cuiac. libr. 10.  
quæst. Pap. ad dīct. l. 5. optime Ioann.  
Corras. in enarrat. ad l. non dubium, C.  
de legibus. num. 5. & ad dīct. l. quoties, n.  
13. & incōmētario ad dīct. l. si procurato-  
ri, num. 2. Iacob. Rebard. ad l. 12. tabul.  
cap. 1. Cardinalis Mantic. de tacit. &

ambig. conu. lib. 12. tit. 29. num. 17. qui  
quidem alia iura ad id expendunt, &  
sic in tabula antiqua plebisciti de mā-  
joribus Thermenib⁹ facti, quod refert,  
Brison. lib. 2 form. fol. mihi 169. & Fulu.  
Vrsin. in collectione Veter. legum, & S.  
Cōsultorū, legitimus plebiscitum su-  
per re certa, & quæ anteā lege fir-  
mata erat, vnde apud Festum verbo,  
Sacramenū, plibiscitū Papirianū legi-  
tur in his verbis, ab Scaligero ibi, resili-  
tutis, & Brison d. libr. 2 for. Quicunq.  
Prætor. posthac. fact⁹ erit. que. inter. ci-  
ness. ious. dicet tres viros. capitaleis ques-  
cumq. posthac. fact⁹. erunt. Sacramen-  
ta. exiganto. iudicantq. eodemq. ioure.  
funto. rite. ex legib. plebi. q. sciteis. exi-  
gere. iudicare. effeque oporteat. Sic  
lāne erat, quod noua lege, & sanctio-  
ne firmaret lex ad maiorem obser-  
vantiam dīct. l. 3. §. 1. D. naut. cap. &  
stab. vnde illustrat⁹ l. 57. C. Theod. de  
cursu publico, in principio, ibi: Repetita  
lege sancimus. Quod & alias obseruauit  
in Paralipom. nostris, & hæc de Iulij  
Pauli loco, quem miror, nō aduertisse  
Cuiac. in eo A. Augustinum in tra-  
stat. de legibus, & alios, qui huius Se-  
natus Cōsulti spuri mentionem fe-  
cerunt. Quibus contenti quiescimus,  
si annuerit Deus, sūo perfractabimus  
loco, quam solemnitatem verborum  
manumissiones exposcerent, & quo-  
modo institutiō heredis, alijque actus  
nominatiū celebrari deberent, & sub  
nomine appellatiō, nihil omnious cō-  
sistat, quibus longe illistrabimus, l. 2.  
D. de liber. & posthum. ultra repetita  
commentaria Academia corum,

## C A P. XI:

A E T A S militum, prouidentia ducum, periculorum gloria hoc capite  
dantur. 1. Ordinūs disquisitionem à I. Barelaÿ loco. 2. Gloriosum est,  
Heroes induci pelagi erroribus, & tempestatis circum actos, bello-  
rumque periculis insegnes. 3. Inde subtiliter eruitur mens Eudemonis Nico-  
me-

mediensis orationis ad Antoninū Cesarē in l. deprecatio 9. D. ad l. Rhodium deictu. 4. Illustratur que lex 2. D. de captiu. & postlim. reuersi. in postliminio nauium. 5. Summa laus Imperatoribus datur à prima etate creuisse inter pericula belli, & tempestates marium. 6. quod maxime de Annibale prædicatur. 7. Ex his accedimus ad interpretationem l. 8. §. 7. D. de excusat. tut. in ea que refertur, & refellitur vulgaris interpretatio, & eversio. 8. Imperabes aliquando, & militarunt, & tribunatum geserunt, & expendituri fin. C. de testament. milit. & l. quicumque 4. C. Theod. de te militar. 9. Quæ fuerit militiae legitima ætas 10. Sed ante eam aliqui nonumquam admittebantur ad militiam. 11. Insipientia gravissima est in primo litore ducem se omno tradere, nō sic poeta Hero as suos confinxere. 12. Prudentia summe commendatur inducere. 13. Inde attentio penetratur Maronis. 14. Et Homeris, aliorūq; poëtarū. 15. I. Paul. in l. 1. D. de officio p̄f. vigil. expendituri & in l. 3. §. 3. eod tit. 16. Et longius constitutio l. fi. C. de officio militar. iud. 17. Sententia Iustiniani in proœmio suarū institutionum. 18. Et Vlpiani consilium in l. obseruare 4. §. 3. & 4. D. de officio Procons. 19. Videtur am sequens caput, quod huīus appendix est.

**L**AUDERE librum secundum decreui duobus subiectis capitibus, quæ nō despero futura lectribus suavia. De ætate militum: dedignitate militiae clasicæ, & terrestris: & prudentia ducū sermo noster erit: indeque promouebimus castra ad nostrum ciuale ius: rora enim nostra militia literaria pro illo expeditur, & quasi in procinctu est. Sed vt certo ordine agmen ducatur, tubæ signum do à Barclaij loco, seu arce lib. 1. Argen. qui virtusque partis conficitur campum aperit. Videtur sane, elegantissimum virum temporis, personarum, & rerum nō obseruasse decorem in his verbis, circa principiū lib. 1. Ille insuetus nauigij malis procuruerat in arenam, quærebatq; circum acciūm pelagi erroribus caput sopore compnere. Conclamare in Barclaium possumus insutam his verbis fortissimo viro Arcobroto injuriam, quia inducit insuetum nauigationi, & in primo litore traditum somno: vnde ille ingynæco forte educatus vixerat.

Quæ ergo peragratum Tinachiam inclito facinorū animo inducit? Quæsto congruentius sibi, & Arcobrotot ferret, attollere Principis iuuenis gloriā pelagi erroribus, & tempestatis, nobilissimis ausis intratæ ciuitatis, vastatæ regionis, duelli, & mortifaria bellorum gloria: quibus sic omnibus gloriesum Aeneam suum Virgilios representauit Carthaginis Didoni. 1. Aeneid. V. 600.

Coram, quem queritis, adsum  
Trojanus Aeneas, Lybicus ereptus abun-

dis.  
O sola infandos Troia miserata labores!

Quæ nos reliquias Danaum, terraque ma-

risque

Omnibus exhaustos iam casibus, omnium

egenos

Vrbe domo socias.

Quæ rescripsit Silius Italicus 2. debel-

lo Pun. V. 422.

Has inter species orbatum clasę, suisque

Aeneam pulsam pelago, dextaque pre-

eantem

Cernere erat.

Et lib. 7. V. 475.

Tum-

Tum pius Æneas terris iactatus, & un-  
dis.

Sic Vliles apud Homerum 7. Odis. si-  
mulatam Minervam alloquitur.

Kατ γαρ εγώ ξένος ταλαιπωπός εἰναι  
διά τελείως εἴης απότομος γεῖνος

Idest

Etenim ego hospes multa passus buce-  
nus

Procul ex longinqua terra.

Et pleniori historia Aleinoum, eius-  
que vxorem paulo inferius. Sic etiam  
Virgilius 6. Ænid. V. 692. ubi Anchises  
gloriosa admiratione recipit beat-  
orum campis suum Æneam.

Quas ego te terras, & quanta per aqua-  
ra rectum

Accipio, quantis iactatum nate periclis?  
Vnde a Seneca hæc laus Caio Cæsa-  
ri datur in Octavia act. 1. v. 37.

— Paruit liber diu

Oceanus, & recepit innitus rates

En qui Britannis primus imposuit: ins-  
gium.

Ignota tantis clasibus textit freta  
Interque gentes barbaras tutus fuit

Et sicut a maria.  
De quo incertus poëta.

Vltima ceserunt ad opero claustra pro-  
fundu.

Et iam Romano cingimur imperio.

Opponis frustra rapidum Germania. Rhei-  
num.

Eufrates prodest nihil tibi Parthe fugax  
Oceanus iam terga dedit.

Claudius Claudian. sic blanditur Ho-  
norius in eius 4. Consulatu.

Subdidit Oceanum sceptris,

Sic Cæsarē adducit Cicero in oratio-  
ne pro Marco Marcello. Obsupescent

posteri certe imperia, prouincias, Rhenum

Oceanum Nilum, &c. Vnde Romana

gloria apud Halicarnas. Romana urbs

imperat toti terra, qua quidem in accessa

non sinit, habitatur que ab hominibus, sed

& toti mari imperat, non solum huic

intra columnas Herouleas, sed ipsi Ocea-

no quacunque est navigabilis. Lucan  
lib 1. Pharsal.

Oceanus tumidas remo compescuit undas,  
Denique quis, præter conscripta, ne-  
gabit duces reponere platum glo-  
riæ in mari periculis erroribus? for.

4 te id voluit Eudæmon Nicomedensis

in deprecatione ad Antoninum Im-  
peratorem in illis verbis παυθραγον

πονηρατει αν τη Ιταλια naufragium in

Italia facientes, in l. de precatio 9. D. ad

l. Rhodiam aciat. addidit forsan ad co-  
miserationem, & in honorem pericu-

lorum maris, nam alias referre suffi-  
ceret à Cycladenibus habitatoribus

direptos fuisse. Hæc merita circu ac-  
tionis maris, periculorumque eius,

propter bellum adquisita credimus,

& admittimus, ut præscripta insinuat

exempla, nam si piraticis intenti, & pis-  
catorijs alijsque inglorijs operibus

pericula subierunt ea, quæ inde gloria?

quæ laus? sane inde lucem ad Marcel-  
lum transmittimus in l. 2. D. de capt. &

postlim. reuersi. Namibus longis (inquit)

asque onerarijs propter bellum sum possit-  
minū est, non pectorijs, ani si quis attua-  
rias voluptatis causa parauerant. Cicer.

in Topicis, ibi Postliminio redens: hac ho-  
mo manis, mulus clitelarius, &c. Eclissus in

verbo postliminium, confule Baifum

derenda. f. mhi 134. Cuiac. lib. 1. ob-  
ser. cap. 2. e. Gothofrediad. Cicer. & dñe

l. 2. sine decore sane videatur. Heros is-  
te inductus infuetus nauigij malis.

Esto Arcombrotus viginti trium

annorum esset, ut Barclaius fere circa

finem 5. lib. scribit, decor pulchrior il-  
lustraret ipsum, a prima ritate, & cog-  
noscere Neptuni horrores, & Martis,

Claudianum attende de landib. Stilico-

ni quibus primis blanditijs Stilico-  
nem aggreditur.

— Veteres attus, primamque iuueni

Prosequat

Mens ardua semper

Apuero, tenerisque etiam fulgebat in an-

nis.

Sed

Sed præcipue in tertio Consulatu Honoriū v. 10. nimius est intribuendo hoc genus gloriæ suo Imperatori.

Quem primo à limine via  
Nusrix aula fouet, strictis quem fulgida  
telis  
Inter laurigeros aluerunt castra trium-  
phos.

Ardua priuatos nescit fortuna penates  
Et regimencum luce dedit, cognata po-  
tesas

Excepit Tyrio venerabile pignus inos-  
tro.

Lustrauit que tuos Aquilis vietricibus  
ortus.

Miles, & in medijs cum abula prabuit has-  
tis.

Pondera quanto vates se defundat in  
hac laude, & quam se digna canat.

Reptasti per signa puer, Regumque fero-  
ces

Exulta tibi ludus erant, &c.

Quæ quidem interrumpo, quia lon-  
gissima, non quia iniucunda, at pecca-  
tem prætermissione illorum.

Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,  
Non tibi desidas molles, nec marcida la-  
xus

Otia, nec somnos genitor permisit inertes,  
Sed noua per duros instruxit membralabores,

Et cruda veneras exereuit in dole vires,  
Prigora sua pati, granibus non cedere  
nimis.

Estimū tollerare iubar, transnare sonorras

Torrentum furias, ad scensu vincere mö-  
tes.

Planiciem cursu, valles & concaua saltu,  
Nec non inclypto vigiles perducere noc-  
tes,

Ingalea portare nubes, nunc spicula cor-  
nu

Tendere, nunc glandes Baleari spargere  
funda.

Quibus non contentus pocula repre-  
sentat gloriam eandem in 4. Consulat.

Vers. 352.

Ambitur signis angustior infans,  
Sensit adorantes galeas, reditque fero-  
cem

Vagum litus.

Non denegavit eam Barclaius Poliar-  
cho suo, dum lib. 4. victorem Com-  
mīndorigis, & bellica puerum appe-  
tentem fingit. Statius noster 3. Syluar.  
Propemt. Met. Cel.

Nec nouus hospes erit, puer hic sudauit in  
armis.

Credemus Liui Patauino, huc deter-  
tore Romanorum scribenti, lib. 2. bel-  
li Punici? Sed cum Annibale prope nato  
in Praetoriapatis fortissimi ducis alito,  
atque educato inter arma, puer quodam  
militie, vix dum iuuenie Imperatore, qui  
inimicitias perterre in Romanos sa-  
cramento se adstrinxit, fere puer, tes-  
te eodem Liui in præfatione lib. 1 de  
bello Punico. Fama etiam est, Annibar-  
lem annorum ferme nouem pueriliter  
blandientem patri Amilcar, ut ducere-  
tur in Hispaniam, cum perfecto Africo bel-  
lo, exercitū eō trajecturus, sacrificaret al-  
taribus, admotum tactis sacris, iure iurando  
ad actum se, cum primum posset, hostē  
fore populo Romano; quod non semel  
Italicus celebrat, lib. 2. V. 359.

Cum primam tenero vocem proferret ab  
ore.

Iam bella, & litnos ac flammis irerègen-  
tem

Iurabat Phrygiam, atq; animo patria ar-  
mamouebat.

Et V. 436.

Parte alia supplex infernis Annibal aris,  
Arcanum stigia libat cum vase cruentis.

Et primo bella Aeneadum iurabat ab  
auro.

Sic Augustum Ouidius laudat 1. de  
arte.

Vltor adeſt, primisque ducem proficitur  
in annis.

Bellaque non puer tractas agenda puer  
Parete natales timide numerare Dea-  
rum.

Cæsaribus virtus contigit ante diem

Ingen.

Ingenium celeste suis velocius annis  
Surgit, & ignauferit mala dama mōra.  
Parvus erat, manibusque suis Tyrinthius  
angues  
Presit, & incunisiam Ioue dignus erat.  
Nunc quoque qui puer est, tantus cum Ba-  
che fuisti

Quum iunxit thyrsos India victa suos  
Sic de Domitiano Martialis lib. 2. ep. 2.  
Et puer hoc dignus nomine Cesareras.  
De Caligula Tacitus refert, quē mit-  
io cum Martiali, & ad cum Raderum  
plurimis in locis.

8 Hæc autem, tanquam certo limite,  
nos ducunt ad Modestinum in l. 8 §. 7.  
D. de excusationib. tut. verba sunt. Μάρτιος ἀρχαὶ, αριστοὶ ἀριστεῖς κυριατοὶ δο-  
διοῖς ταῖς, i. (secundum vulgarem) iam  
vero, & militi impuberes curator dabitur,  
vnde inferant interpres, impuberes  
milites extitile, sic Accurs. Barr. & alijs  
quos refert Tiraq. de nobil. c. 6. num.  
27. & 28. Lælius Taurel. de militiis ex  
causaf. m. 355. Fian. Connan. lib. 9. com.  
c. 5. n. 4. sed A. Augusti. ad Modestinum  
de excusat. tut. primus disensit, legit &  
vertit, iam vero militi minori veteranus  
curator dabitur, ita ut Modestinus non  
loquatur de impubere, sed de minore  
viginti quinque annis, quem postea se-  
quunt fuerunt I. Pacius, Russard. D.  
Gothofred. ad Pandectas innotis adhac  
legem, nec difficitur Tiraq. dict. cap. 6.  
nec ego: verba enim græca expressa  
sunt τὸ enim ἀφίληκος intelligo adole-  
scēntis, & τὸ νυρατοπ dubitationē in  
non recipit, cum curator, non impu-  
beri, sed puberi detur. Vnde antiqui  
decepti vulgari versione se incruciāt  
difficultate huins loci, quatenus impu-  
beri curator detur. Sed quamvis Angu-  
stini versio certa veraque sit teme-  
ritatis, scumagis ignorantia arguetur  
ille, qui denegare ausus fuerit anti-  
quos impuberes militias, & tribuna-  
9 rum gesisse: præscripsit antiquorū au-  
toritates indubitanter demonstrant,  
quibus addo Iustiniani constitutionē

in l. fin. C. de testament. militi in qua re-  
ficit Imperator legibus antequis illis  
se tribunatum militareni hum. rotis  
pupillis obtinere, quod resp. xit C.  
Plin. lib. 8. epist. in verbis statim ex-  
pendendis, & in Adriano Spartanus,  
nec tribunum nisi plena barba faceret,  
aut ejus aetas, quæ prudensia, & armis  
tribunatus robur impletet, P. Vopisc. in  
Probo adolescentis Probus corporis mortu-  
bus tāclarus est factus, ut Valerianus in-  
dictio tribunatu prope in herbis acciperet.  
Vnde Valerianus in trā se excusit, quod  
eum tribunum elegerit, Miraris for-  
tasse, quod ego imberbem tribunum fecer-  
tim contra constitutum D. Adriani: noa  
omisit hanc iudicem cultissimus C.  
Plinius in suo per elegantī panegyri-  
co ad Traianum. Tribunus vero di-  
stissimas terras, ien. cr. adhuc annis, viri  
firmitate lastrati, optin. e Flavius Ve-  
g. in lib. 1. de re militar. cap. 4. 301: Et  
quidem si antiqua consuetudo seruanda  
est incipientem pueritatem addicētum  
cogendam nullus ignorat, non enim tam  
tum celerius, sed etiam perfectius ambi-  
buntur, quæ discuntur a pueris, &c. con-  
ducit T. Livius lib. 35. & si qui roboris  
satis adserentia armā habere viderentur,  
etiam si nondum militari atare essent mi-  
litias facerent. Idē lib. 22. in quo Dicta-  
tor, & Magister equitum delectu ei  
dicto, iuniores annis 17. & quosdam præ-  
textatos scribant, & ante a lib. 34. Sanc-  
sic anxia nec sis transgreditor legis,  
aut gratia Imperatorū, seu puerorum  
nobilitas, & animus disponebat. Sed  
quid fatigamur, cū ea puerilis militia  
aperte à Theodosio, & alijs Cæsaribus  
agnita sit in l. quicunque s. 4. C. Theod. de  
re militar. quicunque infantes, vel pueri  
militare experunt sternicos in se vltimos  
in simus, &c. præterire non possum. Ha-  
licar. as. verba, lib. 4. antiqu. Rom. de Tullio,  
dum adhuc esset puer in prima expe-  
ditione, quā Tarquinius contra Etruscos  
fecerat, in equitum ordine colloqatissima  
egregie dimicasse iudicarus est, ut statim

valde celebris enasserit, &c. veritatē istā agnoscūt Cui. lib. 17. obser. c. 36. I. Corrasius lib. 5. Miscell. iur. cap. 22. Tiraq. cum alijs d. cap. 6. de nobilit. Jacob. Rebard. lib. 4. variar. cap. 8. A. Augustin. & Lælius Taurel. vbi sup. Marcell. Donat. in Dilucidat. ad Sueton. in Cæsar. c. 5. God. Steuechius ad dict. cap. Vegetij 4. Salmasius ad Spartan. in Adriano. D. Gothofred. dict. l. fin. Fran. Connan d. lib. 9. com. cap. 5 num. 4. Jacob. Guther. de officijs dom. August. lib. 3. cap. 10. optime, & eruditè D. Francisc. de Amaya ad l. 1. C. si seruus, aut libert, à numer. 34. quæ ergo ista incogitatiæ Barclaij iuuenem trium & viginti annorum inducētis rūdem bellorum, mariūque, cum pueri adhuc mererēt subfignis, & ærumnas paterētūr militares.

**10** Sane si ista rei infrequentiori attribuerint aliqui, sciant militiæ legitimam ætatem decem & septem annis ad signatam fuisse, ut noster eruditus Amay. dict. l. 1. ex Plutarcho Rosino, Gouean. Lipsio Steuechio, Vegetio, probat, Marcellus Donat. dilucidat ad Sueton. in August. cap. 38. P. Faber. lib. 3. Agonist. cap. 18. ad quod expressus est Liuius dict. lib. 21. in verbis datis, congruit Vopiscus in Probo, si ergo omnibus hominibus hoc admiliitiæ tempus lege sancitum fuit, vni ne Archōbroto non licuit Heroi, & fortissimo ex Barclaij iudicio honos iste? Quid magis? nulla ætas ab infantia innobilissimis, inclytisque adolescentibus libera fuit disciplina militaris: infantia seu impubertas iam ex præscriptis longe patet: puberes milites, & tribunos, an requam 17. annum attingerēt, exutis se disces ex l. si Rafinus 4. C. de testamen. milit. Sueton. in August. cap. 38. Valer. Maxim. lib. 5 cap. 6. 9. 7. cui ætati forte verius aptabimus Liui lib. 25. & 22. A 17. annis leges iubebant, ut dixi: audi, & censē huius tam præmatura militiæ causam ex elegantissimo C. Plinio lib. 8. epist. 14. ad Ariston. erat autē

antiquitus institutum, ut à maioribus ratu, non auribus modo, verum etiam oculis disceremus, quæ facienda mon ipse, ac per vices quædā tradenda minotibus habemus. Inde adolescenti statim castrisbus stipendijs imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum sequuntur ad suescerent. Quæ cuncta conuincūt valde supinitatem Barclaij in efformando Archombroto suo.

Sed non iniuria solum autoris citatæ ista censita fuit in Archombroto, sed dedecus longe grauius, & peccatum fingere Heroem istum in etiū somino traditum, simulac litoris arenam calcavit. Quā circumspectus Maro, i. Æneid. v 310. circa locum Æneom grata- tum, & insi mne in periculo mortis, & suorum caris, hac canit.

At pius Æneas per nocte plurima voluēs,  
Vi primū lux almadata est, exire, torosq.  
Explorate novos, quas vēto accessit oras,  
Qui teneant (nam inculta ridae) homines  
ne; ferane,  
Querere cōstīta ut socijsq. exacta referte.  
Et infra eadem cura, & præcautione,  
— Ipse uno gradus commitatus Ad-  
chate,

Bina manu late crispans bastilia ferro.  
O merito reliquiarū Troyæ ductor!  
tu primus comitatus vno amico  
simulac radiauit Aurora, exploras ter-  
ram, & quæ inhabitat gēs in ea: quod  
exequi Archombrotus debebat, cum  
tunc primum Siciliā attigisset, ut ipse  
paulo inferius Timocleæ affirmat. E-  
go (inquit) ò matrona modo in Siciliā ve-  
ni, liceat hactenus homini extero nomen  
Poliarchi ignorasse. Præcipue, cum sylva  
esset in conspectu, rariss quidem sed in in-  
gēs spatiū effusis arboribus, subter quas  
tumulis stūtiū dumorūque caligine, ve-  
lut ad insidias surrexerant, ut ipse Bar-  
claius in principio lucæ Argenidis des-  
cribit: & si ita ad scelerā à natura dis-  
posita sylva erat, qua securitate quie-  
ti procumbit Archombrotus, nul-  
lo speculato periculo? Si male  
argu-

argumentum ad speculationem traxit  
Æneam ubi sup.ibi.

Nam inculta videt,  
Ut ibi præsensit Seruus. Iure dubitat,  
nam cernit inculta. Nec iudicium Aistippi dissimile fuit, quod Vitruvius  
præfixit lib.6. p.rafationis, his verbis. A-  
ristippus philosophus Socratus non fragio  
cum eiectus ad Rhodiensem litus, ani-  
maduertisset geometrica schemata descri-  
pta, exclamauisse ad comites, ita dicitur,  
benes speremus, hominū enim vestigia ve-  
deo. Si ergo Archombrotus incons-  
pectu siluam vidi horrore plenam,  
cur tam cito bene sperauit, nullo ves-  
tigio pacis viso? me politorum locis  
exonero, quibus prosequuntur steri-  
tes duces exemplis (iure teste Sue-  
ton. in Aug. cap. 89.) metiamur rem, &

**13** doctrinis. Et in istis primo commen-  
danda est iadue prouidentia, nam ut  
inquit T. Lioius lib. 22. Nullo loco nisi  
quantum necessitas cogat, commissuros se  
fortuna, spernendi enim, ferociter omnia,  
ac precepere agentes, ut ex eo refert I.  
Lip. lib. 5. ciuit. doctrin. cap. 15. & secu-  
ritas fugienda: nam ut Velleius 2. ait,  
nemo celerius opprimitur, quam qui nihil  
timet, & frequentissimum initium cala-  
mitatis securitas: & inquirendi in om-  
nia, ut Linus dicit. lib. 22. docet. Tuum  
& hostium exercitum, locorum situm, na-  
turam regionis nosce, propter quæ præ-  
termittuntur ante cursores. Et exem-  
plis, ex infinitis felicem aliquam: & pri-  
morespice Æneas, & eius socios 1.

**14** Æneidos ille (quamvis confictus Iu-  
nonis repositaria non dormit,

Scopulum interea concendit, &  
omnem.

Prospectum late pelago petet Anthea se-  
qua

Iactatum vento videat, Phrygiasque bâ-  
remes

Aut Capym, aut Celsis in papibus armâ  
Caicos

Illi (quamquam languidi mariis a-  
quis)

Et sale tabentes artu in litore ponunt.  
Emphaticè t'ponunt, non procumbunt,  
non dormiunt, & quamvis ea requie  
debetetur corporibus, modestissim  
significauit Maro. Nō disimilis est Piu-  
dencius in p'ræfatione contra Syma-  
chum.

Ad portum fluitan: cimbis relabitur.

Exponique solo litoris ubidi

Contractos pluio frigore remiges,

Tunc de licorice sepiibus algidi

Arentum propere brachia palmitum

Connexant rapidos unde focos struunt.

Similem vigilatiam Imperatoriam  
excipio à lib. 6. Æneidos, dum Eub: i-  
cis Cumarum Æneas allabitur oris.

Iuuenum manus emicat at-  
dens

Litus in Hesperium, quarie pars seminâ  
flamma

Abstrusa in venis silicis, pars densa fera-  
rum

Testa rapit sylvas, inuentaque flumina  
monstrat.

Ipse vero Æneas.

Arces, quibus altus Appollo  
Præsidet, horrenda que procul secreta Sy-  
billa

Antium inmane petit.

Argonautæ apud V. Flaccum, lib. 2.  
vers. 447.

Desilunt: pars hinc leuibus candentia ve-  
lis

Castral euan tracto pars frangit adrea  
saxo

Farræ: citum strictis aliis de causibus ign-  
inem

Ostendit folijs, & sulphure pascit ami-  
co.

Sed quid duces eorum.

Alcides, Telamonque comes, dum litora  
blanda.

An fractus sinuosa legunt, vox attigit au-  
res,

Flebile sucedens, cum fracta remurmu-  
rat unda.

Attoniti pressere gradum, vacuumque se-  
quuntur

Vocis iter.

Et Troiani lib. 7. Eneid. apud Maronem.

Postea cū prima lustraret lāpade terras.  
Orta dies urbem, & fines, & litora gestis  
Diversi explorant: hac fontis stagna Numici,

Hunc Tyberim flumium: hic fortis habita-  
re Latinos.

Vlysses apud Homerū Odis. 5. V. 471.  
ex sylua in cōspectu possita ita pēnit-  
imuit.

Θαυμοῖς ἐν πύκτιοῖσι κατελπαδὲ εἰ  
μενέθη.

Εἴγος ή καυατος γλυκερος δε μοινα-  
νος επίθη.

Δέολη μὴ θερεσον οὐλαρ ή κύρια γένε-  
ραι.

Ως ἀρα οὐ φρονίστι δοξασατο κέρδον  
εἰσαι.

Idest.

Si vero ad clinum descendens, & um-  
brosum syluam.

Arbustis, indensis dormicro, etiam si re-  
miserit

Frigus, & lassitudo intundus que misom-  
nus irrepatur,

Vercor, neferis laceratio, & præda fiam.

15 Et ut idem Homerus in ultimis eiusdē  
libri carminibus canit, inducit Palladē  
in oculis Vlyssis fundētē somnū: ut  
numinis vi, & potestate dormiret, qui  
proudētia sua quiescere nō debebat,  
licet nudus, & iactatus, sine compara-  
tione magis, quā Arcombrotus nos-  
ter. Et Odis. 9. cū idē Vlysses ad portau-  
erit Lothophagos, postquā apud na-  
ues cibū gustauit cū socijs, & potū, so-  
cios præmissit, ut recognosceret terrā

Δι τοτ' ἔγωρ ἑταρος, πρίνω πευθ-  
εῖσαι, σευτας.

"Ανδρε Σιγο κρίγος Τρίτατος καρυκ'  
αν' ὅπασσα.

η την ανερε εἴγε επιχθονίοις  
εδοντες.

Idest.

Certe in ego socios præmisi, ut eundo an-  
darent.

Viris duobus selectis (quibus) certū p̄a-  
conem simul adiunxi.

Qui nam viri essent in terra illa vñentes  
Et cum ad Letrigones idem aducne-  
rit Odis. 10. V. 97. animaduerte, quam  
præcaute concendit speculā, ex qua  
arbitrabatur, an virorū, seu bovī ope-  
ra apparerent, sed prouidēter infra V.  
145. cum ad Circem deuenit.

Καὶ τοτ' ἔγωρ ἐποιεῖσθαι εἰρχόνται φυ-  
γανον ἔξι.

Χερπαληρας παράνος αὐτοῖς εἰς περιο-  
πι.

Ἅντος ἐργα τίδοιη. Εροταν ερωτηθεί-  
πει τίδοιμι.

Idest.

Tū ego meā hastā capies, & gladiū acutū  
Celeruer à nave recessi in speculam,  
Sicubi opera viderem mortalium, vocem  
que audirem.

Quā Vlyssis curam celebraat Maximus  
Tyrius in sermonib. ibi: Ipse quidē V. 16  
lysses, cū ad ignotam terram accessisset, in  
in speculam ascendens, incolentium mo-  
res sorutabatur.

Nū feragēs, nullasq; unquā mollitaperat-  
Institiāre colunt, & sancti iura vērēntur  
Hospitiis, ac numē celestū mēte capessunt.  
Vndē Paul. in l. 1. D. de offic. paf. Vigil-  
lum refert, Augustū curam sumplisse  
Vigilum, idest incendia auertendi, &  
tradunt Sueton. c. 30. & Dio lib. 55. Nā  
saintē Republica tueri (inquit idē Con-  
sultus in L. 3. cod. tit.) nulli magis credi-  
dit conuenire: nec alii sufficere ei rei, quā  
Cesarē; itaque septē cohortes opportunitis  
locis constituit, ut binas regiones urbis  
unaquaque cohors iueatur, præpositis eis  
tribunis, & super omnes spēctabili viro,  
qui præfetus Vigilum appellatur. Sic ergo  
Vigilarum munus ipse Cæsar sibi  
imposuit, & merito, nam qui Princeps  
est, pro commendata tutela populi in-  
vigilare debet, & vigiliatū manus sus-  
cipere, sic politici passim commen-  
dāt. Sic Præfetus Vigilum (ex senten-  
cia Pauli d. l. 3. §. sciendum) operato-  
tam noctē vigilare debet, & coerrare  
calciatus per totam urbem: expende  
verbum

verbum coerrare, ut intelligas curam, & vigilantiam Praefecti; scilicet quod omnibus regiones, vicos scrutetur, circospiciat, hinc inde errando (sic sane fecerunt duces isti in non turas provincias appellentes) ut bene descripsit Iustinianus Nouell. 13. in praefatione.

¶ μεν γαρ πατριος ιεροφωνη πρæfectos vigilium autem θηλεος, την ταν αγρυπνοντας ηδη εν ερουντος καταληπτοντας την ταν αγρυπνοντας αποχη τυτας εντοσθασ. Patria enim nostra vox praefectos eos Vigilium appellaverit, vigilantibus, & nihil imperscrutatum relinquentibus hominibus, hoc cinguli præponens, bene quidem; in cap. sunt qui 50. de pænitent. dist. 1. Somno ipsimus indulgendum quam natura posulat. quæ ex ante dictis sententia illustratur, cum apud illos poetas exdecore militum plebs inducatur iacens: duces autem & Imperatores eorum vigilantes, indagantes sylvas, rupesque ascendentibus: sic exequi Arcobrotus, face re que debebat, quavis nautæ, seu servi eius in prima iacerent arena. Disimilis sane prouidentia est Imperatorum circa duces, & limitaneos in l. fin. C. de officio

¶ 7 ficio militarium iudicū, lege verba. Duces militum, præcipue quibus gentes, qua maxime cauenda sunt, appropinquant, in ipsis limitibus cōmorati, & milites ad proprium redigere numerum, imminentibus Magisterijs potestatibus, diuturnis que eorum exercitationibus inherere præcipimus: castrorum quin etiam refectionis, lustrationis que curam habeant, &c. expe nde curam limitaneorum ducum præcipue circa gentes suspectas, & cauendas: constitutione ista in limitibus castellis burgis seu clusuris ipsi met residere debent: officia & cura eorum versabuntur, in redigendis ad numerum militibus, compellendis que magisterijs potestatibus, & sic milites non pallantes, non extranumeros, more antiquo militari, exercitationes, ludos que militares commit-

tant, ne ocio inertii dediti de discantibus bellicos, & ignavia effeminatur: ultra duces reficiant castra ad militum defensionem, lustrentque exercitum, visu que requirant, quæ emendanda, & supplenda necessario sentiāt, ut docte explicitu[n]t oster D. Franciscus de Amay. in l. 1. C. defund. limitroph. à num. 27. cuius commentarium inseruit. in l. 5. C. de Annos. (cum longe aliter Cuiac, Casaubon, & alijs explicant.) Hæc sane præcautio digna est quocumque duce, aut exterā suspectam que prouinciam ingrediente, aut in eius limitibus castrametante, ut Heroes numerati secerunt, aut cū decore eos instruxerunt poetæ. Adiunge his l. 2. C. de officio Praef. Præf. Africæ.

Hæc autem, quæ à magnis poëtis conquisiuit in exempla, sufficient, qualiter peregrinus regiones exteras ingrediens, sibi præcauere debeat, secessante omnes, quam Barclaius, qui ut primam arenam tetigit eius Heros, statim se somno commendauit, sane laudabo semper nostri Iustiniani ditionam sententiam in §. 1. suarum præmij institutionum tractantis, quam arma & leges Imperatoriam Maiestatem decerent, subiectis tanto Imperatore dignis verba. Quorum utramque vim cum summis vigilijs summaque prouidentia annuente Deo perfecimus, vigilias, & prouidentiam grauissimus Imperator coniunxit, quibusduabus cū stria humana gubernantur, sed quantum illa, annuente Deo, digna ingeñissimi Imperatoris γραψη, & literatu æternitatis aurearum, quam in suis constitutib[us] passim dat. Sed utrumque omis sit Barclaius, qui nec ornauit suū duce vigilijs, cum somno dederit, nec prouidentia cū sylvam inconspectu horribilem inuestigare deberet. Nescio quid necessitudinis habet Vlpian. Cōsiliū, seu respon. in b[ea]tissimum. 4. q. 3. & 4. D. de officio Proconsulis, quo consistit

Seu disponit, Proconsulem antequam  
ingrediatur prouinciam, edictum de  
aduentu suo debere præmittere, tam  
prouincialibus, quam decessu si suo  
significans, qua die fines prouinciae in-  
gresurus sit, plerūque enim incerta hæc,  
& in opinata turbari prouinciales, &  
atque impeditunt, verba Consulti sunt:

si hæc ita in pacata, subiecta que pro-  
uincia præcauentur iuxta Proconsu-  
lem, gladij potestate ingtedientem in  
eām, quanto magis in peregrino, &  
extero, nulla autoritate ignoram prouinciam  
intante, omnis diligentia,  
cunctaque præcauio præuidet, &  
præmitu debet? vide tamē & sequens.

## C A P. XII.

**I**N quo de re militari, & dignitate militiarum agitur, ex duabus capitis  
precedentibus defenditur, & illustratur I. Barclaius à num. 1. cum seqq.  
Liberum iudicium autoris. 2. Maris pericula præcauentur, & tuncue-  
runt in filijs matres, & alij in suis. 3. Ratio nautici fœnoris in iure. 4. Ex-  
penditur Modestus. in l. 3. D. de nautico fœnore 5. Bellica virtus ma-  
ior elucet in terræ periculis. 6. Indecorum non fuit Hyannisbi, non commē-  
dere putatum filium periculis maris. 7. Aptè infertur Vlpian. responsum  
in l. quod & lex 3 §. si cū 4. D. de homin. lib. exhib. 8. In eo vul-  
garis lectio defenditur. 9. Genuina pietas quid apud Vlpianū ibi. 10. Ex-  
penditur l. qui cum uno §. examinatur 17. D. de re milit. 11. Bene-  
uoli animi retraxerunt à periculis dilectos. 12. Nobiles iuuenes sapienter ad  
aulas Regias mittuntur, vt consortio fortissimorum virorum fruantur, à  
n. 12. Ad idque optimus Homerilocus consideratur, & aliorum. 13. Mili-  
tia nautica apud antiquos vilescebat. 14. Inferioris census milites ad nau-  
ticum vsum. 15. Honoratior militia terrestris. 16. Inde explicatur Suetonius. 17. Interpretatur Sallustius. 18. A classiaria militia dabatur gra-  
duis ad terrestrem. 19. Indignitas classicæ militie 20. Classes ad militiam de-  
signatae à Seruio. 21. Expeditur T. Liuius. 22. Plautus illustratur. 23. Ap-  
pud Græcos vilipendium classicorum militum. 24. Ex his exornatur, &  
explicatur l. vñica, C. de classicis, lib. 11. 25. Incēstiqui. 26. Isti & liber-  
tini legebantur ad classicam militiam. 27. Ministeria aliquæ corum tangū-  
tar. 28. Probatur emendatio in l. tyronum 6. C. Theodosian. de cō-  
meat. 29. Subtiliter interpretatur Statius. 30. Et Demosthenes. 31. Vilia  
classiarorum ministeria plura dantur. 32. Causæ expenduntur milita-  
tis classiariae. 33. Condicio militum reproba 34. In nauali pugna mai-  
orem partem victoriae fortuna obtinet. 35. Acute mens Virgilij penetratur.  
36. Vile & abiectum habitum fuit inter undas mori. 37. Explicatur Pef-  
tus. 38. Scribæ nauales intenti rapinis, vilescebat. 39. Adhuc Barcla-  
ius defenditur in somnio Arcombroti. 40. Eximus pro eo Virgilij locus  
expenditur 41. Et aliis Homeri & Nonni. 42. Consideratio in Virgilio.  
43. Somnium in primo litore licet militibus affictis. 44. Secus

ſi in barbaras applicent nationes. 45. Milites qui ab excubatione defiſtit, quando pro deferto rebatur, in quo illuſtratur l. 3. § 5. Præfidis 6. De re milit. (cui le Etio adſtruitur aduersus vulgarem) & l. 10. D. eod. 46. Secus ſiſtans, pilo, & ſcuti marginē niteretur ad aliquale leuamen. 47. Expenditur D. Hyeronimi ſententia in cap. non mediocriter 24. de coſecratione, diſt. 5. In moderamine habendo ſomnij. 48. Attentio Barclaij commendatur inquiete, & ſomniosi Principis 49. & 50. Verbum Cōpono ſolemnissimum ad tempeſtates, & aquatiles res. 51. Coniectura in imi- zatione Barclaij. 52.



I C ocatione Ioann. Barclaij xiatem mi- litarē designauimus, prouidentiam com- mendauimus duorum: & omnia cum fractu nostri ciuilis iuris, quod illuſtrabimus in partibus minus præuisis, minusque ab interpretibus animaduertis. Sic ca- pite isto eiusdem Barclaij locum eū- dem retinens, dum eius defensionem proferimus, tractabimus militiarum dignitatem, vilitatem que clasicæ, & ministeria, alia q; ſimilia, quibus præ- lucebimus noſtro iuri, & elegantiflui hominis tuitionem dabimus. Cum enim perlegerem illū, inter plura quæ digna notatu habui, præcenſui locum iſtum anima cuerione dignum, tam propriæ antiquitatem, quam cum illo peragrare poteramus, quam quia criticos aliquos notare in illo hominem, ſi bene memini, recordor.

Sic Mehercle in Ioann. Barclaium capite præcedenti censuimus, acri iu- dicio, & uſque ad filium librata trutina, ſi nec insuetum nauigij malis, nec ſomno traditum dediſſe Barclaij, ego ſane ſic in Siciliam inferrem. Sed ad- huc ſi perpendimus historiam, natu- ratem iuuenis ſuccellus eius, & au- toris verba, defensionem iuſtam, legitimam; non Mehercle traxam habet poëta iſte, & cū decenti decore tra- tasse omnia. Fateamur Archombro- rum in ſuetum nauigationis labori- bus fuſſe, quia forte Hyaniſbe ſup-

poſita eius mater, & quæ quāli inde- poſitum filium habebat, marinis peri- culis potuit eſſe intentior, ut altera Alcyone apud Ouidium lib. 11. Meta- morph.

At puto perieras iter eſt, tantum que do- lebo.

Non etiam metuam, curaque timore ca- ribunt,

Æquora metterent, & pōli tristis imago. Et laceras nuper tabulas in litore vidi. Etsape inuincibilis ſine corpore nominalegit Quo respectu Valerius Flaccus 1. Argonauti V. 414.

Nec unet Anchæ genitrix cōmittere pōto Plena tulit quem Regematis, ſecurus in aquor

Haud minus Erginus, proles Neptunia, ferunt

Qui mariſ inſidias, clare que ſideranoctis Norit, & eclauiſ, quem deſinet Æolus antris,

Non metuat, cui regnaratis, cui tradere calum

Aſſidua Thiphys vultū laſſatus ab Arcto,

Sic anteā idem Poëta. eod. lib. I. v. 37.

Ita mariſ, vedi q; placet diſcrimina pōti.

Vnde Euryklea apud Homerū odyſſ. 2.

V. 369. detinet Telemachum, in animo inducētem querere patrē his verbis.

αλλε πέντε καὶ τέσσαρα καὶ διπλοὶ εἴδε-

τι οἱ Χρῆ-

πίτον ἐπ' ἀτρόγετον κίκη πασχάν  
Id eſt.

Sed mane hic in tuis bonis ſedens: neuti- quante oportet

Per Pontum indomitum mala pati

Statius Papinius lib. 3. Silvar. Propétition Mitij Celeris.

Dy quibus audaces amor est, seruare carinas,

Sauaque ventos si mulcere pericula ponit. Sternite molle fretum, &c.

Et per integrum Syluam optime Seneca in Medea V. 301.

Audax nimium, qui si reta primus

Rate tam fragili per fiducia cupit,

Terasque suas post terga videns

Animam leibis credidit auris

Dubio que se ans aquora cursu

Potuisti tenaciter ligno,

Inter vita mortisque vias

Nimium gracilis limite ducto

Et optime etiā in Hercule furente, V.

151. Et sequentibus carminibus per

integrum chorūm, bene Juuenalis.

I Nunc, & ventis animam committit:

Plura Barthius lib. 17. aduers c. 9. plura

Patētus in electis Plantin, verb. nauis, f. m.

452. Passim omnes debito horrore pe-

ricula maris prosequuntur. Hinc iniuste

4 nostro nautici fœnoris ratio descen-

dit, quod maris pericula sustineat, &

tolleret creditor, ut disces ex l. 1. 3. 4.

5. D. de naut. fœnor. l. fin. C. eod. vnde in l.

2. eiusdem tit. solitum periculum scri-

bitur: Nec incertum periculum, quod ex

nauigatione maris metui solet, sed opti-

5 me Modestinus dicit. l. 3. aut definit, aut

describit nauticum fœnum in his ver-

bis: In nautica pecunia, ex ea die pericu-

lum spectat creditorem (bene, nec cum

Haloand. reponendum est, ad credito-

rem, nec cum Russardo) ex quo nauem

nauigare conueniat: statim nāque quo

nauis fīla fuit aquis surrexit, si non tē-

pestas, periculum. Hyannis be ergo cū

subutela Arcombrotu tenuisset, ma-

riū solitis malis cauta fidere noluit,

& non debuit, aluminū.

Sed quamvis placidum æquor es-  
set, nullo horrendum periculo, nō eo  
quia Heros iste maria non transnau-  
erit, non potuit terra præclarissima sa-  
cta patrare, sine gloria nauigationis,

& nautici bellū non patet frequentius  
terra Mars? siquidem propter ipsam  
omne bellū intrantur, oppugnā-  
tur, & propugnantur vrbes, regna de-  
bellantur, & denique terrā omne vir-  
tutis genus exerceri potest. Vnde Si-  
bylla ad Aeneam 6. Aeneid. v. 84.  
Otandem magnis pelagi defuncte pers-  
cis!

Sed terra maior a manent.

Ad quem modum scripsit noster Pó-  
ponius in l. 2. §. 18. Populo deinde aucto,  
cum crebra orarentur bella, & quedam  
acriora à finiūmis inferrentur, D. de ori-  
gin. iur.

Ex quibusliquet, non legitime  
inferri in gynæco Arcombrotum vi-  
xisse, quod non iras Neptuni sustine-  
rit, nam alijs perirent nullo honore  
condigna tantorum virorum immor-  
talia facta. Argonautæ antequam ru-  
dibus remis sollicitassent primi aquas,  
diuinos honores suis factis non adepi-  
ti? à cunis Hercules fuit Hercules.  
Theseus innenis impleuit Graciā suo  
nomine, nec infecit illud, quod matrē  
eius pernegauerit non marino itine-  
re, sed terrestri peruenturum. Athe-  
nas, sic Plutarach. in eius vita, latine ta-  
men, sic Aethra deduxit ad lapidē, atq;  
ibi illū de suo ortu certiore fecit, inhe-  
que paterna signa subducere, & ijs accep-  
tis, Athenas nauigare, at ille lapidem quin-  
dem, cum subisset, facile repulit, nauiga-  
turum vero se pernegauit. id enim quia  
gloriosius terrestre iter putabat sibi  
fore, cū latticinijs infesta itinera es-  
sent. Sic etiam Iason, antequam Argo-  
nauī irrupisset maria, clarus sua virtute  
erat, vnde Flacus 1. arg.

Tu cui iam cura que vigent, animique vi-  
riles,

I decus, & pectoris Nephilei vellera Gra-  
ia

Redde tholo.

Etsic Arcombrotus noster, quamvis  
nullum se casset mare, virtute sua ce-  
leberrima facta adgredi, & perficere  
potuisset.

potuisset. Etsi pēdatur res sincere, & quissimum fuit, suppositam matrem Hyannisbem, non permisit Princeps cæca maris pericula tentasse, ut enim refert Barclaius lib. 5 in fin. Arcombrotus filius erat Meleandri Trinacriæ Reginæ, furtivo amore suscep-tus ex Anna sorore Hyannisbis, quæ mater in puerperio moriens Reginæ sorori commendauerat, in qua tutela, usque dum Siciliæ peruenit, vixit: quod ergo mirum, si Reginæ filium sororis suæ, Mauritanicæ, & Siciliæ Regem at etiori custodia, & diligenter tutela a frequentissimi maris periculis arcuisset, donec agnosceretur a patre, & aucto solio sederet restitutus, quo iognoscebat spoliatus adhuc? & sic ipsa depositi fidem seruabat sorori, & Melandrū non fraudabat filio, & suo Mauritaniam, & Siciliam Principe, quæ omnia certissimo exitio defieri poterant, si priuatae educaretur Arcobrotus, & vt priuatus totus fortunæ voluntati traderetur. Inde est, quod Arcombrotus Poliarcho fateatur lib. 1. suum in Siciliæ cursum fuisse, vt consortio fortium virorum frueretur, quos apud Reginæ fama vulgauerat: & Hyannisbe ad Meleandrum lib. ultime, scribit, suum Arcombrotum ad ipsum mittere, vt in rudimentum regnandi ad ipsum profectus animum suum formaret ex suo. Retinuerat ergo pupillariter generosum Arcobroti animum Hyannisbe a periculis, seu bellorum, seu maris. Id que sane genuina pietas Hyannisbe potuit efficere, ut prudenter Vlpiannus noster considerauit in l. quod & lex 3. §. si eam 4. D. de homine libero exhibend. Sicut (inquit) quis retineat filium, quæ non habet in potestate, plerumque sine do-lo malo facere videbitur. Pietas enim genuina efficit seu dolo malo retineri: genuina ergo pietas Reginæ filium putatum, licet in potestate non haberet, efficere valebat, quod secum reti-

neret, nec commendaret periculis priuatorum: quis ergo dolus in Reginæ, materno amore retinente Heroem? quæ in famis ignavia in isto, reuerentia materna cohibito? cum natuæ pietas excusat patrem ab interdicto Prætorio, cohibetem filium, licet ab eius sacris exemptum. Et vt in transiitmo. 9 neam, vulgaris lectio in Vlpiianopla-cet genuina pietas, ut defendit Alciatus lib. 10. Parerg. cap. 20. Caluin. in lexico verbo, genuina, cum alijs lexicogra-phis, agnoscent Gothofred. Russardus dicit. 4. & Pandectæ Florentinæ, & Noricæ. Sed ultra omnibus autoritates, firmat lectionem apud me autoritas Basiliensis lib. 6. tit. 17. in his verbis latini (nondum Græca vidi) quamuis filium meum emancipatum retineam, nō teneor propter genuinam pietatem, nisi enid est appareat dolus (explicat ergo Basiliensis liber Vlpi. de filio emancipato loqui) Hoc sentit Taurius Atheniensis 19 philosophus apud A. Gellium libr. 2. Nost. Atticar. cap. 2. expressit, & expli-cauit nomen genuinum, sic. In publicis locis, atque munib'bus, atque actionibus patrum iura, cum filiorum, qui in Magistratu sunt, potestatis collata interquiescere paululum, & connuere, sed cum extra hemipublicam in domestica re, atque vita sedatur, ambuletur, inconvenio quoque familiari discumbatur, tum interficium magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare, naturales, & genuinos exoriri. Genuina ergo pietas apud Vlpiān. idem est, quod in sita, & naturalis. Non ergo cum glossatore reponendum est genuina pietas. Redeo ad institutam viam, & adjicio Atrij Menandri insignem sententiam in l. quiccum uno 4. §. examinantur 15. Dde re milit. Tractat Cōsultus de iustis au-sis emansionis militum, quæ possint ipsos legitime excusare, & subiicit. & datur uenia valetudini, affectioni par-eitum, & ad finitum: si ergo miles sacra-mento militari obnoxio datur in sta-

causa excusationis, si emanserit, non solum erga parentes, sed & ad fines, quis difamauit Barclaum, quod induxerit Principem iuuenem retentum sub custodia putatuz matris, minorē vigintiquinque annis, nullo sacramēto militari obstrictum? Ut enim sub-

<sup>12</sup> doli animi impie Herculem, & Iasonem in immania induxerūt pericula, sic ab eis benevoli animi pie retraxerunt alios, aut tentarunt seducere, ut Amata Turnum: Iocasta, & Antigone Eteocleum: Andromacha Hectorē: & Parthenopæum Atalanta. Renuegat tamen Regina hæc Meleandro prefacere, nisi per occasionem, aut necessitatem: ut Faustulus degemminis Romulo, & Remo fecit, teste Livio lib. 1. *I am inde ab initio Faustulispes fuerat, Regiam Stirpem apud te educari, nam & expositus insu Regis infantes sciebat, & tempus quo ipse sustulisset, ad id ipsum congruere, sed rem immaturam, nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperi- ri nobuerat, necessitas prior venit, ita me- tis subactus Romulo rem aperit.* Et quāvis hæc ita sint, generolus iuuenis disciplinis militaribus iā imbutus erat: & signa sui bellici animi in multis, adhuc in tutela matris, quatenus status patiebatur, prodidisset. Probant hæc celeberrima facta sua, simulac intravit Siciliā. Quid ergo ignauiz Arcobroto, & inertiz Barclaio imputari potest, quod iuuenem huius conditio- nis, sub amīz tutelam, curam que in- ducat, adhuc fortem, & generosum: & postea liberatus ea, inclytum armis. Non omnes, ut in canabulis Hercules angues premunt, nec ut puer Bachus Indos debellant (si veri sunt) Præci- pue cum Heroem istum in eo ztatis tempore inferat, quo amica fortuna, inaccessum limitem secare posset, & gloria bellica orbem terrarum completere.

Sed quamvis hæc ita acri iudicio accipientur, & Arcobrotus induce-

retur in Siciliā insuetus navigationi, & rei militaris imperitus, vt consor- tio fortissimorū virorum frueretur, nullum in Barclaio peccatiū, nec per- sonæ violatur decus: specta percele 13 brem Homeris locum lib. Iliad. 1. vers.

437.

— οὐδὲ μὲν επέκπει γέραντα πάπια  
Αἴτα Γηλού  
Επατὶ τῷ δῆστρῳ εἰ φῶς Αγαμέμνονος  
περπέτε  
Μίκης ὄντως εἴσθιτος οὐοίτε πολεμοῖο  
εὐδιάλυτος ίπε τε δύρες ἀρπάζει  
πάτερ τελεῖσθαι  
Τούτου ἔκανε προεκπειτεία πάτερ  
πάτερ  
Μῦδας αὐτὸς τε πρετόλης πράκτηρα τε  
πρετόλης

— Tecum vero me misit senex equi-  
tator Peleus  
Die illo, quando te ex Phthia Agamem-  
noni misit

Infantem, nondum peritum omnibus per-  
niciosis bellis.  
Neque concionum, ubi homines illustres  
redduntur.

Propterea memisi, vt docerem te ista  
omnia,  
Dicendi que peritus ut euaderes, & idem  
rebus gerendis.

Adiungo Statuum 4. Thebaid. de Par-  
thenope ad Thebanam bellū eunte.  
Tu quoque Parrhasias, ignare matris, ca-  
terinas

Abrutus armorum! (tantum noua gloria  
fuerat)

Parthenopæ rapis

Et slauum infra.

Nec desunt animi, veniat modo fortior  
etas.

Et infra.

— Tadet nemorum titulumque no-  
centem

Sanguinis humani pudor est, nescire fa-  
gitas.

Adde quæ, & mater ad Parthenopei  
pedes circumfusa plorat, & roget, ut  
ab incepto belli itinere renocet natū,

quæ

quæ altissime noster Papinius canit,  
aut condemnata Statum, & Homerū,  
aut absolue Barclium.

Sed(nimens fallit) non hæc iūcta,  
quantumvis in se certa, & vera sint,  
veram mentem adserunt Ioannis Bar-  
claij, qui sine dubio Principem istum  
in suetum nauigis inducit, quia mili-  
tia nautica, apud antiquos vilescebat,  
& inferioris fortis homines in eā ab-  
legabantur: Plutarchi locus de The-  
seo insinuare videtur, & Platolib. 4. de  
legib. desiderat, Athenienses ciues res  
maris non tractare, sed Polybius ex-  
presso lib. 6. ex versione Liplij lib. 1. de  
militia Romana dial. 2. excipio eos qui in-  
fra drachmas quadringenas censi sunt,  
quos omittunt, & rejerunt omnes adna-  
ticum usum. Vide inferioris census mi-  
lites adnaticum usum, vulgatissimū  
enim est apud antiquos, cuicunque; ci-  
ui Romano qualitatem militiæ de-  
scriptam fuisse secundum qualitatem  
census, ex Lilio, & Halicarnasco Lip-  
sius sup. & alij connotarūt. Sed varia-  
tionem suscepit prima illa militiæ  
descriptio census, & tandem obte-  
num fuit, quod proletarij, & qui nullo,  
aut per exiguo ære censembarūt, scilicet  
capite censi, militiæ sederēt im-  
munes (Lipsius ista docte) sed Polybij  
æuo, qui in parvo illo censu descripti  
erant, idest infra drachmas quadringe-  
nas adnaticum usum, siue classiaria  
militiam, ut potè indigniores abiec-  
tantur, cum Seruij Tullij tēpore im-  
munes à militiâ essent, cum in quin-  
que classibus designatis, nō compre-  
henderentur lib. 1. Lilius. Vnde Ho-  
norationem militiam terrestrem vo-  
cant Lilius, & Tacitus, duæ historiarū  
lampades, ille, lib. 32. Nanales socij re-  
lictis nuper Clasibus ad spem honorationis  
militia transgressi, iste lib. 1. hist. facta  
& reliquis (Clasici scilicet) spes in pos-  
terum honorationis militiæ (sic praxi, seu  
exemplis receptum fuisse docet Lip-  
sius dicit. dial. 2.) Addo optimum locū

Suetonij Tranq. in Gulba cap. 12. qui  
ex distis accipit lucem. Nam cū Glas-  
farios, quos Nero ex remigibus ius-  
tos milites fecerat, redire ad pristinū  
statum cogeret: recusantes, atque in-  
super Aquilam, & signa pertinacius  
flagitantes, non modo immixto æqui-  
te dissecit, sed decimauit etiam: iusti  
sane milites terrestres errant: Cum his  
omnibus libere ad C. Sallustium ac-  
cedere possum in Jugurthino bello  
(de Mario loquitur) ipse interea mil-  
ites scribere, non more maiorum, neque ex  
classibus sed utiliusque libido erat, capi-  
te censos plerosque. Id factum alij inopia  
bonorum, alij per ambitionem consulis me-  
morabāt: ecce dignioris militiæ demō-  
stratio, cū ex classibus, demōstrebat Sal-  
lustius, electos milites ad formā, quā  
ex Liui, Tacito, & Suetonio retuli-  
mus. A classiari sane militia gradus da-  
batur ad terrestrem ex datis locis, &  
ut cognoscas indignitatem, capite cē-  
sos adiungit, qui nunquā nisi in magi-  
na perturbatione ad militiam fuerūt  
admissi Gellius lib. 6. c. 10. nobis in At-  
ticarum. Sed interpretatio ista subtili-  
tatis plus habet, quam veritatis, non  
sic sane capiendus historicus est, sed  
longe sane aliter, ex classibus sane nō  
scripsit milites Marcius, id est ex classi-  
bus, quas Seruus designat ad militi-  
am, ut videte licet in Lilio lib. 1. Et  
explicat Lipsius dict. dialog. 2. unde A.  
Gellius lib. 7. Noctium Att. cap. 33. sic  
scitibit, Clasici dicebantur nō omnes, qui  
in classibus erāt sed prima tantum classis  
homines qui centum, & virginii quinque  
milia æris, amplius vero censembarūt, & sic  
Sallustius inquit, non delcripisse mi-  
lites Marium more maiorum, id est  
ex classib⁹ militanibus, quas designat  
populo Romanus habebat, sed capite  
censos, & alios quo scūque homines,  
qui militare iure non poterant, ut en-  
iisque libido erat. Sed Lilius pro nō  
transfententia aperte us stat, qui libr. 25. 22  
ad V. C. in princip. illa scribit, & s. C fa-  
cium

*H*um est, ut Consul quos prater milites socios que naualeis coniuratos haberet, dimitteret de militibus, socios que naualibus dimittiendis referretur: quæ est ergo illa distinctio inter milites, socios que naualeis, nisi quod disimilis militia erat, & sociorum naualium non iusta, non digna, ut eruditus hunc Liuij

<sup>23</sup> locum accepit Turneb. lib. 1. Aduers. cap. 18. Præterire non possum Plautū in capitu, act. 1. Scen. 2. v. 61. cuius intellectum non aliud securè rimabimur: de exercitu loquitur facetissimus comicorum, & inquit,

*M*ultis, & multi generibus opus est tibi  
*M*ilitibus.

Et statim instruit ridiculam exercitū, qui constabat militibus pistorensibus paniceis, placentinis, turdetanis, ficedulensibus, & subiicit.

*I*am maritimi omnes milites opus sunt tibi.

Ex iudicio nostro facetissimis illis militibus maritimos adiunxit, seu nauales, quia ex indignitate illorum, cum illis conueniebat, nam quamvis pistatores intelligentur, tamen ex mente nostra maritimos dixit, & lusit ex decore qualitatis. Sane apud Græcos,

<sup>24</sup> sic obseruabatur ex Aristotel. libr. 6. *P*oliticor. cap. 7. τὸ γαρ ἐπλιπόντων ὄντος εἰσὶ μὲν οὐ τοις ἀπορεῖς ηδε φέλη δυσθανις ηδε παυτικα δι μονρατονι πάνταν. Nam grauis armatura diuitium est magis, quam pauperum, expediti autē leuis, & nautica turba, & plebe est omniss.

<sup>25</sup> Vbi obseruat Gifanius. Hæc planam sternunt viam ad Imperatorum Valentiniani Valentisque rescriptum in l. vnicā, C. de classicis lib. 11. ut interpretemur verba illa: ut classiorum numerus ex incensis, vel accrescentibus compleatur. Classici sane erant milites depnati nauibus amnicis, seu matinis, qui si aliqui eorum deceperint, rescribunt Cæsares, supplendos esse ex incensis (hic accrescentes nunc nō curio) Cuiacius, & Gothofredus τὸ incensis ac-

cipiunt, id est, non adscriptis colonariæ conditioni. Sed cur sic ad infinitum istam militiam referrentur, qui liberi colonaria conditione? quod sine iniuria multorum fieri nō posset, nec quibus fidunt, leges interpretamentum probant. Ego sane aliter incensitos

mallo, pauperes, plebeia fortis homines, qui nullum profitebantur cœsum,

& alias legionēsis militia liberi erat, ut ex Littio diximus, & post haec scripta, inveni sic intellectissime Pancilorum

*innocentia orientis*, cap. 7. Sic inferioris census homines (telle Polybio *supra*)

ad militiam nauticam remittebantur:

sic apud Liuum lib. 22 & 30. liberi sibi

conscripti in naues impositi, & classiam subierunt militiam: sic simili-

ter ex incensis ista quasi infamis mili-

ta supplebatur. Quæ maxime ex nos-

træ legis ministerio nec decora vide-

ri potuit, cum ad purgationem flumi-

nū, & orientis, aliasque necessitates

deputata fuerit proh Deus, quam lō-

ge disuta ista est ab honorationi terres-

tri illa, & legionēsi, quibus nobili-

tas describebatur, censebatur que Ro-

mana. Ex his probò emendationem

Cuiacij in l. tyronum 6. C. Theod. d. cō-

meatu, quam præstitit dict. l. vnicā, re-

ponens pro illis ex incensis τὸ exin-

censis, quæ quidem lex eadem ga-

det interpretatione, qua dicta lex de

Classicis. Tentabam aliquando ingē-

tis illius nostri pœtæ mentem erue-

re, absconditam hucusque interpreti-

bos, & invisam, Statius sane lib. 3. syl.

in propemico Metij Celeris nauigau-

nem eius diuinis aureis prosequitur.

Mehercle felicissimam, quod tanto

pœtæ occasionem celebrandi præsti-

terit, commendat Celerem mari, Dīs

Deabus que marinis, & inquit,

*G*rande tuo, rarumque damus Neptune

profundo

*D*epositum: iuuenis dubio compititur

altius

*M*etius

Grande

*Grande rarumque depositum, quid est  
mihi Stati, si tati præclarissimi Heroes,  
duces, & Imperatores monstrui illius,  
sive maris subierunt pericula: tanti-  
que meriti viri? in commendationem  
Metii, gloriamque eius sic scriptum  
fuit: esto sane. Sed maius quero in di-  
vino vate ingenium: loquitur ad Nep-  
tunum, & ex Romano more insinuat,  
non ipsi vulgarem, plebeiamque gê-  
rem Classiarorum committi infracé-  
sum, aut nullo, aut per quam exiguo  
ære censitam, sed grande, & rarum de-  
positum: grande depositum, nescioquid  
redolet, ultra commendationem, ali-  
quid æris, & census: nam amplio signi-  
ficatio virumque nomen complecti-  
tur, id est nobilitatem honoris, & cen-  
sus: sic periclitari pro magnovolumus  
vate. Apud Demosthenem in oratione  
aduersus Polyclem refertur, à mu-  
nicipibus electos nautas, qui erant à  
λαγῳ ἡ ἀντοι ἀδυνατοι, παιει, & imbe-  
cilli. Denique indignitatem classicæ  
militiae comprobarunt viri docti I.  
Lipsius de milit. Rom. lib. 1. dial. 2. & de  
magnit. Rom. c. 5. Casaubon. in commen-  
tario ad Sueton. in Galba dict. cap. 12.  
Theodor. Marcilius ad Vespasian. cap.  
8. Adrian. Turneb. dict. libr. 1. adue-  
sar. cap. 18.*

*Hinc vilia ministeria Clasarijs  
32 militibus, lego, demadata, apud Lam-  
pridum in Cōmodo: vela ducere, & in-  
terimere in Amphiteatro: apud Hy-  
ginum de Castrametatione, munire  
vias: apud Suetonium in Tyberio cada-  
nere contis, & remis excipere: & in  
Vespasian. cap. 8. ex calceatis cursitare,  
& dict. l. unica, C. de Clasiciis, purgare  
fumina, & orientem, & Orontem: nā  
quamvis classis ista, & similes aduer-  
sus hostes etiā statēt, sed præcipuacu-  
ra persequendi latrones, & piratas e-  
rat, hoc est purgare, & ad alias neces-  
sitates, ut transferendi arma, merces,  
& species alias, ut docet Pancirolus  
Innotitia orientis, cap. 59. & cap. 153. &*

sic intelligitur, dict. l. unica, quantum  
ergo militia ista plebeia ab illa in ins-  
tri, & inclyta distet, tu diudica.

Sed vnde euiluerit militia ista Clas-  
sica, multæ causæ excogitari poterat:  
forte quia libertini homines, aliaque  
fæc Reipublicæ ad eam cōscripti fue-  
runt, vnde honestiores, multo quema-  
gis nobiles, & illustres eam valde de-  
dignitati fuerunt. Forte etiam, quia 34  
Classiarorū conditio reprobatur semper  
habita fuit, inhabentes omnes rapinis, &  
dignum militis nomen turpissimis fa-  
ciniis fædantes, ad id plurima oc-  
currunt, satis erit, si Consulas Demos-  
then. in orat. de corona p̄fectura naua-  
lis. Isocratem in Panathen. I. Cæsarem  
Scaliger. in Poetica lib. 3. cap. 10. Forte  
etiam, quia in naui maiorem partem  
victoriae fortuna habebat; minor è vir-  
tus, & tota doctrina militaris in peri-  
culo consistebat: optimie Aristotel. 3.  
Æthicorum lxxviii, 23 oī nā dīsa nev-  
dūvō, in maximo. & pulcherrimo pericu-  
lo, scilicet honestissimū esse interres-  
tribello cadere; secus in marino, vilaie  
Aristoteles: aptius Naziancen. oratio.  
ibi: Nullam habent occasionem ostendend-  
e virtutis. Vnde ergo non in elegan-  
tes Virgilium capio. 5. Æneid. in illo 36  
per celebri natali ludi dardet Mnest-  
heus, ortatur remiges.  
*Non iam prima p̄ero Mnestheus, neq; vi-  
cere certo:*  
*(Quamquam o!) sed superent, quibus hoc  
Neptune dealist.*

Sentit magistrus poeta navalem  
victoriæ beneficium messe Neptuni, nō  
meritum virtutis, vnde Jacob. Comes  
Purlii. de re militar. fol. 43. ita scribit.  
*Innavic certamine venis prosper est vi-  
ctoria non pars causa: meritum ergo ta-  
lam militiam exhibentes nobiles,  
fortes, & strenni. Forte etiā quia mo- 37  
ri inter vndas vile, & abiectum anti-  
qui putatur, & pastoritum: dibilitè  
meus Satius 9. Theb.*

— Fluvio ne (pudet) Mars inclyte  
merges Hanc

Hanc animam, segnes que lacus, & stagna  
subito

Cen pecoris custos subito torrentis innis  
quis

Interceptus aquis, ideone occumbere fer-  
ro

Non merui.

Exclamat fortissimus Heros Hippo-  
medon, interceptus viudicis Inachi a-  
quis, & infamem mortem, veluti pa-  
tori, sibi contingere, Seneca in Agame-  
mone de tempestate Græcorum loqui-  
tur.

Nil nobile ausus pontus, atque unde fe-  
runt

Ignava fortes fata, consumens viros,  
Pudenda mors est.

Sed de hoc alia erudita Cerda addit  
ad Virgilium 1. Aeneid. v. 100. not. 2.  
& 12. quod & multis, facile mihi esset,  
illustrare, sed suum adueniet tempus.

38 Inter alias ergo rationes, propter  
quas autoritas classiariorum sordebat mi-  
litiam, ea erat, quia pelagi periculis, non  
virtutis decori classici expositi erant,  
ex qua ratione illustramus Festum in  
nanalis, verba audi. Nanalis scriba, qui  
in naue apparebat, inter aliud genus scri-  
barum minima dignitatibus habebatur, quod  
periculis quoque eius ministerium esset ob-  
iectum: animaduerte nunc rationem illam  
nostram in classicis à periculo ductam,  
aperte acceptam ab antiquis, in tantum,  
quod & classicorum scribæ vilesceret,  
quia periculis expositi erant. Sed &  
alia congruit ratio, iam in classicis an-

39 tedata, quod scribæ isti intenti essent  
rapinis, & furtis, est fragmentum Plauti  
apud Festum, quod demonstrat.

Non ego te noui nanalis scriba, columbari  
impudens.

Vt statim declarat Festus, & ex no-  
vioribus explicant Scaliger ad eum ibi  
(qui locum Homeri dat) Frid. Taub-  
man. ad Fragmenta Plautina. (qui Sca-  
ligerum transcribit) Adrian. Turne-  
bus lib. 10 aduers. cap. 15. C. Barthius  
lib. 50. aduers. cap. 1. cum igitur Classi-

ca nautica ve dedignarentur sequi no-  
biles antiqui, cum decore Barclaius in-  
duxit Arcombrotum in suetum nau-  
ij malis.

Non quiescunt adhuc animi in 40  
Barclaium, dum quiescētem in pri-  
mo maris conspiciunt Heroem istū,  
sed si decorem poetæ intropicerent,  
si pietate considerarent, & perpende-  
rent, non excitarent, non sanc dormie-  
rem, sed querentem, solummodo ca-  
put componere à pelagi circuāctio-  
ne. Et iure, & autoritate grauissimo-  
rum virorum defendemus virum, &  
patientur censores leuem quietē Ar-  
combroto, lector que gustabit critica  
ista, dum & ipse aliquale leuamē quæ-  
rit ab altissimis iuris civilis disquisi-  
tionibus, sic vere miscem⁹ vtili dulce,  
vti doctissimi nostri iuris interpretes  
fecerunt, si gravaris mi lector, faci-  
le tibi erit, lacunam facere. Adsit er-  
go primo Virgilius, qui solus advin-  
dicationem veritatis sufficeret, recti-  
que iudicij: apud quem Aeneadæ sanc-  
iuxta vicina Ceraunia, quamvis in frō-  
te horrerent opaci montes, quiescūt,  
& curant corpora Virgilij iudicio 41  
Aeneid. v. 510.

Sol ruit interea, & montes umbrantur  
opaci.

Sternimur optata gremio telluris ad un-  
dam.

Soriti remos, passimque in litora secco  
Corpora chramus, fessos sopor irrigat ar-  
sus.

Quæ carmina ante oculos habuissæ,  
componente sua Barclaium, iudi-  
carem: quid pro eo proprius indaga-  
bimus, quæ ista, & à magno viro? Hic  
Arcombrotus mari lactans quiescit,  
ibi idem faciunt Aeneadæ: hic incō-  
pectu est sylva, ibi Cerauni montes:  
noster Princeps in arena maris illi in  
gremio telluris ad undā. Hic vesper-  
tino tempore (vt sequentia probam)  
ibi: Sol ruit interea, & montes umbran-  
tur opaci. Quid miraculosus in defensio-  
nem

nem locus, tu solus vindicas Barclaij  
manes! Adcisco in auxilium Homerū  
Ody. 12. in princ. cum ad Aeneam insu-  
lam appulit Vlysses.

*Ex de aut̄is ēim̄r̄ et̄, ἡμ̄ηρ̄ θαλα-*

*665*

*Εὐτε δὲ απὸ φρέσκωντος ἐμένακεν οὐ*

*δίαι*

*Nos ipsi autem egressi sumus ad litus ma-*

*ris,*

*Hic dormientes expectauimus Aurora-*

*diam.*

Idem Vlysses arena Sicula potitus  
cœnat, & dormit eod.lib. V. 308. Non  
nus lane lib. 3. sic

*Αὐγεῖν φάεοντος ἐπὶ ἀγιαλοῖσι οὐ*

*ναῦται*

*Ἄσφρεας τραυθόοιν ἐπετρίχαντο*

*χαυνύας,*

*Occidente sole in litore nautæ*

*Instrata arena committebant cubilla.*

43 *Nec aliud insinuavit Maro 1. Aeneid.*

*Et late tabentes artus in litore ponunt.*

*Qui ponunt? procumbunt totis artu-*

*bis in arenam (vt noster Arcombro-*

*tus) ad quietem, & cibum, vt Lamber-*

*tus Hortensius ibi notat.*

Denique animaduerto quotiescū-

que occasio capiendi terram nautis es-

set, & hi defessi, & circum acti pelagi

erroribus, languidi, & asticti essent, ita

ut merito somnus, cibus, & potus de-

beretur corporibus, hac requie potis-

tos esse, vt præscriptia docent. Nec ar-

gumenta contraria capite præceden-

ti expensa quidquam obstant, quia

quamuis de somnio exp̄t̄se non lo-

quantur, tacite illud concedunt, vt de

loco primo Aeneidos iam diximus.

Cure nim si bibunt, & edunt per are-

nam sparsi Aeneas, non dormient

etiam. Et ipse Aeneas, dum parantur

Cerealia arma.

— Scopulum interea concendit, &

omnem

prospectum late pelago petit: Anthea si-

qua

Iactatum vento videat, Phrygiaisque bi-

remes.

*Ant Capyn, aut celsis in puppibus arma*

*Carci.*

Debita cura tanto duci ergasios suos  
tempestate depullos, sed interea dum  
sternuntur mensæ, sed ne idē Aeneas  
delicias somni in litore eo corpori  
suo, non indulxit: absit: esto quod in  
somnes curæ cum premerent, sed nō  
ita, vt crudeliter, cibo, potu, & somno  
se primaret, sed quia:

*Οὐχὶ παντοχὴν εὐσῶν Καλιφόροι*

*ἀνδρε*

*Non decet virum Principem dormire*

*noctem totam*

Et ita reliqua argūmenta, seu autori-  
tates dicto capite congesta diudico,  
vt pote Flaccū de Argonautis: si enim  
ibi Bachi, & Cereris delicia parantur,  
qui denegabitur militibus somnus?  
Omissi vates, quia voluit, vel non re-  
pus erat, quia si tempus & vellit, fi-  
ctione somni, non peccaret: sic de alijs  
locis Homerī, & Virgilij mea conie-  
cta est; vel si forte nautæ ignotis, & 45  
barbaris regi nibus appellebant, vt  
Vlysses Ody. 5. non se tradidit somno,  
ne fessis lacratio, & præda fieret, alias  
non pu gente timore isto, procubet  
ret in somnium: quam concordia ar-  
gumenta animaduera comprobant.  
Præterea, vt contra militares discipli-  
plinas, nō peccetur, qua classe instru-  
sta, quo proclīetus exercitu Arcobri o-  
tus barbaram irrumpt provinciam,  
vt antecursors præmittantur? Siciliā  
Meherde aduenit, regnum politicū,  
quamuis intestinis bellis in festū: non  
ut pote Troicus, & Græcus, qui fata-  
liter armata classe in barbara regna  
peruenerūt. In nostro iure miles, qui  
ab excubatione Pæsides, vel Præposi-  
ti desistit, peccatum desertionis habuit; 46  
sic Modestinus in l. 3. §. si Pæsides o. Di-  
dere milit. (in qua lego ab excubatione,  
cum Haloand. Russard. Pacio, Gotho-  
fredo, cum anteā legeretur ab ex-  
cubatione, excubias enim Pæsides, & Præ-  
positi

positi militares habebant, de quibus Lipsius de Militia Romana, & alij passim agunt) & apud Paulum in l. 10.  
D. eod. tit. Qui excubias palatiū deseruerit, capite punitur. Sic sanguis in militia obseruabitur, quod prodesertore habetur, qui excubias desereret, & omnino stationem relinquere, quo fere sensu D. Gregor. scriptus in cap. 6. dist. 86. Marinianum Episcopum obdormisse, idest curam commissarū plebis deseruisse, obdormit, qui deserit custodiā; & deserit, qui totus obdormit. Sic Polyb. lib. 6. histoyr. l. v' 8' ἐν τη καρπάσῳ, ἡ λεπότεται τηρί την τικον, ἐπικαρπάσων τὸς αὐτέγεος, επανάττεται. Sin aliquem repererit dormientem aut loci desertorem, testificatus proximos, abit. Expendit proprietatem verbi καρπάσου, idest, recline, cubo dormiens. Sic erat ergo in militia, quod puniretur vigili, seu excubia miles, qui in statione totus in somnum procumbet, aut stationem deseruerit; sed si stans, innitens que pilo miles, super 47 margine scuti aliqualiter requiesceret, humanitatem aliquam somni patiens, nō puto, & si militares leges sanguine præscriptæ sint, pœnam ordinariam subiturum eum, idēc. Milius Paulus apud Linium lib. 44. milites inermes vigiliam habere voluit. Vigiles etiam nō more scutum in vigiliam ferre videntur, non enim in pugnam vigilare, ut armis viatur, sed ad vigilandum, ut cum senserit hostium aduentum, recipiat se, excitetque ad arma alios, scuto præse erecto, stare galeatos, deinde ubi fessi sint, innixos pilo, capite super marginem scuti posito scutos stare, ut fulgentibus armis procul conspicui ab hoste possit, ipse nihil prout deat. Senec. epistol. 30. Stans etiam aliquando saucius pro vallo per vigiles, & ne pilo quidem incumbat, quia sollet obrepere interim somnas in aliquod administriculum reclinatis. Si sic in militia Romana erat, cui culpe daretur iuueni erroribus maris confundato, in pri-

mo eius litore quiescere, nullo sacramento militiæ, nullo incōspectu exercitu? D. Hyeronimus in cap. non mediorū crier 24. de consecration. dist. 5. reprehendit illos, qui vigilias præferūt sensus integratit, & somni penuria corpus immoderate affligit, non enim virtus animi tempestino sobrioque vivi ciatur somno, sicut turpido est, buntur more stertere, & dies noctes que, tanquam mortuos iacere: & sic intelligenda sunt, qua præcedentia optime diximus num. 16. 48

Sed inspicie blandis oculis huius Principis somnum; non viliter stertere, non rustice dormire in Sicula arena longo tempore tentat; sed quo respetu, & modestia? Quarebat tantum componere marinis noctibus inquietum caput, dum servii militarem cultum exalto comportabant, cui præclarissimo duorum culpæ daretur hæc requies, ut illud necessarium sustendi momentum in tranquilitati necessariae corporis quereret? Sic Virgilium capio 4. Georg. v. 438.

Vix defessa senem pessus cōponere membra

Componere defessa membra: Id est brevissima requie leuare.

Sed non periodi consonantiā dulcem orationem. Procubit in arenā Arcombrotus, non corporis, ocij ve luxuria, ut ratiō Latij milites aquersus surgentem Troiam.

Somno vino que sepultis  
Procubuit.

Sed fessus malis nauigij, ut Aeneas & Aeneid. v. 29.

Tristis turbatus petitora bello  
Procubuit, seramque dedit per membra quietem.

Ut & Linus de Hercule f. Illo armamenta Geryonis abigente, ipsum se sum via procubuisse. Et in tanto labore, qui Arcombroitum in arenam prævoluit, solūm querit momentaneum humus dura legumen. Expedita requiebat quasi fortis-

fortissimus iuuenis non ad aliū la-  
xum suam protenderet voluntatem,  
quam ad laxamentū iactationis, &  
animi & quietis restitutio[n]ē. Sed qua-  
lis ille respectus verborum & rei? ideō  
circum actum caput, propter errores,  
& incertos pelagi orbes. Nec sua ca-  
racteremphasi pr[et]erdicta, verbum cō-  
ponere, solemne enim verbū est in pe-  
niciuli rc: vnde bellum componete, &  
similia, ut pr[on]onciavit Hortensius ad  
51 Virgil. 1. Aeneid. sed solemnissimum  
ad tempestates, & pelagi luminumq[ue]  
res, vnde celebre Maronis carmen 1.  
Aeneid.

— Sed p[ro]ficit motus componere fluctus.  
Arbiter, aut prateriens aliquis tralatitia  
humanitate lapidabit, aut quod ultimum  
est, iratis etiam fluctibus, imprudens are-  
na componet. Propertius 1. Eleg. 11.  
Quan[do] vacet alterius blandos audire sus-  
surros.

Molliter intacito litora compositam.  
Et lib. 2. eleg. 26.

Et tabula vna duos poterit componere a-

mantes.

Et tō etiam circumactum, eiusdem so-  
lēnitatis fuit apud antiquos in re ma-  
rina, & nautica.

Propert. supr.

Quale purpureis agitatā fluctibus Hellē  
Et infra.

Seumare per longū mea cogitet ire puella  
Hanc sequar, & fidis una aget aura duos  
Et ibi.

Velaque in incertū frigidas Auster agat,  
Māro 1. Aeneid. v. 337.

Vento huc, & vastis fluctibus acti.

Et eod.lib.


Nunc eadē fortuna virostot easibus actos.  
Et 7. Aeneid.

Sine errore via, seu tempesibus acti.

Sed sine d. bio ista, circum actum pe-  
lagi erroribus, Barclaius desumpta 52  
Marone 1. Aeneid. v. 31.

— Multosque per annos

Errabant acti fatimaria omnia circum.  
Sic digladior pro veritate, & ratione,  
aqua nunquam defugiam, aut gratia  
delinitus, aut odio percitus.



(\*)

M LIBER



LIBER TERTIVS.

PARALIPO MENON,  
ET ELECTORVM IURIS  
CIVILIS.

C A P. I.

**D**ifferentia legati, & fideicommissi à nomine, exordium, & causa capitii. & libri est. Legati appellatione fideicommissum comprehendebatur. 1. Secundum plurimos nullum discrimen datur. 2. Expenditur Pauli responsum in l. & fideicommissū 87. D. de leg. 3. 3. Donatio appellatione legati. 4. L. vxorem 41. §. felicissimo 3. D. de legat. 3. 5. Vlpian. in l. si cui legetur 49. §. si Titio 4. D. de legat. 1. 6. L. Titia 38. D. de aur. & argen. legat. & alia iuris responsa. 7. Hereditas legati appellatione venit. 8. Adducitur T Linius. 9. Definitio legati conuenit fideicommisso. 10. Qui in ea fuerint sentētia, quod promis- cū legatum pro fideicommisso accipiebatur. 11. & lego significatio latissima est. 12. Verba debet adaptari, & secundū debitum ordinem intelligi. 13. Iuri- siconsulti generale pro speciali verbum usurpant 14. Superstition, & reli- gio verborum amandatur. 15. Paupertas linguae latine ex iudicio Senecæ. 16. Iuri sconsulti professores boni, & qui. 17. Sententia celebris Marcelli in l. non aliter 69. §. 1. D. de leg. 3. 18. Verborum aequitas quid? 19. Iuri scō- sultorum tempore legata ex equata fideicommissis. 20. Adducitur Pauli sen- tentia in l. cum de lanious 18. §. item cacabus 3. D. de fund. inst. 21. Notatur Cuiac. docens appellatione legati, non contineri fideicommissum. 22. Traditur fundamentam contra eum. 23. Satis fit considerationi l. verbis le- gis, D. verbor. significat. 24. Ante Augusti necessitatem fideicommitteba- tur Roma. 25. Testator à lege 12. Tab. fideicommittendi habebat potestatem. 26. Leges futuris negotijs formam dant. 27. Fideicommissum in l. antiqua te- stamentaria comprehensum fuit. 28. Differentia nominum, & à nomine qua- liter

litter consideranda. 29. Quodcumque nomen suum operatur significacionem,  
30. In quibus omnibus fundamenta concluduntur, quæ aduersus verâ sen-  
tentiam iaciuntur, vide caput sequens.



*q. hui cap. agd.* Isplicuit cuiusdam à no-  
bis, differentia una,  
quondam asserta, le-  
gati, & fideicommissi,  
ex virtusque nomi-  
ne: quia legati ap-  
pellatione, seu comprehensione, &  
fideicommissum veniebat: quod quidē  
in causa mihi fuit, stimulosque subdi-  
dit, ut percurserem huius palestræ cā-  
pō (nō in feliciter, ut spero) pro mul-  
torum iuriū victoria, & illustratio-  
ne. Quæ non satis mihi ab interpreti-  
bus prævissa, seu ut poscebat rātio, per  
tractata. Hoc ergo capite multis hinc  
inde impugnabimus communem, re-  
cepiamque differentiam à legati no-  
mine, & fideicommissi: ut sic præcog-  
nito hoste, aut eveniamus illum, aut  
solicitemus in pacem, paclis vltiori-  
bus proscribendis capitulis. Nullum  
ergo videtur discriminē posse deduci  
à nomine diversitate, legati & fidei-  
commissi: quis non credet ita, retrof-  
piciens nostri iuris authores, promis-  
cum virtusque verbi tradidisse usū?  
& irresponsis comunicuisse? in tanti,  
quod delegato propositā questionē  
sæpe sub fideicommissi verbo resol-  
uant, & è contra faciant. Quod si ve-  
rum fuisse in iure nostro ciuili proba-  
re tur, actum erit de differentia nostra.  
Promouere potest quemcunque ma-  
xime Pauli responsum in l. & fideicō-  
missum 87. D. de legat. 3. & fideicommis-  
sum (verba eius sunt) & mortis causa do-  
natio appallatione legati continetur: vu-  
nde ergo discriminē à nomine, si tanta  
est legati potestas, ut nomine suo fidei-  
commissum conferat, & donatio-  
nem mortis causa? in donatione au-  
tem ista verum iudicauit Iustinianus  
post varia iurgia, & contentiones in

§. 2. institut. de donationibus . Confir-  
mat maxime istam sententiam Scæ-  
uola in l. vxorem 41. §. felicissimo 3. D. 5  
delegat. 3. in quo cum relatis est Con-  
sultus à testatrix libertis fundum  
Gargilianum legatum fuisse, & filio  
ab eadem prælegatum datum per di-  
recta verba, & medio sumito, ita genera-  
lia, ut libertorum legatum ari pui-  
se videarentur. Subiicit questionē his  
verbis. Quasitum est, cum fundus Gar-  
gilianus testatrix à marito eius, id est à  
patre Tuy filij legatus sit, cui fundus ex  
causa fideicommissi debeatur, en quan-  
taco fuisse, & varietas nominis: quā-  
que debile argumentum, ad legati, &  
fideicommissi differentias inuestigā-  
das, à nomine elicī valeat. Quid alte-  
rum Vlpiani responsum in l. si cui lega-  
tur 49. §. 1. Tito 4. D. de legat. 1. in quo  
cum dubitaretur an fideicommissum  
creditori reliquum valeret, respondit  
Consultus: ergo propter hoc valebit le-  
gatum: subnotante ibi Acurso. sic e-  
tiam in l. Titia 38. D. de aur. & argen. 7  
legat. in qua cum fideicommissum pro-  
ponatur in principio, legatum debe-  
ri Consultus respōdit in fine. Expressa  
iura sunt ad probandum extentionē, &  
cōprehensionē legati l. anna 20. §. 1. l.  
liberto 21. §. 1. & pater 5. D. de annis leg.  
l. tutor decedens 26. D. de liberat. legat. l.  
Paula 27. §. fin. & dict. l. vxorem 41. §.  
testamento quo filium 7. D. de legat. 3. l.  
equis 39. D. de vñaris. l. si debitor 45. §. in  
fideicommissaria, D. de fideicommiss. li-  
berat l. fideicommissa 11. §. si seruo 16.  
D. de legat. 3. Sed nec mirabitur ista, 8  
qui hereditates legati nomine venire  
legat, inueniarique: ut suboluit acute  
Dionys. Gothofred. in dict. l. & fidei-  
commissum probat que ex l. lege obuenit  
130. D. de verb. signific. vbi loci Vlpianus

existimat testamentariam hereditatem obuenire lege, quia 12. tabul. testamentariae hereditates confirmantur, ea scilicet, *vix quisque legasset*, &c. ex comprehensione scilicet verbi *lego* (*vti infra exhortabo pluribus*) datque Bartolom*in l. filium s. §. sed si portio 6. D. delegat. praestans*, qui alius qualiter suæ sententiae annuere videtur. Sed pro Gothofredo expressum est cap. Raynaldus 18. de testamenis, ibi porro dictus Raynaldus prolem non habens, condidit testamentum, in quo medietatem partis sua de rebus predictis quibusdam anunculit suis; aliam vero medietatem, & reliquaque paterna rni ex patruis suis, & eius filijs legavit: adiiciens bona, in quibus ex testamento, vel ab intestato dicti heredes R. possint succedere, si venirent conera legatum, dictis anunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus dene- nirent: quæ verba satis demonstrant, institutionem heredis sub legati nomine relinqui: *vix cum multis obser- uauit Couarruicias in repetitione ad hunc textum numer. 5. & videndus est Vaconius à Vacuna lib. 4. declaratione 55. & Francisc. Duaren. ad titulum de legatis in principio* (qui l. si mulier 22. § fin. D. ad Senatus Consulrum Trebelianum, adducit) & alij plures, quos refert, & sequitur Anton. Pichard. in Rubrica, D. delegat. 1. à numer. 20. cum antea in contraria fuisse sententia in Rubrica eiusdem tituli institut numer. 6. & ita intelligent omnes Tit. Liuium 1. decad. qui de Proca Albaniorum Rege dislerens Numitori (inquit) *qui stirpis maximus erat, Regnum vetustum Sylviæ gentis legat*. Enqua- tra infirmitas in nomine, quam debile ab eo fundementum exsurget. Cinge possumus & ista muro alio, nam definitio legati à Modestino tra- ditia in l. legatum 37. D. delegat. 2. de- libata à Iustiniano in §. 1. institut. eodem scilicet, quod sit donatio testa-

mento relista) & altera Florentini in l. legatum 119. D. delegat. 3. (quod sit delibatio, seu deliberatio hereditatis) fideicommissio conuenit, quod ec- quidem donatio est testamento reli- Et à testatore enim procedit: & deli- batio, seu deliberatio hereditatis est. Duarenus sic sentit *vbi proxime*. Sed accipiet incrementum maius consi- deratio, si animaduertas in toto titu- lo de legatis, & fideicommissis, nullam fideicommissi definitionem inueniri (ut iam alii obseruerunt) non ergo omitterent. Consulti præcipuilon- gique tractauit definitionem, cum se- mel, & bis præstiterint legati, ex his quæ in principio libr. 1. officiorum do- cet M. Cicero. Consulti ergo sub le- gati definitione, & fideicommissum 11 comprobenderunt. Etsi iuuat autoritate confirmare discursum istum comprobantium, promiscuè legatum pro fideicommissio accipi, & è con- tra, vide Alexand. in l. 1. D. de legat. 1. numer. 6. & 7. Francisc. Duaren. ubi proxime, & expressius in apologia ad- uersus Eguinar Baron. §. 6. Nicolaum. Belon. ad 1. partem, institut. ad titulum de fideicommiss. numer. 2. Anton. Feb. lib. 17. coniecturar. cap. 9. Cuiac. in Pa- rat. C. de donatione inter. Reward. 1. va- riarum cap. 1. doctissimum D. Francis cum de Amay. 2. observation. cap. 3. nu- mer. 5. Petrum Ricciard. in & rubric. ins- titut. delegat. num. 106. Forcat dialog. 23 numer. 2. Anton. Pichard. ad l. 2. dele- gat. 1. in Rubric. cap. 1. numer. 22. (qui plures allegat) Donel. 8. commentar. cap. 2.

Neque hoc ratione vacat, nam tò lego in iure nostro, præcipue tem- 12 pore duodecim tabularum, latissimos occupat, & occupabat campos: com- prehenditque institutiones, liberta- tes, tutelas, & alia in testamento re- listal. verbis legis 120. l. in generali 80. D. de Verborum signification. Did. Co- uariu. cap. Raynaldus, §. 1. o. num. 1. de- testa-

testamentis Balduin. in *De legatibus ad titulum institutione legat. numer. 2. & in commentar. adl. 1. Tabul. l. 20. numer. 5.* Petrus PeKiis de testament. coning. lib. 4. cap. 7. numer. 3. Reuard. lib. 1. variarum. cap. 1. Francisc. Broxus, & Minis. in principio instit. numer. 2. Anton. Pichardus numer. 5. & in rubrica de legat. à numer. 18. Vigilius in principio institut. de testamen. numer. 33. Anton. Faber. 14. com. cap. 13. P. Ricciard. ad dict. Rubric. de legat numer. 105. & 106. Donel. 8. commentar. cap. 1. & Osuald. ibi litera D. Forcatul. d. dialogo. 23. & alij ab his relati. Quis ergo mitabitur, tempore eorum Iurisconsultorum eandem potestatem obtine-  
re, si nulla contraria lege expressè aboliuit sit? vel saltum potuisse ele-  
ganter Consultos ea loquendi for-  
mula vni, usurpantes proprium Ro-  
manorum, antiquum que iurispru-  
dentia verbum? Præcipue dum le-  
ges 1. 2. tabul. tractant, frequenterque  
cuius disputationem præ manibus ha-  
bent, imò iustitiam ciuile propter  
has, & ex eis descéderit, l. 2. s. postea 4.  
cum sequentibns, D. de origine iuris. Et  
quando ipsamet responsi species, seu  
casus satis appareat, an legatum fue-  
rit, seu fideicommissum. Debent e-  
nim (verba Alciati sunt in l. litus 96.  
§. prædicta, numer. 2) D. de verborum sig-  
nificatione) verba congruè adaptari, &  
secundum debitum ordinem intelligi, ut  
quamvis de uniuerso verba concipi vi-  
deantur, de singulis uniuerso partibus ac-  
tum censeamus, l. Gallus, §. 1. D. de li-  
beris & posthumis, l. hoc legatum 45. D.  
de legat. 3. probat idem Alciatus in l.  
qui fundum 205. numer. 2. D. de ver-  
borum significatione, Franciscus Duarenus  
in commentar. iuris ciuilis ad titulum  
ex quibus causis maior. cap. de ab-  
sencia, Iacob. Menoch. libr. 4. præsump-  
tion. 133. numer. 5. Anton. Mornac. in  
suis observationibus ad D. vetus in l. 6. D.  
de præscriptis. verbis, conductit Man-

13

tica de coniecturis ultimorum voluntas-  
rum lib. 6. titul. 13. num. 10. & Andreas  
Faquin. controversial. lib. 11. cap. 30.  
congruent que, quæ latè edifferit D.  
Ioannes del Castill. libr. 5. quotidiana-  
rum controversialium, cap. 84. per totum.  
Quamvis ergo tò lego latissimè pa-  
teat, restringi, & adaptari debet debi-  
to ordini, & quæstiōni tractatæ, id est  
fide commisso, si forse queritur de  
eo: ita vt non vniuersaliter generale  
accipiamos verbum; sed specialiter  
de vniuersi partibus: nam nec Con-  
sultus insolens fuit generale usurpa-  
re verbum specialis loco, vnde sepe  
pro arrogatione acceperunt adoptio-  
nem, vt latius perspicuum est, & præ-  
docuit Anton. Pichard. ad Rubricam,  
D. de legat. 1. cap. 2. numer. 2, à quo non  
recedunt, quæ Donell. scripsit libr. 5.  
commentarior. cap. 6. vbi Osualdus lite-  
ra L. benè Franciscus Duaren. ad titu-  
lum de vulgari, & papillari substitutio-  
ne, cap. 1. Quorū enim vanæ superflui-  
tiosaque religiones verborum, si  
apta maneat responsi mens, & hypo-  
thesis? 1. receptitia 2. C. deconfituta  
pecun. l. insulam 6. D. de præscriptis  
verbis, vnde Cicero. in Topicis, cum res in-  
telligitur, minus de nomine laborandum  
est, imò idem in oratione pro Cæsin. hoc  
æquitati tribuit à verbis inquit rece-  
dis, & æquitate vieris? Et D. Hyeroni-  
mus in epistol. ad Galatas. Hærendura  
scilicet non esse in sermonum folijs, sed in  
radice rationis, Alciatus in rubrica de  
offic. esu. cui mand. est iurisd. numer. 5.  
eleganter exornat: Anton. Mornac.  
cius observation. ad dict. l. insulam 6. Bal-  
dus, & Salicet dict. l. receptitia, quod  
& Celsus Bargalius refert lib. 1. de do-  
lo, cap. 1. à numer. 8. Galen. de aliment.  
facultat. libr. 2. cap. 4. in fine, & doct. de  
Symptomatum differentijs in principio,  
& alijs plurimis in locis. Præmaxime,  
si consideremus paupertatem linguae  
latinæ; imò egestatem, vt considerat  
Seneca epist. 58. ibique Muretus, & Li-

M 3.

psius

psiis obseruant, & cum eis alij quam plurimi (vide tamen quæ scripti lib. I. cap. I. numer. 16.) iurisconsulti enim nostri magis mentem, magis morientum verba adorarunt ; quam vanam religionem, superstitionem que verborum, ut proximiora probant, cunctumque nostrum ciuale ius conclamat. Quid miramur? si ipsimet honorantur venerando Sacerdotum titulo iustitiae, adque professorum artis boni, & a qui, ut satis apte Anton. Faber in sua iurisprudentia Pap. titul. I. princip. I. illation. 45. ad æquitatem istam exemplum dicit ex testamentis, ultimisque hominum voluntatibus, argument. I. in testamentis 12. D. de regal iuris, I. vel negare 5. D. quemadmodum testamenta aper. I. I. C. de Sacro sanctis Ecclesijs. Unde prudenter scite que Marcellus resolutio in I. non aliter 69. 9. I. D. de legat. 3. in causa testatorum, ad definitionem usque descendendum non esse, cum plerunque abusue loquantur, nec proprijs nominibus, ac vocabulis semper videntur (de quo responso latius procedimus supra libr. 2. cap. 2.) Sed quid magis? immo æquitatem verborum in nostris Iureconsultis nostri adiuenerunt interpretes, quæ nihil aliud producit, quam modestiam, decoremque verborum factis alijs iniquis, infamique nomine notatis, attribuere I. si manumissori 4. C. de obsequijs patrono praestand. Inde titulus adoratur, etrum amotarum, ut ne turpe furti nomen obijciatur vxori, & alia quæ Anton. Faber ubi proxime acutè representat. Ecquis ergo faciemus, si æquitate ista condonemus testamenta morientum, responsa que nostrorum Prudentum de eis loquentia: ut neque ea ad amissim exagitemus in superstitione verborum ; sed æquissime præcognitam voluntatem testantis induere possimus, aut legati, aut fideicommissi nomine. Congruit etiam, quia Iuris Con-

sulterum tempore fere lagata ex æqua fuerant fideicommissis, l. I. D. 20 de legat. I. quod illustrabimus præclare Pauli sententia, & verbis, in l. cum de lationis 18. §. item caccabus 3. D. de fundo instrutto. Ac deinceps in infinitum primis quibusque proxima copulata procedunt, optimum ergo esse, Pedijs ait, non propriam verborum significationem servari; sed imprimis quid testator demonstrare voluerit, & inde in qua præsumptiones sunt, qui in quaque regione commorantur. Ex Pauli, Pedij que sententia proxima approximioribus nominantur, copulata que in nomine procedunt: quando verissimam sententiam accommodabimus aptius, quam in legatis, & fideicommissis, fere aut nihil distantibus, & omnime inueniem proximioribus? Nam quamvis Quiaclus in l. I. D. de legat. I. in ea fuerit sententia, non contineri fideicommissum appellatione, quantumuis latuta, verbi lego, quia tempore 12. tabularum, fideicomissa, aut nec ora ta erant, aut nec legitima, & necessaria: decipitur sane magnus iuris magister, qui verbum lego, ex recepto vnu, significatione que, atque comprehensione admitit quidquid testator suo testamento vellet, & nihil minus fideicomissa debentur, & comprehenduntur sub eo, quam libertatum tutelarum que dationes, nihil magis ad proprietatem illius pertinentes. Nam quamvis legis 12. tabularum, præscriptionis tempore fideicomissa nata non fuissent, id in causa esse non potest, ut illa potestas fideicommittendi à lege illa, non descendat: in qua cum unicum inesset verbum lego, ad concessionem potestatis necessario in eo comprehendit fideicommissum: comprehenderetur que alia nōdū illius legis lationis tempore cognita, sed postea nata. Augustus enim voluntaria fideicommissa necessaria efficit, sed illa fideicommittendi

mittendi potestas, iam à lege 12. tabularum Regia procederat, absolu-  
 tissima, per quam testatori licet  
 testari, uti velle (ut ad regul. Cato-  
 nianam edifferam) et si vellet, fidei-  
 committere: nam quod dict. i. verbis  
 legis, refertur de institutione, legatis,  
 libertatibus, tutelis à lute Consulto,  
 & non de fideicommissio, non duci-  
 tur inde, quod in illa latissima potes-  
 tate, non comprehendetur, sed quia  
 minus cognitum erat, aut quia à Pom-  
 ponio institutiones, legata, &c. addu-  
 cantur in exemplum ibi, quod num-  
 quam generalem regulam coartat,  
 sed illustrat, ut per quam notum est.  
 Ad id ita sentiendum, & si contra Cu-  
 iacium, mouebitur quicunque sit:  
 quia & ante Augustum, licet ut sus-  
 picor non ita frequenter, tamen fi-  
 deicommittebatur, & non per raro,  
 ut satis noster Iustinianus insinuat in  
 principio, in statut. de fideicommissar. her-  
 editatisibus, Oluald. ad Donellum s. com-  
 mentarior. cap. 15. lit. E. Unde ergo illa  
 fideicommittendi potestas? quam ni-  
 si à lege Regia prouenire afferamus;  
 cum nulla alia fuerit, ut nec ego au-  
 dini, nec legi, testamentarius actus  
 sua potestate careret: qui ut cæteri  
 omnes voluntate, & potestate gober-  
 nantur (ut 2. tom. ad reg. Cetoniam scri-  
 bam) nulla æquidem fuit lex anti-  
 quior, qua fideicommittere testato-  
 ri licet, sola eisdem illa lege 12. ta-  
 bularum, à qua, tanquam à puro fonte  
 cunctæ testamentorum dispositio-  
 nes profluunt, & dimanant. Nam  
 quod fideicomissa ante Cæsarem  
 Augustum minus firma essent, nec ne-  
 cessaria, ut legata, cæteraque testa-  
 mentis mandata, ad implerentur, id  
 non per agebat disponentis potestas:  
 potestatem ecquidem fideicommit-  
 tendi habebat; sed heredis impia per-  
 fidia, & ipsamet testantis voluntas,  
 quæ non obstrinxerat necessitate he-  
 redem, immò eius liberæ voluntati  
 relinquebat effectum, quæ cum præ-  
 caria tuisset, à iudice constringi, non  
 poterat, ut antea præscripsit, semp &  
 mihi doctus interpres, D. Francisc.  
 de Amaya lib. 2. observationum, capit. 3. 27,  
 numer. 2. leges ecquidem futuris ne-  
 gocijs, & actibus formam, normam,  
 dispositionem praebent leges, C. de le-  
 gib. b. de usuar. 27. C. de usuri, & sic  
 cum 12. tabularum lex generalem po-  
 testatè testatoribus tribuisset, ut quis-  
 que vellet, testandi: & concessit fi-  
 deicommittere, ut & legare, manu-  
 missere que, atque cætera: quamvis  
 legis Regiae tempore fideicommis-  
 sum cognitum non esset: nam nisi ex-  
 prese prohibita sit, & inueniatur  
 quæcumque testamenti forma, lici-  
 ta erat morienti, exprimua illa lege  
 12. tabularum. Sisto ergo cursum, alter-  
 endo, legati nomine dece virali solé-  
 nique 12. tabull. Fideicommissum ex  
 ampla significacione rō lego, via-  
 que recepto venire in lege illa (præ-  
 ter alios iam supra datos) & iudica-  
 ruant Nicol. Belon. i. part. institut. ad ti-  
 pulum de fideicommissar. hereditat na-  
 mer. 2. & 3. Alciatus in commentario  
 ad l. 2. D. de legat. 1. num. 2. Anton. Pi-  
 chard ad Rubricā D. de legat. i. cap. 1.  
 numer. 33. A patere ergo videtur, le-  
 gatum, & fideicommissum non posse  
 distingui nomine, cum & tempore  
 liris Consultorum, duodecim que  
 tabularum fideicommissum legati 29  
 nomine veniat: nam ad hoc ut diffe-  
 rentia constituantur, & differre noimi-  
 na, cognoscamus; necessarium est, quod  
 in nominibus diversæ operationes, &  
 effectus inueniantur, continantur q. e  
 l. si idem, C. de codicillis, l. à nullo, C. de  
 ferijs, Petrus Gregor. libr. 3. syntaxis  
 artis mirabilis, cap. 2. Nicolaus Euerardus  
 in locis legalibus in loco ab eymo-  
 log. 4. (qui plures reficit). latè Marius  
 Salomonius in l. Gallus, D. de liberis &  
 posthumis, fol. 6. in argumento operis:  
 de cuius veritatis ratione consulen-

dus est Magnus philosophiz̄ princip̄s Aristotel. lib. 3. metaphysicor. cap. 9. Quod quidem in legati, & fideicommissi nomine non reperitur, cum Iuris Consulti per legatum fideicommissum nominent, & promiscue ē contra. Nam si discrimen inter hāc omnia daretur, necessario sequeretur, utriusque nominis quod cumque 30 suam rem proprie denotaturum esse, & affecturum: & ad recte definitionis formam, & normam, quodcumque nomen cum re sua converendum esse, dict. l. si idem, cum alijs, Franciscus Connan. libr. 2. commentar. capit. 11. numer. 4. eleganter Petrus

Gregor. dict. cap. 2. numer. 31. & lib. 2. cap. 6. numer. 26. Cal. Rhodig. libr. 24. antiqu. iection. cap. 5. Iul. Cæsar Scalig. de subtilit. ad Cardan. exercit. 1. & exerc. 71. Diogen. Laet. libr. 7. de vita p̄bile soph. in Cenone Cittico, latè Plato in Cratyllo, Cicero. 1. de inuentione, & Gul. Onziacus in question. Iuris Philosophicar. cap. 60. num. 7. (qui alias dat) quibus denique omnibus necessario claudimus (aut saltim sic videtur) nullum discrimen à nomine inter legati, & fideicommissū, nos adipisci posse. Hæc sunt, quæ contra nostrā differētiam possunt cōsiderari, & inferri; sed prouide sequētia, quæ pronostris sūstēt

## C A P. II.

**C**ONTRARIÆ sententia, & r̄verioris, fundamenta proponuntur, appellatione scilicet legati, nec fideicommissum, hereditatem aliam verem venire, à num. 1. cū sequentibus. Utilitas huius quæst. 2. Quæstio de nomine quando deceat. 3. Longe different legata à fideicommissis. 4. Ad investigationem veritatis, quod est cūnum quodque cognoscendum est. 5. Interpretis boni officium. 6. Nominis personarum mutabilia, secus rerum. 7. Eaque exaudienda, non ex opinionibus singulorum. 8. Rebus incognitis nomina imponere licet operatōrōis ratione, quam Graci maxime fecerunt, secus r̄wix Latini. 9. Nominiū disceptationes ingentes inter magnos r̄wiros. 10. Et eorum præcognitionis pars cūna sapientiae 11. L. Titia 34. D. de legat. 12. In principio iuris prudentia nunquam r̄ lego fideicommissum, & hereditatem comprehendit. 13. Tituli pertinentes ad resistas, in iure ciuili distineti. 14. Et variae formulae variae que actiones. 15. Iuris Consulti elegantissimi in lingua latina. 16. Et suapciliaria verba obtinuerant. 17. Contrariorum graue inconueniens. 18. Maxime in legibus. 19. Error interpretum communis tantam potestatem r̄ lego tradenium. 20. Expenditur l. 12. tabularum, vt quisque, &c. 21. Et l. 120. D. de verborum signification. 22. r̄ lego nō comprehēdit hereditatem, fideicommissum. 23. Quæ eius vis, & proprias potestas. 24. Non magis conuenit ultimis voluntatibus, quam alijs actibus. 25. Pro hac sententia certum argumentum datur. 26. In potestate legis testamētariae nullacerza forma inest dispositionis, sed materia solūmodo præstatur. 27. 28. r̄ lego significat ordinare, disponere, statuere, &c. 29. Quid sit? De mai. 30. Et sic dñk, seu dia 31. Quare lex testamētaria varie legatur, & scriptum eſſet legalis sit soz rei. 32. Legati qui, & quare dicantur. 33. Illustratur Vlpian. tit. 34. 34. Legatum non à lege deriuatur. 35. Legate pro re-

lin-

linquere apud nos tr̄os Consultos. 36. Tentatur breviter interpretatio, cap.  
Raynaldus 18 de testam. 57 Iterum accedimus ad d. l. 120. D. de ver-  
bor. signification. 38. An fideicomissa agnita fuerint tempore 12. tab.  
remissione 59.

**Q**UÆ proximo capite intuli-  
mus, satis firma, satisq; nos-  
træ Jurisprudētæ æqua vi-  
debuntur alicui, præcipue illis, qui re-  
ligiose antiquorum interpretum op-  
iniones colunt, ingentem que potesta-  
tem tè lego indulgent. Sed mihi altius  
scrutanti, nunquam ea infedit senten-  
tia; sed imò invita iuris prudentia cō-  
muniorem interpretum opinionem  
processisse. Mehercle enim dijudico,  
in legau appellatione nec fideicom-  
missum, nec institutionem venire:  
nam quamvis ad graues rixas, cruda-  
que certamina, magnos que labores  
accingamur: omnia libentissime subi-  
bimus pro veritate, & iustitia: quo-  
rum numinum aris nostras lucruba-  
tiones, nostrasque vigilias sacraui-  
mus. Et ante quam descendamus in  
arenam, utilissimum, animaduerto,  
laborem nostrum esse, fore que; nam  
ab eo præstabuntur lucea grauissimis  
Iuris Consultorum responsis; cum si  
naturam, & terminos tè lego, non pe-  
netremus, non adipiscamur: necessa-  
rio nec cognoscemus responsa, nec  
decreta: non magis, quam peruestiga-  
re densas tenebras, horrendū q; scru-  
tarī specus, sine præludente face. Ve-  
rum sit, quod rixa, & altercatiō deno-  
mine fatidiosa despiciatur, & clamo-  
rosis, cunctaque præsentibus grā-  
maticis relinquatur; tunc tamen quā-  
do nominis præcognitio nullum sciē-  
tiæ fructum, nullam disquisitioni vi-  
litatē paritura sit, vt bene inquit Pla-  
to Carmides. οὐδὲ διὰ τοῦτο θεωρεῖ  
τὸν ἐργαστῶν διδωμι ὅπερ ἔχει  
σεντιλεύθε μόνον ἐφ' τις ἀνθρώποις τουνο-  
νται τὰς λέγοις. Sed ego cōcedo ecquidē  
ubi pro arbitrio nominibus vni, modo id

declares, quid nomine quoque significare  
velis, & Cic. in Topicis; nō vero hoc li-  
cebit, si tota res tota que pax intelle-  
ctus à fædere cognitionis pèdeat, in ea  
que nitatur, vt optime probat, & dis-  
tinguit Bargalius lib. 1. de dolo, c. 1. n. 9.  
& 10. atq. 11. Nam vt bene inquit Gal.  
lib. 3. method. medem: nominū usus per-  
turbarit, rei quoque notitiam cōfun-  
dit, secundum Arist. 3. rhetoricon, c.  
2. τὸ τέλος γλωττίζει, επελέγει εἰρηναῖ  
οἱ, πεποικυνοῦσι εἰσγάρος, οἱ οἰλυαχτε  
ζεψιστοι. id est. Ex his quidem linguis, &  
duplicibus nominibus, & factis, raro, &  
paucis in locis utendum est: nā si permis-  
centur nomina, si confunduntur, nul-  
lus dabitur certus ordo, & sine or-  
dine nullus intellectus, sine intel-  
lectu nulla certa doctrina, quæ semper  
à suis definitis causis prouenit. Si  
ergo longissimis partis, legata à fidei-  
comissis differunt, diversa ecquidē  
sunt natura, principio, causis, & effe-  
ctibus alijs, vt præter plures, quos da-  
bo suo loco lato calamo, concessit P.  
Ricciard. in com. ad §. sed non usq;. in st.  
de legat. à n. 2. cum seqq. qui ergo potest  
effici, vt fideicomissū prolegato: aut  
contra accipiatur? præcipue à nos-  
tris Consultis formularum, vocum,  
syllabarum obseruantissimis, rectæ  
que latinitatis primoribus? quim fa-  
taliter graues obumbrarent tenebrae,  
miserum Chaos, & cunctæ nostræ iu-  
risprudentiæ luces, seu fundamenta  
extinguerentur, & euerterentur. Do-  
cte ecquidem Petrus Gregorius libr.  
3. cap. 2. artis mirabilis, cum Aristote-  
le, Platone, & Galen. resoluit, ad in-  
vestigationem veritatis, rectæ que  
doctrinæ cognitionem præcognos-  
endum esse, quod est unum quod:

que, rerum que differentias lynceis  
oculis attendendas: nam qui in ullo  
fallere, vel falli non vult, similitudi-  
nem rerum tenere debet: decipiunt  
namque similitudines etiam peritcs  
interdum, vt ex Galeno idem pro-  
bat numer. 9. inde quelaudat dialecti-  
cam, donum que deivocat, cuius of-  
cium est dividere, & componere.  
Cum ergo p̄cepta ista sic fortiter  
6 subsistant, sic doceant, boni interpre-  
tis erit officium, distinguere causas,  
naturas, effectus rerum; non pertur-  
bate permiscere: si enim aliud est le-  
gatum: aliud fideicommissum: aliud  
hereditas, quā sub appellatione legati  
concludemus virtutemque? nisi inuita  
ratione, & reluctantia; vt eleganter in-  
(quit Caius in l. mortis causa 31. D. de  
donationib. mortis causa, ibi: Exceptis  
bis capiendi figuris, quā proprio nomine  
appellantur, certe enim & qui heredi-  
tatio, aut legati, aut fideicommissi iure capi-  
tur, ex morte alterius nanciscitur capien-  
di occasionem, sed quā proprio nomine ha-  
species capiendi appellantur, idē ab hac  
diffinitione separantur. Quamuis enim  
personarum, hominum que nomina  
7 mutabilia sint, non item rerum; ea  
enim firma permanent, nec variatio-  
nem patiuntur, l. 4. D. delegat. 1. vbi  
docte Gothofredus, & Vacon. libr. 4.  
declaration. 56. fideicommissum, heredi-  
tas, & legatum nomina sunt certa,  
fixa, quibus nec in constanter suos v-  
sus, certos que effectus juris condito-  
res attribuerunt, vt in cuncto civili  
campo conspicitur. Non enim ex op-  
8 nionibus singulorum, sed excommuni vsu  
nomina exaudiri debere, nec videri quē-  
quam dixisse, cuius non suo nomine vsus  
sit, cum Servio Celsius resoluit in l. Lar-  
9 beo, §. 1. D. de suppell. legat. nam quam-  
uis rebus incognitis cōuato rōras ra-  
tione nomen imponere licet, quod  
Græcis inter maximas virtutes habe-  
batur, vix tamen launis permisum,  
Quintilian. lib. 8. orat. cap. 6. Galen. de

symptomas, differentia principio. Cicero.  
decorator. & nos supra lib. 1. cap. 1. non  
tamen antiqua, & quasi ab originalia  
nomina alternare, seu peruertere fa-  
cultas alicui erit, Plat. in Cratyllo, Gale-  
nus vbi proxime, d. l. 4. dict. l. Labeo: nā  
alias, pro Deus! quanta barbaries in-  
condita graſſaretur. Inde prouenit,  
quod inter magnos viros disceptatio-  
nes nominum oriuntur ingentes, teste  
Cæl. Rhodig. lib. 9. antiqu. lect. cap. 14. <sup>10</sup>  
lib. 21. cap. 24. in princip. nominum cog-  
nitioem partem vnam sapientiæ es-  
se dicit, videndus est Volaterran. libr. <sup>11</sup>  
30. Philolog. cap. de nominibus, Petrus  
Gregor. lib. 2. art. mirabil. cap. 6. num. 7.  
Galen. lib. 2. de pulsuum differen. Mar-  
sil. Ficin in argumento ad Cratylum Pla-  
tonis, nominum scientiam, non humi-  
lein, sed excelsam dicit; quoruſ sente-  
tiam libens amplector: quando p̄-  
notio nominis necessaria est ad cog-  
nitioem rei (vt dixi) certoque trami-  
te ad veritatem duci, vt in nostra dis-  
ceptatione: nam si quā situm, seu pro-  
positum variatur, maxime eo, quod  
aut legatum, aut fideicommissum, aut  
ve hereditas sit, quis tam proterbus  
animo, impisque mentis erit, qui re-  
nuat, dispiciat discrimina rerum ha-  
rum, & appellatione legati hæc cun-  
cta venire, & comprehendendi. Hinc est,  
quod Consultus in l. Titia 34. D. de le-  
gat. 2. attente investiget, an in eo ref-  
pōso, & quā sito, legatum an fideicom-  
missū interuenierit, quod fac ut nostrā  
Cōsulti passim, & in eam rē cōgere  
re responsa, & rescripta, inutiliter  
laboriosum esset, cum passim obia  
& illiteratis appareant.

Nam quamuis annueremus,  
(quod renuiimus valde,) ex l. 12. tabul-  
larum, pertinet. Tū logo, ad fideicom-  
missum, hereditatem, & cetera cun-  
cta in testamento relicta, tamen id  
primore iuris prudentiæ infantia tol-  
lerari poterat, non iam adulia, cum  
nostrī iuris autores, eiusque magni sa-  
cer-

cerdotes dispararunt, & secreuerunt prudenter cuncta ista, varijs qui titulis, & sede collokarunt: en titulos de heredibus instituendis: de legatis, & fideicommissis (cuius interposita copulativa differentiam agnoscit) in C. de legatis, & alium de fideicommissis, & sic in institutionibus. Attribuerunt etiam varias formulas, varias actiones, seu persequentes, varios iudices, & ut me exonerem, videndi sunt Anton. Pichard in rubrica de legat. r. cap. 2. numer. 36. & cap. 3. per totum, Petrus Ricciard. ubi supra, Franciscus Duaren. ad titul. D. de legat. & fideicommiss. Donellus 8. commen. c. 1. & 2. & ibi Osuald. Absurdam enim eorum opinionem censeo, quidem media imprudentia legatum, cum fideicommisso permiscent, & è contra, atque 15 cum hereditate. Jurisconsulti enim nostri per caluerunt alte latinæ linguae elegantiam, & summo cum decoro suis inseruerunt responsis, & eius proprietatem amarent. scripsit, sensit que sic M. Fabius Quintilian. lib. 5. orator. cap. 14. Andreas Alciatus ad titul. D. de officio eius cui mandata est iurisdictio. num. 1. & doctius latius que in apolog. adversus Laur. Vall. libr. de verborum significatione, And. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, suscepere liberos, numer. 1. & ipse met Laurentius Valla, parum ipsis fidus, assensit in prefatione libr. 3. warum elegantiarum. L. Carrio libr. 4. emendation. cap. 10. titulus de verborum significacione, præter cunctum ius ciuile, satis probat, & multoties Cicer. in suis Rhetoriceis. Quorum quidem sententia insigniter fædaretur, si fideicommissum præcarium, imperatiuo legato subuolueremus: & hereditatis universalis successionem, cum speciali, & particulari (ut nostri inquit) legati, & fideicommissi. Præcipue si 16 adiungas his, Consultos nostros sua peculiaria verba obtinuisse, ut obseruant latè idem Alciatus in Apologia dicta, numer. 27. & B. Brissonius lib. 3. formularum. Quod ergo magis Consultis in iure nostro inuenietur peculiare, proprium, receptum que non nomen, quam legatum, & fideicommissum, institutio que sub differentijs, & notionibus supra datis? Quæ mehercle in tantum vera sunt, ut nulla causa efficere possit, qua verborum abusus permittatur, & saltu credamus, in Consultis præcipue, cum inde omnia confusa, omnia in certa evadent, Alciatus in l. quoties 80. D. de verborum obligation. à numer. 6. cum sequentibus, Franciscus Duaren. ad titulum D. heredib. instituens. cap. 3. Petrus Faber. a. jemest. cap. 14. Vacon. 4. decleration. 36. & perapte Osuald. ad Donel. 8. commentar. cap. 4. lit. A. verum enim sit, quod aliquando obliquetur verborum puritas, & proprietas; non tamen eam facultatem admitemus contra apertam significationem verborum (ut inquit Osuald.) contra planum receptionis qui usum verbi, in uersione penitus barbara, & omni aliena ratione; quorsum enim verba, & eorum acceptæ significationes, & immobilitates; dicit. l. 4. d. l. labeo: sequeatur, quod mens humana nihil certi à verbis, à nominibus capere, & intelligere posset; cum præterquam si in fictione ea, & obligatio verborum liceret in contractibus, & testamentis ex l. non aliter 69. D. de legat. 3. non tamen in legibus, & responsis, seu statutis eam sententiam accipere debemus; per ea quæ hic edidimus, & ex ratione, mente que dicit. l. non aliter, quæ verborum abusum testatoribus permittit, vel extuscitate, & ignorantia, quæ à iuris ciuilis responsis, & rescriptis longe exulat: ita ex Bartoli, Baldi, Tiraquelli iudicio resolut Antonius Mornat. in observatione ad D. Vetus in l. 6. D. de prescriptis verbis; sicut ergo apud omnes certum 17 appellat

appellatione legati, nec fideicommissum, nec institutionem venire ex nos-tratum Jurisconsultorum abusu.

- 20 Impullit in hunc errorem inter-pretes falsa opinio tantam potesta-tatem, tantam significationis exten-sionem à 12. tabul. attributam esse verbo *lego*, ut vi propria, propria que virtute cunctam ultimam voluntatis dis-positionem comprehendat. Sed insi-gnificantorum virorum error fuit, & quod magis dolendum est, adhuc ser-pit inter doctissimos, autoritate mai-orum alleatos, & deceptos. Audacter perquirerem ab ipsis, quo firmo fun-damento imponerent tantæ molem sententiæ: nam quod inferunt, vulgo  
 21 que iactatur, ex l. 12. tab. vii quisque le-gasset suarei, ita ius esto, plane debile est, & indicabitur à quocumque, attē-te introspectiōte: nam verum est, quod lege illa 12. tabull. maxima potestas at-tributa fuerit testanti, disponendi, ut ipse velleret, sed id non tam vi, & potes-tate in abstracto considerati, ut verbū *le-go*, quam lege ipsa, verbis cunctis ip-sius, & potestate in eis omnibus com-prehensa, & coniuncta, uti expresse Pomponius scripsit in l. *verbis legis*  
 22. D. de *verborum significatione*. *verbis legis* duodecim tabularum, his, ut legassis suarei, ita ius esto, latissima potes-tas tributa videtur, animaduerte ut verbis his, signanter positiū: non ergo ut solum *lego*: ut eleganter, & acu-te considerauit Vaconius à Vacuna *declaration. 55. num. 3.* ( qui pro hac sententia omnino videndus est, mul-ta enim sapienter, subtiliter que dis-posuit, quæ mihi transcribere non li-bet; sed libare aliqua, quatenus con-  
 23 ueniunt cum nostris) *lego* enim, nec deicommisum, nec heredis institu-u-nem, nec dationem tutelæ suapte na-tura, vi, & potestate significat; sed ac-  
 24 ceptum in illa 12. tabull. *lege*, fuit, pro ordinare, disponere, & relinquere: & sic pro significatu absoluto, generali:

quasi diceret, *vi quisque disposuerit rem suam, vel de re sua, ita ius esto, ita ut per cuncta illa verba latissima potes-tas data fuerit testatori*: non tamen verbum *legasti* significet fideicom-missum, heredis institutionem, tutelæ ve-dationem: quæ mui se omnia in lege illa, erus que verbis comprehen-sa fuerint. Verbum enim ibi *legauerit* 25 seu *disposuerit* ita absolute, & plen-um est, ut non magis ultimis volun-tatibus, quam contractibus, & volun-tatibus viuentium adaptari possit: nam si quis venditionis, locationis, & similiū contractuum potestatem facere veleret, abunde demonstrabit per verbum *disposuerit*, veluti quo-modocumque *Titus disponat de re mea, ratum habeo*, & non tamen inde du-cemur *to dispose* significare vendi-tionem, locationem, & alios contra-ctus. Distant enim inter se, non magis, 26 quam certa forma, & species, atque imago, à generalissima materia lig-nea, marmorea, aurea, & alterius ge-neris: & sic voluntas, quæ materia est generalissima ( ut secundo tomo late probabo) a forma legauit, fideicom-missi, institutionis distat, & similiter hæ formæ, figuræ seu species, cù for-mas diuersas contineat, nemo addu-bitabit esse diuersas, nihilque com-mune habere, quam materialiam volun-tatis: & ridiculum erit, proprieam cen-seri, vnam sub aliā contineri, & venire. Nihilo magis, quam si è mar-morea forma equi, forma que hominis compactæ fuerint, & quia ab una ma-teria descendant, assisteremus easdem esse formas, & figuræ, vnamque sub alia venire. Nam quamvis illa potes-tas legandi, & disponendi lege con-cedatur, dum non disponitur forma volūtatis, & species certa in lege, nul-la forma inest; nullæ species, nullū fa-ciū: sed solum formādi, & faciēdi po-testas: quæ dum nihil operata est, nullum ens productum est, ut apte-

*Plato Parmenid. de uno rerum omnium principio. τὸ οὐ ( φάται ) εὐ ἐκεῖσον  
εἰ τὸν ποιησαντὸν ποιεῖ δὲ δῆμος ἀνθρώποις εἰπεῖν. Αλλὰ τίνος. Ναὶ. θυ-  
τος, οὐκέτος, οὐτος, idest Quid ergo (in-  
quit) qualibet notio una est? notio au-  
tem nulliusnotio? At hoc impossibile, sed  
cuiusdācuiusdā sane, existentisveli non  
existētisexistētis. Volūtiasergo, & notio  
de ente aliquo, defubstātia aliqua, quæ  
præcedat, quæ obijciatur, esse debet: in  
tantū ergo fideicōmissū, hæreditis insti-  
tutio à potestate illa legādi, & dispo-  
nēdi distant; quantū ens à non ente, fa-  
ctum ab infecto. Aliud enim est potes-  
tas faciendi, aliud factum: & sic quā-  
uis lege 12.tabul.legandi, vti velle, te-  
statori indulta potestas esset, non in-  
de sequitur, varias dispositiones pos-  
teaequitas ( quamvis à potestate illa  
procedant) non esse intersediuersas, &  
disparari ab illa legandi, & disponen-  
di facultate (vt hic dixi).*

28 In antiqua illa et tabul. lege, ver-  
bum lego, nec fideicommissum, legatum,  
institutionem, manumissionem, tutelaeque  
dationem, significabat; sed in potesta-  
te, ab ea testatori concessa, com-  
prehendebantur. *Et enim lego*, ibi ni-  
hil aliud ad prehendit, quam disponer-

29 *re, ordinare, relinquere: probat hoc eu-  
deter testamētaria Gracorū ex, à qua  
nostra primis cunabulis Romæ desum-  
pta fuit. Demosth. in orat. 2. in Steph.  
Obos nū ἐπενοιώτο ὡς εργάτες απειπό-  
μητε επιδεκασσοῦται, οὐτε συλλέγονται  
τὸν ἀρχικωτὰ λαύτη διαθέωνται ε-  
ναὶ θάνατον εἰς τὸν, quæ quidem Hiero-  
nimus Vuolhus, cum respectu ad  
nostram legem 12. tabul. sic verit. Qui-  
cumque non ascribuerant, ut neque re-  
nunciari eis, neque lege in eos agi licet, et  
cum Solon magistratum iniret, eis sua le-  
gare suo arbitratu liceat. tò enim διά-  
δεσθαι soleinne apud Gracos fuit  
prodiponere, & testari, sic Plato dialog.  
12. deleg. τελογον τετοράγαδι φο-  
λεψενος τον μονον τετισθα τον δε εἴ-*

Et ut etiam si etiam deo datus artus  
nus aptus est de quo nomen auctor, id est. Il-  
lis morituri hominis verbis O optime vir!  
commotis, legem illam scripserunt, per-  
quam licet cuique, ut cumque velit, sim-  
pliciter sua disponere, ita quod in Demosthene Vuolfinus legare verit, hic  
Marchilius disponere, sed praecipue Ios-  
tinian in authentic. de nuptijs, §. 2. Græ-  
corum legis et de die deo datus, obserua-  
uit verbum solemne in re testamenta-  
ria, & pro disponere accepit: tradens eruditum nostram legem 12. tabularum, inde compastam tuisse, audiper  
acta verba: Δευτερον δι εκενον λεγεται α-  
παυτα εκουσε εκενος νυν ημερας ει-  
δικθενενος διατάξεως περι τον τοιού-  
του ίστε αρχη ίστε γυνη κατατεθενοι  
ταυτα κατην υομοδετεστο μεν γαρ ει-  
κασο επετοις εαυτη εικοτα, η εισορο-  
μος η τετε Εγλι καταπερη, η ισκαλ-  
ιτατος ην την υομων, η πρωτος  
οχεδον την πολιτειαν εργασθησεται  
ταχας φοι ( φανευ ή του μεσοβεκαδελ-  
του ) κατατην αρχαιαν, η πα-  
τριον γλωτταν ετωοι πι λεζην, ut  
legassei quicque de re sua, ita vis esto,  
&c. id est. Secundum vero illud, ut om-  
nia quacumque ex hodierna die testa-  
tor dispossuerit de talibus, sive vir, si-  
pemulier consistat, hec valeant: dis-  
ponat igitur unus quisque super suis,  
ut dignum est, & sic lex eius volun-  
tas, sicut & antiquissima nobis lex,  
& prima pene Reipublice Romanorum  
disponens ait, dicitur autem 12. tabu-  
larum, secundum antiquam, & patriam  
linguam ita dicens, ut legasset quisque,  
&c. Et sic passim usurparunt Theodo-  
philus, Constantinus Harmenop, Ba-  
silica, caterique interpretes Græci, 30  
nam cum diatripsi sit disponere, stan-  
tuere, ordinare, ut latè doceat que pro-  
bat Henricus Stephan. 3. tom. sui  
Thesauri fol. mihi 1488. & antea Eu-  
dæus in commentar. lingue Græca fol.  
mihi 195. & 196. Iacobus Mausacius en-  
notis ad Harpoerationem ad pagin 8. dicitur

- 31 ne 8. qui ex viroque probat Vlpian-  
no, Iuris Consulio, & Rhetore, insig-  
ni Demosthenis commentatore, ap-  
tissime ad testamentarias dispositio-  
nes translatum fuit, inde *de leg. 3. lib.*, seu  
*de Dñi etiā pro testamento, Budæus in*  
*commentario lingue Græca, fol. mīhi*  
*507. & passim Harmen. lib. 5. titul. i.*  
& semper. Henrīquus Stephan. in suo  
*Theſauro, Isocrat. in Æginet. & o-*  
*m̄nes interpres Græci. Conueniunt*  
*his quæ acute Vaconius à Vacuna dicit.*  
*declaration. 55. præuidit, ideo legem if-*  
*sam 12. tabull. varie legi uti quis legasset*  
*de re sua, & uti quisque legasset sua*  
*rei, quia cum Græci careant ablativo,*  
*pro eo usurpat genitivum, & sic di-*  
*citur, legasset sua rei, vt animaduertas,*  
*quanta cura leges Græcas in latinum*  
*à Romanis veritas fuisse: nisi forte El-*  
*lipsim intelligas, scilicet legasset super*  
*pecunia, tutela & sua rei, de qualitate, &*  
*eleganter Sánchez in sua Minerua lib.*  
4. Hinc etiam est, quod cum legare no-  
strum desumptum dicitur, Græ-  
corum sit, nihil aliud significat, quam  
33 statuere, disponere, ordinare, mandare, nā  
ex vulgari Varronis loco lib. 5. de lin-  
gu latini, ideo etiā legati (dicuntur) quod  
vt publice mittantur, legantur, quæ pla-  
cuit deriuatio P. Greg. 42. syntag. c. 32.  
num. 1. Donell. 8. com. c. 1. & bene Sy-  
pontin. ad epigram. 22. Martialis, vnde  
Festus verb. orare. Orare antiquos dixi-  
se, pro agere, testimonio sunt. quod & ora-  
tores, & hi, qui nunc quidem legant, tunc  
vero oratores, quod Republica mandata  
partes agebant, &c. & Paulus ibi, qui fe-  
re per eadē verba Ioan. Godescalc. in  
obsernat. ling. lat. verb. Legare: legare al-  
liquæ alicui pro publicis, magnis que ne-  
goijs mittere: legare negotium alicui cō-  
mittere, legare pecuniam, alicui heredita-  
rio iure relinquere, vnde I. Rosin. lib. 8.  
antiq. Roman. legem istā 12. tab. inter-  
pretans (inquit) uti legasset, pro ec est,  
qua si dixisset, ut statuerit, si cedere uerit,  
legandi verbum à lege sicutum est, ut te-
- gare nihil aliud sit, quam statuere, decer-  
nere, & vt vulgus loquitur, disponere  
si uide hereditate, sine delegatis, & do-  
nationibus in testamento. Hinc (nī pīx-  
dictis de molitus dolose capiō) capio  
elegāter recteque Vlpian. in suis frag-  
mentis sit. 24. in princip. legatū est, quod  
legis modo, id est imperatū retestamēto re-  
linquitur: nam cum legare, nihil aliud  
sit, quam mandare, statuere super pecu-  
nia rei sunt, idq; legis modo, & for-  
ma à lege statuia, id est per verba im-  
perativa, vt disparetur, discernantur à  
fideicommissis (vti satis expresse tra-  
ctauimus sup. lib. 2. cap. 2.) apte defini-  
tur ab Vlpiano, si ea dispositio est, &  
dispositio, cum dispositio, & etymone  
conuertitur, vt placuit Turanino de  
exequatione legatorum, c. 1. n. 12. & Do-  
nel. dicit. lib. 8. com. c. 1. Nam quia legatū  
à lege deriuant, vt pōtē Eutychus lib. 35  
2. de discernendis coniug. Gæd. ad dicit. h.  
120 de V. S. n. 1. Rosin. vbi proxime A.  
Fab. 2. tom. decad. 44. err. 7. num. 4. cō-  
moti proxima Vlp. auoritate aber-  
rat à veritate longe: nam Vlp. d. titul.  
24. nullam etymolgiā legati pre-  
posuit, sed dispositionem, aut descrip-  
tionem: recta enim derivatio est illa,  
quam cum doctissimo Varrone, &  
alijs supra præpossumus. Vlpianus enim, non inquit, legatum à le-  
ge deduci, sed esse aliud quod tes-  
tamento relinquitur modo legis, &  
forma, quæ imperativa erat, quæ qui-  
dem tantum distant ab etymone le-  
gati ex lege, quātum cupressi a viburnis:  
& si aliqua insinuat etymolo-  
gia, est illa nostra, à nobis hic defensa,  
& apud omnes vera. In quo sensu, &  
vnu non defuit Consulti, qui verbū se-  
go, pro relinquere, scilicet acceperint. 36  
Modestinus in l. equis, 9. de usur. ibi:  
Equis per fidicommissum legatis 1. re-  
listis, vt nīl. equis 8. eiusdē inuuli. Sc̄e-  
uola in l. vxorem 41. 9. legauerat 6. de  
legat. 3. ibi: Legauerat per fidicommis-  
sum Manijs, & in S. testamento 7. sub se-  
quenti;

quenti, sic etiam intelligendus T. Lilius 1. histor. ab V.C. ibi: Numitori, qui stirpis maximus erat, Regnum vetustum Sylvia gentis legat id è relinquit, sensu quo Rufus Feitus in Brebiario: Asia societate Attali Regis nota Romanis, eam que Attalit testamento reliquam hereditario iure possedimus: vide an si sic recte intelligentur verba, cap. Raynaldus 18. de testamentis, meo enim iudicio constantier contextura demonstrat, sic etiam Idacius in collectione Chronicalib. 2. cap. 28. Ptolomaeus Rex Cyrena moriens Romanos testamento reliquit heredes, solemnie enim fuit τὸ relinquo, in hereditaria re apud latinos, ut καταλείπω, apud Græcos: passim Hippocrates, Demosthenes, Harmenop. & alij. Qua proprietate verbi attenta, quod est, mandare, relinquere, postea Iurisconsulti specialiter legatum acceperunt pro delibatione hereditatis, & quando aliquid specialiter relinquatur, & sic nos dicimus Hispano sermone mandas, y legados.

Ex his ergo deducimus nihil aliud significare τὸ ego, in l. 12. Tab. quam

mandare, disponere, &c. quod nihil commune habet: cum hereditate, fideicommissio, legato, solummodo enim cum verba legis ut quisque, generalissima essent (considera ea, perpende, & videbis) maxima illis verbis attributa sunt potestas testatoribus dicit l. bis verbis, quæ sane distinguunt hereditates, legata, libertates, & cæteros finales actus: præcipue cum institutiones legata, & fideicommissa suos modos haberent (ut dixi lib. 2. cap. 1.) quibus non conuenire poterat verbum lego, ut recte considerat Vacon. dict. declarat 55. Concludimus ecquidem latissimam fuisse potestate in testandi, l. 12. Tab. attributam, quim verbi potestas, lego sola id efficiat: ut non in subtiliter huiusmodi actus à nobis discreti sunt in hoc capite: & hæc sit regula certa. Quod autem attinet ad eam quæstionem, an fideicommissa cognita fuissent 12. tab. bulis, constantier negamus, cum Cuiacio, Fabro, & alijs, quam aptiori loco tractabimus, forte (Deo annuente) in mo secundo nostrorum Paralipomen. v. v.

### C A P. III.

**L**Aborio sum caput de tempore necessitatis fideicommissorum, & legum Iuliae, & Pappiæ, ad illustrationem l. & fideicommissum 87. D. de leg. 3. argumentum ab hac lege. 1. Leges Iulia, & Pappia nunquam fideicommissi fecerunt mentionem. 2. Harum legum odium 3. P. Rom. ferre nequibat. 4. Sacri scriptores eis irriserunt. 5. Quia odiosæ, restringendæ erat. 6. Expenditur l. indignum 3. D. de his quæ ut indigna auferuntur. 7. Et l. cum fisco 9. D. ad Senatus Consult. Syllan. 8. Iurisconsulti accerrare tractarunt, quomodo his legibus illuderent: quæ monstruosus partus sufficiebat ad satisfactionem earum. 10. L. quæret aliquis 135. D. de verbor. significatione. 11. Alia responsa explicatur. 12. Sententia l. non puto 10. D. de iure fisci. 13. Alia argumenta, quod fideicommissa his legibus non conseruentur. 14. Quarum rerum datur caducum. 15. Necessario extensio ad fideicommissa facta fuit, ne leges illuderentur 16. Heres à fideicommissario incapace an vindicarerem restitutam posset. & difficilis Vlpian. locus inducitur

dicitur. 17. Defenditur Paul. d. l. & fideicōmissum. 18. Lex quæcūque, si  
 alias illudetur, extēditur. 19. Lex Iulia ad bonorū pōsſeſſiones extēta fuit.  
 20. Editum Prætoris de remittendo iure iurando extenditur ad fideicom-  
 missa. 21. Alias testatores facile illudetur legibus. 22. Vbi ēt de rationibus  
 legum Iulie, ēt Pappiæ, Romanorū grauiſſa cura pro matrimonij. 23. Et ſo-  
 bole procreanda. 24. Illustratur T. Clemēs in l. hoc modo. 24. D. decond.  
 & demonstr. 25. Notator Brisonius. 26. Interpretatio Iustinian. in l. vni-  
 ca in princip. C. de caducis tollend. 27. Magis pœna harum legum, quā  
 imperia, odio fuerunt habita. 28. Et ſic poſte apœna temperatæ. 29. Donec  
 Christiani Principes abrogarunt. 30. Leges iſta quo rēſpectu favorabiles.  
 31. Explicatur lex quæret aliquis, D. de verbis. ſignifi. 32. Ardua, ēt  
 inuincibilis inuestigatio temporum harum legum, ēt neceſſitatis fideicom-  
 miſſorum. 33. Et quis ille L. Lentulus, in quo primum exemplum. 34. Error  
 F. Broei. 35. Iudicium, ēt opinatio noſtra, à nnm. 35. Aliae leges connubia-  
 les præcerunt Iuliam, ēt Pappiam. 37. Præmia ex multis liberis. 38. Au-  
 gustus autor Iulia legis. 39. Sed quo anno. 40. 41. Oratio eius pro eſſerenda  
 lege. 42. 43. Lex Pappia quo tempore. 44. Illustratur Tacitus. 45. Error do-  
 eti viri. 46. Neceſſitas fideicommiſſorum quando. 47. Error Broei, ēt Pā-  
 ciroli. 48. L. Lentulus qui militauit in Pharsalicis quanto consul. 44. 50. 51.  
 Oppugnatur Broeus, ēt Pancirolus. 52. Iste Lentulus cum Pompeio ab  
 Egypcijs interfectus. 52. Iudicium ſeu diuinatio noſtra de L. Lentulo Iu-  
 stiniāni. 54. Filius fuit illius L. Lentulus consul, cū M. Valerio. 55. Onuphrius  
 Caium nominat. 56. Et alij aliter, ego Lucium. 57. Vocabatur etiam Corne-  
 lius, ēt inde error. 58. Et ex notariū brebitate. 59. Casiōdorus nominat Cor-  
 nelium Lentulum. 60. Inde Panuini error. 61. Et Ludouici Viues. 62. Præno-  
 mina notis ſcriebantur. 63. Et iſta ad arbitrium. 64. Coniectura in Casiōdo-  
 ro. 65. C. nota Cornelium ſignificat. 66. Filii prænomina parentum ferebant.  
 67. Bellum Africanum quo tempore. 68. Et Gætulicum. 69. Gætuli Africæ  
 incolæ. 70. Gætulos noſter L. Lentulus domuit. 71. Illustratur noua luce Dio,  
 ēt Paterculus. 72. Cognomen Cossus in familia Lentulorum. 73. Et ſimi-  
 lier in Corneliorum. 74. In ſignis Cornelius Cossus, remiſſine. 75. Gætuli;  
 agnomen in familia Lentulorum. 76. Cornelius Cossus in Africa decessit. 77.  
 Nouiter explicatur Cornel. Tacitus. 78. Cornelius Cossus, quo anno, ēt cum  
 quo consul. 79. Cognomen Gætulici nunquam in Cornelio Cocco. 80. Expendi-  
 tur locus Taciti. 81. Gn. Lentulus Gætulius historicus. 82. Reſtituitur ſua  
 lectione Plinio. 83. Excusatio, ēt peruaſio autoris. 84. L. Lentulus quo anno  
 meruerit in Africa. 85. Lex Iulia multis annis neceſſitatem fideicommiſſo-  
 rum præceſſit. 86. Vlpi in explicatur. 85. Pauli extenſio dicit. l. & fideicō-  
 missum defenditur. 88. Cur lex Pappia non comprehendat fideicommissa.  
 89. Iſta ſolum temperauit pœnas. 90. Iurisconsultorum commentaria ad has  
 leges. 91. Alter Vlp locus explicatur. 92. Pœna reſiſtuentis incapaci  
 fiduci-

fideicommissum. 93. 94. Defenditur emendatio Ulpian. 95. 96. Et illustratur ex Gai responso ex l. in frumento 10. §. fin. D. de his quæ ut indignis aufer. 97. & ex l. si tacitum 13. D. ad l. Falcid. 98. Interpretatio Iuris Consultorum hanc extensionem efficit. 99. Concludimus denique in legato fideicommissum non comprehendendi, nisi ex necessaria interpretatione.



DOMINA STRAM ergo præcedenti capite sententiam prodimus tibi lego, virtute propria, nec hereditatem, nec fideicommissum comprehendere, nec iuris conditores nostros harum vocum promiscuisse usum: hoc & sequentibus capitibus nosler erit labor, non leuis, sed ingens; ut subevertamus fundamenta, quibus contraria sentientes quæ & nos capite r. buis libri copulauimus, conglutinavimus que jinnituntur. Primo ecquidem veritatis, & rationaliteriem definiamus, & objechimus magnis illi Herculi, securissimæ que aduersariorum arcis: sed quam cunctos, tanquam in sacrum Asilum consurgisse video; Pauli responsi in l. & fideicommissum 87. 1. D. de legat. 3. in qua non dubius conclusus profiteatur verbis fideicommissum, & causa mortis donationem, appellatione legati contineri. Sed si animus non ad maiora, pro maiori illius legis explicatione, ferretur, brevi calamo aperiremus illam, & in ea nostre sententiae alium fundatum, nullum que firmius in iuncto iuris civilis campo. Et ut telam resto cramite ordiamur, exordiamur eam ab argumentorum obicium que filio, qui quantumvis hinc inde revolutos, hinc inde circumductus, illo semper ducti emergemus ad veritatis, recteque doctrinæ luces. In examen, & trutinam hoc responsum Pauli indubie potest adduci: nam si id ab inscriptione, que est ad l. Iuliam, & Pappiam reperdimus, uti nostri iuris Critici præcensuerant, infra referendis.

brigo inde grauior scrutanti illud, & addubitandi in eius recta ratione, & æquitate: Nam inuenio legem Iuliam, & Pappiam, nunquam fideicommissum mentionem, sed hereditatis, & legati solum, si fides aliqua est penes Consultos nostros, & humaniorum literarum autores: Ulpian. titul. 10. in fragmentis, ibi: Ad capiendas hereditates & legatas dotes, l. 1. §. 1. C. de caducis tollend. optime Iuuenalis satyr. 9. Iura parentis habes, propter me scriberis heres, Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Sed quod maius fundamentum auctoritatis, quam nostra l. & fideicommissum? nam si in his legibus suis non omnibus fideicommissum, & mortis causa donatio fuissent relata, non leges istæ interpretè Iuris Consilio indigissent, qui contineri doceret, ista legati appellatione, & vinice? Per interpretationem ergo, & extensionem fideicommissum in legibus Iulia & Pappia venit: sed proh Deus! quales hæ leges? impix, libertatis violatores, adscritores rapinarum, & apud omnes exosæ: audi nostrum Casarem Justinianum in dict. l. 1. C. de caducis tollend. in princip. ibi: Et quemadmodum in multis Capitalis lex Pappia ab anterioribus Principib[us] emandata fuit, & per desuetudinem abolita, ita, & à nobis circa caducorum observationem inuidiosum suum amittat vigorem, qui & ipsis prudentissimis viris displicuit, Constantinus in l. 1. C. de infirmand. pœnis celibat. terrores, & iuga cervicibus hominum imposta vocat, & scutam, ut recordet in eodem Imperatore Sozomeni:

men. Ecclesiast. histot. libr. 1. capit. 9. Justinianus idem in l. final, C de iure liberoru: iniuriam pleno ore appellat: Vanissimas leges Tertulian. in Apologe-  
tico aduersus gentes: absurdas Nic-  
eophor. Calixtus Ecclesiast. hist. lib. 7. c. 46. Cornel. Tacit. 3. Ann. sic de his legi-  
bus: ceterum multitudo periclitantium  
gliscet, cum omnis domus delatorum  
interpretationibus subverteretur, usq; an-  
te hac flagitiis, ita nunc legibus laboraba-  
tur. Inuisas, odiosas omnimodo homi-  
nibus Tiraquellus dicit in annota-  
tionibus ad Alexandr. ab Alexandr. lib.  
4. dier. genial. capit. 22. & A. Guibe-  
rus lib. 2. question. iur. cap. 6. numer. 12.  
& Francisc. Raguell. ad decision. In-  
suffian. in l. 3. C de posthum heredib. in-  
stituen. Quas P. Romanus ferre ne-  
quibat, ut satis demonstrat Sueton.  
Tranquill. in Augusto, cap. 34. Proper-  
tius lib. 2. eleg. 7.

Gnisa est certe sublatam Cynthia le-  
gem

Qua quondam edita flemus uterque  
dix

5 Vbi obseruat Passerat. & Lipsius ad  
Tacitum 3. annal. num. 45. Marcellus  
Donatus in dilucidat. ad eum, Dio.  
Casius lib. 56. in princip. quibusque alij  
sacri scriptores merito irrident, sed  
ultra omnes, vide & consule Eusebiu  
lib. 4. de vita Constantini, cap. 26. quiloga-  
ratione, & veritate probat, & des-  
truit iniustitiam, iniquitatem duritiae,  
& temeritatem istarum legum: nec  
non Nicephor. vbi supr. quibus satis  
aperte Augusti oratio conuincitur a-  
pud Dionem dict. lib. 5. 6. Si ergo leges  
istae huius tam iniquae conditionis fue-  
runt: & in eis legatum solum, & her-  
editates fuerunt expressa, caducis quae  
destinata, quae ratio patitur immeni-  
tissimae legis extensionem, & propa-  
gationem: cum eo ipso, quod odiosae,  
quod acerbæ, & pœnales, deberent suis  
6 contineri cancellis, nec latum progre-  
di vnguem, sic distat nostris iuris ciui-

lis piissima æquitas, l. cum quidam 19.  
de liber. & posthum. regula, odia de regul.  
iur. in 6. Vnde piissime Hermogenia-  
nus in l. interpretatione 42. D de pœniis:  
interpretatione legum pœnae mollienda sunt,  
potius, quam asperanda, l. ubi est 21. D. de  
rebus dubijs, undeque presulit prag-  
maticorum communè placitum pœ-  
nalem semper restringendam esse le-  
gem, quod docte illustrat Petrus Pe-  
Kius dict. reg. odia, num. 1. & 3. & se-  
quuntur in alijs speciebus Bartholom.  
Bertazzoli. 1. tom. consultat. de cesu. con-  
sil. 86. num. 6. & aptius consil. 122. num.  
9. ubi plures refert & 2. tom. consil. 347.  
num. 27. Egid. Bost. in sua pract. tit. de  
pœniis, num. 12. & 13. Menochius de ar-  
burarijs lib. 2. cent. 8. numer. 74. Petrus  
Royius Maureus decis. Lituan. 3. num.  
mer. 594. Prosp. Farinat. consil. 52. num.  
1. & 9. & in pract. criminal. tit. de delict.  
& pœniis, quasi. 24. num. 69. præter alios  
enumeratos ab istis. Quæ quidem lo-  
ge probant decisionem Rotæ apud Hie-  
ronym. a Laurentijs Auenionem 25. 7  
num. 6. incidentem responsum Mar-  
tiani in l. indignum 3. D. debitis quæ, vt  
indignis auferuntur, quo auferuntur he-  
reditas heredi, cuius per negligentiam  
aut culpā mortuus testator fuerit, in  
legatario non procedere, quia lex non  
de legatario loquitur, sed de herede;  
& quia pœnalis est, & consequenter 8  
restringenda. Quo etiam tramite ori-  
tur aliud iuris affine principium in S.  
C. Syllaniano, ex quo propter inultā  
testatoris necem ab herede hereditas  
fisco addicitur, saluis tamen legatis, &  
seruis libertatibus à testatore relatis,  
l. cū fisco o. D. ad S. C. Syllan. l. cū quidam  
12. D. de his quæ vi indign. vt dicta Aue-  
nionensis decisio Rotæ tempestive ap-  
tauit, apte que subiecit questioni dict.  
L. indignum. Iustis ergo mirabimur ra-  
tionibus Pauli responsum dict. l. & si-  
decimis. ad fideicomissa prorahēs,  
& donationes causa mortis acerbissi-  
mas, inuisasque leges Iuliam, & Pap-  
piam

piam, solummodo legatis, & hereditatibus minantes. Sed quid suffragia suppliciter, & auxiliare sc̄o sides rationes conquerimur? quād scimus iuris conditorum insomne (ut it a loquar) summum que laborem fuisse,  
 9 his illudendi legibus, compendio que, fere tyranico, defraudandi fiscum; testis maior omni fide adest noster Iustitian in l. vñica, C. de caducis tollendis, in eiusdem legis exordio: audi præclara verba: *Qui & ipsis prudentissimis vi- tis displicuit, multas inuenientiōes vias, per quas caducum non fuerit: sed & ipsis testamentorum conditoribus, sic grauissima caducorum obseruatio visa est, ut & substitutiones introducerent, ne fiant ca- duca: & si facta sint, ad certas personas recurrere dispenerent, vias recudentes, quas lex Pappia posuit in caducis.* Cuius veritatis, & aliqua nobis remaserunt exēpla, & vestigia in mediaiuris prudētia: nā cū certissimum in ea fuerit, mōstrosam partū visu, vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, hanc haberi libero- rum loco, nec ad lucra successiōnis prodeste, ut per eruditę, & doctę probauit vere doctus amicus noster Alphonſus Carranza de partus designatiōne, cap. 17. à principio, nihilominus ta-  
 10 men ad elusionem legis Iuliæ, & Pap- pīæ monſtrosus, horribilis quē partus ſufficiebat, eo que, qualitcumque eſ- ſet, indemnes remanebant coniuges, & quasi invulnerabiles à pœnisi: ſic al- feritur à Domitio Vlpiano in l. quaret aliquis 135. D. de verborum ſignificatione, ex veriori recepta q; interpretatione Fran. Ragoell, Petri Gil Kenij, P. A. Erod. A. Fabri, quos refert ſequiturque Carr. dict. cap. 17. numer. 35. quidquid nonior alijs reſiſtat, cuius votum nū-  
 2 quam mihi placere potuit. A quo principiō procedunt l. intercedit 9. D. de conditionib. & demonstrationib. l fin. D. de his quæ ut indignis, l. dini 6. §. fin. D. de iure codicilli. l. 2. D. de aur, & arg.

leg. quæ quidem ex ſententia Cuic. in Parat. ad tit. C. de caducis tollen. & Gothofredi in eisdem legibus oriun- tur ex legum Iuliæ, & Pappiæ odio, & moderamine eis à iure Consultis ad- hibito, nam bene Modestinus putauit 13 in l. non puto 10. D. de iure fisci; non de- linquere eum, qui in dubijs quæſionibns contra fiscum facile responderit.

Sed parua hæc omnia præ ſequē- 14 tibus, quæ ſatis aperte legibus Iuliæ, & Pappia non contineri fideicomis- ſum, demonstrabunt: nam cum tem- pore quo leges hæc præscriptæ fuerūt, fideicomissa, non necessaria, ſed vo- luntaria eſſent: ut computat, & diuidi- cat omnigena literatura maior, & do- etior D. D. Ioannes Parexa huius nos- træ Curiae Vallis-Oletanæ integer- rimus Senator, ſuſceptus qui in ea Præ- ſes in tractat. ad l. Iuliæ, & Pappiæ, nu- mer. 46, planum eſt; non venire poſſe fideicomiffum in his legibus. Earū autem rerum caducum efficiebatur, quas iure ciuili quis capere poterat, ſi credimus Vlpiano tit. 17. de caducis, cuius hæc ſunt verba: *quod quis ſibi: teſ- tamento relictum: ſta vi iure ciuili capere poſſit, aliqua cauſa non ceperit, caducū appellatur, veluti ceridit ab eo, verbigrati- ſa, ſic alibi, vel Latino Iuniano legatum fuerit, nec in rā dies centā, vel cœlebs le- gi paruerit, vel Latinus ius Quiririū consecutus ſit, aut ſi ex parte heres ſcri- pta, vel legatarius ante aperta ſtabula de- cesserit, vel per aeger factus ſit.* En deſcri- ptio, en exempla caduci. Sic ergo iure ciuili, quod testamento relictum eſt, capi non potest, vi potè fideicomis- ſum, principio inſtitut. de fidicommis- hered. Vlpian. tit. 25. de fidicomm. id ca- ducati non poterat, nec in caducorum leges venire: legatum ergo & heredi- tates, quæ recto iure ciuili poterant capi, caducabantur, ut his exemplis per aperte declarat Vlpianus in præ- ſcriptis verbis. Nam ſi leges Iuliæ, & Pappia fideicomissa com-

16 prehenderent, eludi facili negotio possent: heres enim seu legatarius restituere rem fideicommissam rogati, præudentes fideicommissarium orbum, & harum legum pœna, seu spolio multandum: ne in fiscum res fideicomissa recideret: quis adubabit, quim ipsi reseruarent sibi potius, quam ærarium, seu fiscum ditarent? immo quod magis est, vindicare restitutam rem possent, si fideicommissarius his legibus capere non posset: res equidem summo difficultate, sed tamen tanto pignore nos liberare videatur Vlpian. ditt. titul. 25. in fine, verba lege: *Si quis in fraudem tacitam fidem accommodauerit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere Senatus censuit, nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat: ergo si fideicommissarius liberos non habeat: vindicabit, qui restituit rem fideicommissam, cum caducari ea in fiscum non posset: ex eo, quod iure ciuili capi nequibat: & per consequens, nec caduca fisco subjici, secundum Vlpian. ditt. titul. 17.* Ut miter doctissimum Ioannem Paraxam in suo tractat. l. Iulie, & Pappia, ad huc sentientē, fideicomissa tempore harum legum voluntaria, in earum pœnas venire, & si adhuc perquirat aliquis discriminis rationem, eur minus fideicommissum legi Iulie & Pappiæ subiectiatur, quantumuis satis hic disquisita afferant discriminem, respondeo longo fauore differre fideicommissum alegato, vnde ingentes differentiae inter virumque prorumpunt Vlpian. titul. 25. Donellus libr. 8: commentariorum, cap. 2. ubi Osualdus in. E. non ergo mirum, si ex in genti fideicommissorum fauore, in genti que benevolentia, qua Iuris Consulti amplexi fuerunt ea, libera legum harum rigore obseruantur.

Istis non leviter conquassari Pan-

18 hi responsam, cuicunque videbitur;

sed perdurabit meo iudicio istib[us], & oppugnationis tormentis, nam una sola mihi propugnaret ratio, & fortiter sustineret, quantumuis alio auxilio destitutum appareret. Verum enim sit, leges Iuliam, & Pappiam fideicommissi donationis que causa mortis non meminisse: easque eius reprobæ conditionis fuisse, quam ex multorum iudicio præscripsimus supra, atque earum natura (quia odio-sæ, quia pœnales) non ambitionem, seu extensionem pati; sed contineri, quasi careeribus, & ergastulis suorum limitum: sed tamen hic debita iuris præudentia Julius Paulus contrarium respondit, quia quotiescumque, nisi daretur extensio, pœnali legi faciliter illudetur, lusus, & irrisio popularis fieret: unde dum lex manet, nec tacito, aut expresso consensu abrogata, antiquata ve est, cuiuscumque sit conditionis extensione gaudet ad eos casus, quos aut tacita mens eius res-  
pexit, aut necessitas ad eius fulcimentum, conseruationem, decorem que introducit, & inuehit. Sic accipies securissime responsa ista, l. signis id quod  
7. §. hoc vero editio 5. D. de iurisdictione, l. 1. §. dolum 2. D. de eo per quem factum erit, l. 3. §. is autem 3. D. ad Senatus Consultum Macedoniar. l. item si 7. §. mutatio dationem 3. D. eodem, l. ex facto 43. §. fin. D. de vulgari, l. non dubium 5. C. de legibus, l. nominis 6. §. 1. D. verborum significacione, l. contra legem 29. l. fraus 30. D. de legib. cum alijs ab Accursio datis ditt. l. 29. & interpreti- bus his locis, & accurate à Petro Pe-  
Kio dicit. reg. odiz, numer. 4. & docte à Donello libr. 1. commentariorum, cap. 14. & ibi Osualdo, quæ quidem sen-  
tentia apud omnes certa est interpre-  
tes, ut eleganter explicant Petrus Pe-  
Kios ubi supranumer. 5. Bertazzol. 2.  
tom. consult. decis. conf. 347. n. 2. Cacher.  
decis. Pedem. 31. n. 11. & dec. 37. n. 5. &  
31. Bosius tit. de pœnis, n. 14. 13. I. Meno-  
chius

- chius de arbitriarijs ius d. d. lib. 2. cent. 6. cap. 502. nu 74. Anton. Pichat. in principio de fideicommissis hered. num. 32. cum alijs, quos numerati numerat, & Velsacus in axiomatibus iuris lit. P. nu. 54. 55. methodice que explicat Hugo Donell. dict. cap. 14. cuius doctrina pro exactiori huius sententia ratione ad eundam est: lex enim nō imponitur verbis, sed rebus, ut multi docet Denel. dict. cap. 14. §. 13. & Osuald. ibi lit. B. & F. utque p̄ssim in ore pragmaticorum est, inde que est, quod idem Paulus eod. lib. 4. ad l. Iul. & Pop. (Quæ inscriptio dict. l. fideicommissum est) hereditates extenderit ad bonorum possessiones: nam vi potè caducatur illæ, sic istæ: quantumvis in legibus Iulia, & Pappia hereditates; non bonorum possessiones annotare fuerint l. hereditatis 138. de verbis significatione, ut cum Cuiacio, Rebardo, & Balduino. se cure intelligit doctus D. D. Ioan. Parexa tract. dict. numer. 16. qui ad huius veritatis exhortationem certa calamitutina alia iura perpendit. Quo sum enim Iulia, & Pappia leges tam enixe ab Octauiano præscripæ, & restituæ, si cælibes, si orbi integræ fideicommissum capere possent, & bonorum possessionē intrare? sic similiter editum Prætoris de remittendo ius iu-  
 21 randum in legatis, extenditur ad fideicommissa l. quæ sub conditione 8. §. in fideicommissis 1. D. de condit. inst. quis (vt inquit ibi Consultus) vice legatorum funguntur, vide Parexa ad dict. l. Iul. & Papp. num. 13. Facile enim negotium testatoribus adest, titulo fideicommissi relinquere, quod relikturi erant titulo legati: & hereditibus non iure ciuili hereditatem adire; sed iure Prætorio bonorum possessionem: inde iactus legis utilis, inde Augusti cura indibilis: & sic similiter editum Prætorium iuris iurandi, cum si vice legatorum funguntur fideicomissa, & iā necessaria essent: testatoribus facile  
 22 esset conditionem iuris iurandi fideicommissis adiçere. Nec adeò ratione destituitæ à iuris conditoribus conspiciebantur leges, vt non niteretur maiori apud ipsos fundamento, vrgétiori que causa, quam ab initio ipsi fere multis legibus comprobarunt, & stabilierunt: ea scilicet, vt cælibes ad matrimonia ducerentur, inde repleretur ciuitas ciuibus: ea præcipue Romanorum cura fuit, eosque semper circunstetit, vt probat Iust. Lipsius dict. libr. 2. ad Tacitum, num. 45. & Marcellus Donatus ibi, & lato commentario Alex. ab Alex. lib. 4. dterum Genial. cap. 8. (qui que apud varias ḡtes easdem matrimoniorum in obseruatione fuisse leges, scribit, probatq; multis eius Scholia Tiraquelli.) propter quod in multis ea sobolis procreandæ ratio apud nos tristis Consullos summa est l. 1. D. solut. matrimoni. vii ibi latè Dy. Gothofred. exornat: glos. & interpretes l. quaritur 14. §. 1. D. de adilit. edit. l. 2. 24 C. de induit. viduitat. Horat. in carm. sequentia.  
*Dina producas sobolem, patrumque  
Prospere decreta super iugandis.  
Feminis, prolisque nouæ ferat;*  
*Legem marita.*  
Sed quo ad legem nostram Iuliam, & Pappiam nihil doctius, nihil elegans, & nihil vñtra reperiri potest quā Augusti oratio, apud Dionem libr. 56. dicta ad populum, pro harum legum conseruatione. Ex his procedit recta responsi notio Terentij Clementis lib. 5. ad l. Iuliam, & Pappam in l. hoc modo 64. D. de condition. & demonstrationib. cuius (vt mireris) in manu tibi offero verba. *Quod si ita scriptū esset, si Aricia nō nupsers: interest, an fraus legi facta esset: nā si ea esset, quæ alii inuptias, non facile possit inuenire, interpretandū ipso iure rescindi. quod fraudanda legis gratia, esset ad scriptum legem enim utilē Reipublicæ sobolis scilicet procreandæ causatam, adiunquandam interpretationē*

sione: digna ergo est lex, summa Reipublicæ vilitate lata; amica, & fauorabili interpretatione (quā circa, errorem doctissimi viri B. Brison. lib. 3. formul. cap. 2. non tantum ferre, sed nee disimulare possum, ad legem Iuliam Miscellam Terentij responsum referentis, cum inscriptio, & contextura, quasi manu, ad leges Iuliam, & Pappiam nos deferat) quid ergo Iustiniano respondebimus d. principio l. unice, C. d. caducis tollend. Iuris Consultis

26 ipfis, dicenti, intollerabiles has leges fuisse, semper ipsos egisse, quatenus illas eluderent? alijsque grauissimis viris, quos supra dedimus, eas multifarie conuiciantibus, & insultantibus? suspicor, magis rigorum poena doluisse; quam causa: is fuit P. Romani

27 angor, hic dolor. Praet sic accipiens noster Iustinian. dict. l. vnica, ibi: Ita, & à nobis circa caducorum obseruationem inuidiosum suum emittit vigorrem, qui & ipfis prudentissimis viris displicuit, multas inuenientibus vias, per quas caducum non fieret. Expressus est, Sueton. Tranq. in August. capit. 34. Hoc cum aliquanto severius, quam ceteras emendasset, pratumulu recusantium perfere non potuit, nisi adempta demum, lenita ve parte paenarū, & vacatione trienni data, autēs que premijs, Cornel. Tacit. lib. 3. Annal. relatum deinde demoderaða Pappia Poppea, quam Senior Augustus, post Iulias rogationes, incitandis calibum paenit, & augendo erario, sanxerat. Et sic postea Imperatores alij poenas temperarunt legum, & emendarunt, cum populus ferre non posset, vt inquit Iustinianus dict. l. vnica, donec Christiani postea abrogarunt Imperatores, propter coercitam conciugiorum libertatem contra Christianorum leges, vt ex Eusebio, Sozomeno, Nicephoro, Tertuliano, Iustiniano, & Lipsio inde signatis supra locis colligimas: Robert. 1. animaduers. cap. 1. Fran. Conn. 8. comm. cap. 1. num.

6. & 7. D. Parexa ad l. Iul. & Papp. numer. 11. Minsinger. ad 8. postea de successione. liber. num. 1. & sequentibus, Alciat. 3. disput. cap. 3. Petrus Gregor. lib. 9. Syn>tag. cap. 6. num. 9. A. August. de legib. ad l. Iul. & Papp. Sarmient. 8. selectar. ad l. Celsus, D. de leg. 2. num. 3. Christophorus Forner. in notis Polis. ad Tacitū lib. 3. fol. 253. leges ergo Iulia, & Pappia gentilibus prædura visa fuit propter poenas, non causa suscipienda sibi solis: & Imperatoribus Christianis propter matrimoniorū necessitatem: stat ergo ipfis antiquis Iuris Consultis fauorabilis, digna, consona Reipublicæ propter matrimonia, vt satis nobis Terentius Clemens prædixit, & per censuit. Vnde suo ordine certo iactu attinguntur l. quaret aliquis, D. de verborum significacione, & aliae præsignatae à nobis, in quibus restinguuntur hæ leges Iulia, & Pappia, dum temperatur odiosum caducorum lucrum, & inuidiosum (cum Iustiniano) id enim est asserta pietas in nostro iure, tam aduersus priuataspenas d. interpretacione, D. de paenit, quam aduersus fiscales, l. non puto 10. D. de ire fisci, quid enim imputari debet parenti, quæ iugum legi, & matrimonio dedit, & monstrum enixa est? dict. l. quaret aliquis 135. & vt inquit Vlpian. Nec enim est, quod cis impunetur, qua, qualiter potuerunt, statutis obtemperauerunt, neque id, quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet: & sic non parte ex omnidurz, & inuidiosæ ad fauorem, vel odium leges istæ à nostris Consultis iudicatae fuerunt; sed sub dato moderamine: à quo tanquam à face ardēti harum legum, & autoritatum, non rubila, sed clara lux proluget, & propendet.

Sed laboriosa dura que indagine saltus Romanæ historiæ scrutatus fui, circa temporum primorem legis Iuliæ, & Pappiæ: necessitatis que fidei-commissorum; & cum fere monumē-

- ta antiqua P. Romani eruisse, euoluisset que; nihil fixum, nihil certum, quod certo trahite ad veritatem nos.
- 34 ducat, inueni. Quis autem ille sit Lentulus, quo consulari mortuus fuerit; qui à Iustiniano infertur *in princip. de codicillis nullum indubitatum reperiatur vestigium*. Nam quod F. Broxus in illo principio scripsit, insigni errore nos sub notabimus, noster Ioannes Parcxa nulla certa luce, quā ipse præferat, in tractatu *ad l. I. & Pappiam*: leges istas, scripsit, lōgo intervallo p̄ræcessisse fideicommissorum necessitatem: inquam sententiam & Broxus iuit. nec ego renuo: sed dum feliori labore alius præsulter, dabo hic iudicium meum, aut coniecturiolas nostri animi, ut firmius, quid amplecti debeamus, instruem: viamque minus rimosam sternam ad sanctam veritatis arcem. Ante leges Iulias, & Papalias alia p̄ræcesserunt leges de coniubiorum iure, quibus homines ad contrahenda matrimonia ipsiarentur, nam & C. Julius Cæsar consularu suo 3. anno à V. C. 708. præmia proposuit illis, qui multos liberos præceaseret, enarrat Dio Cassius libr.
- 37 43. *Historia Romana* præter alias antea leges, vii conscribunt Ioann. Robert. lib. 1. *Animaduersion. capit. 1.* Iust. Lipsius ad Tacitum lib. 3. Alexan. ab Alexand. dict. lib. 4. cap. 8. Læuin. Torrent. ad Sueton. in August. cap. 34. & eum his alijs. Sed cum videret, doleret que Augustus, necessitatib⁹ liberorum, implemento que Reipublicæ Romanæ, his non satis fieri legibus, legem protulit Iuliam sub notis pœnis (vide Marcell. Donatum ad Tacitum libr. 3. fol. mibi 143.) sed quo certo die, & consule nata fuerit hæc lex, iacet in tenebris. Judicium meum cum Lipsio est: scilicet protulisse Augustum in sexto consulatu anno à V. C. secundam Antonium Contium 725. sed secundum Onuphr. Panarium, & Dionem
- lib. 53. *Historia anno à V. C. 726.* (nota humanarum rerum tenebras, & perplexitatem) Moreor ad id credendum, uno Cornelio Tacito, qui dicit lib. 3. sic scribit: *Sexto demum consulatu Cæsar Augustus, potentia securus, quæ triumviratu iusserat, abolevit, dedidit que tuta quis pace, & Principe uteretur: acriora et cœrvina, inditi custodes;* & lege Pappia, & Poppea premijs inducti, nisi à privilegijs parentum cœssaretur velut parentis omnium populus vacantia temeret, &c. cum quo Dio conuenit lib. 53. quatenus abolitionem, quæ in triumviratu gesserat, sexto consulari Augusti ascribit; sed non quatenus iam potentia securus Cæsar multas leges in Republica stabilierit, id enim ad 7. consularū transfert. Dionis verba lege. ἐπειδὴ τε πόλια πάντα κατέτεκο σάβας καὶ τοῖς πολεμοῖς ἀποστέλλεται οὐ πάρχει οὐδὲ γέγος, οὐδὲ αἰκατεστέταχε πάρτα ἀντὰ δι' εὐοίας προγραμματος κατελυθεντὸν τηλού ἐκεῖ τινῶν αὐτὴν πατήσαν προσθεῖται. Ac quoniam multa omnino in seditionibus, ac bellis intestinis, praesertim in triumvira- tu iniuste, & inique constituta fuerant, unico editto ea omnia antiquauit: finibus, quæ abrogaret sexto suo consulatu, posito. Et cum septimi consulatus ingressum subderet, & orationem, quæ se abdicare imperio pollicere iuravit Augustus, referret Dio, subscribit hæc verba. Αὔγουστος δὲ ταῦτα ὡντα τάττε ἀρχῆ προβικούτα προβικέτερον, οὐδὲ οὐδὲ λελογτεῖ δὴ πάρα πάντων ἀντίτινος ἔπεισερειτο χώρις. Ηδὲ δικτύον τονικόν δέ διονυσος καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἔπεισερειτο χώρις. Ηδὲ δικτύον τονικόν προθορετο επι πόρτο Augustus cum alia, quæ ad imperium pertinerent, maior iam studio: quippe cui id ultra esset oblatum, egit: tum multas leges condidit, quarum ego actionum, preter eas, quæ conducere nostro aliquid operi sunt, singulas persequi opus non habeo. In sexto ergo 41

*Lex Julia  
cum temp.  
lata.*

secundum Tacitum, pro quo stat Cai-  
siodor. in chron. Aut in septimo con-  
sulatu secundum Dionem. Augustus  
enim in Republica conscripsit multas,  
& varias leges prostabilienda ea, tunc  
ergo legemque Iuliam de matrimo-  
niis: ad idque fortiter ipse Dio impel-  
lit lib. 54. secundum quem Augustus  
anno à V. C. 736. Grauiorem multā in-  
nupti. virinsque sexus imposuit; contra  
que nuptiarum, & multitudinis liberorum  
præmia constituit: verbalatina Dionis  
sunt: si ergo nunc grauiorem mul-  
tam statuit innuptis, leuius antea de  
eis de liberauerat: & sic iudicio meo,  
& Lipsij, nullo alio tempore, quam 6.  
aut 7. consulatu, quo legibus Rempu-  
blicam Romanam condidit. Præcipue  
cum doleret, ærarium, Rempublicam  
que exhaustam pecunijs, & ciuibus,  
Dio dict. lib. 53. noster Iustinianus di-  
ct. l. vñica, C. de caducis, credo, statim,  
quo firmum habuit imperium à sena-  
tu, hanc salutarem Reipublicæ, atque  
necessariam legem ad gressum fuisse,  
quam magno conatu, & orationi-  
bus à reluctantium Romanorum im-  
petu defendit, ut eleganter refert  
Dio libr. 56. & Lævin. Torrent. dict.  
cap. 34. Lipsius, & alij. Sed postea cum  
equites Romani de antiquanda lege  
Iulia laborassent, Augustus P.R. in cō-  
tionem vocauit, seorsim cælibes, seorsim  
nuptos, aut quibus esset proles,  
habens: atque ubi hos numero illis  
longe inferiores vidit, dolore com-  
motus, grauem in utramque partem  
orationem fecit, quam Dio refert lib.  
56. hist. iæ Romana, quo tempore, &  
anno (qui fuit ab V. C. 762.) lex Pap-  
pia lata fuit à M. Pappio Mulo, &  
Q. Poppæo Secundo, suffectis consuli-  
bus, ut idem Dio refert dict. libr. 56.  
Marcell. Donatus ad Tacitum dict.  
lib. 3. Anton. Pichard. ad l. Gallus, capit.  
4. num. 159. Unde præclare intellige-  
dus est Cornel. Tacit. dict. lib. 3. in his  
verbis: Relatum de inde demodesta

- lex Lægria.*
- 42 43 44 45
42. Iustini. 43. 44. 45.

Pappia Poppæa, quam senior Augustus  
Post Iulias rogationes, incitandis calibum  
Pænis, & augendo arario sanxerat: circa  
legis Pappiæ tempus, & Consules vi-  
de Cuiac. ad Ulpian. tit. 14. A. Alciat.  
lib. 3. dispnnct. cap. 3. Misinger. in §.  
postea, num. 6. insit. de succession. libert.  
A. Augusti. lib. 3. emendat. cap. 8. & libr.  
singulari de legibus, (attribuit anno V.  
C. 761.) Petru Greg. libr. 9. sintagmat.  
iuris, cap. 6. à num. 3. cum seqq. Broæu, 46  
inf. referendū, Iust. Lips. ad Tacitum,  
sup. ex quibus non fero opinionem  
doctissimi viri I. Parexæ, qui dict. tra-  
ctat num. 46. scripsit, legem Pappiam  
in princpio imperij Augusti latâ es-  
se; cum imò iam senior secundum Ta-  
citem, & in extremis sui longi, feli-  
cisque imperij, secundum Dionem,  
tulisset.

De die, & consule, quo feliciter  
Augustus fideicomissa quasi pro-  
creavit, & necessaria effecit, obscurior  
nox nos circumstat: nullus enim con-  
sulatus fernatur lux: nullum illius Lu-  
cij Lentuli vestigium, aut saltim alte-  
impressum, in quo fideicommissorum  
necessitatem sanxit Augustus, super-  
fuit, quod inuestigare possimus. Om-  
nes institutionum scholiastæ, quos ac-  
cidit mihi, consulere, in principijs inst.  
de fideicom. hereditat. & de codicill.  
aut conticent, aut non erubescut pro-  
fieri ignorantiam: vñus solus Franc.  
Broæus prorumpere in arenam, suum  
que iudicium dare ausus fuit, &  
quod magis est, procerto, & verissimo  
affirmavit. Docet ergo iutio princi-  
patus Augusti, fideicomissa Augustū  
comprobasse, elicique id posse ex per-  
sona Lentuli, qui primos codicillos  
scripti, quibus ab Augusto petiit per  
fideicommissum, vt faceret aliquid,  
& ei, qui capere non poterat, aliquid  
præstaretur, qui quidem Lætulus cō-  
sul fuit vna, cum Cl. Marcello, uno an-  
no, antequam Cæsar rerum potire-  
tur Dictator, vt ex Fastis colligitur  
*anno*

*Agrestemq. fidei  
commissa nec  
Maria fuerit?*

anno ab V. C. 705. hæc sententia, & fere  
 verba Broæi, in quam sententiam iuit  
 Guid. acir. 2. var. lect. c. 64. Fateor, &  
 agnoscó vno ante ciuale bellum anno.  
 49 L. Lentulum consulem: sic Casiodes-  
 rus in chronicis, & codē, quo Broæus,  
 50 anno collocait Dio libr. 41. in prin-  
 cipio, quamuis Anton. Contius anno à  
 V. C. 704. qui sane contra omnia mo-  
 numenta Romana Cn. Cornelium  
 Lentulum vocat: indubitanter enim  
 Lucius prænominabatur, adstruit Dio  
 ubi proxime, epitome Liviana libr. 109.  
 Appian. lib. 2. Valer. Maxim. lib. 1. cap.  
 9. Cic. Philip. 2. Plutarch. in Pompeio ad  
 finem, & Glarean. in sua Chronolog. &  
 Carolus Sigan. in sua etiam Chronol.  
 LVasæus in Claron. rer. mem. Hisp. 1. to-  
 mō cap. 1. 2. Ioseph. antiqu. Iudaic libr. 15.  
 cap. 19. & maior testis, ut potè in facto  
 proprio, ipse Caius Cæsar lib. 1. de bel-  
 lo ciuili in princip. ubi ex veteribus de-  
 narijs probat Fal. Vrsinus in quibus  
 51 scriptum erat I.. L ENT. C. MARC.  
 C OS. Sanè is Consul fuit, cum Mar-  
 cello, Vell. Patrcul. lib. 2. Hist. Cicer.  
 lib. 7. epist. ad Atticum epist. 12. & lib. 9.  
 epist. 4. & lib. 15. epist. 3. L. Florus lib. 4.  
 hist. Romano, cap. 2. Plutarch. in Julio  
 Cæsare, & Lucan. quamuis alij huius  
 consulatū assignent anno à V. C. 704.  
 alij 705. & Patrcul. 703. contra om-  
 nium testimonia. Sed quamquam mi-  
 Broæ hæc certissima accipiam, iste  
 52 Lucius Lentulus, nunquam fideicom-  
 missorum necessitatis causa esse po-  
 tut, qui autem? cum eo tempore quo  
 fataliter Pharsalicis turpiter profu-  
 git, fugæ commixtus socijs, Pompeio,  
 alijsque clarissimis viris, Ægyptū  
 versus, vix à proditoribus iugulatus ia-  
 cuit Pompeius, cum & ipse L. Lentu-  
 lus ab Ægyptijs fuit eadem prodi-  
 ne comprehensus, & miserrime iu-  
 gulatus: tunc ecquidem Lentulus ne-  
 53 catus in Ægypto fuit: audi testimonia:  
 Cæsar lib. 3. de bello ciuil. cap. 104. qui  
 postquam Pompeij mortem enarra-

uit, subdit, item L. Lentulus comprehen-  
 ditur à Rege, & in custodia necatur, Ci-  
 cer. lib. 9. Famil. epist. 18. in acie non fuit:  
 cateri quidem, Pompeius, Lentulus inus  
 Scipio, Afranius fide perierunt: at Cato  
 præclare, & lib. 4. epist. ad Atticum epist.  
 6. de Lentulo scilicet sic fero, ut debeo, vi-  
 rum bonum, & magnum hominem, & in  
 sumam magnitudine aut mi multa humani-  
 tate temperatum perdidimus, & infra  
 Plutarch. dum luctuosum Magni Pö-  
 peij rogum describit L. que Létilis fu-  
 rorem præsagum ( vi & V. Maxim.  
 lib. 1. cap. 9. ponderat) subiicit, ή ΝΕΤΑ  
 η ΗΡΗΠΟΥ ΑΠΟΛΑΣ ή ΟΥΙΝΦΙΑΣ ΑΠΕΛΑΡ,  
 deinde paululum, cum descendisset (sci-  
 licet Lentulus) comprehensus obiit, O-  
 rosius lib. 6. cap. 15. Glandorpius ad Cæ-  
 sarem, ubi supra. Ego autem puto, & 54  
 suspicor L. Lentulu, de quo Justinian.  
 dict. principio de codicillis, fuisse alium  
 L. Lentulum, filium illius Lucij Len-  
 tuli, cuius proximo memoriam feci-  
 mus: & consulatum (ut diximus) gesit,  
 vno ante ciuale bellum anno; hic ergo 55  
 L. Cornelius Lentulus Lucy Filius cō-  
 ful fuit, cum Marco Valerio Messali-  
 no, secundum A. Contium anno à V.  
 C. 750. & secundum Dionem lib. 55. &  
 Onougrium Panuinum anno à V. C. 751. 56  
 licet iste sic nominet: C. Cornelius L.F.  
 Lentulus, Casiodes. etiam C. Lentulus:  
 Glareanopränomen. C. imponit: Xi-  
 qulin lib. 55 Cornelium solū vocet (en-  
 quam debile iudicium in tanta varie-  
 tate, & quam caliginosa lux in tantis  
 tenebris! Ego autem pronus in Contij  
 & Dionis Chronicone eo: me suscitat  
 nostri Justiniani autoritas, qui L. Lé-  
 tulum in imperio Augusti dat, & præ-  
 ter istum, nullum alium in Augusti  
 imperio reperio: & forte inde error  
 prærepsit, quod cum iste Lentulus Cor-  
 nelius diceretur, è familia que Corne-  
 neliorū esset, ut fasti, Chronicci, Xiphilin-  
 us, & alijs supra dati ostendunt, ac  
 Andreas Schotus de Priscis Romanoy  
 gentibus, & familijs, quod & mul-  
 tis

tis annis antea in ea familia conseruatam fuisse deducimus ab Appiano Alexan. in Libyco in his verbis, P. autem Cornelius Cornelij Lentulus affinis ac co-  
 59 gnatus. Forte notarum brebita scrip-  
 tis erat C. Lentulus, ut in Casiodoro  
 60 invenimus pro Cornelio Lentulo, quam suspectionem firmat maxime Cæsar Baron. 1. tom. Ann. in apparatu ad annales Ecclesiasticos, qui dum adducit Chronicon Casiodori, ad probandum his consulibus natum Christum Dominum nostrum, refert Cornelium Lentulum nominari a Casiodoro, quo nomine errore irretitus fuit meo iudicio Panuinus, qui addidit C. Cornel. Lentul.  
 61 quem sequutus fuit in fine apparatus Baronius, nam cum Panuinus videret T. C. & nomen Cornelius in familia Lentulorum esse, forte in aliquibus Codicibus (ut apud nostros) legi. C. in aliquibus Cornelius (ut apud codicem Baronis) adornauit, & composuit C. Cornelius Lentulus, quem tanti erroris autorem puto. Sed specta, quantos errores inferat error: nam Lud. Viues in  
 62 commentar. ad D. August. libr. 18. de Civit. Dei, cap. 47. refert Casiodorum in chron. hunc Lentulum vocare Gn.  
 63 Lentulum, cum enim prænomina semper notis scribebentur, ut ex fastis, monumentis que antiquis hodie apparet, & I. Baptista Porta scribit libr. 1. cap. 3. de literis furtivis, atque Andreas Schot. de Priscis Rom. gentib. & familiis, & nos diximus ad l. 1. D. de liber. &  
 64 posthum. quæ nota cum ad arbitrium inuenirentur, darentur que in populu (quamvis multæ receptissimæ erat), ut docebat ipse I. Baptist. Porta dict. cap. 3. & ex ipsis notarum libellis patet, in quibus notæ nulla certa regula, aut saltim difficillima possunt gubernari, & ego alias obseruavi supra libr. 2. cap. 10. numer. 29. & 30. inde tanti, malonostro, errores ingruerunt in nostrum ius civile, & antiquæ literaturæ  
 65 libros. Procerio habeo in Casiodoro

scriptum esse C. Lentulus, ut & hodie lego in varijs editionibus, vnde alij re-  
 posuerunt Genium, alij Caium, alij Cor-  
 nelium: nam quamvis T. C. ex recep-  
 tiori nota Caium prænominet, tamen  
 recepta fuit nota ad significandū Cor-  
 nelium, ita patet ex libello notarum à  
 Magnone collectarum: cuius autori-  
 tate, ut nostram coniecuram firma-  
 rem, summe latatus fui: nam aut ip-  
 se Casiodorus, C. aut Cornelium Lentu-  
 lum, scripserait, aut alij postea huius  
 notæ periti, pro Cornelio. C. scripserit,  
 quod non animaduertes Onuphrius,  
 atque alij, sequentes cōmunem præ-  
 nominis notam, scripserunt, & intel-  
 lexerunt Caium, alij maiore errore  
 Genium. Redeo ad me, & moveor e-  
 tiam L. Corn. Lentulum nominatū fuis-  
 se, quia Lucij Lentuli filium Onu-  
 phrius dicit, & nihil magis receptum,  
 usitatum que in populo Romano, quā  
 prænomina parentum filios ferre, &  
 in eis gloriari. Consule Panuini Chro-  
 nicou (in quo prænomina parentum  
 consulibus ad scribuntur) & innuenies  
 ita esse, quod & passim ab antiquis  
 scriptoribus colliges, (quod ego suo  
 loco tractabo,) reponendum est ergo  
 in Casiodoro, aut intelligendum: Cor-  
 nelius Lentulus, & corrigendisunt Gla-  
 reanus, & Panuinus. Subillis ergo tē-  
 poribus, cum arsisset per aliquos an-  
 nos continuo bellum Africanum, ut  
 69 refert V. Patrcol in varijs locis sui lib.  
 2. Rufus Fest. in brebiario: præcipue Ge-  
 tulii inique ferentes Iubam Regem, non  
 Romanos sibi præesse: contra eum insurge-  
 res finitima vastarunt: multos que Romanos,  
 com exercita contra se profectos in-  
 terfecerunt: ut Dionis Casij verba lati-  
 na usurpem: conuenit L. Flor. libr. 4.  
 cap. 12. Qui Getuli Africæ incolæ sunt,  
 ut cōtestatur Plinius, Solin. Mella, Sal-  
 lust. in Iugurthino, P. Martin del Rio 2.  
 commentar. in Senecam Hippol. V. 59. &  
 probat ex Silio Lucano & Horatio:  
 Virg. lib. 4. & 5. Aeneid. Hos rebellā-  
 tes

- 71 tes Gewlosdomuit(nā conjectura fal-  
lit)noster L.Cornelius Lentulus, Lu-  
cij filius, qui cum Valerio Messalino  
Consul fuit(vt diximes)anno à V. C.  
750.vel.751.nā vt potē Valerius Mes-  
salio.Dalmatias ac Pannonas, quibus  
prafestus erat,cōpescuit anno ab V.  
C.759.secundum Dionem dīl.lib.55.  
Patercul.dīl.lib.2.suā hīst. sic noster  
Lentulus eodem anno 759.Gewlos de-  
bellauit.Dicit animus, vt de nostro  
Cornelio Lentulo intelligam Dio-  
nem dīl.lib.55.τὸν δύναται, ἐπε το-  
στον ἐπειδόμενον, ίστε Κορνέλιος εκπο-  
ση τὸν πατεργασμόν αφού τίμας  
τε ἐπειδόμενος ή ἐπειδόμενος απ' αὐτῷ  
72 λαζένι ιδε.Denique adē clatis iuni(Ge-  
tulū); ut propter ipsos sub actos Cornelius  
Cossus Triumphalibus honoribus, & cogn-  
omeno Getulie ornatus fuerit . V.Pa-  
terculus dīl.lib.2.Quem honorem ante  
paucos annos Passenus, & Cossus, viri qui  
busdam virtutibus celebres in Africa me-  
ruerant, sed Cossus victoria testimonium,  
etiam incognomen filii contulit adolesce-  
nis,in omniū virtutum exempla geniti.  
Quam conjecturam alijs firmo . Pri-  
mo,quia si iste Cornelius Cossus ex  
debellatis Getulis Getulicus cognom-  
inatus est,lege nunc Glareani Chro-  
nologam,qui in nostro Lentulo sic scri-  
bit, *Lentulus Getulicus prænomine. C.*  
(iam restituimus prænomen in L.)  
*Consul, Olympiad. 194. anno 3. urbis consu-*  
*dit. 751. Christi 1. en noster Consul*  
*expresse designatus, & cognomento*  
*Getulicus 2. Quia nomen seu cognom-  
en Cossus in familia Lentulorum*  
73 *fuit: vide Fastos consulares anno à V.C.*  
752.777.812.Schotum de nominibus  
antiquorum Romanorum, verbo Corne-  
lia fol.14.& agnoscit I.Lips. ad libr.1.  
de clement.Senecca,num.100. & simili-  
74 ter in Corneliorum familia:Fastos con-  
sulares annis datis: Schotus ubi proxi-  
75 me. Unde antiquior insignis que  
Cornelius Cossus, de quo tanta mentio a-  
pud omnes, tantæ in historijs laudes,

ex Tolumnio Thuscorum duce ca-  
so:Liuus lib.4.Platarch.in Romulo,&  
in Marcello.Festus in opima, Virg.libr.  
6.Propertius lib.4.eleg.11. vbi pluri-  
mus Pascerat.Plinius lib.16.hīst. Natu-  
ral.cap.4.non mirabimur ergo, si nos-  
ter L.Lentulus cognomen, seu agno-  
men celebre Cossij receperit:aut his-  
torici ei attribuerint̄z. Getulicus ag-  
nomen,& in familia Lentulorum ag-  
noscitur:Glarean.supra.Fasti consula-  
res 778.A.Schotus verbo Getulicus,d. 76  
tractam,probantque sequētia expre-  
se.4. Quia Paterculus in verbis hic  
præscriptis sublatenter insinuate vi-  
detur Cornelium Cossum in Africa 77  
decessisse, ex eo quod cognomen Getu-  
lici in testimonium victoriz in filiū  
contulit,sorte,quia morte præuenitus  
parum temporis celebritate cogno-  
minis fructus fuit:& saltim eam glo-  
riam filio reliquit , quod non leue  
mortis argumentum allucet , & con-  
gruentia cum nostro Iustiniano, qui  
in Africa L. Lentulu decessisse refert.  
Hinc subtiliter,& eleganter capio; &  
peneiro C. Cornelium Tacitum 78  
Annal.Obiere eo anno viri nobiles, &c.  
Lentulus, & L.Domitius: Lentulo super  
Consulatum, & triumphalia de Getulis  
gloria fuerat bene tolerata paupertas: aer  
in magna opes innocentier parie, & mo-  
destè habita: Domitium decorauit patet  
cincti bello maris posens, donec Antonij  
paribus,mox Caesaris miserecerat , &c.  
que verba aliquātulum metuferunt,  
& remorati sunt in hanc sententiam:  
nam signanter tanquam digito insi-  
nuare videtur Tacitus Cornelium Cef-  
sum Lentulum, illum, quem, ex Dio-  
ne, Paterculo, Floro, retulim⁹, debel-  
laisse Getulos, & cognomen præcepisse  
Getulici, qui quidem non Lucius,  
non mortuus Augusto superstite, sed  
longe plus, sub Tyberij imperio: & sic  
Tacitus cunctos nostros labores , &  
inuestigationes euertere videtur.Sed  
non ita est, prætulit nobis lucem Pa-  
terculū

terculus, qui L. Lentulum insinuat in Africa deceisse, & reliquisse filio triumphalia, & cognomentum Getulici: quid enim est vitoriae testimonium, quam honores, & ornamenta triumphalia? magis his vitoriae, quam cognomine: nam istud aliquando à clades (ut per quam notum est) & sic gloriae, & honores triūphalium, atque cognominis in filium transtulisse. Quorum quidem veris, iam, licet absconditam, nec hucusque ab interpretibus apertam, mentem Paternuli fuisse suspicor, & sine temeritate diudico. Sed quasi parva ista, præ argumento alio, quod in Tacito iacet, & latet in verbis datis, quod nec præuidit Lipsius. Gloriæ fuerat (inquit) Gn. Lentulo consulatus: unde iste prætereunt Mehercle Fasti, Casiодорus, Panvinus, Dio, & ipsem et Tacitus: & omnes exhibent filium huius consulem anno 772. sequenti à morte patris, cum C. Calvisio, solummodo enim Tacitus dicit lib. 4. refert, hunc Gn. Lentulum patrem consulē designat eo anno, quo decesserat, suis, & sic forte in aliquale parentis fati solatum vicēque illius, ad sequentem annum creatum filium: ergo consulatus Lucij, ornamenta, cognomen gloriæ Gnatio filio fuerunt. Sic eodem loco Tacitus effert L. Domitium, decoratque a parentis auique fortitudine, ut infra: *Anus Pharsalica acie pro optimatibus ceciderat: quid nō & Gn. Lentulum?* ad quas sane considerationes confident pectora. Sed quid situ acris censor, hæc omnia, non paruo labore conquisita, & eruta, supercilios despicis, aut cachino vituperas, & referre magis iuuat loca Dionis, & Paternuli ad Cossum Cornelium Lentulum Consulem anno à V. C. 752 sedille nō Getulicus, sed Havricus, si fides aliqua Cōtio, dictus fuit: nec Glareanus, Panvinus, Casiодорus agnomen Getulici ab scribunt: quod non crederem ex

more eorum, & in celebritate nomi-  
nis. Præterea iste Cornelius Cossus co-  
sulatum obiit, cum Asinio Agripa anno à V. C. 778. vel. 777. secundum Con-  
tinum, Casiодорум, Panuinum, Cor-  
nelium Tacitum, lib. 4. Dionem libr.  
57. in imperio Tyberij: non ergo  
mortuus in vita Augusti: item cogno-  
men Getulici nunquam in Cornelio  
Cosso, vide Fastos, vide Cornelium  
Tacitum lib. 4. & Dionem 57. semper  
in Lentulo, & eius filio, ut Cornelius  
refert dicit lib. 4. qui distinctos con-  
sulatus Cosso Cornelio, & Lentulo Getu-  
lico tribuit: illi anno ab V. C. 778. iste 80  
779. ut dixi. Sed quid expresius, quam  
Taciti supra locus lib. 4. qui Cosso Le-  
ntulo, & Asinio consulibus Gn. Lentu-  
lum Getulicum gloriosum, & cogno-  
mine, & ornamenti obiisse, cuius fi-  
lius Lentulus Getulicus Lentul fuit  
anno sequenti, cum C. Calvisio: & in-  
de ille Lentulus Getulicus, cui Galba 82  
in Germania substitutus, de quo apud  
Sueton. mentio in Galba. cap. 6. ex re-  
censione Turnebi lib. 5. cap. 2. & lib. 24.  
cap. 41. & Læuin. Torreni. ibi quis alios  
dat. Ab hisque prognatus Gn. alius Le-  
ntulus Getulicus historicus, & poeta,  
quem referunt Suet. in Calig. capit. 8.  
Martial. in procem. lib. 1. epigram. de quo  
alia Raderus ad Martialē, Læuin. Tor-  
rent. ad Suet. in præscriptis locis, Lips.  
ad dicit. lib. 4. Tacit. num. 106. Unde resti-  
tuo Iuniorem Plinium lib. 5. ep. 3. nam 83  
cum in aliis codicibus legeretur,  
C. Memmum? C. Lentulum? Getulicum?  
Annaum Senecam, & Lucanum? in alijs  
demptio prænomine, Lentulum Getu-  
licum, & aliter (ut apud Rutgersum  
lib. 2. var. cap. 19. num. 10.) virgula po-  
sit inter Lentulum, & Getulicū; ego  
autem lego ex aliorum notione Gn.  
Lentulum Getulicum, sic (ut supra præ-  
uidi) prænominiū notiæ variatæ no-  
tarum ignoratione, & facili errore.  
Nusquam ergo ille Cosso Lentulus,  
& placet sic Lipsio ad Tacitum dicit.  
lib. 4.

*lib. 4. num. 106.* licet ipse ad Gn. Lentulum, de quo Tacitus ibi, referat adquisitionē Getulicū, & Dionis, Paternū, Floriloca: ego ad Lucium, sed nō

84 pugnabo, quid enim rixæ, & cōtumacia in re per obscura, & facili ad errorem: mouet maxime Lipsium Tacitus: ibi, ego sic interpretatione teneo. sit censor Lipsio ad heres, dabo manus: nihil ultra habeo, nec ultra conueniri possum: nihil magis inspirat Apollo, nec Augustus, illius æui dux, ducit manu ad L. Lentulum Africanum Iustiniani, aut affat auribus, quis ille fuerit, tu quicumquesis, qui pleno ore tantum liquidum Helicona hausisti, succurre, præluce, corrige, castiga, & impartito tuam penum: forte primus ego has Alpes aperui: hunc Tenarum nulla sybilla intrauit: antiquitas sane abscondita, & quæ meis oculis in glo- merat horribilem noctem: sola quæ quasi ex Larisæo apice, vieta fere ca- ligine, emicuit lucella ista mihi Po- lynici, eam sequor permille discri- mina rerum: per mille varietates casuum: omnia digna venia, dum di- mico pro nostro Iustiniano, sed ut tam animum placem, illi que lite- mus, quando præfata condemnes, quæ apud me digna fide iudicantur, saltim subijcio, illo eodē anno 759. vno plus, vel minus, quo bellum Africanum su- rexit (secundum hic asserta) nostrum

85 L. Lentulum meruisse, aut militasse in Africana, aut Getulica expeditione, ibi que decessisse: sic que credere debe- mus pro Iustiniano nostro: cum ex Romanis historijs nullum aliud ten- pus congruentius subseruire possit his- toriæ à Iustiniano taetæ d. principio de codicillis. Sed quantumvis hæc omnia coniecturis ducamus: in eo autem pro- terius insistam, à lege Iulia multis an- nis necessitatē fideicommissori præ- celsa fuisse, cū illa in sexto, vel paucō

86 ante, consulatu sancta fuerit (vt supra constantes sanximus) ita infine impe-

rij Augusti, quo bella Africana cru- descebant, vt & hanc præcedentiam legis Italiæ obfirmabunt magis le- quechia.

Quod autem supra subiecimus 87  
Vlpianifragmentum iit. 17. ibi: ita vt iure ciuile capere possit, vt induceremus nunquam fideicommissum in l. Iulia, & Pappia venisse: respondemus recte, & firmiter, Vlpianum nobis posse co- flare, quamuis nihil ultra, quam com- muni annotatione Cuiacij, & Gothofredi percept⁹ sit: describit enim prin- cipio caducum, cuius præcipua qualis- tas, & conditio est, vt ille, cui relictum est tempore testamenti iure ciuili ca- pere possit, alia enim si mortuus est, aliter ve incapax eo tempore, non ca- ducatur relictum, & pro non scriptio habetur, & remanet apud eum, à quo relictum erat, ni coniūctum, aut sub- stitutum haberet, l. vnicā, §. in primo, C. de caducis tollend. l. si Titio 55. §. s. l. Lu- cius 88. §. Scenola, D. de leg. 2. idem Cu- iac. in Parat. de caduc. cum quo tota schola concurrit, & si altius intrare Domitij conaris fragmentum ita ita vt iure ciuili capere possit, fideicomis- si attentione scripta reputa, quid nō pos- sent, ante quam Augustus eam securi- tatem testatoribus indulxisset, secun- dum ea, quæ longe differimus ad l. 2. D. de legat. 1. quæ cum non esset asser- ta, saltim legis Iuliæ tempore de ma- trimonijs (vt labariose hoc capite præ- titimus) saltim (inquit) quo præscrip- ta fuit, merito excipere videtur Vlpia- nus. Quæ enim alia potuit esse causa, vt fideicommissum non exprimere- tur in l. Iulia, nisi quia nec farrum nō erat? & fideicommissariopræstare le- gatus seu heres cogi non poterat, ve in huīis capitib⁹ exordio præornauimus? Inde illa merita Pauli extensiō, vt legati appellatione verbi legis Iuliæ, & fideicommissum veniat, cum non veniret propter exactam ratio- nem,

nem, scilicet quia fideicommissa necessaria non erant, & fideicommissarius magis ab herede, & legatario restituente; quam à testatore capere videtur, vii optime præsensit Pichard. *in principio de fideicommiss. hereditate. num. 31.* Intablis (si doctrinam nostram æqua trutina librare velis) sive causa in lege Iulia fuit, quare postea & Pappia lex non præuidit? non suo nomine & fideicommissa damnavit? cū si prostantum temporum deductio capite isto vera sit, iam tunc, quo lex Pappia, & fideicommissi necessitas nata erat. Sed quid si iam tunc id interpretatione receptum erat, à tempore, quo Cæsar instaurauit fideicommissa: & sic minus præcauit sibi lex, intenta præcipue matrimonij, ut ex Dione dicit lib. 56. retulimus? quid si solummodo in gratiâ populilex Pappia temperauit poenas? insinuat Vlpianus tit. 14. & Tacitus lib. 3. dicto ibi: *In citandis calibum pœnis, vel si (ut præuidit Lipsius ad Tacitum, atque Marcell. Donatus ad eundem) Iuris Consulti enarrat, id est simpliciter commen-*

**91** *taria sua componunt ad utramque legem Iuliam, & Pappiam, & sic semper utriusque legis connexa est inscriptio: quamvis reaperte tempore diversa sint: unde potuit Paulus dicit l. 1. & fideicommissam interpretationem legis Iuliam facere solum: & inscriptio, titulus que libri coniunctus esse.*

Accedo ad alterum Vlpiani locū lib. 25. infine (cuius iā hoc capite præstimus verba) per quæ elicere tentamus, heredem incapaci restituētēti fideicommissum, vindicare posse, si fideicommissarius orbus liberis sedeat. Sed sane hæc imponuntur Vlpiano, cuius mens longe alio cedit, atq; alijs principijs æqua: secundum quæ heres, seu legatarius fideicommissum incapaci restituens, primo quarta, prop-

**92** ter fidem improbe obseruatam, ex S. C. Planiano priuatur, sic Cuiac. & Pa-

zius Vlpiani verba concipiunt, ibi; *se-  
natus censuit, atque Gothofred. ibidem,  
& in l. beneficio 59. D. ad l. Falcid. Cal-  
vin. verbo: Plantianum: & quid alios? si  
ipsa lex beneficio contestatur, & pro-  
bat l. 3. C. eadem, l. heres 11. D de his quæ  
ut indignis auferuntur. 2. ipsum fideicom-  
missum hæco adjicitur l. 1. l. non intelli-  
gitur 3. cum suis 99. l. pen. D de iure fisca-  
l. cum quidam 17. §. in tacito 2. D. de r̄su-  
ris, cum alijs quas refert, & explicatio-  
noster Anton. Pichard. *in princip. inst.  
de fideicommiss. hered. num. 31. cum seqq.  
idque voluit Vlpianus ibi dicit. tit. 25.  
nec caducum vindicare ex eo testamento..*  
**93** *Sed quorsum illa si liberos habeat? na-  
que in audicam, & absurdam rem sup-  
ponere videntur: obstat scilicet he-  
redi, quo minus fideicommissum v in-  
diceret, filios; cum imo tolerabilius vi-  
deretur, ut propter illos vindicare li-  
ceret, cum & in l. Iulia, & Pappia, ex-  
cepti sint liberi, & parentes usque ad  
3. gradum, Vlpian. tit. 17. & 18. l. unica  
§. 1. C. de caducis ioll. & multis libero-  
rum fauor iuris nostri cōditoribus pla-  
cuerit. Castigauit hæc verba merito  
primus Cuiacius ibi, & reposuit si ex  
liberis existat, cui ad haeserunt Gotho-  
fredus, & Pacius (nude omnes tres ta-  
men) quasi Vlpianus scriberet, quā-  
rumvis parentes, & liberi in l. Iulia, &  
Pappia usque ad 3. gradum excepti  
sint, ut proxime probauimus, & sic  
I. Tilius edidit Vlpiani fragmenta an-  
no 1550. tamē calu isto, quo in fra-  
dem legis restituens, & se abdicare fa-  
nore legis videatur, patrat quedelicetū,  
dum subdola obseruatione fidei, illa-  
dit legi, & insultat: merito & vindica-  
tione caduci indignus redditur, quā-  
rumvis testatoris hæsc, & alias è lege  
exceptus existat: suo enim facto, & de-  
lictio amittit. Veram rectam que esse  
huius loci lectionem, & censurā pro-  
bo ex Gaij responso lib. 15. ad l. Iuliam  
& Pappiam in l. in fraudem 10. §. f. D. de  
his quæ ut indignis auferuntur. Recediti-  
elum**

etum est (inquit) si pater filij, quem in potestate habebat tacitam fidem interposuerit, non debere sed filio nocere, quia parenti necessitatibus habuerit: ergo si libere filius id fecisset, nulla suggestione patris puniretur priuatione, factum que noceret. Magnus Papinianus libr. 37.  
 quest. in l. si tacitum 13. D. ad l. Falcid. in eadem fuit sententia, in servi filii que positione, qui propter dominum patri que parandi necessitatibus, liberantur Planciani pecuniaque quidem mire emendationem Cuiacij obfirni aut, & sustinet. Addo ego, ista firmare, fideicomissa ad l. Iuliam, & Pappiam pertinere (vii in nostro sane iure frequenter est) sed id postea ex interpretatione Iuris Consultorum loge alia estate ab Augusti, sub Imperatoribus Aorenium: nam cum viderent legem Iuliam solum legatorum meminisse, tamque necessaria esse fideicomissa,  
 98  
 99

necessaria interpretatione, legari appellatione fideicommissum venire in lege Iulia, & Pappia, respondeunt: propter causas, & rationes latius supra exactas) & sic communis voto recipitur, l. & fideicommissum secundum Cuiacium in l. 1. D. deleg. 1. & alijs locis, noster D. D. Ioann. Parexa in suo tractat ad l. Iul. & Pappiam, nu. 12. 40. 00. Pichard. in Rub. delegat. 1. cap. 1. num. 33. & copiosius in commentarij institutionum in locis ab eo ibi designatis, qui plures huius sententiae autores refervunt. Claudio certamen, figo que consonam, in legato fideicommissum non comprehendit, ex nostrorum Consulitorum acceptione; sed contrarium expresse demonstrare dict. l. & fideicommissum Paulum, qui id effectit ex necessaria interpretatione, cum contrarium receptum esset, quae quidem sic alto limite deducta doctis placitura fido.

## C A P. IV.

**I**ntellectus responsorum datur que 1. cap. supr. contra nostram sententiam obiecta fuerunt, illustratur longe clausula fideicommissaria, quae ad firmitatem subiectebatur legatis, à nnm. 1. Explicatur 1. tutor decedens 26. de liberat. legat. 2. l. Anna 20. §. 1. D. de annuis leg. 3. l. generali 32. D. de usufruct. leg. 4. l. si cui legetur 49. §. Titio 4. D. de legat. 1. s. L. Titia 38. D. de auto, & argent. legat. 6. L. à liberato 21. §. pater 5. D. de annuis leg. 7. L. Paula 27. §. fin. D. de legat. 3. 8. L. equis 39. de sur. cum alijs. 9. L. fideicomissa 11. §. si seruo alie-  
 no 16. D. de legat. 3. 10. Propter hanc clausulam promiscue legatum, et fideicommissum usurpatur. 11. Explicatur l. vxorem 41. §. felicissimo, D. de leg. 3. 12. Multoties Consulti questionem demonstrant ex resolutione responsi. 13. In responso legatum, et fideicommissum concurrevit respectus duarum personarum. 14. Ex in considerantia huius rei error interpretū. 15. Haec clausula fideicommissaria à consultis proponebatur. 16. Consulti cautionarij dicti. 17. Fauor fideicommissorum, et discrimina aliqua à legatis. 18. Effectus singularis huius clausulae. 19. 20. Longo, et subtili examine disquiritur l. uxorem 41. §. felicissimo, D. de leg. 3. 21. Casus. 22. Filij letantur in maiorum suorum rebus. 23. nomine aliquem vocare amoris signum. 24. Illustratur Cesar. 25. Et Vipian in l. 3. D. de liber. & posth. 26. Filij nomen

nomen dulcissimum. 27. Quando genus derogat speciei. 28. Genus restri-  
ctum speciale est, & vincet speciem, & qualiter. 29. 30. Genus generi, nec  
species speciei derogat. 31. Tō verosimile quid in responsis? 32. Et verius  
33. Et tā sed inclinandum est. 34. Et posse defendi. 33. Tō verius,  
pro xz quius accipitur. 36.

**R**ESTAT vi alia obstantia ir-  
rompamus: multa, & gravia su-  
persunt, quæ promiscuū vsum  
& acceptancem legati, & fideicom-  
missi apud Consultos ad serere videā-  
tur, sed uno verbo omnia fere placare  
possumus. Nam Populo Romano re-  
cepitissimum fuit, firmare legata clausu-  
lis generalibus fideicommissorum ad  
formam codicillorum; vt si iure lega-  
ti relatum subsistere non posset, iure  
saltum fideicommissi sustineretur, cū  
huius tantus sit favor, ut quomodocū-  
que apparet voluntas, non frustretur  
(vt infra suo loco dabo) Fideicommissorum  
generalem clausulam satis evi-  
denter probat Scenola lib. 27. Diges-  
torum in l. post emancipationem 40. §. Se-  
iam 1. D. de leg. 3. cuius hæc formula,  
quæsiū est cum generali capite fideicom-  
missum, quisquis heres esset, de omnibus,  
vt præstarent quodeniique legasset, præ-  
stari fieri ve insisset: l. quisquis 95. D. eod.  
tit. quisquis mihi heres erit dānas esto da-  
re, fidei que eius committit, vt det quan-  
tas summas dictauero, dedero: en vbi  
Mexianus legato damnationis fidei-  
commissum adjicit, propter maiorem  
firmitatem, quæ fideicommissum adtri-  
buitur, spectandi quomodocumq; vo-  
luntatem, vt subiicit Consultus, volū-  
tatem præterea defuncti, quæ maxime in  
fideicommissis valeret, ei sententia suffra-  
gar. In eodem damnationis legati, &  
fideicommissi commixtione intelligo  
responsum in l. tutor decedens 26. D. de  
liberat. leg. ibi: Tertiam partem bonorum  
dari voluit: en verba legati, & fideicom-  
missi: quæ sane evidenter arguunt eā-  
dem, aut saltim similē legati formu-  
lam in hac lege scriptam, quæ dicit. l.

quisquis 95. Ex quibus formulis, si ma-  
nis aliam interpretationē, ultra præ-  
scriptam caput 2. sic potest accipere  
Scenolam in l. annua 20. §. 1. D. de an-  
nus leg. ibi: Atius fideicommissum his ver-  
bis reliquit. quisquis mibi heres erit, fidei  
eius committit (en generalis clausula)  
vti de ex creditu canaculi mei, & horre  
pest obium, &c. ante fideicommissum  
autem legatum eiusdem rei dederat,  
vt arguit subiecta clausula fideicom-  
missarii arg. dicit. §. Seiam, dicit. l. quis-  
quis; & subiecta verba eiusdem cōcul-  
ti, quaro virum his dum taxet, qui eo tem-  
pore quo legabatur; sic capio l. generali 4.  
32. D. de usufructu legato, ibi: Generali 5.  
capite proposito, quidam in testamento sic  
adiecit, his addo Vlpiani responsum  
in l. scilicet 49. §. si Titio 4. D. de le-  
gat. 1. si Titio deceat (inquit) quæ ego de-  
beo, legauerero, & rogauerero eadem credi-  
tori præstare, fideicommissum quidē in  
creditoris persona, non valet, &c. legauer-  
rat ergo testator, & nihilominus ro-  
gauerat heredem, vt præstaret: unde  
licite potuit Consultus legati, & fi-  
deicommissi nomina commiscere in  
responso: sic etiam eleganter intelli-  
gitur Scenola in l. Titia 38. D. de aur. 6.  
& argent. leg. ibi: Titia testamento, item  
codicillis multas species tam argenti, quæ  
vestis specialiter per fideicommissum re-  
liquit, quæ an alia species legato cedat:  
in testamento ergo Titia argentum,  
& vestes legauerat, ad id enim refer-  
tur legatum, cum in codicillis non  
posset, posteaque ad maiorem firmi-  
tudinem, & fideicommissum addidit,  
& species argenti, & vestis designavit,  
& sic non mirabimur quæstionem, an  
alii species legato cedant, l. à liberto 7.

21. §. Pater s. D. de annuis leg. ibi: Cer-  
 tam pecuniam ei legauit, idg. fratribus eius  
 fideicommissit, sic pari formiter int. Paul-  
 la 27. §. fin. D. delegat 3. Julianus Sena-  
 torus decedens, institutis quibusdam here-  
 dibus, alumno suo quinquaginta legane-  
 rat, eaque à Julio Mauro colono suo ex-  
 pessionibus fundit debitum ab eo prestari  
 voluerat: en legatum, en adiectum fideicommissum secundum legatarij  
 sententiam: non tamen fideicommissum approbat Consultus in illis ver-  
 bis, quia magis demonstrare, quam fideicommittere certasunt. Aique  
 sic etiam adjicere aliam interpreta-  
 tionem possum (præter capite secun-  
 do præscriptam) l. equis 39. D. de usu-  
 ris, ibi: equis per fideicommissum lega-  
 ris, qui per fideicommissum? scilicet  
 cym equi legati essent, & clausula fideicommissaria generalis, aut specia-  
 lis adiecta fuit, vt præstaret heres,  
 probat l. vxorem 41. §. legauerat 6. lega-  
 uerat per fideicommissum Maenys, ita &  
 in §. testamento 7. testamento quo filium  
 & vxorem heredes instituerat, filie per  
 fideicommissum centum, cum in familia  
 nuberet, legauerat: ex his proximis a-  
 peritur responsum in l. fideicommissa  
 11. §. si seruo alieno 16. D. de legat. 3.  
 audi verba: si seruo alieno militia re-  
 linquatur, an domino queratur legatum,  
 queritur, & aut se sit, seruum esse: & di-  
 co estimationem deberi; aut ignorauit, &  
 de negari fideicommissi persecutio de-  
 bet: militia ecquidem per fideicom-  
 missum legata, & reliqua erat: quæ e-  
 tiam loquutionis formula placuit in  
 l. equis 8 de usuris, equis per fideicommis-  
 sum relatis, l. Iuniano 68. D. delegat 3. &  
 sic promiscue legatum, & fideicom-  
 missum usurpat, vt in l. libertis 18.  
 de adimena legat. & Scænolacōgruit, in  
 l. vxorem 41. §. felicissimo 3. de legat. 3.  
 in quo cum legatum, & prælegatum  
 præcessisset, subiicit, & querit, cui fun-  
 dus causa fideicommissi debetur: sup-  
 ponit enim clausulam fideicommissa-  
 riā præcessisse, & in testamento, su-  
 per cuius legatis fuerat Consultus ad-  
 iectam, & præcavtam: Nam non est  
 nouum, in dō receptissimum Con-  
 sultis fuit, quod in ipsa decisione res-  
 ponsi sub signent quasitum, & con-  
 sultum: nos que investigemus eo-  
 dem tramite, & filo responsi cau-  
 sam, idque super quo emanauit: bre-  
 bitatis enim, & elegantiæ in more  
 fuit nostris Consultis, & Imperato-  
 ribus; nam præter quam aliquæ præ-  
 dictarum legum constanter ostend-  
 dunt, patet inactum ciuale ius in com-  
 probationem: cum & nec in solitum  
 juris Pontificij conditoribus innuenia-  
 mus, cap. 1. de appellationib. vbi cū glos.  
 obseruant ordinarij. Sed quo ad ius ci-  
 uile, multo magis id placere debebit,  
 vi potè in quo appareant respōsa trū-  
 ca, & lacera magna ex parte, vt saepius  
 censui in hoc libro. Redeo ad me, &  
 ad institutū labore: & obseruo, sic nos  
 interpretatione occurere debere,  
 quotiescūq; commixtum legatum, &  
 fideicommissum in rescriptis Casarū  
 & Iuris Consoliorū inuenierimus: cū  
 non alia causa, & ratio subsit, caute e-  
 nim penetranda responsa sunt: cum  
 multoties legatū, & fideicommissum  
 in responso concurrat: nam respectu  
 diversarū personarū multoties id ac-  
 cedit, veluti cum à legatario, vel alio  
 fideicommittitor, tunc enim merito, &  
 legati, & fideicommissi mētio in res-  
 ponso subsit, & necessaria, arg. l. Tertia  
 cum testamento 34. D. de leg. 2. l. si debi-  
 tor 45. §. in fideicommissaria 1. D. defi-  
 deicommissar. libertat. quod nō animad-  
 vertentes nostrorum interpretum a-  
 liqui sup. c. 1. relati, in ea collapsi fue-  
 runt existimatione, vt putarent, inde  
 probari, promiscue Cōsoltos usurpa-  
 se hæc nomina: res multipli erro-  
 re absurda. Hæc clausula fideicom-  
 missaria, vel fideicommissi adiectio à

testatoribus adscribatur legatis, & plerumque ex iure Consultorū votō, & cautione: nam cum testantibus multoties adlēderent (vt sup. lib. 2. c. 1. dixi) ipsi que in concipientis actionibus, testamentis, alijsque actibus præcautissimū semper existerent, a quibus causis cautionarij, seu cautores appellati fuerunt, teste Ciceron. pro Murenā, Brison. lib. 4. formul. in fin. ooster Alphonsus Carranc. de part. designat. cap. 2. §. 1. illat. 13. section. 2. num. 223. Ian. Meller. Palmer. in suis specie leg. f. m. 608. nō mirari debemus, si saluberrima fideicommissorum clausula ab eis apponetur. Cum enim fideicommissis tantus dare tur fabor, vt nuda voluntate constarent, & quomodo cumque apparetur, recipentur, quam tumuis minus verba faberent, vt eleganter, expresse que sistit Mæcian. in hac ratione, & sententia, dict. l. quisque 95. D. delegat. 3. Voluntatem præterea defuncti, quæ maximè in fideicommissis valeret, eis tantia suffragari (quidquid Schifordeg. & Faber. in contrarium coniurent: quibus breviter auxiliante Deo, armato exercitu iuris Consultorum obiam ibo) & ingenti fideicomissa fabore cumularetur, vt longo examine animaduertere potes ex differentijs legati, & fideicommissi, quas prosecuitur latior omnium P. Ricciard. in §. sed non usque, inst. de leg. & alia præcipua, utilissima que ratione, qua fideicommissis extensio, quantum fieri posset, rerum in eis comprehensarum indulgeatur, dict. l. quisquis, atque leg. ita, non nisi testamento; fideicomissa antem codicillis relinqu possent, §. præterea 10. inst. de fideicommiss. hered. cum alijs à Gothofred ibi congestis: merito fideicommissorum clausulæ adjiciantur legatis: nam sic testatoris secure fulciatur voluntas, vt si legati iure adimpleri non posset, cum multa ex iuris præceptis civilis, cui ad stricta

legata sunt, possint obstatre, quomodo iubistat; iunc subintret fideicommissorum clausula semper, & ubique favorabilis, videndus est A. Faber. lib. 14. com. cap. 15. & lib. 18. cap. 9. & libr. 1. cap. 14. Gothofred. dict. l. generali 32. de usufruct. leg. pro clausula fideicommissaria, & Cuiacius in l. 1. D. de leg. 1.

Sed ille esse estus singularis, & in signis est, quem magno Scuolæ debemus in dict. l. post emancipationē 40. §. 1. D. de leg. 3. quod huius clausula fideicommissaria virtute, ultra partem suam vindicet aliquando coheres: veluti si Mæcia ex quadrante, & ex dorante Seia sint institutæ heredes: ista querere restituere rogata fuisset, quidquid ex hereditate ad ipsam peruenisset, retentis hortis: & cum generali capite fiduciam mississet testator heredibus, ut adimpleret quidquid rogasset, præstari que iussisset, quæ situm fuit, & dubitatum, an integratos hortos vindicare Seia posset, cum retentionis iure redundantem in illis solū haberet, & respondet Scuola, coheredis Mæciæ fideicommissum quoque videri, ut quadrantem, quem proportione hereditaria in hortis haberet, restitueret Seia, quæ lectio quamvis diversa à Florētina sit, antiquior tamē est, & multis antiquioribus codicibus comprobata, & tacite agnoverunt Accurs. Bart. Aluer. & feliciter restituit Anton. Faber lib. 1. coniectur. cap. 14. eo enim ipso, quo Seia omne suum hereditarium restituere rogata fuit, solūmodo retentis hortis, & quæ cōiectura fuit integratos voluisse testatorem Seia seruare, & grauasse coheredem Mæciam fideicomissio, ut quadrantem, quem in hortis haberet, Seia renderet l. uxorem 41. §. felicissimo 3. de leg. 3.

Ex his certo iactu certa interpretationē atingimus, ab omnibus, q. os ego viderim, ab errata, responsi Scuolæ in proxime dicto §. felicissimo, qui

qui quidem, aut fragmentum est responsi, male à Tribcniano compactū; aut non plene Juris Consulins testamenti clausulas necessarias nobis exhibuit, & reliquit; sed insinuavit. Vt rūque contextura monstrat, sed quantū verba patiuntur, ista facti species elici potest. Mulier testamento suo Titum filium ex parte quartia heredem scripsit, & ex reliquis partibus alium, vel alios; atque Fælicissimo, & Fælicissimæ, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legavit; & alio testamenti capite Titio filio prælegatum facit in hac verba. *Titi filz,* hoc amplius de medio sumito legata mea, quam mihi tempore tuus Præsens, quam Cælius iustus frater patris reliquerunt, & postea generali capite testatrix fideicommissit hereditibus, vi quidquid ipse legasset, fieri ve insisset, adimplerent (quam clausulam satis demotstrat illa, cui fundus ex causa fideicommisi debatur) Acciderat, legasse fundū Gargilianum maritum trasentem testatrix inter res alias: quod quidē Erynnis discordia fuit, & dubitationis exordium, an fundum Gargilianum ex clausula fideicommisi generali cohæredes restituuerent Titio, aut Fælicissimo, & Fælicissimæ aut tribus legatariis. Nec despiciendum apparebat ius Titij, multa, & fortissima in medium proponi poterant, quæ valde ei affererent Gargilianum fundum. Anima duerte enim proprium parentis sui fuisse, ab eo que eius matre fuisse legatis, ab ea q; Titio: nemo addebat, qui in affectione naturali nosferamus, vi consequemus in filijs, illiq; lætentur maiorum suorum rebus, l. si in emptione 35. D. de minorib. l. lex 22. C. de administrat. tutor. l. qui officij 62. D. de contrab. emption. l. milites prohibetur 9. D. de re militar. l. libertus 36. D. de bonis libert. l. 1. §. & alias videndum 15. D. si quid in fraudem patroni, l. in fundo 38. D. de rei vindicatione, præter ordinari-

22

23

rios his legibus exactissime ( more suo) eruditissimus A. Tiraq. tractat, & exornat in prefatione tractat. de retratu à num. 33. cum plurib. sequentib. cuius diligentia in his, quæ p̄manibus habuit, sere alio labore exoneramur. Non dubito quim testatrix coaffecit, & effectu reliqueret filio, in animum induxisse, quicquid marius Præsens ipsi reliquerat, nisi vi in filio paterna auita que prædia conservetur, quod viventib. & morientib. cum munus sati solatium resedit. Quid ergo rationi, & aequitati obstat, quominus diudicemus, testatrix dilectissimo filio maluise potius Gargilianū reliqueret fundū, quam libertisquātū suis merētibus: quibus astatim inა stimabili libertatis dono recognitū à testatrix, & satisfactum erat. His adde nō sicut in 1010. esse institutum heredē, sed in quarta solum hereditatis parte: cur ergo credemus testatrix voluisse prælegatorum diminuere tantillum, quanto magis fundum Gargilianum cum casa? credemus matrē, minus præclivem in amorem filij, ei detrahit pro libertis? nullū vestigium non alte imp̄sum; sed nec libauit in responso Scævolæ superest: qui nobis dat filium inheritance admisum; non præteritum, non ex heredatum, & in super honoratum prælegatis eatum omnium rerum, quas Præsens patet, & Cælius iustus frater patris reliquerunt. Quid aliud? in verbis ipsius prælegati materna voluntas, seu amor insita est. *Titum* vocat, quæ dicitur morte & in vita nomine quemque vocare ameris signum reputatum fuit, multū est nostrum civile ius in institutionibus, & legatis, & ideo ad eruditos veritor Homer. *Odyss.* 12. de socijs ab scylla absortis.

— ἐπὶ δὲ Φεργύτῳ καλεύντες  
ἰχθύα καθέλιο τὸ τεγμένον αὐτὸν αὐγῆ  
μετός κατά.  
Nec autem compellabant vocantes

Nominatim, tunc postremū afflicti corde.  
Priamus ad miserabilem tractus Hx-  
etorei aspectum Iliad X.v. 415.

ΠΡΙΑΜΟΣ οὐτε πάντας κατέδουεις κα-  
τα καὶ ποὺ  
εἰρωνεα καὶ δικαιούμενος αὐτὸς εἰπε-  
σο.

Omnis autem precabatur, voluntatus per-  
fimum.

Nominatim nominans virum quem que-  
ritus Italius lib. 2. bellū Pūlī V. 262.  
Conclamāt mares, celsoq. eculmine muri  
Lamentis vox mixta sonat, nunc nomine  
nōto

Appellant,  
Et antea lib. 21. v. 455. de Hannibale,  
qui  
Monstrabat furibundus iter, evanctos que-  
crebat

Nomine.  
Claudian. 2. in Rufin. V. 369.

— Deuoraque brachia laudat,  
Nomine quemque vocans.

Qui quidem à magistro sumpsit Ma-  
tzone 12. Æneid. in Turno fataliter su-  
giente T. 759.

Ille simul fugiens, Rutulos simul incre-  
pat omnes,

Nomine quemque vocans, notūque effla-  
git ensim.

Vbi locicum P. Cerdā obseruarunt  
alijs, à quo Ouid s. Met. V. 212.

Simulacra videt diversa figuris.

Agnoscitque suos, & nomine quemq. ve-  
catum,

Poscit opem.

Sed apte Plinius in Panegyrico, gratū  
quod equestris ordinis decora honore no-  
25 minum sine monitorē signares. in maiore  
gratiam sic intelligo à Cæsare euo-  
catus milites lib. 3. civil. belli. multis  
præterea viris fortibus Tolosa & Narbo-  
ne nominasim enocatis Q. Ennius He-  
ctoris Lytris.

Quid hoc hic clamoris? quid tumulti est?  
Nomen qui usurpat meum?

Et de Hectore Dicitis Cretensis lib. 3.  
de bello Troiano: Dein clamore magno

singulos suorum nomine appellans, quod  
& respexit Vlp. in l. 3. D. liber. & posth.  
& si cum cognitio dixerit, nō nominatus,  
l. quoties v. 9. si quis s. D. de hered. inst.

Quid si addas tē Titi fili, nomen enim  
filius dulcissimum, & gratissimum re-  
putatum fuit, in tantum ut non defue-  
rint, qui a nomine oīa, deriuaret (nō  
disputo) nam quomodocumque sit,  
dulcissimum fuisse nomen quicun-  
que affirmabit, qui nostrūm ciuile ius,  
eiusque formulas varias institutionū,  
& legatorum, eruditorum que mo-  
numenta à primo limite salutauerit:  
nō enim hic testatrix filium impiissi-  
mum dixit, vt in l. his verbis 48. D. de  
heredib. inst. nec filium pepercit dice-  
re, non cum despetu ex Seiā natum,  
non ex adulterio, non latronem, non  
gladiatorem, vt in l. 3. D. de liber. &  
posthūm. sed dulci appellatione Thi fi-  
lii. Ex quibus prouenit, quod quamvis  
in confessio sit, speciali legato per ge-  
nerale non derogari, tamen ex recta  
iuris prudentia contrarium affirmant-  
dum erit: quando ex testatoris conie-  
28

cta voluntate elicimus contrarium, l.  
libertis 13. D. de alimen. & cibar. legat.  
docet P. Faber. in reg. in toto 80. D. de  
reg. iur. Castill. lib. 4. controvers. 1. part.  
cap. 41. n. 29. (vbi plures referti) & n. 28.  
ad finem, & lib. 5. 2. p. c. 95. n. 26. vbi latè  
doctissimus D. P. Chumacer. disp. 7. id  
que à libera testantit in voluntate aus-  
picamus, nā si testamētorum volūtas  
certus dux est, quē subsequidebemus,  
quid mirū, vt quamvis genus abs pe-  
cie vincatur, effteramus illud, dū auſpi-  
cia voluntatis testatorum sequimur  
sed mire firmat in iusta fundamenta  
fundamentum aliud, nā quamvis fir-  
missima illa regula sit, generiper spe-  
ciem derogari, non tamen adeò præ-  
ualitura est, vt vincat genus certum,  
limitatum, specificatum que: veluti  
legata mea, quæ pater tuus mihi reli-  
quit, sub demonstratione enim illa  
distincta sunt legata, & quasi indice  
legati

legati res demonstratae: cuius qualitatis genus non minoris virtutis est, quam species: nam cum illud in certam portionem contrahitur, species sit, & consequenter generi specificatio non derogatur per eam, textus elegans in l. talis 30. §. item si legatur 6. D. delegat. i. verba audi, item si legetur pecunia, quae in area est: vel vinum, quod in apothecis est, dicendum est cessare clausulam, quoniam quoties species legetur, cessare diximus, sed si certos 5. i. plane 34. §. sed & hoc 4. D. de legat. i. eod. tit. l. certum 6. D. si certum peratur, alia iura cōgessit Accursius dict. i. sed si certos, & alia plura cōsiderari possunt, quae offert accutissimis P. Chumacer. disputat. 7. num. 7. (quaerit omittit ne in uoluinur varijs quæstionibus extra rem) probant Bartol. in l. Mauius, §. duobus, D. de legat. 2. num. 3. Zafius cap. 1. singula intell. Sarmient. dict. §. duobus lib. 8. selectarum, Medicis de reg. iur. 1. nū. 44. Castill. lib. 4. quotidian. controversi. 1. p. cap. 41. num. 28. & lib. 5. 2. part. cap. 95. num. 4 (vbi alios refert) Sard. cōs. 352. Velasc. in axiomet. iur. li. G. numer. 16.

31 certum ecquidem est, quod sicut genus generi nō derogat, sic nec species specie lib. seruis 99. §. ultimo, D. de leg. 3. Præses Chumacer. d. disput. 7. num. 3. quid enim speciale, magis distinctum, & demonstratum, quam prælegatu seru, quas pater matre reliquerat, & sic cum de ambulatoria sit testatoris voluntas vñq; ad supremū exitū vitæ, non dubitandum est quimpowerit alio testamenti capite auferre legatū libertis relictum, & assignare filio, ex toto titulo. D. de admend. leg. l. si mibi 12. §. in legatis 3. D. de leg. 1.

Arctissime præcensitæ considerationes vrgebant Scæuolam, ut strictis regulis legatorū dijudicaret, Gar-gilianum fundum pertinere ad Titiū, & iure prælegati posse præsumere: ad quid enim aliter expresse non respōderet contrarium, subderei que ratio-

neim ordinariam, & vulgarem, quia generi per speciem derogatur? quam quidem non decisive, sed enuntiative, & relative refert, vi sic aliquatenus sui responsi decisionem augeret, præmaxima enim apud illum ratio longe alia diuersa fuit, unitatis videlicet libertatum legati: Iuris consulti que hæsitantiam evidenter demonstrat: & verosimile terminus quo inter 32. Consulti in rebus difficultimis, & ambiguis viuntur, cum in cōiecturarum concursu aliqua magis placet, magis apparet, certiorque existit: formula ecquidem Iuris Consuliorum recepta, l. quidam 96. D. de leg. 1. l. Titia 34. §. qui in vita, l. Mauius 66. D. de leg. 1. fin. D. quod metus causa, M. T. Cic. impunit. vrat. Num conjecturæ locos quaro C. P. in verisimilibus, & in proprijs rerum notis posita est tota, & infra, verisimilia repe-riuntur ex partibus, & quajmēbris nat- rationis, ea sunt in personis, in locis, in iē- poribus, in factis, in eueniis, in reram ipsa- rum negotiorum que naturis, cur quo conuenit Iul. Seueria Symonat. Ekec. de coniect. fol. mibi 25. Træpez. libr. 2. Rhet. Ut limiliter tē verius obseruant 33. Consulti alij in re ambigua l. ab omni- bus 104. l. si seruus 108. §. 2. de leg. 1. l. 2. de fund. dot qibis proximum est, sed 34. inclinandum est, l. si fundum 81. §. qui fundum 3. de leg. 1. & illud, posse defen- 35. di, l. Lucius 88. §. matrī 16. D. de leg. 2. & cum strictis prælegati regulis hæ- sitaret Scæuola, quo minus propter illas responderet pro libertis, quibus si stataret, testatoris periclitaretur vo- luntas, quæ inclinabatur pro eis: ar- trepsit ergo fideicommissi clausulam generalem, & quæstionem orditur, cui causa fideicommissi fundus Gar- gilianus debeatur, & cum adhuc ex causa fideicommissi ius Titij non omni- no destitutum esset, pro quo quippe causæ, & cōiecturæ præexactæ pa- trocinabantur, quærit virum filio- tantum fundus debeatur ex testamēto

& cum ad hoc dubitari posset, an tribus deberetur, quasi re cōiunctis fundi Gargiliani, quæ ritur de eo: sed tandem quamvis voluntas in obscuro iaceret, offundebantur nebulae specialis legati regulæ, quæ semper derogat generi: ratio non omnino a Scæuola despecta, cum relative insinuauerat: in cōiecturali enim iudicio non firmæ, nō fixæ inferuntur rationes, sed quodammodo auxiliatrices, ut exempla, & autoritates facile probant; tamen adhuc veritatis sol dissoluebat eas. Quid si bene meritis libertis, quātumvis donum libertatis ingens, non satisficeret testatrix libertate nuda, & pauperie, nisi augeret illam fundo, & casa humili, quò se reciperent, & à quose alerent? quid si quarta pars hereditatis sola Titium ditaret? & prælegata patris, & patruiberrima augeret? quæ coniecturæ, quamvis non à litera deducantur responsi; conueniunt Mehercle ligeræ: alias sorte sihæ deficerent, contrarium forte responderet Scæuola. Sed illa præmaxima apud Scæuolam ratio se extulit: illam præuidit totis oculis: quod cum nihil aliud testatrix libertis reliquisset, præ-

ter Gargilianum fundum, vero simile non esse, voluisse eam, expellere fæcissimos. Iniquum enim, & iniustum esset, spoliare illos fundo vnoce ipsis relicto; & attribuere filio, cui insuper quarta hereditatis pars, & prælegata à matre relicta erant. Hanc iniquitatis rationē veritus est Scæuola, si acutæ eius verba penetras sub verbo illo, vero simile, multoties enim cū consuli nostri respondent verius est: verius putato, & similia usurpani (vt dixi) accipiendum est, aquius est, aequius putamus: hue 36 trahi possunt leges supradatæ, & ex Budæo obseruavit Calvin. in lexicō, Carolus Sigon. in Scholijs ad Linium lib. 40 ad fol. 40s. & in libr de arte corrig. cap. 2. Fran. Robortell. cap. 3. de cōuenientia suppeditat. Linianæ, Fran. Polletus histor for Roman. lib. 5. cap. 5. quæsi diceret, nō est simile æquitati, & ab ea differt, ut fundus unicus auferatur libertis, & adseratur Titio, alijs pluribus honorato, eodus tu rationis, quem sequuti sumus a. l. post emendationem 40. §. 1. D. de leg 3. quā rationē pluribus nō exorno, ne ornatus intepstionis generali fideicōmissi clausulæ iudicetur incultus: plura promitto iepstionē

## C A P. V.

**O**CCASIONE 1. Titiz 35. §. 1. D. de aur. & arg. leg. Prætorias cognitiones ad gredimur. 1. Duarenij, & aliorum interpretatio ad dict. §. 1. Qui defenderint Prætorē deprivatis causis cognoscere nō posse. 3. Fundamento eorum occupatio Prætoris. 4. Aliud ex l. placet, C. de pedan. iudicib. 5 Vulgaris formula Prætoris, iudicium dabo, indices dabo. 6. Et ex Ciceronis loco. 7. 8. Certæ erant cause Prætoriae 9. Ad ceteras dabantur indices. 10. Expenditur l. ait Prætor. 5. D. dñe iudicat. 11. Et denique, ne vilesceret maiestas Prætoria. 12. Contrarium sententiā qui defenderint 13. Assignatur huius questionis. 1. axioma. 14. Consules principio Romæ cognitionē habebat deprivatis causis. 15. An leges 12. tab. quæ Cicero dat, sint cōfictæ. 16. Vnde desp̄serit. 17. Cōsul in principio iudex dicebatur. 18. Illustratur Ouidius. 19. Prætoris nomē comprehendebat Consules, & alios magistratus. 20. In quo merita laus D. Laurensij Ramirez

de Prado. lex Valeria de prouocatione ad populum. 21. Longe explicatur Linus. 22. Praetor propter absentiam consulum creatus fuit. 23. Interpretatur l. 2. §. eodem tempore, D. de O. iur. 24. Alia Cicer. lex 12. tabull. iuris disceptator, &c. explicatur. 25. Gothofr. Antonij sententia refertur, & refellitur. 26. Vera interpretatio add. Cicer. legem. 27. Adducitur in confirmationē locus Linij 28. Aīa proponitur difficultas aduersus Ciceronis leges. 29. Leges 12. tabullarum quo tempore Roma compositæ fuerunt, & posita in foro. 30. Non potuerunt mentionem facere Praetoris, nondū creati. 31. Solutio difficultatis. 32. Vnde Cic. suas leges composuerit. 33. 34. Quare Cicer in suis legibus meminerit Praetoris, & dilis, aliorūque magistratum, qui nondū creati erant tempore 12 tab. 35. Legibus primis 12 tab. additæ posse a aliæ leges, & maxima pars iuris civilis. 36. Cicero in suis legibus sequuntur fuit ius, quod Romæ receptum erat. 37. Resumimus Praetore depriuatis causis cognoscere posse 38. Praetores consulum Collegæ dicebantur. 39. Praetoriae vices, do, dico, Addico. 40. Ciceronis Plantique varia loca pro cognitione Praetoria expenduntur, & illustrantur. 41. Praetores ad libitum sibi reseruabane negotiorum cognitionem, vel dabanti iudices, &c. A. Gelliij locus insignis. 42. Probatur ex antiquitate Praetorem priuatarū causarum cognitionem habuisse.



1. DHVC multorum non residunt corda: resistunt que adhuc nostræ sententiæ: dū enim Pauli responsum in l. Titia 35. §. 1.  
D. de aure, & argen. leg. ab oppugnationibus nostri saluum intuetur, bonam & quamque causam se defendere au-tumant: consultissimi enim viri Fran.  
2. Duaren. in Apologia de iurisdictione aduersus Baronem q. 6. & Jacobus Cuiac. lib. 14. responsum Pauli adhuc, §. 1. intrèpide affirmarunt, intelligendum esse Paulum de fideicomisso, quia receptum apud Consultos esset, promiscue legatum pro fideicomisso ac-cipi: & Praetorem in eo respōso enarratum, qui liecontestata pronūciauerat, fideicomisariū esse Praetor enim urbanus secundum Cuiac. de priuatis rebus non iudicabat, & secundū Duaren. raro, sed dabat iudices: sic fert natura humana, ut ab uno errore renascantur plures, & resurgent: Hydræ

veluti resecta capita: obstringimur eti-go necessario istum extirpare errore Praetoria cognitionis, ut ille per se euaneat, & dissoluatur, quantumuis aliqui iam tētauerint, sed non solidis, & rectis rationibus.

Omnino diuersas intentiones senten-tias, multi sunt qui denegarunt priuatarum rerum cognitionem Praetori-bus, quorum aliquos accipies, & fun-damenta. Cuiacius ubi proxime dict. libro 14. respon. Pauli, & in l. en priuatis 77. D. de iudicis, in l. solet 16. D. de iuris-dicē. & expressius in l. & quia 6. D. eoda Couarr. in reg. possessor, 2. part. relect. §. 6. num. 5. Petrus Gregor. lib. 47. sintag-mat. iur. cap. 22. nu. 2. Budæus in anna-tionibus posterior. ad Pandectas ad l. mun-nerum 18. §. indicandi 14. D. de muneri. & honorib. Scip. Gentil. de iurisdictione. lib. 2. cap. 21. Philipp. Broidæns in sup-plemento ad Polletum lib. 5. histor. For. Rom. c. 5. Barnab. Brisson. lib. 5. form. fol. m. 464. Quinta nad. de iurisd. & Imperio lib. 1. tit. 5. n. 9. Guid. Panciroli. in Thea-

saur. variar. lect. lib. 1. cap. 33. Gouean.  
 ad l. 13. D. de iurisdict. num. 3. Menoch.  
 lib. 1. de arbitrarijs quæst. 2. Ænum. 4. cum  
 sequentibus (qui alios refert) Anton.  
 Faber. lib. 4. cop. cap. 7. & lib. 12. cap. 17.  
 Paulus Manucius antiquitatum Roman.  
 in tract. delegib. Roman. fol. mihi 160. I.  
 Rosin. lib. 9. antiqu. Rom. cap. 15. A. Gui-  
 bert. lib. 1. quæst. iur. cap. 9. Læuin. Tor-  
 rentius eruditus in commentarijs ad Sue-  
 ton. in Claud. cap. 15. Adrian. Turneb.  
 lib. 27. aduers. cap. 19. P. GilKen. (qui  
 pro sua sententia plures leges consi-  
 derat) in commentario ad l. placet, C. de  
 pedaneis iudicibus, num. 5. & 6. D. Lam-  
 bin. annotis ad Ciceronem lib. 2. de inue-  
 tione, Patr. Lod. Cerdas incommentar. ad  
 Virg. 6. Eneid. v. 432 nota 12. & no-  
 uissime impense doctus noster D. D.  
 Franc. de A may. heu dolore literarū,  
 iustitiae, Reipublicæ: præmaximeque  
 nostrō pridie faſo functus! in l. 2. C. de  
 iure fisci, num. 33. qui maiori tempera-  
 mento in hanc sententiam it, & qui  
 addit alios. Magna apud istos fuit ra-  
 tio, securumque fundatum, quod  
 Prætor plurimis, & grauioribus, &  
 publicis impeditus: priuatis, & leuio-  
 ribus vacare non poterat: vnde neces-  
 sario, qui de illis cognoscerent, dabat  
 iudices, l. placet 2. C. de pedaneis iudici-  
 bus: adducit etiam verba, dict. l. placet,  
 ibi: De his causis, in quibus quod ipsi, non  
 possent cognoscere, ante hac pedaneos iu-  
 dicess dabant & a non possent, referenda  
 esse ad ius, & morem, non ad factum:  
 cum Præsides de priuatis causis non  
 possent cognoscere, iure & more in  
 Republica Romana introducto l. cum  
 Prator 12. § 1. D. de iudicys, ibi: Item  
 hi, quibus id more concessum est, propter  
 vim imperij, sicut Prefectus urbi, ceteri  
 que Roma Magistratus: nam si ad factū  
 occupationum, multitudinem q; cau-  
 sarum referretur, in consona illarede-  
 retur constitutio, cum infra easdem  
 occupationes, multitudinem que cau-  
 satum excipiat; & sic nihil noui adde-  
 ret, & ex eodem ad idem redetur,  
 quod indignum cogitatu est, quanto  
 magis Cæsarea constitutione: sic legē  
 istam intelligunt Scipio Gentilis de iu-  
 risdict. lib. 2. cap. 21. Corrasius, & Petr.  
 GilKenius in commentario ad eam, Go-  
 uean. in l. eum 13. de iurisdict. præterno-  
 uior es alios. Nō poterant ergo Præ-  
 sides, & Prætores cognoscere depri-  
 uatis, cum inde proueniat illa vulga-  
 ris formula incognitione Prætoria  
 passim in nostro civili obia iudices da-  
 bo, iudicium dabo: aliud enim est, ipsum  
 Prætorem cognoscere, & iudicare;  
 aliud dicere, & indicare, vt in prin-  
 cípio præcitat considerat, & præci-  
 pae Paulus Manucius, Pancirolus, Bri-  
 sonius. Vnde inferunt fortissimum Ci-  
 ceronis locum lib. 1. epist. ad Q. Fratrem  
 epist. 2. ibi: Hac mihi verosimilia non vi-  
 dentur, sunt enim à prudentia tua remo-  
 nissima: ne diminuatheres? quid si inficia-  
 tur? quid si omnino non debet? quid? Præ-  
 tor solet iudicare debere? quid? ego Fun-  
 dario non cupio? non amicus sum? &c. in-  
 ter alia ergo fundamenta, quæ mouet  
 Cicer. per interrogationem, negat  
 Prætorem vñquam iudicare, sen-  
 tiam que proferre: hoc deberi, hoc  
 solvi; sed dare iudices, qui de debito,  
 priuatis que causis iudicarent. Addo  
 alterum Ciceronis locum lib. 2. dein-  
 uentione, ibi: Quare in iure plerumque  
 versantur, ibi enim, & exceptiones postu-  
 lantur, & quodammodo agendi potestas  
 datur, & omnis conceptio priuatorum iu-  
 diciorum constituitur, vbi loci in mar-  
 gine Lambinus addit, in iure id est, opud  
 Prætorem urbanum, qui non iudicat; sed  
 dat iudices, & iudicia seu actiones, &c.  
 erant namque solummodo certæ, &  
 determinatae causæ, quæ specialiter  
 pertinebant ad Prætorem, & de qui-  
 bus extraordinem cognoscebat, vt lō-  
 ge latè que recenset Brisonius per a-  
 liqua folia in lib. 5. Formal. & Quinta-  
 nad. dict. lib. 1. de iurisdict. tit. 5. Cui. ad l.  
 6. D. de iurisdict. Scip. Gentil lib. 2. c. 22.  
 de

de iurisdict. Duaren. in *Apolog.* aduers. Batonem, & Donel lib. 17. cominen. cap. 22. vbi plura Osuald. Pancirol. dict. libro 1. variar. cap. 33 A. Guibertus dict. cap. 9. num. 8. Turneb. & Torrentius vbi supra, A. Faber dict. lib. 4. coniect. cap. 7. Menoch. lib. 1. de arbitrijs, quæst. 2. Alexan. ab Alexand. lib. 2. dier. Gen. c. 13. & alij in principio datu: ad quas Prætorias cognitiones pertinet titulus D. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, ad cæteras autem causas dabantur iudices à Prætoribus: Aul. Gellius lib. 1. 4. Noct. Atticar. cap. 2. in principio quo primum tempore à Prætoribus lectus in indices sum, ut iudicia, quæ appellantur priuata, suscipere: Sueton. in Claudio, cap. 15. Alium interpellatum ab aduersarijs de proprialite, negantem que cognitionis re, sed ordinarij iuris esse, agere causam confessim apud se coegit, proprio negotio documentum daturum, quam aquus index in alieno negotio futurus esset. Ius ergo ordinarium in Populo Romano erat, vt ad priuatæ causas darentur iudices, cui Cladius Imperator contra receptum morem, iusque, vim intulit, Magistratum quæ coegit, vt apud se causam ageret: quid expressis inueniri potest pro hac sentencia? Subtiliter supra Duaren. in *Apologia* in auxilium vocat Vlpianum in l. ait Prætor 5. D. de re iudicata, dum verba editi non probat, cuius de eare iurisdictio est, sed melius reponendum fuisse, notat, cuius de eare notio est. Tò enim notio ad eos pertinet, qui iurisdictionem nō habent, sed de quauis causa notiōnem, idest, iudices datos: si ergo Magistratum, & habentium iurisdictionem cognitione effet ordinaria, annotatione Vlpiani minus & quā, foret, sed quia non ita erat, consultissimus vir fere inutiliter, aut saltim non apte ea verba ad posita fuisse sentit. Denique sunt qui dicant, putauisse Prætores indignū maiestatesua priuatas, & vulgares causa stractare, solūq; attēdisse ma-

iores, & Rem publicam attinentes, argum. dict. l. cum Prætor 12. § 1. D. de iurisdictionib; ibi: Propter utim imperij. Hæc sunt præcipua, quibus videntur interpretes, denegantes primatarum cognitio- nem causarum Prætori.

Contrariam penitus sententiam 13 consequunti fuerunt Baro, Charodas, Bocer. Robertus, relati cum alijs ab Osuald. infra, Scipio Gentilis (sibi contraries) lib. 1. de iurisdict. cap. 28. Francisc. Polletus lib. 3. Histor. for. Rom. cap. 1. Ioann. Corras. ad titulum de iurisdiction. in Rub. num. 4. & 6. & ad l. 1. num. 3. & in commentario ad l. 2. §. deinde in placutis, D. de origin. iur. num. 9. I. Rebard. lib. 1. de præiudicib; cap. 6. Donel. lib. 17. cominen. cap. 21. & ibi Osuald. lit. A. optime C. Sigonius lib. 1. de iurisdict. cap. 7. Ioan. Nicellius Vesallus in controvrsi. iuris fidei. disput. 10. These 2. lit. F. nec negat Franc. Duaren. in *Apolog.* de iurisdict. §. 1. & 6. vbi loci (sic suspicio) interpretatur, vel temperat sententiam, quam ante tolerat in cōmentario ad tit. de iurisdict. cap. 3. de iurisdictionibus datis, & lib. 1. disput. annuer- sar. cap. 53. & denique pro hac senten- tia intelligendus est Alex. Neapolita- nus dict. lib. 2. cap. 15.

Sed cum inter tot talesque viros, & sacræ iuris prudentiæ Heroas, haud ausim (timeo saltim) meum interpo- nere iudicium: quidnam ego apud iā- tot possim, vel auxilijs conferre, vel inferre veritatis lucum; sed iāmen ve- geram, quod sumplimus, officij mo- rem, deliberaui denique cunctam hæc quæstionem, interpretationem que nostræ l. Titiæ, §. 1. (quæ in has angus- tias compulit) sedandam & componē- dam certis axiomatibus assertis, qui- bus hinc inde vagantes expellen- tur nubes, Soli que verita- tis cedent, nī miser- rime fallor.

(??)

## I. AXIOMA.

14 SIT ergo primum : *Pratorem de priuatis quibuscumque causis, quando vellet, posse per se cognoscere, & sua disfiri sententia, quim ad dandos super eis indices, adstringeretur.* Deducamus rem ab origine, & certū inuenientes tramitem subodorabimus verum: denique reperiemus. Cōsules  
15 in primitua Roma non solum cognitionem de publicis certisque quibusdam causis; sed de priuatis quibuscumque cognitionem habebant, quiaquamuis ab aliquibus negatiū esse haud ignorō, tamen non dignum controvēsia reputo: certum enim fuit de priuatis causis ius reddidisse, uti scriptit Dēpster. ad lib. 9. Rosin. Pomponius in l. 2. §. eodem tempore 10. §. cumque consules 27. D. de orig. iuris, aperie Dionys. Halicarnas. libr. 10. in principio, qui de consulibus exordiens, sic prosequitur quā propter omnia tam priuata, tam publica ex legum præscriptio administrare volebat, tunc enim nondum erat apud Romanos iuris libertatisque dicendi aquabilitas, nec dum omne ius scriptum extabat, sed olim eorum Reges ius petentibus dicebant, eorū que lites dirimebant, & quod ab illis fuisse indicatum, id vim legis habebat. Lex 12. tabularū à Cic. refertur lib. 3. de leg. in his verbis: *Regio imperio dao sunt, yque p̄eundo, iudicando, cōsulendo, Pratores, indices, consules appellantur, quam probant A. Augustin. ad l. 12. tab. f. mibi 254. & collector veterum legum apud D. Halicarnaseū, Thomas Dempster. ad Rosin. lib. 6. cap. vlt. D. Gothofred. in fragm. Cic. ad l. 12. tab. bñl. ex lib. 3. Alexan. ab Alexan. libr. 3. Dierum gen. cap. 3. Steph. Pighius lib. 3. de magistrat. P. R. Nam quamvis Fran. Duaren. in Apolog. aduersus Baronē, F. Pollet. lib. 3. cap. 4. hist. for. A. Guib. lib. 3. questionum iuris, cap. 11. num. 13. & Cui. & Mercei. quo omnes referunt O-*

suald. ad Donell. lib. 17. commen. cap. 21. bñt. B. D. Gothofred. ad fragmenta Cic. l. 12. tab. in princip. & Philip. Broid. ad Polletum sup. num. 2. Thomas Dempsterus paralipom. ad Rosin. lib. 8. cap. vlt. F. Baldoin. in princip. ad l. 12. tab. num. 87. A. Augusti. ad ll. easdem in principio, existimē cas leges à Cicerone suppositas esse, non tamen id in causa esse potest cuicunque viro mediocriter docto, ut despiciamus, & in exiliū grauissimas mittamus leges, fortissima nostri iuris civilis fundamenta: sic præjudicauit Don. dict. lib. 17. à nn. 1. magnus enim Ciceronis 12. tab. leges composuit fideliter summis rerum, & sententijs in hærens: quì aliter doctissimus, & grauissimus iuris civilis docto auderet aduersus populi leges publice proscriptas, & recepta iura suas leges dare? sic ergo ipiusmet libr. 2. de legibus, scriptum reliquit, leges autem à me edentur, non perfectæ; nam esset infinitum, sed ipsa summarerum, ac sentiente: vti & docte sentit Dempsterus dict. c. vlt. Lege ergo 12. tab. antiqua, consul priuata cognoscebat, & inde appellabatur iudex, vti comprobant Alex. ab Alexan. dict. lib. 3. cap. 3. Fran. Pollet. hist. for. dict. lib. 3. cap. 5. Corrasius in l. 2. §. deinde cum placuisse, num. 3. D. de orig. iuris, Stephan. Vinandus Pighius in annalib. magist. Turannifug. lib. 2. in princip. Dempster. vbi sup. C. Sigonius lib. 1. de iudicijs, cap. 7. sic intelligendus Onid. lib. 1. Fastorum ibi. Iura debat populis posito modo Prator. aratio.  
Et leuis argenti lamsna crimen erat.  
Vt recte ibi Paulus Marsus intelligit, & contextura ipsius poetæ, ordoque historiæ satis probat, tò enim Prator in primitua Roma consulem, & alios Magistratus comprehendebat, vti iā obseruarunt plures, quorum eruditio præmaxime aperta est: Paserat. ad Propert. lib. 3. eleg. 3. fol. mibi 420. Scipio Gentil. de iurisdict. lib. 1. cap. 31. Fr. Pollet.

Pollet: lib. 3. hist. for. Rom. cap. 4. Franc.  
 Connan. lib. 1. comment. turis ciuilis cap.  
 15. num. 1. & lib. 2. cap. 4. num. 11. & lib.  
 7. cap. 3. num. 9. Petrus Ricciard. incom-  
 mentar. ad tit. inst. de bonorum possess. in  
 Rub. num. 58. Ioann. Corras. in commen-  
 tar. ad tit. de orig. iur. in l. 2. §. eodem te-  
 pore, num. 1. eruditè I. Lipsius epistoli-  
 carum quæst. lib. 4. ep. 26. A. Scothus in-  
 nōtis ad Senecam lib. 4. controversial. 25.  
 Ioann. Rosin. lib. 7. antiquitat. Roman. cap.  
 11. & cap. 33. Alconius Pædianus in argumen-  
 to accusationis in Verrem fol. mibi 77. Petrus Gregor. lib. 47. synag-  
 mat. Iur. cap. 30. num. 2. A. Contius lib.  
 2. lectionum subsecuendar. cap. 19. numer. 1.  
 Osuald. ad Donell. lib. 1. comment. cap.  
 8. lit. G. Marcel. Donatus in dilucida-  
 tionibus ad cap. 37. Suetony, & nouissi-  
 me præclarissimum nostræ Hispaniæ  
 literarū iubar, cūltæ eruditioni præ-  
 fulgens D. Laurent. Ramirez de Pra-  
 do innotit ad Chronicon. Luitprand. an-  
 no 698. num. 102. & singulares nouella-  
 rum præfationes sunt: vna de Præside  
 Pisidiæ: altera de Prætore Lycaon-  
 iæ: à quibus omnibus fortissima  
 præclaraque fundamenta perpende-  
 re quibis. Satis cognitionem Consul-  
 lum firmat lex Valeria de prouocatione  
 ad populum, cuius Pomponius memi-  
 nit dict. l. 2. §. ex allis 16. D. de orig. iur.  
 Livius lib. 3. Halicarnaseus lib. 5. & 6.  
 Plutarchus, & Valerius à Calvino, &  
 alijs relati. Vnde ergo prouocatio; ni-  
 si à sententia? Nec his obstat Liuius  
 lib. 3. ab V. C. in illis verbis: Fuere qui  
 interpretarentur eadem hac Horatiale-  
 ge Consulibus quoque, & Prætoribus, quia  
 eisdem auspicijs, quibus consules creare-  
 tur, caustum esse: iudicem enim Consulem  
 appellari: quare refellitur interpretatio;  
 quod his temporibus, nondum Consule in-  
 dicem, sed Prætorem appellari, mos fue-  
 rit. Quæ videntur lati demonstrare  
 Consules, non de priuatis causis cog-  
 noscere, alias iudices dicerentur: nam  
 præter quod suspecta Glareanus ea

verba censeari (quod non probo, cum  
 omnibus codicibus comprobata lega-  
 mus, agnoscant que Sigonius, A. Con-  
 tius dicit. lib. 2. cap. 19. Valla, Corras. sup.  
 & alijstantū abest, quod nostræ senten-  
 tia resistant, sed quod assistant expre-  
 se: fuere enim qui legem interpreta-  
 rentur Horatiam, qua caustum erat, vt  
 qui tribunis plebis, iudicibus que no-  
 cuisset, eius caput Ioui sacrum esset,  
 & (vt antea proxime scripsit Linios)  
 intelligentes, protrahentes que legē  
 eandem ad Consules, quia in populo  
 Romano iudices appellarentur, quod  
 reprobatur, refellitq[ue] Linius ex ea ra-  
 tione, quod legis Horatiae tempore  
 Cōsules, nō iudices, sed Prætores no-  
 minarentur: nullo enim modo Histo-  
 ricus Princeps negat, priuatis causas  
 Consules decernere posuisse; sed tan-  
 tummodo Prætores appellari, vt sic  
 non viderentur in lege Horatiae com-  
 prehensi: imo supponit, parum post  
 temporis iudices dictos, quod respe-  
 xit l. 12. tab. à Cicerone conficta, vt  
 Contius inquit dict. cap. 19. nu. 2. (quā  
 nos supra dedimus) forte cum nomen  
 Prætoris tuo priuato Magistratu[m]  
 inditum fuit, creato postea, propter Cō-  
 sulum absentiam ad finitima bella:  
 cognoverunt ecquidem Consules, &  
 inde ea dubitandi ratio, & interpretā-  
 di confidentia apud Linium, atque e-  
 tiam postea, propter quod merito no-  
 men iudicium fuit, vt Liuius, & Cie.  
 scriplerunt.

Ex his prouenit, quod cum bellis  
 finitimi sūcarentur Consules Re- 23  
 ma, nec esset, qui ius reddere possent,  
 fuit Prætor urbanus, vt loco Consu-  
 li ius ciuib[us] Romanis redderet, vt  
 testatur noster Pomponius in l. 2. §. cū  
 que Consules 27. D. de orig. iur. expresse  
 Liuius lib. 7. ab V. C. in princip. non pa-  
 tientibus tacitum Tribunis, quod pro Con-  
 sule, uno plebeio tres patricios magistra-  
 tus curulibus sellis prætextatos, tanquam  
 Cōsules dentes nobilitas, sibi sum p[ro]fissit,  
 Prætorem

Praetorem quidem etiam iura redentem & collegam consulibus, atque iisdem auctoribus creatum, idem Livius lib. 33. comitis Pratorum perfectis s. C. factum est, ut Q. Fulvio extraordinem urbem a provincia esset, eique potissimum consulibus, ad bellum profectis urbi praesesset, Dio lib. 58. oportuit, Praetores, quibus consulatum maneva absentibus consulibus, ne per regre profectis erant demandata, illa omnia exequi. Consule Cuiacium dict. l. 2. § deinde cum placuissest Bellonum lib. 1. supp. cap. 8. Corras. Fabrum in ead l. quo, de Consule ad Pratorum fundamento, cognitionem Pratoribus de priuatis causis attribuit Dempster, Paralipomenon ad lib. 9. Rosin. Desume ergo, nouum Magistratum, ut inquit Livius, Pratoris urbani creatum fuisse, ut ius in urbe redere, & causas forenses diffiniret loco Consulum: quorum necessaria absentia, nisi ita prouisum fuisset, vacua forent tribunalia, litesque penderent, nec esset, qui ius in urbe redere posset, ut Pomponius inquit. Principio enim ipsimet Reges: his exactis, Consules: his absentibus, Praetores ius in urbe redabant, ut nostri iuris historicus Pomponius enarrat dict. l. 2. Inde, & ipso Corras. Pomponius idem scribit in eadē iuris historia, § eodem tempore 10. Magistratus Romanos iura redidisse eodem tempore, id est, priuata, & publica cognovisse Praetores, abolito illo, quod viguerat ius centum annos, de collegio Pontificum, relato in §. 6. eiusdem legis, sic dict. §. 10. sentiunt Corras. & A. Fab. ibidem, Belonus dict. lib. 3. cap. 8. num. 1. A. Pichard. in §. quos autem 1. inst. de honorum poss. nu. 20. Nam cum sequentibus temporibus, non ita frequens Magistratum cognitione esset, plurimum que in iudicium datione consisteret, attente Pomponius eodem tempore Magistratus iura redidisse, enarrat.

Præmaxime adstruunt sententiam

nostram, & ea quæ prescriptissimus, alia Ciceronis lex ab ipso data suo libr. 3. de legib. verba legis, seu Ciceronis hæc sunt: Iuris disceptator, qui priuata iudicet iudicari re iubeat, Praetor esto: is iuris ciuilis custos esto: huic potestatio parento, cuius quidem & meminerunt Pollet. lib. 3. hist. for. cap. 4. Corrasius dict. l. 2. §. deinde cum placuissest, D. de orig. iur. n. 9. Ricciard. ad Rubricam, inst. de honoris poss. num. 66. Alex. ab Alexand. lib. 2. dierni Gen. cap. 15. Dion. Gothofred. ad fragmenta 12. tab. Ciceronis ex lib. 3. Den. lib. 1 7. com. cap. 2 t. & fere omnes qui nostram disputationem tractarunt seu attigerunt. Etsi non totum ac propter uno que animo; sed æquo & placi do ferretur res, tractaretur que causa, prescripta Ciceronis lex posset mulcere animos, cordaque placare; sed in eo resest statu, quod contraria sententiae ad seriores, si saltim non euellere, ad minus vim, & autoritatem huius legis obnubilare conentur. Quatenus, & consestatij iam tentarunt ex rationis velo, quia non 1. tab. null. sed Ciceronis lex esse (ut prædictimus cap. isto ad alteram, coniunctam que huic legem Ciceronis Regis imperio, &c.) sed defensione eadem, & propugnamus istam, & asserimus: eadem est causa, eadem ratio, sed Gothofred. Anton. th. 29. disp. 3. 26 interpretatur legis verba, qui priuata iudicet, ad cognitiones Pratorias, extra ordinem: iudicare iubeat, ad ordinarias, iudicium que dationem. Sed libenter querere mab ipso, unde sumpererit, quo firmaverit fundamento interpretationum suum? quam ve syllabam à tota lege auspiceatur de ordinaria, & extraordinaria cognitione? nam si sic devagari interpretatione licet, nihil firmam daretur in iure, & omnia firmissima conrelli possent: hoc autem certissimum repto in prescripta lege, quod dum novus Praetoris Magistratus crearetur necessaria P.R. causa, ut loco consulum subrogaretur foro

- foro litium que contentione proditā  
faile in creatione Magistratus legē  
illam, quā iudicare priuata, iudicari vē  
libere, potestas datur; hoc enim sine  
discrimine in hoc Magistratu actum  
fuit, vt subrogaretur consulibus, vrbi  
qux preserset, vt Laius scripsit diſt.  
*lib. 33.* & cum iam frequentiora esēt  
negotia, quibus nec vñus Magistratus  
plene sufficere quisset (propter hoc e-  
nīm, & peregrinus Prætor post ali-  
quos annos creatus fuit, vt Pompo-  
nius refert *dict. l. 1. §. aliquod 28.*) sub  
27 alternatiua iudicandi, iudices ve-  
danti creatus fuit, quim aliud de iurisdi-  
ctione ordinaria, vel extraordinaria  
Prætoris additum fuisset tum tem-  
poris in Populo Romano, nec cogni-  
ta, nec constituta. Nivēhementer fal-  
lor, præoculis habuisse suspicor Linū  
28 legem istam 12. tabularum, his vel si-  
milibus verbis compositam (quod nō  
curo, nam vi inquit Cic. *summ. 1.*, &  
sententia earum attenta est) dum de  
creatione Prætoris agit duobus in lo-  
cis, primus est in fin. *lib. 6.* ibi: *Cum sa-  
men per Dictatorem conditionibus sedata  
discordia sunt, concessumque à nobilitate  
plebi de Consule plebeio a plebe, nobili-  
tati à Prætore uno, qui ius in vrbe dice-  
ret ex patribus creādo: enī una legis pars  
& potestas Prætoris in ius dicendo,  
idest, iudices dādo: alter lotus in prin-  
cipio *lib. 7.* in verbis iam supra datis,  
Prætorem quidem etiam redentem, & col-  
legam consulibus, atque eisdem auspicijs  
creatum: enī altera pars legis, & iudicā-  
di potestas.*
- Sed maior difficultas est, qua per-  
suaderi videbitur quicumque doctus,  
nullius pretij, nullius que iudicij ha-  
bendas esse 12. tab. leges, quoad cogni-  
tionem Prætoriam: nam cum 12. tab.  
30 in foro Romano compositæ fuissent  
anno ab vrbe condita 302. secundum  
Antonium Contium in fastis consula-  
ribus, & secundum alios parum ante,  
vel post, circa istum annum, vii docet
- Euseb. Casiodor. in chronicis suis; Li-  
uius lib. 3. D. Haliarnas. lib. 19. A. Ge-  
lius lib. 20. cap. 1. Eutrop. libr. 1. Solin.  
cap. 2. Broðæus in Chronolog. hist. totius  
iuris, Stephan. Pighius in annalib. P. R.  
Æquipeta. seu lib. 3. Thomas Demp-  
ster. ad Rosin. dict. lib. 8. cap. vlt. F. Pol-  
let. lib. 5. hist. for. cap. 4. vbi loci Broi-  
dæus, num 4. nullo modo leges 12. tab.  
meminisse potuerunt Prætoris, &  
Magistratus nondum creati: creatus  
etim fuit Prætor anno ab V. C. 387.  
secundum A. Contium in fastis consu-  
laribus, Licius lib. 7. Stephan. Pighius  
in annalib. lib. 4. & Broðæus: quo fun-  
damento ante à me præviso, quam  
in illud inciderē, F. Balduin. in prolog.  
*ad l. 12. tab. num. 88.* non esse veras leges  
12. tab. istas, quas præmanibus habe-  
mus, scribit: & contrariū sentientibus  
irritet in quo fundamento, & senten-  
tia & Ant. August. fuit ad l. 12. tabull. in  
exordio. Undē Pollet. lib. 3. historia for.  
Romani, cap. 4. legem illam 12. tab. inter  
eos dies, trinitis nundinis contiuus ad Pre-  
torem in comitium producito, quanta que  
pecunia iudicatus erit, prædictato: de Cō-  
sole accipit, quia (vt supradixi) Præto-  
ris appellatione antiquitus omnes  
magistratus comprehendebantur, cū  
nullo modo de proprio Prætoris ma-  
gistratu possent.
- Parum sententiam nostram con-  
sideratio ista remorabitur, si conside-  
rauerimus Ciceronem in suis legibus  
componendis, illis scilicet, quas præ-  
dictis suis libris de legibus, attendisse  
primo leges 12. tab. vt in illis verbis iā  
à me datis demonstravi, leges autem à  
me edentur, non perfectæ, nam ēst in fini-  
tum; sed ipsæ summarerum, ac sententia  
etia m & leges Numæ, vt ipse de-  
monstrat expresse lib. 2. Conclusa ēst  
equidem apie iam magnalex, sāne quām  
breui. & vt mihi quid ē videtur, nō mul-  
tam discrepat ista constitutio religionum  
à legibus Numæ, nostris que moribus, &  
nostrum ius ciuale, mores & recepta  
iura

iura P. Romani, & proxima verba demonstrant, & subsequentia. An censes, cum in illis de Republica libris persuaderetur ideatur Africanus, omnium rerum publicarum nostram vetrem illam fuisse optimam, non necesse esse, optimae & i publicæ leges dare consentaneas? Att. imo prorsus tua censio. M. Ergo adeo expetata leges, qua genus illud optimum & i publicæ concincent, & si qua forte hodie à meroribus, quæ non sunt in nostra Republica, nec fuerint, tamen erant sere in more maiorum, quod tum vi lex, valbat: & ante lib. 1. de leg. Completa tenda in hac disputatione tota causa universi iuris est, ac legum: vi hoc ciuile, quod atcimus, in paruum quandam, & angustum locum cocludatur naturæ: natura enim iuris nobis explicanda est, eaque ab hominis repetenda natura, considerandæ leges, quibus ciuitates regi debent: tum hæc tractanda, qua composita sunt, & descripta iura, & iusa populorū, in quibus ne nostri quidem populi latebant, quæ vocantur iura ciuilia, & lib. 3. ibi: Et ut insit uero, nostra iura attingam: probat longius noster A. Augustin. ad l. 12. tab. in princip. Inde prouenit, quod quamvis legum 12. tab. tempore Prætoris, Ædelis, aliorum que officiorū magistratus creantur non essent, tamen eorum officia, atque potestatem comprehendit in suis legibus Cicero, ut ipsemet aperte profitetur lib. 3. de legib. Quam brevi frater in conspectu posita est à te omnium magistratum descriptio: sed ea pene nostra ciuitatis, & si à te paululum allatum est noui, & infra, nam si habetote magistratus, ipsique qui præfunt contineri Republicam, & ex eorum compositione, quod curiusque in republica genus sit intelligitur, cum sapientissime, moderatissimeque constituta esset à maioribus nostris, nihil habui sane, non modo malum, quod putarem nonandum in legibus. Adeo his, plurimas postea latas leges, 35 re que cunctum ius ciuile, & in foro propositum, ipsisque legibus 12. tab.

additum: Valer. Maxim. lib. 2. capit. 1. Ius ciuile per multa Scenula inter sacra ceremonias que Deorum immortalium abditum, solisque Pontificibus notum C.N. Flavius Libertino patregentus, & scriba cu ingeni nobilitatis indignatione factus Ædelis Curialis, ac fastos iotopenes foro exposuit, T. Linus lib. 9. ius ciuile repositum in penetralibus Pontificum, vulgarit, fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur, conuenient quæ referri Lipsius ad ll. duodecim virales. A. Augustin. de leg. cap. 2 in fin. I Rosin. de antiquit. Roman. lib. 8. cap. 2. in fin. Hinc de primis, quod cum Cicero priores 12. tab. leges, attendere non potuisse, ad præscribendum suas decognitione Prætoria, formasse, & com postuisse eas, iuxta receptam creationem magistratus, ei que attributam potestatem, acceptum que iurisdictionis usum: præcipue cu affirmet se in suis de legibus libris describere omnes Republicæ Romanæ magistratus, quod cum ita esset, & cognitionem Prætoribus attribuat ordinariam, de omnibus causis, id non aliter accipere poterimus, quam quod ita legibus maioribus iure ciuili receptum esset, quod in euitabile animaduersio- nis telam, quantum transfigit aduersos; tantum nostram sententiam adserit. Nam quantumvis instare conetur contrarij, Ciceronem alias, non in populo Romano recepias, præscribere leges in suis libris, ut ex locis proxime datis elici potest, alijsque facile inducendis, id saltim obtinere posset, non quoad Prætorem, proprium Romæ magistratum, sed quoad aliam legem, eam que raram inter suas, præmaxime cum præfatur, Romanos describere magistratus: quis & quāmentē, placidoque iudicio audebit de Prætore leges non adaptare Romano? cu & aliæ gentes, nunquam nisi à Romano imperio habuerint, & acceperint. Lex autem quam de Consule interpretatur  
Polletus

Poletus spurijs ab eo verbis supponitur legitima autem A. Gellius tradit lib. 20. Noit. Atticarum cap. 1. sine vlla Prætoris mentione, & nomine, quæ & agnoscant Vinandus Pighius, Rosin, & cæteri 12. tabularum, Scholastæ: & si de Prætore loqueretur, necessario de Consule acciperem ( utpote prædicti) cum certa 12. tabullarum verba cōtineret: nihilque impediret, quo minus de Prætore proprio nostram Ciceronis legem acciperem . Nam quantumuis in antiquiori Roma ante creatum Prætorem, Reges, & Consules nuncuparenur Prætores , quia præibant, non sic post Prætoris creatum magistratum, cui adiectum hoc nomen, & consolidatum, ut prænotarunt iam præcensiti interpretes supr. num. 20. & colligitur ex Cic de le gibis lib. 3. leges diuersas, & distinctas Consulū magistratui & Prætoris attribuētis, & s̄pē alibi. Ex tam longe petitis,

38 ecquidem colligemus Prætorem de priuatis causis potuisse cognoscere, cui quidem sententiæ ad ludit alia ciudem Ciceronis lex ex lib. 3. omnes magistratus auspiciū, iudiciūque habento, & id quare, ipsem̄ subinterpretatur Cic. in his verbis, deinceps igitur omnibus magistratibus auspicia, & iudicia dāzur: iudicia, ut effet populi potestas, ad quā pronocaretur, ergo & Prætor magnus Romæ magistratus, & ex præcipuis, cuius potestatem si consideremus tātamque, ut absentibus substituerentur consulibus, eorumque præsentū no minarentur collegæ, ut exeruditis P.

39 Fab. obseruauit ad tit. de origin. iur. in princip. & Lipsius ad Paneg. Plini⁹ num. 912. & Livi⁹ ab his omissis in verbis supra datis ex lib. 7. Fere temerarium censem̄t, cognitionē istam ordinariam cuiuscumque priuatæ de negare. Si enim absolute potestas Prætoria continebatur his vocibus, do, di-  
40 co, addico, ut ex Quid. I. Fast. probatur.

Ille nefastus erit, per quem tria verba si lentur.

Fastus erit, per quem legi licebit agi.

(Qnō loci in feliciter id explicat Antonius Costantius Fanensis, Paulus Marsius, Hercules Ciofanus, Gregorius Bersmannus) & probat etiam M. Terentius Varr. lib. 1. de ling. lat. Macrob. lib. 1. Saturn. Cuiac. ad Vlp. tit. 19. F. Connan. lib. 7. comm. cap. 9. numer. 5. Brison lib. 3. form. P. Ricciard. ad rub. inst. de bon. poss. num. 8 t. I. Rosin. libr. 7. antiq. Rom. cap. 11. & lib. 9. cap. 9. quis restringet plenissimam potestatem, cum in illis verbis nō solum datio iudicium, sed & cognitione, & executio cōtineatur, cum respectu Ciceronia-  
næ legis, qui priuata indicet, iudicari ve inbeat, vndē Alconius Pedian. in Verre lib. 2. sunt autem instituta Prætorum in decretis interponendis iudicandi queca-  
sis.

Relinquamus 12. tabularum leges, & si lector minus certa, præiudicata probauerit (quod nequitur spero) probabit sane perelegantia, expressa 45 Cicero. Plautique loca, nisi contumaci animo reluctatus fuerit: Cicero autē seu autor ad Herennium libr. 2. dū de contrarijs sententijs diserit, ista subiicit. Et sit ut de eadem re sepe alius, aliud decrecerit, aut indicauerit, quod genus M. Drusus Prætor urbanus, quod cū bē rede mandati ageretur, iudicium reddidit. Sex. Tultus non reddidit. Plautus autem in Circulion. act. 5. scen. 3. sermonē inducit de Capadoce lenone, qui vocibus extorquebat à Lycone Trapezita, quam expromiserat, pecuniam: Lyco autē, cum se nimis à lenone vrgeri videretur, voluit ipsum in ius vocare, timuit que leno, ne apud Prætore vinceretur: ipsissima Plauti verbala sunt, loquente lenone:

Postquam nihil fit, clamore hominem pos-  
eo, ille in ius me vocat,  
Pessime metui ne mihi hodie apud Præto-  
rem solueret,

En tibi causam privatam, vocationem  
qae in ius apud Prætorem, à quo in  
contrarium leno præsumebat, mette-  
baque sententiam: indicabat ergo  
Prætor: nā quā aliter præindicat ulsi-  
mus comicus contrareceptum P. Ro-  
mani morem talia insereret? Nā quod  
L. Lambinus de cessione honorū in-  
fert, figura, somnia que nugatoria  
sunt, & sic similiter qui alio inuadat  
loco, de indicis datione: quā nec Plau-  
tina verba patiuntur, nec Plauti mens,  
& sententia: somniabit utique. Alter  
codem att. & Senea subiicitur locus,  
nam cum à Lycone Trapezita leno is-  
te habuisset pecuniam per eiusdam  
fraudem, quæ quidem militis erat, &  
apud argentarium Lyconem habebat  
repositam: vii lenonem offendit, ex-  
torquere ab eo multis minarum ver-  
bis conatus fuit, tandem que conterri-  
tus leno dixit admilitem.

*Tu me sequere. M. quo sequar ego te? Ca.  
ad Trapezitam meum.*

*Ad Prætorem: nam inde rem soluo omni-  
bus, quibus debeo.*

Ex restitutione Valentis Acidalij Indi-  
nationibus adhunc locum: nam quam-  
vis Lambin. & Simeo Bosius, atque  
Philip. Pareus comminiscantur, quid  
diuinatorium decessione bonorum,  
de conditione obturpem causam, iam  
Vlr. Pistoris, & ex eo Taubmanus re-  
fellerunt. Horum interpretatio ve-  
rior est, cum quibus & ego reapse cō-  
uenio, sed nos (ni fallor) certiori factu  
ad Plautum, sententia ergo nostra est:  
quod in hac comœdia magna mentio  
sit Lyconis Trapezitæ, & in actu ibi.

*Me ipso præsente, & Lycone Trapezita.*  
Et cum vrgeris se leno ad exactiōnē  
videret amilite, vt sequatur ipsum, ro-  
gat, ad Trapezitam solum: quis autem  
lenonis Trapezita erat? Prætor: quē  
& Trapezitam vocat, relatione facta  
ad Trapezitam militis Lyconem: nā  
ut potè ex pecunia in eo re posita sol-  
uebat miles, sic leno ex Trapezita

Prætore: sed qualiter apud Prætorem  
eam faciebat solutionem? peirando  
apud ipsum Prætorem, se nihil debe-  
re, vt fuerunt interpretati Pistoris, &  
Taubman. vt ipse met leno parum ante  
demonstrat in eadem cum milite  
rika.

*M. quād ne promissi? Ca. qui promisi? P.  
H. lingua. Ca. eadem nanc nego.  
Discendit non rem perdendi gratia haec na-  
ta est mihi.*

Nam lenones periurijs fuisse infames,  
Pistoris probat: sic ergo cum per has  
fraudes absoluī sideret leno à Præto-  
re, cognoscebat ecquidem de privatis  
causis, nec insiciari quisquam iam po-  
terit, nī quitenere brate phœbum in me-  
dio cœli, percito iudicij visu, aut ma-  
uerit. Addo Appian. 2. bell. ciu. ibi: Bru-  
tus interim summo mane in portico, quæ  
ante theatrum sita erat, exigētibus ab eo,  
veluti Prætor, ius administrabat, idem  
lib. 3. Orta luce, Dolabella Trebonij caput  
prætorio in folio, quo indicare solitus erat,  
iussit affigi. Alia Plauti, & Cic. Con-  
sulto omitti, cum expresa ista super-  
que sint; cetera alijs relinquo, ne vi-  
deamus nimis molesti illis, qui barba-  
re istas antiquitates irsident, & cir-  
cunscribunt religionem iuri ciibili: de  
quo in capite sequenti erit nostra cō-  
certatio. Sed insuper addo, nostram  
ad eōverā esse sententiam, quod Præto-  
res ad libitum sibi reseruarent nego-  
tiorum cognitionem, vel iudicibus da-  
rent: imò aduocati eorum cognitionē  
à Prætoribus exortarent, vt Sulpicius  
Appollinaris in quadam epistola scrip-  
tum reliquit, apud A. Gelium lib. 15.  
noct. Atticar. cap. 5. verba accipe. Qua-  
propter urbanissime respondisse Prætore,  
non in dictum visum barbaulo euidam  
ex aduocatorum turba Sulpicius Apollin-  
naris in quadam epistola scriptū reliquit:  
nam cum illo inquit Rabula, audaculus  
ita postulasset, verba que ita fecisset. om-  
nia vir clarissime negotia, de quibus recog-  
niturum esse hodie dixisti, diligenter, &  
veloci-

velocitate tua profigata sunt rnum id  
solum relittam est, de quo rogo analias: tu  
Prætor, satis ridicule: an illa negotia, de  
quibus iam cognouisse medicis profigata  
sunt, ecquidem nescio: hoc autem negotium,

quod in te incidit procul dubio sine id ac-  
cidiā. sine non audiū profigatum est,  
vii ex his, & alijs imperite eruditus B.  
Brisonius obseruat lib. 5 formular. fol.  
mibi 41.

## C A P. VI.

**A** Recta iuris civilis cognitione Prætoria cognitione adseritur. 1. Magnum  
fundamentum ex l. Titia 35. S. 1. D. de aur. & argent. legat. 2.  
Laus doctissimi D. Martin. Larriategui, eiusque interpretatio de-  
fensa. 3. Prætor fideicommissarius hac nota ab Urbano distinguebatur. 4. Ex-  
penditur l. 5. S. 1. D. depositi, & l. si stipulatus, S. 1. D. de solutionibus  
& l. quidam 21. D. de rebus credit. 5. L. metum 9. S. sed quod Præ-  
tor 3. D. quod metus causa. 6. Prætor Peregrinus. 7. Campani municipes  
erant. 8. Restitutio in integrum Magistratus municipalibus non permitte-  
batur. 9. Municipes in quibus in re Romano tuerentur. 10. Et an coram Prae-  
tore Urbano contendenter. 11. Municipū Stationes in foro Romano. 12. Prae-  
fecturas Prætor regebat Urbanus. 13. Restitutionū causæ quatenus ad Prae-  
toriam cognitionem pertineant. 14. Extenditur l. ubiqueque 105. D. de  
reg. iur. 15. Præfides Provinciarum de quibus causis cognoscerent. 16. L. 8.  
& 9. D. de officio Præsid. interpretantur. 17. Formula rescriptorum im-  
perialium ad Præfides. Adite & 18. L. 1. C. de ordin. iudiciorum expli-  
catur. 19. Status causa præmaxime Præsidibus attributa erat. 20. Et pupil-  
lorum. 21. Approbatur Donelli interpretatio ad dict. l. 1. 22. Fabri, Duare-  
ni, & aliorum reiicitur. 23. Iude x an pertineat ad Præsidem. 24. Sine  
controversia Prætor in primitiva Magistratus creatione cognoscebat deprimatis  
causis. 25. Lex solum Prætoribus permisit indices dare. 26. Nec si ipsi  
cognoscere non possent, nec dare indices. 27. Aestimatur Prætoris potestas.  
28. Adducitur, & consideratur l. cum Prætor 12. S. 1. D. de iudiciis. 29.  
Secundum axioma in hac questione. 30. Ius erat ordinarium Prætori iudices  
dare. 31. Causa facti ad centum virale iudicium. 32. Cui Prætor presidebat.  
33. Id quando volebat ipse. 34. Cognoscebat plerumq; Prætor de causa sum-  
marijs, & facilis expeditionis. 35. Si causa erat facti, recuperatorium iudi-  
cium dabant. 36. Sed aliquando, & ipse cognovit 37.

**P**RIMVM adhuc propugna-  
mus, adserimus q; axioma. Præ-  
torē deprimatis causis potuisse cog-  
noscere, ipso que iure civili adsertore,  
auxiliari que conamur: crudelior ec-  
quidē sistet pugna in medijs iurispru-  
dentiaz campis: sed n̄ xqua fallit spes,  
nō irriti nostri coronabūtur conatus.  
Nostras partes securissime agit, &

defensati. Paulus libr. 14. respons. a dict.  
l. Titia 35. S. 1. D. de auro, & argento le-  
gato ( qua sola compulit in istas di-  
gresionis angustias ) in ea autem  
Paulus tractat delite contestata co-  
ram Prætorie super ligati petitione  
in cuius causa sententiam ipsummet  
Prætorem, non ambigue constat  
protulisse. Hoc nec alio fulci-  
mento

mēto indigebat fundāmentū, eum  
rupe firmius propria virtute p̄ se sta-  
ret, sed conuasant Duaren. in Apolo-  
gia aduersus Baronem, cap. 6. I. Cuiacius  
ad lib. 1. 4. responsorū Pauli, dicentes in  
Iuris Consul̄to legatum pro fideicom-  
missio accipiendo esse, & Prætorem,  
pro fideicommissario. Sed iam ob-  
uiam prauit duobus, & si qui sunt alij  
3. Magnus nostræ Iuris prudentia sacer-  
dos, integerrimusq; iudex in hæc Re-  
gati Curi, olim in celebri Salmanti-  
na Academia de corus toga, insignis  
Atletha. D.D. Martin. Larriategui lib.  
5. selett. cap. 5. in fine, legato & Præto-  
ri Urbano verba attribuens Consulti,  
admiratiōne iusta prosequens Cuiaciu-  
m, tantum virum, quod in ea fuerit  
sentia, seu errore: & post hæc scripta  
legi Fabrum in tractat. de varijs num-  
mar. debit. solutionib. cap. 7. sic, nobiscū  
fere, eandem l. Titie in §. 1. accipientē  
Ego sane, quantumvis tantum Aia-  
cis clupeus non tutaretur, & aude-  
rem congregi cum illis, præuolat ma-  
xime ad audatiam iusta causa, & ratio.  
Nam cum considero tractat. Paulum  
expressè de damnationis legato, ut sa-  
tis aperitur in ipsis legis principio:  
cuique thesi adaptat Consul̄tus nōmē  
legati, nescio, quo interpretationis  
fundamento retorqueant Cuiacius, &  
Duaren. 7. legatum ad fideicommis-  
sum: quod quidem nullus certi iudi-  
cij ferre posset: sed multo minus quā-  
do animaduertat, doctissimos istos vi-  
ros pro sua tenaciter defendanda sen-  
tentia, non vnam solam diuinationē  
supponere, sed duplē: vnam de fi-  
deicommissio in legato: alteram de  
Prætore in fideicommissario Præto-  
re, nam per excellentiam dū expres-  
se non constat contrarium, cum sit  
nobilior Magistratus Urbanus, sem-  
per intelligendus est. Hic autem tan-  
tum abest, vt non patiatur materia, sed  
reluctetur, cū quæstio fuerit de dam-  
nationis legato. Mirarer ecquidem

in curiam seu Triboniani, seu ipiusf<sup>4</sup>  
mer Consulti; quod si incidisset res-  
ponsum in fideicommissio, aut saltim  
suo nomine nō nūcuparet, aut nō sub-  
deret Prætoris fideicommissarij vo-  
cem, vt in l. si cui legato 42. D. de condi-  
tion. & demonstrat. l. quæstum 78. §. cum  
vir de legat. 3. l. 4. in fine, quibus ad liber-  
tatem. Denique repetitæ hæc supposi-  
tiones ab elegantia, à puritate propri-  
simæ loquendi Iuris Consul̄torum  
longe lateque abhorrent, secundum  
ea quæ supræ cap. 2. ediscimus: super  
est ergo, Prætorem Urbanum decau-  
sis priuatis potuisse cognoscere, &  
evidenter ex hoc I. Pauli responso  
elici.

Hanc etiam sententiam elicere g  
possimus ex l. 5. §. 1. D. deposito. & ex  
pomponio in l. si stipulatus, §. 1. D. de  
solutionib; ibi: Optimum quidem esse, si  
Prætor adiutor inssit me parti heredam  
eam lance tradere, nam cum defun-  
tus lance depositisset, qui plures  
reliquerat heredes, eorum pars depo-  
sitariū pro lance interpellabat, res-  
pondetque Consul̄tus, securissime de-  
positariū agere, si iusta Prætoris lan-  
cem tradat, quod, & in responsi fine  
repetit, optimum autem est, id per Ma-  
gistratum agere, en depositi causam co-  
ram Prætore definitam, quæ nec nu-  
mero continetur extraordinariæ cog-  
nitioñ specialiter ad Prætorem per-  
tinentis: quæ quidem causa in l. 1. D.  
de iurisdict. & in m. de varijs extraor-  
dinarijs cognit. comprehenduntur. Sed  
quid expressius, quam Juliani res-  
ponsum in l. quidam 2. 1. D. dæribus cre-  
dit. ibi: Sed in virag. causa humanus fa-  
cturus videtur Prætor si actorem com-  
pulerit ad accipendum id, quod offera-  
tur, cum ad officium eius pertinent, lices-  
deminaere, quod in tantam despera-  
tionem exegit Anton. Fabiū dict. cap.  
7. de varijs numeror. debitor. solutionib.  
ns, quod suspectum Tribonianū at-  
tribuerit. Fabet etiam his partibus  
Vopian.

6 Vlpian.in l.metum 9. §. sed quod Praetor  
3.D. quod metus causa, in quo cum Cā-  
pani metum cuidam iniussent, per  
eumque pollicitationis extorsissent  
cautionem, rescriptum ab Imperato-  
re fuit, posse eum (verba Vlpiani sunt)  
in Pratore in integrum restitutionē postu-  
lare, & Pratore, me adsidente, inter lo-  
quutum fuiss, &c. en restitutionis cau-

7 tam apud Praetorem decisam . Nec  
suspiceris Praetorem Peregrinū fau-  
se, qui inter peregrinos, vel inter Ro-  
manos, & peregrinos reddebat ius ex  
l. 2. §. post aliquod 28 D. de orig. iur. latē  
Caluin. de Magistratibus P. Romani in  
Pratore peregrino, & sic causam inter  
Campanos, & alium Romanum, vel

8 peregrinum discussam fuisse: quia Cā-  
pani municipes erant P. Romani, ut  
lib. 8. Liuius insinuat, ibi: Equitibus Cā-  
panis honoris causa, quis Latinus rebellare  
renoluissent, ciuitas sine suffragijs data:  
postea id auctu m Campanis omnibus  
non solum equitibus. Velle. Patercul.  
lib. 1. cap. 4. sp. Posthumio Vetorio Calui-  
no Consulibus Campanis data est ciuitas  
partique Samnitum, sine suffragio: quod  
respxit Liuius d. lib. 8. Cumanos Sues-  
fulanos, qui eiusdem iuris conditionisque  
ciuius Capuam esse, placuit (Capua enim  
Campanorum caput erat, ut ex anti-  
quis probat Franciscus Scotus libr. 3.  
Itinerar. Italiae fol. mihi 590.) & quidē  
apud Sil. Italicum lib. 1. Capuam  
Hortatur summi partem depositare iuris.  
Atque alternatos sociato consule fasces.  
Et si partita renuant, sedisse curuli.  
Et quatuor decaus, geminasque vide-  
re secures.

Vltorem ante oculos, at quo ora astare re-  
pulse.

Et sic Campaniam intermunicipia re-  
ferant Gothofred. dicit. § sed quod Prae-  
tor. Onuphrius Panini. in Imperio Ro-  
man. fol. mihi 103. Inst. Lips. in animad-  
uers. ad Vell. Pater. dicit. lib. 1. c. 14. Ste-  
phan. Pighius in Annalib. P. Roman. lib.

9 5. anno 419. Nec magistratibus munici-

cipalibus restitutio integrum permis-  
sa erat, & ea qua 26. D. admunicip. que  
consideratio sola sufficeret pro nos-  
tra interpretatione. Præcipue si con-  
sideres tempore Vlpiani, iam Antoni-  
num præscripsisse piissimam constitu-  
tionem, de qua in Lorbe Romano, D. de  
Statu hominum, per quam cuncti impe-  
rio Romano subditi, Ciues Romani  
effecti sunt, quam nos infra longodis-  
cutimus examine.

Quis autem addubitat munici-  
pium iure P. Romani nō caruisse: & in  
cunctis cuncta veluti ciuem Roma-  
num sane egisse: præter si suffraginum, in  
quo aliquando discernebantur munici-  
pia, l. 1. D. ad municip. Festus verbo,  
municipium, A. Gellius lib. 19. Noct. Att.  
cap. 13. interpretes Martialis paſsim  
Panciroli. lib. 2. variar. lect. cap. 147. &  
244. & multi alij, præter eosquos no-  
ster Amay. refert ad titulum. C. de in-  
telis lib. 10. alijq; à nobis infra referē-  
di. Non dubito quim municipales ci-  
ties coram Praetore Urbano, veluti P.  
Romani cities, pluries suas tractau-  
rint causas, probant latē Cuiac. lib. 1. ad  
edictum Paul. in l. ubi cumque 105. D. de  
reg. iur. P. Faber. & Rebard. in eadem  
lege. Et sic in foro Romano municipia  
suas stationes habebant, vbi expecta-  
bant, dum Magistratus sibiis redde-  
bat P. enim Victor: de reg. urbis reg. 8.  
& Onuphrius Panini. in urbe Roman.  
fol. 192. meminerunt stationum mu-  
nicipiorum, quas in eundem sensum  
aceperunt Adrian. Turneb lib. 1. ad-  
uersar. cap. 17. qui dat Plinium lib. 16.  
cap. 44. radices eius in forum, usque  
Cesaris, per stationes municipiorum pe-  
netrant, & Iuuen. Satyr. 11. in principio,  
atque C. Barthius lib. 2. aduers. cap. 22.  
qui & Valerio Maxim. iuuatur lib. 11.  
cap. 1. sed maximi ponderis est simili-  
tudinis argumentum, quod cum Prae-  
fectura tantam cum municipijs affi-  
nitatem haberent, immo ipsissima erant  
municipia aliquando, ut probat Ro-

fin. lib. 10. antiq. Roman. cap. 22. has ec-  
quidem Praefecturas Prætor regebat  
13 Urbanus, & in eas iudicessit. Ita  
Iste Festo sub hoc verbo: non ergo de  
Prætore peregrino accipiendus est  
Vlpian. dict. q. sed quod Prætor, sed de  
Vibano. Et quamvis restitutionum  
causæ ad Prætoriam cognitionem  
14 pertinere videantur, l. 1. §. de qua re de  
postulando, l. 3. D. de in integrum restit.  
l. quod si minor, §. fin. D. de minoribus, ta-  
men id admittemus libenter in resti-  
tutionum causis ratione ætatis, mino-  
rum veluti: quas ex officio suo cog-  
noscere necessario Prætor debebat,  
cum Prætorum protectioni mino-  
res, eorumque res in iure nostro ciui-  
li commissæ fuerint, probat latè, &  
eleganter Brisonius libr. 5. formul. fol.  
mibi 442. Iacob. Menoch. de arbitra-  
rijs lib. 1. quest. 2. num. 11. Duaren. in  
commentario ad titulum, D. de iudicij,  
cap. 3. Alexand. ab Alexand. lib. 2. dier.  
gen. cap. 15. l. 1. de iurisd. l. Æmilius, D.  
de minoribus, & expressus est, dict. §. f.  
aliud enim est in restitutionibus ex a-  
lijs causis, quæ cum in officio Præto-  
riæ iurisdictionis continentur, dict.  
l. 1. §. de quare, mandari poterant, &  
earum iudicium dari, argumen. l. 1. §.  
4. D. de suspect. tut. l. 1. D. de iurisd. l.  
fin. C. vbi, & apud quem eleganter ex-  
pli cat Scipio Gentilis lib. 2. de iuris di-  
ction. cap. 22. Cui. in l. 3. D. de in integrum  
restitution. A. Faber. lib. 4. coniect. cap.  
7. Gifan. d. l. vlt. plurimos Osual. refert  
ad Donell. lib. 21. com. c. vlt. lit. B. à qui-  
bus hanc contentiosam disquisitionem  
paccare poteris: qui nos semper, &  
vbi que possumus omnia euoluere? ex  
quibus magis, ac magis nostra adseri-  
tur sententia: si enim restitutionis cog-  
nitionem, quæ causa cognitafiebat,  
l. 3. D. de in integrum rest. Prætor man-  
dare, dare que eius iudicium poterat,  
ipse tamen subiit d. l. metu 9. §. sed quod  
Prætor, D. quod metu causa, & in l. Di-  
gnus 7. D. de in integrum rest. id in causa

erat, quia liberrimum fuerat Prætori,  
aut cognoscere, aut dare iudices. Ni  
vehementer fallor, pro regula asserta  
in nostro iure id proponitur à Paulo 15  
in l. vbi cumque 105. D. de reg. iur. vbi cu-  
que causa cognitio est, ibi Prætor deside-  
ratur, cum enim omnes iuris ciuilis re-  
gula ex assertis iuris principijs enu-  
clearæ sint, & quod in illis varijs res-  
ponsis, & quæstionibus dispersum est:  
in his contrahitur, & quasi exprimi-  
tur, l. 1. D. de reg. iur. sicut desumitur  
regula decognitione Prætoria, ut pro  
regula certa tradatur, causarum cog-  
nitione ad Prætorē pertinere, ad quod  
iste Magistratus creatus fuit (ut capite  
præcedenti scripsi) postea propter in-  
gentes occupationes cōcessum, & per  
missum fuit, dare iudices, l. cum Prætor  
12. q. 1. D. de iud. l. 2. C. de pedan. iud. sed  
semper illa fuit regula, ut vbi cumque  
causa cognitio esset, ibi desideraretur  
Prætor. Non me latet, alio hanc regu-  
lam vertere Cui. in recit. ad lib. 1. edic-  
ti Paul. Reb. & Fab. in ea, scilicet ad co-  
gnitionem Prætoriæ, circa ciues Mu-  
nicipales, sed id conjectura est ab ins-  
criptione, nec vlo verbo legi iuuata,  
contra interpretatio certa ex ipsis ver-  
bis, & principijs iuris: illam autem ego  
semper admittere, quando non alio  
conuersti difficultas patitur, & multa  
concurrunt, quæ ad id credendum ani-  
mum inducunt: non vero quando sine  
ea divinatione stat ex verbis intelle-  
ctus, & nihil dissonū retundit aures.

Præscriptis addo, rem extra omnē  
controversiam esse. Præsidibus Pro-  
vinciarum liberum fuisse: aut priuatas  
causas ipsos definire; aut in ipsis iudi-  
ces dare l. sepe 8. cum l. sequenti, D. de o-  
ficio Præsidis, & tamen nullus ad dubi-  
tare debet, præmaxime occupatio-  
nibus impeditos grauioribus, quam  
Prætores: ut potè qui alijs Magistra-  
tibus in viba coadiuvianterant. Quod  
autem retorquet Duaren. in Apolog.  
adversus Æguinat. Baronem de iurisdi-  
ctione

Eione, leges 8. & 9. D. de officio Praesid.  
 17 de interpretatione agere rescripti, cu  
 litigatores Imperator ad Prouinciarum Praesides remittit, vt tunc aut ipsi cognoscant, aut causis remissis iudicent, nonvero de iure ordinario, cum eo semper indices darent: plane Duareni subterfugium est, & (ut libere loquar) suæ cōpinioris perniciatio: nam præter quod satis Praesidis cognitionem aperiant l. si quis 7. D. de relig. & sumptib. l. o. cum suis §§. D. de offic. Proconsul. l. obseruandum 19. D. de offic. Praesid. l. vntc. C. Theod. de offic. rector. Prouin. l. sic ubi 7. C. Th. de censu, sine adscriptione. l. pen. D. de rescind. vendit. non inuenio rationē, quas subsistat ea interpretatio rescripti: si iure ordinario id Praesidi non licebat: immo mulro magis si ordinario iure Praesides dare iudices possunt, id non videbatur permisum ex facultate rescripti, formula enim Imperatorum erat, dicere litigatoribus in eis. Addite Praesidē prouincia, vel aliud simile, quo videbatur specialiter cognitione commissa ipsi met Praesidibus causæ, l. 1. C. de ord. indiciorum ibi: Adite Praesidem prouincia, l. si pater 8. C. quando provocare non sinecesserit, ibi aditus Praes prouincia, l. si curatoris 9. C. de iure de liberan. ibi: Rector igitur prouincia aditus, l. 1. C. si rutor, vel curator internenerit, l. si credutores 18. C. de pact. l. congruentius 4. C. de patria potestat. l. ardo 3. C. de executionib. ret iudicata, l. si scrutat 11. C. de fideicom. liber. l. cum ultra p. C. de non numerat. pecun. Unde cum speciali iure hæ causæ delegata Praesidibus viderentur potius videbatur nullam potestatem residence Praesidibus dandi iudices, sed potius cognoscendi, argumen. l. 1. D. de officio eius, cui mandat est iurisdictio, sed cum ex Iuliani, & Callistrati sententiadict. l. 8. & 9. possint libere, aut cognoscere Praesides, aut dare iudices, nulla alia ratione id potest subsistere, quam quia & id iure ordinario licebat in omni-

bus causis, quim illud ius ex remissione simpliciter Imperatorum peruerteretur, nisi aliud expresse in rescriptis additum foret, quæ recta fuit dubitandiratio irre Consultis.

Quid ergo est, quod Imperatores 19 Severus, & Antoninus rescripserunt dict. l. 1. C. de ordine indiciorum, quod tam varia interpretatione, & emendatione fecerunt interpretes, ut potè Gothofred A. Faber lib. 7. consil. cap. 8. Hotoman. 6. obseruat. cap. 6. A. Gouean. lib. 1. var. lect. cap. 33. M. LyKlamma 4. membran. & alij, quos refert Osuald. ad Donell. lib. 17. comm. cap. 9. lit. 2. maiorem errorem insinuanit Pancirolus lib. 1. cap. 33. var. lect. Difficulitas enim inde prorupit, quod videantur Imperatores causæ cognitionem status Praesidibus denegare, quod durum, atque immane iudicatur, & quia cognitione Praesidum prouinciarum absolutissima erat, & quia status causa præmaxime iphis Praesidibus attributa erat l. 5. C. de ordine cognit. l. si pater 20 7. C. ne de statu defunct. cum alijs, quas praescripti interpretes praescripsérunt in suis locis, videndumisque est Osuald. ad Dom. lib. 17. com. cap. 2. lit. K. & quia cum pupilli versaretur iudicium in prouincijs Praesidum erat cognitione, ut potè Praetorum Romæ, viiiiam diximus, & latè colligitur dict. lib. 5. form. quæque admista est, in nostro iure ciuili paritas, l. ex omnib. 10. D. de officio Praesid. Quia in controvërsia semper 22 mihi placuit Donell. dict. lib. 17. cap. 9. sentiens, Imperatores non status causæ cognitionem denegare Praesidibus, sed concessive supponere in maiorem vim, & comprobatione rescripti, ut vulgari more, & nos in controvërsijs ponimus, & instantias disputationi concedimus, explicat latius Donellus à quo melius interpretationem istam accipies, quam à nobis. Faber & alij supra, Duaren. in commentario ad titulum de indicijs, cap. 3. Anton. Gui-

ber. lib. 1. variarum questionum, cap. 9.  
 à num. 1. dationem iudicis interuenisse auspicantur, quia iudicis mentionem rescriptum suggesterit, quæ iudicato; non Præsidij congruere potest, hæc non leuis ad suam emendationē conjectura: sed proh Deus! quam leuis, quam iniqua, & à notitia iuris ciuilis aliena: quid respondebunt Vl piano in dict. l. si quis sepulchrum 17. D. de religiosis, & sumptibus funer. ibi: Præses etiam compellere debet, iusto pretio iter eis prestari; ita tamen ut index etiam de oportunitate loci prospiciat, & alijs quam plurimis, vbi promiscue Præsides, & Prætores iudices appellantur, vt l. 5. §. 2. D. depositi (quem & in rationali eius Ant. Faber. hoc falso, propter alia, fundamento Triboniano adscribit) l. à iudice 5. C. de iudicij, l. à quilius Regulus 27. (vt intelligit Eduard. Caldeir. v. lect. lib. 3. cap. 5. num. 8.) l. voluit 3. §. 1. D. de interrogat. actionib. l. 1. C. Theod. de iurisdiction. l. annis, C. Theodos. de ijs quæ administrantibus, vel officium publicum gerentibus, l. 1. & per totum titulum, C. Theodos. de officio rectoris provincie, l. 4. C. Theodos. ne sanctum baptism. iter, atque lex illa, quæ à Cicer. refertur libr. 3. delegibus. Regio imperio duo sumpto ij que preeundo, iudicando, consulendo, Prætores iudices Consules appellantur, Liuius lib. 3. (verba capite præcedenti dedimus) ibi: Iudicem enim Consulem appellari, eleganter obseruat Osuald. ad Donnell lib. 17. commentar. cap. 21. lit. C. & I. Quintanadueñ. de iurisdict. & imperio lib. 1. cap. 2. num. 1. Caldeir. dict. cap. 5. Salmasius in Spartan. in Adriano, & eruditæ probat docto suo commentario de leg. Aquil. D. Ioan. Suar. libr. 2. cap. 2. sect. 9. num. 7. & cap. 10 (qui post hæc scripta ad me peruenit) Casaubon. in Spartan. ad Adrianum pag. 4. nec negare potuerunt (quamvis contrarium senserunt) Panciro. dict. lib. 2. cap. 33. A. Guibert. dict. cap. 9. num. 7. verum e-

nim est, quod aliquando iudices à Magistratis discernuntur: sed id efficit subiecta materia, & discretionis necessaria ratio, vt index datus à Magistratu distinguatur, vel propter aliam similem rationem, si enim Prætores, Præsides iudicant, quare iudices nomine venerando nuncupari non licet, cum ergo Præsides iudicarent priuatas causas, vel ad libitum iudices darent, ergo & similiter Prætores ex ratione tradita, & argumento desumpto ex dict. l. ex omnibus 10. D. de officio Præsidis.

Si cuncta, quæ hoc elaboravimus capite, evanescerent, aut condemnaretur, vt potè falsa, adhuc in sententianos. tra persistere in una sola consideratione. Nullus, quantumvis audacis animis sit, abnegare audebit Prætorē, & priuatas causas nō definisse, & cognouisse imprimis Roma, in eius creati Magistratus exordio, satis superque probant quæ capite præcedenti insudauimus, & denique hoc in iure ciuili assertum est l. Paulus 42. D. de re ind. l. Barbarus Philippus, D. de offic. Præt. & integer. ut. D. de iurisdict. Si ergo hoc ita verum est, nec constitutionem, legem, Senatus Consultū, aliud quidue legis potestatem habens contrariae opinionis autores proferūt, quibus hæc potestas Prætori abrogata fuisset, car non eandem stare in iure ciuili credemus? aut permittimus? l. necnon 28. §. 2. quod eius 2. D. ex quibus causis maiores, cum vulgatis. Si enim legale autoritatem darent, & ego manus, & libenter cederem: omnia quæ ad suam tutandā opinionē inferunt, non habet expressæ legis autoritatē, sed cōiecturæ sunt à verbis responsorum captatae, autoritatumque antiquorum magis callicitate, quam veritate, magisque insipienti iudicio; quam sapienti: vt animaduertenda inferius à nobis probabunt. Nunquam Mehercle prohibuit lex, sed permisit Prætoribus da-

25

26

re iudices, l. cum Praetor 12. §. 1. D. de iudicis iudicium dare possunt, quibus hoc lege, vel constitutione, vel Senatus Consilio conceditur, & sic in l. 1. l. cum quis, l. Praetor 17. D. de iurisdictione, posse Praetorem iudicem dare, responderetur, non cogi, vnde ergo Erynnis ista discordia protupit, quæ in diueras partes doctissimos interpretes egit, & tam iniquo Marte pugnare: dant sane iudices Praetores: passim legimus iudicium dedisse: necne inde doceat argumentaremur, non potuisse cognoscere? cum cognoscendi assertam potestatem habeamus, & cognouisse legamus: absit tantus error: iam que in excusabilis ineptia: non quidquid iudicis potestati committitur id subiicitur iuris necessitatibus, l. non quidquid 40. D. de iudicis: immo eo ipso, quod iudices dare possunt, consequimur eleganter, potuisse cognoscere: qui enim dare possent iudicium Praetores, si no-

27 haberent? l. nemoplus iuris 54. D. de regulis iuris, ut certo iactu argumentatur Donell. dict. lib. 17. cap. 21. & sic Proconsul cum ingressus est Provinciam, mandare iurisdictionem legato suo debet, non ante: per quam absurdum enim esset mandare, quod ipse non haberet l. obseruare 4. § fin. D. de officio Proconsul.

Claudo denique consideratio-  
28 num agmen, & lectorem rogo, vt re-  
tro spiciat, quanta fuerit Praetoris po-  
testas, Livius lib. 5. ingentem his ver-  
bis tribuit, penes quem Magistratum  
omnis publici, priuati que iuris potest:  
ut & nouum ius constituere, & vetera  
abrogare facultas esset. Quid maius?  
quid minc dubitas de cognitione Praetoria? diffusius explicat Alexan. ab A-  
lexan. lib. 2. dier. gen. cap. 15. vbi sous  
annotatur Tiraquell. subdit plures,  
Rosin. lib. 7. antiqu Roman. cap. 11. Quin-  
tanaduen. lib. 1. de iurisdictione, cap. 3.  
num. 3. adiace his, quæ proximo capi-  
te de hoc magistris differimus, & alia

quæ passim obvia, quæ recte perpen-  
sa nullam reliquunt dubitandi ratio-  
nem sententiæ nostræ. Vnde intelli-  
gimus (meo iudicio) verissime dict. l. 29  
cum Praetor 12. §. 1. D. de iudicis, ubi:  
Item hi quibus id more concessum est,  
propter vim imperij, sicut Praefectus vi-  
bi, ceteri que Roma Magistratus, loqui-  
tur de Magistris, qui iudices dare  
possunt, & id per initii Praetori prop-  
ter vim, & maiestatem imperij, tanta  
enim erat potentia. Si ergo imperij  
vix iudices dabat Praetor, multo magis  
imperij vi cognosceret, quod minus  
erat, & intra limites suæ iurisdictionis:  
dare autem iudices crudam mo-  
do extra: solum permissum more, &  
imperij vi, & magnitudine. Vide ta-  
men huius opinonis assertores, à qui-  
bus forte alijs donaberis fundamentis,  
quæ magis placebunt: & hæc de pri-  
ma conclusione, seu axiomate.

## AXIOMA SECUNDVM.

**I**AM secundum damus axioma, 30  
sed brevius, quod non ad potesta-  
tem Praetorianam (ea semper certa,  
& potens ad cognitionem) sed magis  
ad usum, & praxim Romanorum, &  
iudiciorum, quamvis semper, & ubique  
pellent Praetores cognoscere, nullatenus  
compelli poterant ad iudicium dandum,  
iamen sapissimi iudices dabant, vel quia 31  
cunctis vacatis negotiis non poserant, a-  
lijs occupationibus impediti, vel causarum  
litiumque innumerabilis multitudine, quæ  
crediti facilis est, si immeum illum  
orbem P. Romani respectemus l. 2.  
C. de pedaneis iudicibus, vt ergo finis  
aliquis litium esset, cuius magna cu-  
ra in nostro iure civili non raro re-  
peritur: dabant & quidem Praetores  
iudices, sed hoc discrimine: causæ  
quæ in iure magis, quam in facto con-  
sistebant, ad centum virale iudicium  
remittebant, & quia nimis plu-  
res hoc centum virale tribunal cons-

- criperint, dabo tibi autorum seleciam manum, non tamen profanam; à quibus, tum veritatem istam, tum alios accipies Alciat. ad l. Plebs 23. 7. D. de verbis significat. Cuiacius lib. 10. obser. cap. 20. Osuald lib. 17. cap. 24. lit. V. Philip. Broidaeus in supplement. hist. Roman. lib. 5. cap. 5. & antea Pollet. libr. 3. 33 cap. 13. Budaeus in annotat. prioribus ad Pandect. ad l. vls. D. de Senat. fol. m. 176. Panciroli in Thesaur. var. leet. lib. 1. cap. 35. Marcell. Donat. in dilucidat. ad Cornel. Tacit. lib. 1. præter alios innumeros: cui quidem contumuirali iudicio ipsem Prætor præsidebat, Pollet. lib. 3. cap. 13. Alciat. ubi proxime dict. l. Plebs: Osuald. ad Donell. lib. 17. com. capo. 22. lit. D. & cap. 21. lit. E. I. Caluin. de Magistratib. P. R. in magistratu isto, qui multis hinc inde conductis locis, sententiam istam probant. Hoc quidem ordinarium erat, sed non tamen necessario ad iudicium dandum compellebatur Prætor, ita ut si ipsi videretur posset cognitionem causæ subire, cum id potuisse, & effecisse, quæ proximo, & illo capite dedimus, satis indubitater probent. Sic enim intelligenda est dict. l. Titia 35. §. 1. D. de aur. & arg. leg. l. 5. §. 1. D. depositi. l. si stipulatus, §. 1. D. de solvi. cum alijs: quæ in punto (ut inquietant) iuris consistunt, nullaque facti, seu probationis ratione remorari cognitionem possunt: sic etiam quæ 34 facilis expeditionis erant, ipse, nullo iudice dato, decernebat Prætor l. 2. §. 6. D. de iudicijs, l. 1. D. de iurisdict. l. quadiu 2. D. de adquir. hered. & sic omnia interdicta, bonorum possessiones, & aliae quasi momentaneæ causæ, quas lato enumerat calamo Brisonius dict. lib. 5. Formul. ab ipso met Prætore expediebatur, vnde vulgaris formula in interdictis Prætorijs, interdiccam, animadueram bonorum possessionem do, in possessionem esse tubeo, & aliae similes quas audo testori Brisonius ubi supra profusissime donar, & agnoscunt A. Faber lib. 12. coniect. cap. 12. Osuald. ad Donell. lib. 17. cap. 21. lit. E. Panuin. in ciuitat. Rom. f. 323. Quintana duen. lib. 2. de iurisdict. cap. 2. numer. 7. & 8. & alij quos idem Osuald. referit dict. cap. 21. lit. E. Anton. Faber. in tractatu de varijs nummar. debit. solut. cap. 7. fol. mhs 811. Multoties enim magis detineretur Prætor in dando iudicio, quam indifferendo: multoties iuris causa eius qualitatis erat, ut ipso Prætore iudice indigeret.
- Si autem causa magis in facto, quæ in iure consistet, tunc iudicem dabant, seu recuperatorem, qui probationes acciperet, causam que decideret, ad hoc accipe Corrasum in commentario ad l. 1. D. de iurisdict. num. 22. Anton. Fabr. lib. 17. con. cap. 8. & de varijs numer. debit. solut. cap. 7. Panuin. in ciuitat. Roman. dict. f. 323. D. Gothofred. innotis ad Theophil. in §. 4. inst. ex quibus causis manumittit, non licet, Broideum in supplement. lib., cap. 5. & Polletum lib. 3. cap. 15. Osuald. ad Donell. lib. 17. cap. 22. lit. V. & cap. 41. lit. E. P. Gregor. libr. 47. Syntagma iur. cap. 22. nu. 2. Quintana duen. lib. 1. de iurisdict. cap. 5. n. 26. Latini. Torrent. ad Sueton. in Neron. cap. 17. Theodorum Marcill. in Vespas. cap. 3. latè etiam Marcell. Donat. in dilucidationibus ad Cornel. Tacitum lib. 1. P. Nannum lib. 9. Misceell. c. 6. Reuardum lib. 3. variorum, c. 20. præter alios quos cōsulto omitto. Sed quānus hoc ordinarium in se est in populo Romano, tanta erat maiestas, potestisque Prætoris in iudicijs, ut ordinem istum peruerteret. Inuenio enim, & ipsum de facti questione cognovisse: probat satis expensæ lex metum 9. §. sed quod 37 Prætor 3. D. quod metus causa, quæstio enim facti est: metusque in facto consistit, an illius sit, necne & tamen ibi cognoscit Prætor, sed singulariormeo iudicio visa est, l. si Prætor 75. D. de iudicijs, quæ tota in cognitione Prætoris consistit, & responsa causa in facto,

ut expressis ostendit verbis Julianus, eius autor, & liquidam 21. D. de rebus cred. in qua sine controversia quæstio duplex facti deciditur à Prætore. Hac sententiam agnoscunt Æguinar. Baro, Charond. Bocer. & alij ab Osuald. relati dict. c. 21. lit. A. quæ omnia ab asserta potestate Prætoris proueniunt,

licet Osuald. contra senserit, capite sequenti conuincendus. Sisto denique cursum, concludo que, ordinario iure Prætores indices dare, secundū distinctionē hic fixā, sed posse ipsū sentētia sua causā, siue facti, siue iuris, definire, hoc in vera antiquitate inuenio, & à recta iurisprudētia, & ratione deduco:

## C A P. VII.

**S**atis facimus argumentis eorum, qui sentiunt, Prætorem de priuatis causis cognoscere non posse. 1. Longa interpretatione ad gredimur l. 2. C. de pedan. iudicib. à num. 2. Per integrum cap. in quo Variæ opiniones interpretationem referuntur, & refelluntur. Præses Provinciæ de quæstionibus facti cognoscet. 3. Corrasij interpretatio ad dict. l. 2. ap probatur, & illustratur. 4. Provinciae Præses volens cognoscet quascumque causas. 5. Senatus Consultum Articulianum. 6. Præsides de quibus causis non cognoscet. 7. id de granissimis. 8. Et de humilibus, & vilibus. 8. Quariae decuriae Augustus Cæsar humiles causas adiudicauit. 9. Illi iuges, qui de humilibus cognoscabant, pedanei dicebantur. 10. Idque in merito constitutum erat. 11. Ex his explicatur dict. l. 2. 12. Præsides Provinciarum eandem habebant potestatem, quam Prætores. 13. Illustratur optime. 1. Si idem sunt i. D. de iurisd. 14. Defensores civitatum de tenuioribus causis. 15. Magistratus Municipales usque ad certainam summam cognitionem habebant. 16. Imperatores granabantur consuli de minimis. 17. Ex his præclare illustratur l. nostra Regia 11. tit. 3 lib. 4. Recop. 18. Iterum redimus ad dict. l. 2. 19. Magnum desumimus argumentum ex l. fin. C. de pedan. iudicib. Quæ certa iactu expenditur, & explicatur. 20. Coniectura pro constitutione Diocletiani d. l. 2. ab eius politico iudicio. 21. Diocletianus se abdicavit imperio, & idem facere, coegerit Maximianum sociatum ab eo. 22. Denique Imperator Iustinian. usque ad trecentos aureos humiles causas terminauit. 23.

X T A N longa disputatione reliquum est, ut satisfaciamus quibus aduersarij factionis sequaces invitentur fundamētis. In genue persuadeor in genti ap. 2. int. 2. C. de pedan. iudicib. ut aduersarij

in eam coniurarent sententiam, ideò cuncta huius capitis concertatio sisteretur super huius rescripti intellectum. verba que illa, Placet nobis Præsides de his causis, in quibus quod ipsi non possent cognoscere, ante hac pedaneos indices dare, notioris suæ examenem adhibere. Quæ variæ hinc inde tracta, & quasi uilla ab interpretibus nostris inuenio. Cun-

Et a fere interpretū manus quæ Romano Prætori potestatē cognoscēdī dene-  
gauit de priuatis causis, similiter eādē  
& Provinciarum Præsidibus renuit, vt  
potè (sibimet cōtrariis) Scipio Gentili-  
lis lib. 2. de iurisdic. cap. 21. & P. Gil Ken.  
in commentario ad nostram legem, affir-  
marunt. Sed cum longe lateque vtrā-  
que sententiam aequiori ure exulaue-  
rimus, Prætoribus Præsidibus quæ,  
quasi interdicto restitutorio, afferueri-  
m. a cognitionem, parum nobis curæ  
esse debet istorum sententia. Vianus  
dit. l. 2. Alciat. lib. 2. Paradoxorum, cap.  
2. Donell. lib. 17. cap. 22. Longoval. Sa-  
licet. Sapia relati à Barbos. in l. cū Præ-  
tor 12. §. 1. D. de iudicij, num. 334. ver-  
ba illa intelligunt, non quod Præsi-  
des, non poterint cognoscere, sed  
quia quocumque prætextu, vel cau-  
sa, levissima quamvis, & paruiponde-  
ris, à cognitione se Præsidēs excusa-  
bant, id suo rescripto in posterum non  
ferendum esse Imperatores rescri-  
bunt: nec aliter excusandos à iudicijs,  
quam si vel propter occupationes publi-  
cas, vel propter causarum multitudinem,  
omnia huiusmodi negotia non potuerint  
cognoscere, quasi Imperatores rescri-  
berent: non sufficiat Præsidibus dice-  
re. non posse priuatas causas cognos-  
cere: nec eo prætextu se exonerare iu-  
dicij, sed tunc id eis licere, quādo oc-  
cupationibus publicis impediti, atque  
multitudine causarum, iudicium red-  
dere omnimodo nequierint. Quæ,  
vt verum fatear, interpretatio, nō mihi  
dispicet omnino, quamvis cō-  
trarium senserint Scipio Gentilis lib.  
2. de iurisdic. cap. 21. Gothofred. An-  
ton. disp. Anton. Vult 3. tom. 19. & O-  
suald. ad Donell. dict. cap. 22. quorum  
fundamentis satisfacere, non Meher-  
cle ingens nobis labor esset, sed tamen  
quia alio nostrum iudicium tēdit, ma-  
gisque quārimus verbis, & contextu-  
ra legis aptare, ultraprocedimus. Va-  
conius lib. 6. declarationum, cap. 82. de

causis intelligit, ab Imperatoribus re-  
missis, quas necessario Præsidēs com-  
mitiebant, seu delegabant, adducitque  
infeliciter l. generaliter 9. D. de officio  
Præsid. cum illa, & antecedens lex sa-  
pe 8. eiusdem tituli omnino cōtrarium  
probe (vti præcedēti capite latius ex-  
pendimus) Denique Osuald. ad Donel-  
lum lib. 17. comment. cap. 22. de quæstio-  
nibus facti verba accipit, quas definire  
Præses non poterat, sed recuperato-  
res dabat, quem tacito nomine sequen-  
tis fuit noster amicus D. Nicolas Fer-  
nandez de Castro in pralect. ad princi-  
pium de emptione, & venditione, nu. 22.  
quorum quide minterpretatio suspe-  
cta (tantorum viorū pace iudicatū  
vellem) imò potius contraria princi-  
pijs iuris vīta mihi est: nam præter-  
quam nullo certo, legitimo que fun-  
damento fulcitam inueniā: iura enim  
quæ docti viri considerant, prorsus  
nihil probant: neque legitime proue-  
niat, cognoscere non posse, quia recu-  
peratores dabat: non quidquid enim  
potestati iudicis committitur, id sub-  
iicitur eius necessitatī l. non quidquid  
40. D. de iudicij (vt & iam cap. præ-  
denti considerauimus) illud valde mo-  
uet, quod Præses priuatarum causarū  
cognitionem subirei (vt latius capite  
præcedēti probanimus) & non pro-  
hibitum id inueniāmus circa quæstio-  
nes causasque in facto cōsistentes: sed  
ne minus decore ante dicta repera-  
mus capite illo de Prætore, & Præsi-  
de, obijcio Castro, & Illigero: quod  
sicut Prætor quæstiones facticognos-  
cebat ex dictis ibi, sic similiter Præses  
l. 10. D. de officio Præsid. quod mihi valde  
adserit l. iudicij 6. §. veritas 1. D. de of-  
ficio Præsid. dum qualiter Præses ætti-  
mare debeat probationes, doceat in  
eo responso Consultus. Quod autem  
Accursius comminiscitur, plene insi-  
pidum est, in quem iam conspirarunt  
ibi Gil Ken. & Vacon. dict. cap. 82.  
Dum sic thesera literaria fertur  
iaetus

factus que tam varius, tam iniquus aparet, & nos tentare sortem non gracie erit, nec nimis spirabimus altum illis, qui solo Accursiano iudicio contenti sunt, & felle aceto que rugosius ferunt, quod non antiquum istum interpretem redoleat: cum si iniqua astauerit fortuna, & naufragij tabulam cum Corrasio, & alijs suspendemus, Corrasius enim in enarrationibus ad nostram l.2. num. 4. & alij antiquiores Accurso interpretes de humilibus causis legem nostram accipiunt: hæc mihi sententia placuit, quam ne amplexi fuerint interpretes, in causa suspicor fuisse, quia eius autores non plenam suæ opinionis reddiderint rationem, & secura subiecerint fundamenta: ita ut magis sorte, & felicitate, quam certo iudicio in eam deuenisse interpretationem videantur: quæ ut multoties expertus sum, causa plurima est, ut rectum indicum relinquantur, & condemnetur, omniaque varijs sententijs prouoluantur: officium autem in presentiarū nostri erit inuenire, quas causas cognoverint pedanei, nec Præsides ipsi possente cognoscere, ut sic nostri rescripti verba intelligamus, & causas, quas denuo definire Præsides debere ab Imperatoribus rescriptum sit.

5 Pronvincialium Præsides quascumque causas potuisse cognoscere, si sic eorum voluntas ferretur, certis argumentis superiori capite probauimus: 6 præter quæ nouiter accipe Martiani rescriptum in l. non tantum s. 1. §. sed Articuleiano 7. D. de fideicommiss. hered. sed Articuleiano (de quo accipe Isaac Casaubonum In Spartan. ad Adrianum pag. 2. nu. 13.) Senatus Consulto auctor ut in Provincialijs Præsides provincialia cognoscant, licet heres non sit eius provincie. Excipiebatur duplex causarum genus (ut nostri iure Consulti loquuntur) quod sua autoritate disquirere, & definire nequivant. Vnum causarum

maximarum erat: alterum minimarum, seu humiliū. Primum genu aperte exprimitur in l. 2. de operibus publicis. in C. Theodos. verba sunt, de rebus autem præcipuis, maximisque, non de quibuscumque vilissimis nostrum debent interpellare consilium, l. 1. de relationibus in eod. C. & sic aliquæ speciales causæ referuntur, l. opus 3 l. de operibus 6 D. de operibus publicis, l. solent 6. §. 1. D. de officio Proconsul l. inter pœnas 6. §. 2. l. relegatorum 7. §. 1. D. de interdict. & releg. l. 1. §. deportatos 3. D. de leg. 3. l. 1. quando appelland. sit, obseruat Cæsar Baron. 1. tom. Annal anno Christi 34. fol. mibi 211. Zonar. 2. tom. fol. mibi 176. & impense eruditus Barnab. Brison. libr. 3. formal. fol. mibi 342. istæ autem causæ non comprehenduntur in nostra lege 2. nam causæ illæ erat, de quibus Præsides pedaneos iudices dabant, istæ autem tanti erant momenti, ut propter earum gravitatem, nec ipsi Præsides decernere poterant, sed Principi scribere: qui possent et ergo pedaneos iudices dare in causis ad sacrum oraculum pertinentibus? ut aliud agens optime argumentatur A. Mornatius in obseruationibus addigestum vetus in l. non nunquam, D. de indicij.

8 Alterum autem humilioſū causarum genus suos certos iudices habuit, nam postea quam ille populus Romanus excreuit in orbem, ut nec Magistratus ordinatus litibus iudicij que sufficeret, alij creati fuerunt Magistratus alia que inuenta remedia, quibus tanti litigiorum molibus succurreretur: interalia tres iudicum decuriae erant, qui decertis causis cognoscerent: his Ostianus Augustus Cæsar quartam adiecit, cui humiles causas adiudicavit: testatum reliquit Sueton. Tranquill. in August. cap. 32. in his verbis: Ad tres iudicum decurias quartam addixit ex inferiori censa, quæ ducentiariorum vocaretur, indicaret que delevioribus sumis, Plin. natural. hist. lib. 33.

lib. 33. cap. 1. in fin. Alex. ab Alexan. lib. 5 dier. genial. cap. 2. vbi Tiraq. explicat A. Turneb. lib. 29. aduers. c. 26. Theodor. Pulman. & Lætin. Torrent. ad d. cap. Suetonij, atque Marcell. Donat. in d. lucidat. ad Tranq. cap. 41. in Julio Caſare, ſic intelligendus eſt Iuſtinian. in l. fin. C. quando provocare non eſt neceſſe, ibi: Iudicibus ſcilicet, ſine florentiſſimis proceribus ſacri noſtri palatijs, ſiue hi quibus pro minore littum aſtimatione conſultationes delegantur, optima eſt l. fin. C. de pedan. iudicibus (infra maiori coſideratione illuſtranda) & alia pluri- mꝝ, quꝝ decognitione iudiciali agūt cauſarum minoris quantitatis l. ſi id ē 11. l. cumquādam puella 19. §. 1. D. de iu- riſdict. l. 1. C. de defenſoribus ciuitatum, l. in negotijs 49. C. Theod. de appellation. quas quidem hoc tempore diſputa- tione aggredi non licet; ſed annotare priuatos humiliū cauſarū extitiffe iudices, quartū quantitatēm poſtea Iuſtinian. definivit in auth. de iudicib. 9. audiente 5. conſulendus eſt Oſuald. ad Donell. lib. 17. com. cap. 21. lit. G. & ab eo relati: conducunt, quꝝ notat Aldus Manutius lib. 3. de quaſiſis per epifol. c. 4. Rofin. lib. 9. Ant. Rom. cap. 15. Paſer- rat. ad Properti. lib. 4. eleg. 12. ibi: Sedet Æacus vrna: quatenus iſti humiliores iudices ſedere, vel ſtare in iudicijs diſ- quirunt.

30 Illi ergo iudices, quibus humiliores cauſae fuerant deputatae, dicebātur pedanei (non vocis etymona diſquiro) teſtes ſunt mihi duo Imperatores, ſine controuerſia ſic reſcribentes: vnuſ lu- lianus in l. fin. C. de pedan. iudicib. alter Iuſtin. in auth. de iudicib. quibus noſtro- rū interpretū addo tumoltuarie ma- nū, Corrasium d. l. 2. C. de pedan. iudicib. & lib. 6. miscell. cap. 2. num. 3. Cuia- cium in Parat. huius tituli, P. Gregor. lib. 47. syntagm. iur. cap. 12. num. 9. Cal- uinum in lexicō iuris, verbo. Pedanei, I. Minſing. in ſcholjs ad tit. de nob. §. pæ- nales, num. 60. Guidum Fancirol. lib. 2.

Theſaur. var. lec. cap. 196. Rebard. lib. 3. coniect. cap. 10. eruditte Marcell. Dona- tum in diſciplinationibus ad Cornel. Tacit. lib. 3. Atque ſane aequo iure constitu- tam eraſt, Præſides maioresque Magi- ſtratus non posſe humiliores cauſas cognoscere, ne impediti vilitate ca- rum auocarentur à grauioribus nego- cijs, arg. l. præcipimus 32. l. in offerendis 37. C. de appellat. & conſultationib. dict. l. fin. C. de pedan. iudicib. d. l. 2. C. Theod. de oper. publ. Corrasius in noſtra l. 2. nu- 4. Franc. Raguell. in l. fin. §. fin. C. de ap- pellationib.

Hinc prouenit certa noſtræ legis 12 interpetatio, & lux, quodcum Ro- mæ humiliorum cauſarum cognitiones maioriſbus Magistratibus prohibi- ta fuiffent: idem intelligere debemus 13 prohibitum Præſidibus, & quia candē Præſides obtinebant potestatem, quā Romani Magistratus l. ſi in alia 7. §. ſi. D. de officio Proconsul. l. ex omnibus 10. D. de officio Præſid. l. 1. §. 4. D. deſuſpect. in torib. Flauius Vopiseus in Probo, ibi: Ius Pratorium Præſidibus darēt, & quia niſi Vehementer fallor expreſa eſt di- 14 ſta l. ſi idem ſunt, D. de iuriſdict. attenta eius inſcriptione Gaius lib. 1. ad edictū prouinciale, vbi queritur, quod ſi quis agat cum eodem pluribus actionibus, quarum ſingulae intra iurisdictionem iudicantis ſint, congeſta autem exce- dant, an ille iudex ad cognitionē om- nium competens ſit, & Iuris Consul- tus competentem eſſe reſoluit, ex Sa- bini Casij Proculique ſententijs: quod ergo erat Prouinciale edictum, quod pecuniarijs cauſis viſque ad certā quā- titatem terminabat, niſi quod peda- neorum iudicium ea erat cognitione in Prouincijs: videnda eſt nouella 82. de iudicibus, Paul. lib. 5. ſententiarum, tit. 28. obſeruant Corras. dict. libr. 6. Miſ- cell. cap. 4. Minſing. dict. §. pænales, nu- 60. eleganter Panciroli. dict. c. 196. va- riariū, qui Præſides ad humiliores cau- ſas pedaneos habuisse ſcribunt. Sed quid

- quid miramur? quando idem, & in alijs ciuitatibus statutum habemus, vt detensores ciuitatum detenioribus, ac minus cularijs rebus cognoscerent, vt loquuntur Cæsares Valentin. & Valens in l. i. C. de defensoribus ciuitatum, maiores autem cause ordinario insinuantur restori: sic nimirum Magistratus Municipales cognitionem habebant usque ad certam summam, l. inter conuenientes 28. D. ad Municipalem, I. Paul. lib. 5. sent. tit. 5. in princip. supra illam autem, Magistratum Romanorum cognitione est, l. ea quæ 26. D. eod. tit. vide à nobis scripta supr. cap. 6. de stationibus municipiorum: & denique quamvis super multis Præsidibus Provinciarum deberent consulere Imperatores suos, tamen iij consuli grauabantur super humilibus vilibusq; causis, & rebus l. 2. C. Theod. de operib. publicis, quodiam obseruatum reliquit Brison. lib. 3. formal. fol. mibi 342. & Franc. Raguell. ad decision. iust. in l. in offerend. 37. C. de appell. & consult. vide notata cap. seq.) sic vilescebat humiles causæ, & exulabant à maioribus magistratis. Ex quibus non in eleganter illustratur lex nostra Regia 11. tit. 3. lib. 5. Recop. in qua extat prohibitum causas infra 10f. maraudinorum ad Regias Curias detului non posse, nec agitari, conducti l. 15. tit. 8. lib. 2. Recop. explicant Azeuedus dict. l. 11. Couarr. cap. 7. præt. cap. 7. quod de Senatu Parisiensi, Tolosano, Rothomagensi referi Raguell. ad dict. l. fin. §. fin. C. de appellat. Cum ergo hæc ita se haberent ut inferioribus iudicibus veluti pedaneis tam Romæ, quam in Provincijs defensoribus ciuitatū, Magistratus municipalibus inferiores summa deputarentur, seu leuum causarum cognitiones, Imperatores Diocletianus, & Maximianus in nostra lege 2. quoad Provinciarū Præsidies reuocarūt, imposuerūtque eis leuiorū causarū cognitionē: id enim est notionis suæ ex-
- men adhibere causis, quas antea non poterant cognoscere; immo ad eas iudices pedaneos dabant: unde ipsi Cæsares in eodem responso tacitam subiiciunt responcionem difficultati, quæ oriri poterat ex noua placiti constitutione, nam si maiores, & humiliores cunctas causas Præsidies cognoscere debeant, sequeretur necessario aut libtibus obruendos esse, aut longissimam moram sententijs inferendā esse, quod vitrumque ius grauiter semper fert. Ipsi ergo Imperatoresse difficultatis impedimento exsoluant in illis verbis: *Ut si vel propter occupationes publicas: vel propter causarum multitudinem omnia huiusmodi negotia non potuerint cognoscere, iudices dandi habeant potestatem, quæ quidem responsio mire præscriptis conuenit, & responsi principio secundum nostram interpretationem.* Sed semper incubuit animus in fortissimum illud fundamentum, quod l. fi. eiusdem tit. offert, cuius autor est Iulia. nus Imperator, qui multos postea post annos in imperio successit Diocletiano, & Maximiano: is ergo Cæsar cum iniquam horum constitutionem secū iudicaret, his verbis contrariam constitutionem præscripsit, quædam sunt negotia, in quibus superfluum est, moderaorem expectare Provincia, ideoque pedaneos iudices, hoc est, qui negotia humilia disceptant, constituendi damus Præsidibus potestatem. Quòd enim noua ista potestas se potest referre, verbis ita expressis ad Cæsarum constitutionem, nisi ut abrogaret illam, quam d. l. 2. Diocletianus, & Maximianus constituerant? propter quod merito sub eodem tit: C. de pedaneis iudicib. ambæ constitutiones coniectæ sunt, & derogatoria, ut moris Tribonianii fuit, in fine tituli iacta. Cuncta enim, quæ in media iurisprudentia inuenimus, & constituta à primoribus Imperatoriis causas cognoscimus, humilium causarū cognitiones Præsidibus denegat, præter

ter dicit l. 2 quæ pedaneorum indicum cognitiones ipsos rectoribus prouin-  
ciarum imponit: Juliani ergo consti-  
tutio nouior non alio, nisi ad eā l. ver-  
ti potest. Et si ipsius Diocletiani, qui  
præcipuus in imperio fuit, vi potè qui  
Maximianum in Imperio ad socia-  
uit) opinionem, & iudicium confide-  
remus, conuenit merito ipsi Diocle-  
tiano cōsiliatio, qui in ea fuit opinio-  
ne, iniquos indices plerūq; eligi; bo-  
nolq; plerūque prætermitti: audi inte-  
gra verba Flauij Vopisci Siracusij in D.  
Aureliano: Sed ego à patre meo audiui,  
Diocletianum Principem, iam priuatum  
dixisse, nihil esse difficilium, quam bene  
imperare: colligunt se quatuor, vel quin-  
que, atque unum consilium ad decipiendū  
Imperatorem capiant: dicunt, quid pro-  
bandum sit. Imperator, qui domi clausus  
est, vera non nouit, cogitur id tantum sci-  
re, quod illi loquuntur, facit indices, quos  
fieri non oportet, amonet à Republica quos  
debet obtinere, quid multa: ut Diocle-

tianus ipse dicebat, bonus, caesus, optimus  
venditur Imperator: hec Diocletiani  
verba sunt. Propter quæ, cum iste Im-  
perator onerosum iudicare imperiū,  
se illo abdicavit, & coegerit idem face-  
re Maximianum, ut idem Vopiscus in  
Aurelian. Sextus Aurel. Victor de Cesa-  
ribus, & in epitome, Eusebius passim in  
sua Ecclesiastica Historia, Zonaras 2.  
tom & alijs plurimi contēstantur: non  
ergo mirari possimus, quod iste iniū-  
xerit Imperator Præsidibus, etiam  
humiliorum causarum cognitionem,  
cum tam suspectos haberet indices.  
Quod cum Julianus dicit. l. fin. abro-  
garet, postea Iustinian. usque ad 300.  
aureos humiles causas terminauit, &  
quæ illam quantitatem excederent  
Præsidibus prouiniarum reseruauit  
in aliis. de defensoribus ciuitatum, cap.  
3. vers. & indicate 2. vnde concludimus  
dicit l. 2. recte intellectam, nil Præto-  
riam cognitionem priuatarum cau-  
sarum denegantibus, auxiliari.

## C A P. VIII.

**A**LIA contrariae sententiæ disoluuntur argumenta Ciceronis insignis  
locus ad Q. Fratrem longe explicatur à num. 1. Cicero, nec l. Consul-  
tus aliis negarūt posse Prætorem cognoscere. 2. Et sic intelligatur aliæ  
autoritates. 3. Casus, & relatio Tulliani loci. 4. In eo emendatio AEquinarij  
Baroni notatur. 5. Alter Ciceronis locus remissine. 6. Celebris aliis Suetonij  
Tranquilli locus enodatur. 7. Reges & Imperatores priuatas causas cogno-  
uerunt. 8. Resumitur Duarenii consideratio ad l. ait Prætor 5. D. de re iu-  
dic. 9. Notionis nomen 10. Consuetudo in Prætore dandi indices qualiter cō-  
sideretur: quod argumentum Scipionis Gentilis fuit. 11.



L I Q V A supersunt,  
contrarium sentien-  
tiū fundamenta, quæ  
euenterenost̄ obli-  
gationis est, sed iam  
pene diruta iacēt ab  
alijs, ideo brebiores erimus, nec mul-  
tum sudoris infundemus, sed quantū  
ad causam necessarius sit. Omnes e-  
pim obijcunt nobis Herculem illum

Tulliani loci libr. 1. epistolarum ad Q. Fratrem epist. 2. ibi: Quid Prætor soleb-  
et iudicare deberi? sed non tamen eum  
perhoruit Vulcius 1. discept. 1. (atque  
alijs) qui magis ad factum, quam ad ius  
verba ista refert: nam cum ordinatio  
ire indices daret Prætor, non solere  
Prætorem iudicare scripsit Cicero,  
quod & sup. cap. 6. in fin. Libenter con-  
fessisimus, non tamen negauit posse  
cognoscere.

cognoscere, si Magistratus vellet arg.  
moniquidquid, D. de iudicijs, quo qui-  
dem sensu Vlpian. loquuntur sicut in l.  
solet 16. D. de iuri dict. solet. Prætor iu-  
risdictionem mandare, quantum autem  
hæc potestas loquutionis distet ab a-  
lijs necessarijs verbis, quis ignorat? si  
enim dixissent Consulti, aut Cicero  
debet Prætor iurisdictionem mandare: nō  
potest Prætor iudicare, debet: dare manus;  
sed responditorum nosquam sente-  
tia talis: quare ergo & nos supponere  
audebimus? Prætor enim ordinario  
iure iudices dabat, id est non solere iu-  
dicare debet scriptit Cicerò, qui sic  
3 intelligendus est 4 in Verrem, & alijs  
locis: nostrisque Consulti, dum iudi-  
cationis meminerint, atque A. Gellius lib. 14. Noct. Att. cap. 2. quo tem-  
peramento multi interpretum, qui  
contrariam sententiam defendere vi-  
dentur, loqui fuerunt, quos dedimus  
sup. cap. 5. v. potē Paulus Manicius, D.  
Franc. de Amaya, Duaren. prima suæ  
sententiaz temperans: & alijs. Sic secu-  
re accipi potest Tullius, strictis suis  
verbis intellectus, ut aduersarij ma-  
lunt. Sed si priora Ciceronis verbares-  
picias, si integrum querimoniæ cau-  
sam expendas, aliò cōtendunt epistolas  
la verba, mensque. L. Flavius cōques-  
tus Ciceroni fuit de Quintofratre,  
quod cum L. Octavius Naso decepit-  
set, ipsamq; reliquisset heredē, scrip-  
serit procuratoribus eius, & Apollo-  
nensisibus, nihil de bonis diminui, an-  
tequam solueretur. C. Fundatio,  
quod debebatur. Q. autem frater, ut  
satis cōstanter colligitur, Prætor, seu  
Proconsul in ea provincia, ex abrupto  
processerat (ut nostri dicūt) nullaque  
lite contestata, indefenso L. Flavio  
absque villa iudiciorum forma, solu-  
tionem debiti imperaverat, & inter-  
rim de hereditarijs bonis nihil dimini-  
nai: ex tam iniquo imperio, & præce-  
pro procedunt Ciceronis querellæ, &  
admirationis plenæ interrogations

adfratrem, haec mihi (Cic. verba sunt)  
verisimilia non videtur, sicut enim à pru-  
dentialia remorsum. Ne dominus heres?  
quid si infieratur? (nō ergo ad iudi-  
cium traxit Flavius) quid si omni-  
no non debet? (non dum ergo probatur  
erat) quid. Prætor solet iudicare deberi?  
quasi diceret doctissimus vir, Prætor  
non proprio iudicio, sed opinione so-  
let iudicare deberi; sed necessariæ sunt  
probationes, quibus expresse coniunc-  
tatur reus: & subiicit Cic. Quid ego  
Fundatio non cupio? non amicus sum? non  
misericordia monsor? nemo magis; sed  
via iuris ciusmodi est quibusdam in re-  
bus, ut nihil sit loci gratiae. Opus ei  
sententia aureis litteris merito noctan-  
dal quasi diceret, quoniam uis amicus Funda-  
tio sum: quamvis cuncta feliora  
cupiam; tamen in quibusdam rebus iu-  
dicatorum nullus gratiae locus est, in  
illa scilicet, ut absens, nec citatus con-  
deretur, & nullis probationibus ac-  
tio debet in probata, quis enim lo-  
cus in his rebus dabitur gratia? sic op-  
tume I. Tisus intellexit in commissariis  
ad hunc locum, his verbis, Prætor non iu-  
dicat deberi quodquam, nisi prius probe-  
rit à credite. Nunc tecum perpen-  
de, quam iniquum, penitusque insipi-  
dum assumptum fundemus. cō-  
trarie opinionis assertores, ut debe-  
rent, sic Cicerone abutentes, erubet-  
cere: haec accipe, quam necessaria sit e-  
mendatio Æguinatij Bononis, quam  
& Duaren. impugnat in Apolog. de iu-  
rid. cap. 11. Alter autem Cicer. locus  
lib. 2. de inuentione, intelligendus de  
ctionibus, & exceptionibus, quæ pe-  
rebantur à Prætore, quod capite se-  
quenii explicabimus, nihil enim hoc  
ad cognitionem Prætoriam.

Alter C. Suetonij Tranquillilo-  
cus in Claudio, cap. 15. quem cū Quin-  
tanadœū, lib. 1. deture, & imperio, tit. 5.  
num. 9. considerant aduersarij, quam  
ineptus cognitioni Prætoriz sit, iudi-  
cabit quicunque lingua in latinam col-  
leat:

leat: verba sunt: Alium interpellatum ab aduersariis de propria lita, negantem que cognitionis rem, sed ordinarij iuris esse. Agere causam confessum apud se coegerit, proprio negocio documentum daturum, quam aquinus iudex in alieno negocio futurus esset. Vbi ergo Praetoria cognitione aut qua syllaba horum verborum dengatur? insignis historicus solum Claudiu[m] nimia animi varietate in cognoscendo fuisse scribit: modo sagace, modo praecip[ue]modo ameti simile, & inter alia exempla, inserit praescriptum de quodam iudice interpellato ad Claudiu[m] ab aduersariis de propria lita, quam cum ipso iudice habebant: iudex interpellatus negabat cognitionis rem, sed ordinarij iuris esse, quia si diceret, non eam qualitatis esse re, ut cognitionem Principis merceretur, & cum causae maiores debeant Imperatoris Romani Tribunal ascendere, l. praecepsim 32. l. in offerendis 37. C. de appetit. l. 2. C. Theod. de operibus publicis (cum alijs pluribus quibus hanc sententiam copiose ditauimus capite praecedenti) nam si intelligeremus t. cognitionis rem, ut iudex diceret, non posse Principem cognoscere de causa illa, nimis faceret audacter, & defensio insana esset, qua potestatem supremam abrogaret, seu temperaret, praecepit cum frequentius ferentihil aliud inueniatur in monumentis antiquis, quam Reges diuersarum gentium Imperatoresque Romanos priuntas cognouisse causas, Sueton. in Neron. c. 15. in Tito, cap. 6. Capitol. de Marc. Antonino obseruant Torrentius super hoc. C. Claudiu[m], & eruditissimi viri longa eruditione probant Barnab. Brisson. lib. 5. Formul. Thom. Dempster. ad Rosinam Paralipomen. ad lib. 9. Carol. Sigonius lib. 1. de iudicij, cap. 7. Plinius in Panegyr. ad Traian. Fugiebat ergo interpellatus decenti praetextu cognitionem Claudiu[m], non dignam sua maiestate causam esse, sed ordinario iure, id est,

iudicibus datis, forte speciali horum mentione facta, ad significandam vitalitatem causae, ut magis moueret Imperatorem, vel cum respectu, quia id ordinariu[m] ius erat Roma (quod nos non negamus) vereor quod non preoccupaverim rectam huius loci mentem Berroald. Sabelicus, Læuin. Torrentius in commentario ad hunc locum, sed felicius Theodor. Pulman in annotat. ad eundem, & antea Turneb. lib. 27. Aduersar. cap. 19. cum quibus, & nos reapse contentimus, vide tamen Vultey. dict. disceptat. i. qui de facto accipit Suetonium, ex quibus & alia aduersariorum succinditur ratio, existimantium ideo Praetorem depravatis causis non cognouisse, quia indignum maiestate sua putabant illis audientiam accommodare, cum video Imperatores ipsos non designatos fuisse. Friget Duaren. in consideratione l. ait Praetor s. D. de re indicat. (videlicet iudicium eius a me late expensum (np. cap. 5.) nam præter quam Osuald. dict. lib. 17. cap. 31. l. 1. A. iam contempserit, ideo dictum notavit Vlpian. ut comprehenderit Praetoris iudicium, & iudicium datorum: nam cum iudicium istud ordinarium esset, inique præteritum erat, non tam Prætoris cognitionem impugnauit, imo expresse admisit dum rationem reddit. Etenim notionis nomen est ad eos pertinere, qui iuris dictiōne non habent, sed habent de quavis alia causa notionem, ea enim est comprehensio verbi notionis, ut iurisdictione, & causae notionem sine ea continet. 09. de verbis. significat l. 2. C. de pedan. iud. extendit ergo Vlpian. dictum, & consequenter cognitionem Praetoria maprobavit, quod singulariter pro nostra sententia facit. Alterum fundamenta apud Scipionem Gentilem præcipuum lib. 2. de iurisdict. cap. 21. cōsuetudine introduxit esse, ut Praetores iudices darent, & sic necessatio facere debere, absurdum est, & iudicis Censatio

sulto indignum; consuetudine introductum fuit, ut possent iudices dare l. cum Prætor 12. §. 1. D. de iudicij, sed aliiud est, quod ille actus potentiæ, & meræ voluntatis in necessitatem deducatur l. non quidquid, D. de iudicij, consuetudine enim introductum esse debet, ut deberent necessario iudices dare, sed nusquam quid tale scriptum fuit, & sit contra nos nulla est consuetudo, præcipue cum passim inueniamus in priuatis causis vestigia cognitionis Prætoriæ: cetera argumenta

aduersariorum, aut responsione indigna sunt, aut capitibus precedentibus absoluta. Vide tamen Osuald dict. cap. 21. & nostræ opiniones assertores: hæc enim pro Prætore diuidicauit præcipua, & ad assertendum intellectum, l. Titia 35. §. 1. D. de aur. & arg. legat. tamen iuvat non prætermittere difficultis responsi interpretationem in l. actio 47. D. de neg. gestis, quam ad Prætoris iudicium putarunt aliqui pertinere, sed falso: ut longo examine caput sequens aperiet.

## C A P. IX.

**L**EX Actio 47. D. de negotijs gestis per integrum caput discutitur, à num. 1. cum seqq. Fabri interpretatio. 2. Vulci et aliorum quæ 3. Omnis actio in primitiva iuris prudentia suis formulæ intentata. 4. Causa cadebat, qui à syllaba. 5. formulæ pro actionibus. 6. Actiones constituta manebant litigantibus, et à quo? 7. Legis actiones pars iuris civilis. 8. Formulæ ex post labantur à Prætore. 9. Litigantes suo periculo intentabant actiones. 10. Iuris Consulti formulæ. 11. Hinc difficileas l. actio. 12. P. Gregorij, et aliorum interpretatio ad eam. 13. Notatur P. Barbosa. 14. Cassiacionis intellectus. 15. A. Guiberti, et aliorum. 16. Atque Anton. Pichardi. 17. Iudicia bona fidei an subformula intentarentur. 18. Notatur illorum error, qui sine formula dicebant dari. 19. Prætor in his iudicij, si volebat, iudicabat, et actionem. 20. Actiones de omnibus rebus constituta fuerunt. 21. Iudicia bona fidei subformula. 22. Qualiter in illis Prætor, seu index ex equo, et bono procedebat. 23. Extraordinaria iudicia an ad utiles actiones referantur. 24. Solemnis formula ad utiles actiones non requirebatur. 25. Extraordinarium iudicium vario respectu appellatur 26. Extraordinarius reus quis. 27. Magis frequens in iure inuenitur in illo, quod aduersus antiquam iuris prudentiam constitutum est. 28. Quatenus nemocogiturs suos emancipare liberos. 29. Actio negotiorum gestorum extraordinariam iudicium est. 30. Explicatur l. nemo 124. D. de reg. iuris. 31. Lex plerumque in iure nostro de legib. 12. tabullar. accipitur. 32. Lege 12. tabull. nullus nomine alieno in iudicio experiri poterat. 33. Procuratoris officium utilitas, et aequitas causa receptum fuit. 34. Aequitas Prætoris introduxit edictum de negotijs gestis. 35. Illustratur l. hereditas 50. §. 1. D. de petitione hered. 36. Iudicia extraordinaria sine formula intentabantur. 37. Formula actionum quo tempore prescriptæ. 38. Intellectus dict. l. actio. 39. Actio utilis sine formula intentabatur. 40. Utilis actio quid? 41. Expenditur

- Quintiliani declamatio. 42. Notatur Schifordegher. 43. Aliud erat, exposci  
a Prætore actionem; aliud ipsum præstare eam, et indicium. 44. Qualiter  
Prætor dabit indicium, vel actionem. 45. Illustratur principium inst. de  
actionibus. 46.

**E**X Actio 47. D. de negotiis gestis, si Fabri, alio-  
rumque iudicia, & accep-  
tiones verae fuissent,  
multū innaret, seu po-  
tius sententiam, & disquisitionē nos-  
trā adsereret, iste ei in lib. 4. coniect. e.  
7. & lib. 1. cap. 7. verba illa, quia in ex-  
traordinarijs iudicij, & e. de cognitione  
Prætoria accipit; quem intellectum  
cum ipsem ferre non posset, ut poie-  
qui in ea fuerat sententia, iudices à Præ-  
tore dari, & non ab eo causas definiri,  
totum verisiculum Tribonianoadscri-  
bit; in eaque persistit censura in ratio-  
nali ad eandem legem: in eaque suū  
ad seclim inuehexit Gasparem Schi-  
ford. lib. 3. tractat. 23. quast. 28. (qui ni-  
hil aliud, quam umbracula suū Magis-  
triso iniat, & pro religione habet, ab  
eo non desciscere: parcat, si velit, Diua  
iuris prudentia. Sed hodie excusationē  
meretur, quando concensuerint sic  
3. Voltei. in princip. inst. de att. num. 39.  
& Obertus Gifanius adl. 1. D. de obli-  
gationib. & actionib. num. 40. In quo-  
rum quidem verborum Interpretatione, & victoria præsudarunt nostri  
Iuris ciuilis palæstritæ insignes, quo-  
rum plures longa serie dinumerat  
postor doctissimus Anton. Pichard. in  
§. igitur cum quis 1. inst. de obligationib.  
qua ex quasi contract. à num. 27. cum se-  
quentib. Sed dum veritatem amo, me  
ipsum quasi relinquo, & deserbo: quia  
cum tantum iudicium Fabri alicrum  
que interpretum in his verbis profi-  
ceret sententiae nostræ, cognitionem  
adserenti Prætori: adhuc displicet,  
quoad dict. l. attio, dum extraordina-  
riam Prætoris cognitionem in ea  
non probem. Contorquent enim cū-

etos interpres verba illa: **Q**ui in  
extraordinarijs iudicij, ubi conceptionis for-  
mularum abseruantur, hac subtilitas subta-  
ta est, addubitatem enim omnes, quæ sint  
illa extraordinaria iudicia, quæ con-  
ceptionis subtilitate formularum nō  
gubernantur? Ego autem ab origine de-  
cruui rem exordiri, & una via inqui-  
rere veritatem, eodemque transitu in  
aliorum refellendis iudicij, quod sit  
nostrum, aperire.

Regula sit, omnē actionem à primi-  
tiua iuris prudentia suis formulis dire-  
ctam, & cōpositam fuisse, sine qua nū  
obseruantia nulli in iudicio experiri  
lincebat sine iactura causæ, tanta enim  
reuerentia, & religio iudiciorū erat, ut  
causa caderet, qui à syllaba eccidisset,  
tanta etiam erat supersticio (de quod di-  
ximus sup. lib. 2. c. 2.) sed nunc tumultuarie accipe lib. 2. § postea 7. D. de orig.  
iur. ubi Cui. & Corras. Cic. in oratione  
pro Muren. & in oratione pro Roscio, &  
alibi multoues M. F. Quin. declam. 260.  
Senec. epis. 49. A. Gell. lib. vlt. c. 9. iit.  
C. de formulis sublati, Cui. in recitatione  
solemnib. ad iit. inst. de actionib. in prin-  
cip. & in Parat. ad iit. C. de formul. & im-  
petrationib. att. sublati. A. Fab. ubi pro-  
xime, & lib. 20. con. c. 13. A. Alc. int. pecu-  
nia 178. §. actionis, D. de V. S. & in l. ver-  
bū oportere 37. D. cod. Osuald. ad Dom.  
lib. 19. com. c. 1. lit. D (quialios dat) Va-  
con. à Vacū. lib. 1. declar. 29. à n. 9. Cor-  
ras. in §. his itaq. discretis, n. 1. inst. de a-  
ction. P. abr. lib. 1. seme. c. 21. Greg.  
Lop. Mader. c. 10. anim. ad. n. 8. F. Poll.  
bis. for. Rom. lib. 1. c. 4. & lib. 3. c. 2. Fran.  
Broid. in supplemen. ad Pollet lib. 5. c. 4.  
eruditæ ultra omnes Bris. lib. 5 form. f.  
m. 430. Blon Flauui lib. 4. de Rom. triu-  
ph. Hadria. Turneb. lib. 14. aduersario-

*rum, cap. 11. Lxviii. Torrent. commen-*  
*tatorum, ad Sueton. in Claudio, cap. 14.*  
*Matcell. Donat. dilucidas. ad eundem*  
<sup>6</sup> *Sueton. in August. cap. 32. à quibus satis*  
*hoc vulgare axioma afferi, & exor-*  
*nari potest. Quod in tantum usu ve-*  
*nit in foro Romano, ut pro actioni-*  
*bus formulæ vulgariter appellaren-*  
*tur Vlpian. in fragmentis, titul. 19. §.*  
<sup>16.</sup> *plurimis eruditis id tuam iam*  
*præoccupavit Chiaius dicit. princip.*  
*inst. de actionibus, & ad Vlpian. titul.*  
<sup>25.</sup> *vbi Gothofredus, Osvald. Madera,*  
*Brison. Marcell. Donat. ubi proxime,*  
*Hotoman. in princip. inst. de actionib.*  
*Anion. Pichar. ad l. 1. D. de legat. 1. cap.*  
<sup>5. num 26.</sup>

<sup>7</sup> Hæ autem actiones constituta  
 manebant litigantibus à legum præ-  
 scriptis, & Consultis, qui antiquitus  
 post leges duodecimi tabularum eas  
 compulerunt, & formarunt: & à  
 Magistratibus p. R. litigantes expos-  
 cebant, ita distingunt Hotoman. in  
 principio inst. de actionibus, Marcell.  
 Donatus in dilucidas. ad Sueton. dicit.  
<sup>cap. 32.</sup> de primis protestantibus formulæ  
 expressus est Marcus Tull. Cicero  
 pro *Roscio Comedo*, sunt iura (inquit)  
 Princeps orator. sunt formulæ de om-  
 nibus rebus constitutæ, ne quis aut in ge-  
 nere iniuria, aut ratione actionis errare  
 possit. M. F. Quintilian. declam. 350. ibid.  
 Interim patemus nullam legem huic sec-  
 tari præbrie esse constitutam, id est for-  
 mulare actionem, ut subsequentia declarant: consulto prætermitto a-  
 lia, dom profero huius antiquitatis te-  
 stem lib. singulari, Pomponium En-  
 chiridij in l. 2. §. deinde 6. D. de orig. au-  
 ris. Deinde ex his legibus eodem tempore  
 fere actiones composi. & sunt, quibus inter-  
 se homines disceptarent, quas actiones ne-  
 populus prout vellet, institueret, certas so-  
 temnesque esse voluerunt, & appellatur  
 hæc pars juris legis actiones, id est legit-  
 ma actiones, quas quidem actiones in  
 formam redigerunt Appius Clau-

dius, & Sextius Elius, ut ipsiusmet re-  
 statuit Pomponius in §. postea 8. eius-  
 dem legis, & §. postea 36. Unde hu-  
 ius legis actiones pars juris civilis re-  
 putatur, §. ita in civitate 12. eiusdem 8  
 legis, Cic. 2. de invenzione, & ita ius ci-  
 vile habemus constitutum, ut causacada-  
 is, qui non quemadmodum oportet ege-  
 rit, Alexander Scot. de controversijs  
 Iacob. Cuiac contra Bodinum, & alios,  
 cap. 6. Hotoman. illi. questionum, ca-  
 pit. 34. & plures alij supra præsci-  
 pti.

De formulis autem à Prætore  
 ex postulatis expressus est idem Cic. 9  
 dicit. lib. 2. de invenzione, post proxima  
 verba data, ibi. *Quare in iure plenum-*  
*que versantur, ibi enim, & exceptiones*  
*postulantur, & quodammodo agendi po-*  
*testas datur. & omnis conceptio priuato-*  
*rum iudiciorum constituitur, & lib. 2.*  
*in Verrem, que ramen omnia nouas in*  
*jurias habent, sed postulationum formu-*  
*las visitatas: explicat Hotoman. in*  
*principio inst. de actionibus, I. Corra-*  
*nus in dicit. 9. sic itaque discretis, institut.*  
*eodem à num. 1. Brisson. dicit. libr. 5. for-*  
*mul. P. Faber. dicit. lib. 1. semest. cap. 21.*  
 Marcell. Donat. ad Sueton. ubi proxime,  
 Blond. Flavius Forliniens. de Roma  
 triumphant. lib. 4. & litigantes, aut suo <sup>10</sup>  
 periculo intentabant actiones, quim  
 posset Prætor eas demonstrare; sed  
 secundum intentionem, aut denega-  
 re, vel concedere eas, unde multoties  
 accedebat, ut caderent per errorem à  
 causa ex præscriptis: & Cicero testis  
 est, in oratione pro A. Cætin: potuisti enim  
 leuiore actione configere: potuisti ad  
 tuum ius faciliori, & commodiore iudicio  
 peruenire, quare aut mera actionem, aut  
 noli mihi instare, ut iudicem, ramen is, ut  
 timidior videatur, quam fortis: aut en-  
 pidior, quam sapienti iudicem esse &  
 quum est: si autem iibi præscribat, quæ admo-  
 dum meum ius persecutar: aut ipse, id quod  
 ad se delatum sit, non audeat iudicare:  
 etenim si Prætoris, qui iudicia dat, nun-

quam prætori præstituit, qua actione il-  
lum vii velut videte quam iniquum sit,  
constituta iam re, iudicem quid agi po-  
tuerit, aut quid possit; non quid actum sit  
quærere, & ex hoc loco obseruat Bri-  
ton. dict. libr. 5 formal fol. mhi 464. A-  
liquando, & multoties coneturre bant  
ad adiuvatos, & Consultos, ut ab eis  
suarum actionum formulas legitimas  
acciperent, ne errore earum cade-  
rent, propter quod formularij vul-  
go appellati fuerunt, uti iam præse-  
uerarunt eruditii viri Petrus Faber di-  
ct. libr. 1. sem. cap. 21. Brisonius eodem  
dict. libr. 5. Formular. Isaac Casaubon.  
in Spartan. in Anton. Gata, Stephan.  
Forcatulus in Necyom. iur. dialog. 45.  
num. 1. & cum his alij. Quæ cum meo  
iudicio, quam verissima sint, non si-  
nunt quominus celebrem Iacob. Cu-  
iaci errorum præteream, in recitatio-  
nibus solemnibus ad dict. principium in st.  
de actionibus, afferentis, solum eas iu-  
dicandas formulares actiones, quæ à  
Prætore sumebantur, carmina autem  
quædam litigantium cæteras esse, in-  
uita quidem nostri iuris civilis cun-  
cta antiquitate, & eruditionis auto-  
rum.

Hinc assultat oculis, visumque  
retundit dict. l. actio, in extraordinarijs  
12 iudicijs, quæ formularum superstitione  
permanerunt libera. Fabri alio-  
rum que sequacium censuram iam  
præstimus, Tribonianu verba attri-  
buentium, in quorum sententiam, ut  
irem, pene fui; sed detinuit feliciter  
diu excogitata obseruatio, & animus  
non facile in eam crism pronus: pec-  
cant grauiter qui occasiones leues ir-  
ruendi in Tribonianum, quærant, ma-  
gna iuris prudetia injuria, ingentique  
damno, atque nostro grauissimo do-  
lore. Tentarunt his morbidis reme-  
dia verbis, his tenebris lucem afferre  
animosi interpretes iuris: sed ( nisi  
cum ipsis fallor ) succubuerunt vici,  
& forte succumbemus nos, id est, stre-

nue vincere, aut vinci: Petrus Grego-  
rius lib. 21. syntagmatum. iuris, cap. 8. nu-  
mer. 17. Alciat. in commentario ad l.  
cum filius familias 17. D. si certum pera-  
tur, Cuiacius in dict. principio de ac-  
tionibus, & tractatu 8. ad African. in  
l. si rem, D. de negot. gest. Francisc. Pol-  
let. lib. 3. histor. For. Roman. cap. 2. For-  
catul. in Necyom. dialog. 65. numer. 1.  
Hotoman. in principio institut. de ac-  
tionibus, referunt tacite legem istam ad  
temp. ta Constantini longis anno-  
rum interuallis dissita, quibus expre-  
se P. Barbosæ conuincitur iudicium, 14  
afferentis in l. si longius 18. q. si filius fa-  
milias, D. de iudicis, à nñm. 25. tem-  
po-  
re iuris Consultorum omnia iudicia  
fuisse extraordinaria, in quibus for-  
mularum solemnitas, non obseruaba-  
tur, ad idque nostram l. actio, inducit,  
aliasque, quæ suæ sententia expre-  
se refragantur, ut subscrivenda proba-  
bunt.

Doctissimus Cuiacius in Parat.  
ad titulum C. de formulis sublat. alia 15  
interpretatione adgressus fuit Pan-  
lum, in nostra l. actio scilicet, quod  
iudicia extraordinaria ante constitu-  
tiones illius tituli cæpissent frequen-  
tari, in quibus conceptio formula-  
rum non obseruabatur, id est non cal-  
lide, & stricte formularum tenor, &  
forma in iudicijs animaduertebatur,  
nec tamen litigatori formulariter ex-  
periri volenti prohibitam erat, sed  
hoc interpretamētum, seu tempera-  
mentum, iam despexit Osvald. dict.,  
lib. 21. cap. 2. lit. D. & conuincunt le-  
ges tituli, C. de formulis sublat. §. fin. in-  
stitut. de interdict. & cuncta ea quæ ex  
media iuris prudentia, hoc capite af-  
serta relinquimus: præcipue cum nul-  
lam autoritatem inferat, qua suam  
doctus vir adserat interpretatio-  
nem. Nam si vt ipse dijudicat, ob-  
seruatum fuisset nostrum civile ius,  
antiqui que libri ea iudiciorum ob-  
seruantia scaterent. Anton. Guibertus 16

*dicit. cap. 10. suarum questionum, numer. 5. iudicia extraordinaria, quæ apud Prætorem aliosque magistratus exercebantur, docet, sine formularum rigore decidi, cum quo & Anton. Pichard. in locis infra referendis, unde probas mi Guiberte? tua sola autoritate stabit censura, nam nostra l. actio alia iudicia extraordinaria inclusit, non Prætoria, quod & iam supra præuidit Osualdus, & nos in principio præcensuimus: nec ne inferioris conditionis Prætores, Præfides erant quam Pedanei, ut apud istos solemniter, & decoro, apud illos barbare, & tu multuarie ageretur? quis feret ista? nam si formulæ ab antiquis Consultis propositæ fuerunt, & formalæ, vt iudicâ, non vti quis vellet institueret, sed vt grauiter, & magistruose agerentur *dicit. l. 2. D. de origine iuris.* quando id magis, quam coram Prætore, & maioribus P. R. Magistratibus: propter eorum excellentiam: Præter quæ necessario *ex dict. l. attio* inferreatur, actionem negotiorum gestorum extraordinariæ Prætoris cognitioni attributam fuisse, quod æquissime ferre non potuerunt Anton. Faber, & Schifordegli. in exordio huius capituli dati, & nos cum eis: quid respondebit Vlpiani responso subtiliter intellecto? *in l. Barbarius Philippus, D. de officio Prætorum,* ibi: *Qui apud eum Prætorem egerunt, vel lege, vel alio iure, quid enim est lege agere, nisi formulariter legis actionibus, vti diximus supra, & latè Gothofredus in l. 2. §. 6. D. de origine iuris.**

Noster Anton. Pichard. in § 17 *tur cum quis 1. institut. de obligationib. quæ ex quasi contractu nascentur, à numer. 34. & in §. actionum 28. question. 1. à numer. 16. cum sequentibus, refert præterea extraordinaria iudicia ad iudicia bonæ fidei, in quibus sufficiebat, 18 quo quomodo intentionem suam*

litigatorem explicare, propter illa verba, *ex fide bona, vel quod aequius, & melius religioni iudicantis visum fuerit,* quam sententiam à suo Magistro Gabriele Enríquez acceptam laudat, & tuetur. Sed res in audita meis auribus tantorum virorum iudicium est. Quis enim affirmare audebit, solemnitate formularum bonæ fidei iudicacaruisse? magni facerem, si qua suam firmarent sententiam, nobis autoritatem aliquam reliquistissent: nam quod inferunt ex verbis illis, *ex fide bona, vel quod aequius, &c.* tantorum virorum venia penitus error est, ingens que lapsus: nam formularia illa verba erant indatione iudicis à Prætore in bonæ fidei iudicijs; quod longe diuersum erat ab actione, cum antea certa verborum formula apud Prætorem actio solemnis proponebatur, postea que Prætor, si volebat, iudicem dabat, & actionem: Broidæus in supplemento ad Polles. libr. 5. histor. 19 fors. Roman. capit. 5. Brison. libr. 5. formal. tunc que in datione iudicis, si iudicium bonæ fidei erat, adiicitur clausula illa, *ex fide bona, & aliæ similes receptæ:* que quidem non eo minus solemnia, & formularia verba erant dationis iudicis in illis iudicijs. Actiones enim de omnibus rebus constitutæ fuerunt, Cic. pro Q. Roscio Com. supra datus, sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus constituta, *dict. l. 2. §. deinde ex his legibus, D. de origine iur.* Brison. lib. 5. formular. fol. mibi 430. qui nonde iudicijs bonæ fidei? cum in contrarium nulla resistat autoritas; immo suis formulis omnia iudicia bonæ fidei constituta fuerunt, & inuenimus hodie, Cic. expresse pro Q. Roscio Co-<sup>20</sup> mæd. iudicium est pecuniae certæ: arbitrium incertæ: ad iudicium hoc modo venimus, vt totam licem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo admisimus; vt neq; nihil, neq; tantum, quantum postulauimus consequamur, eius rei ipsa

verba formulae testimonio sunt: quid est, in iudicio directum, alperum, simplex &c. Seneca de benef. lib. 3. cap. 7. huius (de iudiciis bone fidei loquitur) liberum, & nullis astricta vinculis religio, id est formula: Valeat Maxim. lib. 8. cap. 2. M: Portium Catonem incliti Catonis patrem, arbitrum Claudio adduxit, & formulam, quid sibi dare facere oportet ex fide bona, videndus est Cic. in Topicis, & 3. offic. & alijs quam plurimis locis, in quibus iudicium bonae fidei formulas agnoscit, & agnoscunt sine controvicia Rebard. de autorit. prudent. capit. 3. Brisonius late dicit. lib. 5. de formulis, Hadrianus Turneb. lib. 25. Adversari. cap. 23. Aldus Manius in commentario ad lib. 3. Cic. offic. fol. mibi 387. Antonius Faber in rationali ad l. quia 7. D. de negot. gest. & lib. 15. coniectur. cap. 1. & lib. 16. cap. 1. & 2. & si adaequare æquias rem quæris, Consale Brisoniū in perelegati suo tractatu de formulis, & inuenies omnes bonæ fidei actiones certis compositas formulis: & similiter earum iudicia. Differabant enim iudicia bonæ fidei abstricte iuri, non in formulis: quis vñquam somniauit? Sed quod in illis Prætor, seu datus iudex ex æquo, & bono procedebat; in istis, stricte, si pateret censum deberi, condemnatur, & ut inquit Cic. pro Roscio supra: aut obtineatur, aut amittatur iudicium. Sic Brison. sic Fab. & Reuard. sup. & cum his omnes. Præterea quis vñquam propter illa verba iudicium bonæ fidei extraordinariū vocavit? Nullus ecquidem, quem ego viderim, aut sciam: alia longe diuersa causa est extraordinariorum, ut ex infra dicendis apparebit, vide Osuald. ad Donel. dicit. lib. 21. commentarior. cap. 2. lit. D.

24 Quare alij, & cum eis aliqui interpretum, quo's retulimus (sic resar-  
dua vario incerto que iudicio tenta-  
tur) existimarunt, extraordinaria ista  
iudicia ad viles actiones referenda

esse, quia omnis actio utilis extraordinaria est, Cuiac. in recitat. solemnibus id dicit. prius cipiam, in l. de actionib. Franc. Duaren. in commentari. ad titulum, D. se certum petatur, cap. 3. idem Cuiac. in l. 2. & 3. C. de institut. & substitutionib. & in l. 18. D. de iudiciis, & tractat. 8. ad African. in dicit. l. si rem, D. de negot. gestis Barbosa dicit l. si longius 18: si filius familiæ. D. de iudiciis, annum. 25. Osualdus ad Donel. dicit. cap. 2. lit. D. & sic magis in his utilium actionum extraordinariis iudiciis considerari actionem in factum, quam solem nem formulam: ea enim non requirebatur 25 ad viles actiones intentandas Cui. in dicit. tractat. ad Africanum, Barbos. & Osuald. sup. Duaren. ad titulum de pignorat. alt. toni. cap. 7. Philip. Eroldæus in supplemento ad Pollet. dicit. libr. 5. cap. 4. Guid. Panciroli in Thesaur. variar. lect. 3. cap. 30. & sic in nostra l. actio secundum eos Paulus scribit, nihil inter esse, qua actione experiator in actione negotiorum an utili, vel directa: quia in iudiciis extraordinariis, id est utilibus actionibus conceptio formularum non attendebatur, ut latius explicat Osualdus dicit. lit. D. Hi autem magis veritati accedunt, sed non iure Cōsulti Patuli menti, rectoque iudicio, apud quem iudicium extraordinariū actio negotiorum gestorum est, & inde nihil interesse resoluit, qua actione, utili, directave contendatur, quam principium huius §. attribuere Tribonianus necessum sit, cum Anton. Guiberto d. cap. 10. sed sequentia, dum & sententiam nostram tesseræ traddimus, cōprobabunt.

Sed præmitto prius extraordinarium iudicium in nostro iure appellari vario respectu. Primo in cognitione Prætoria, quia cum ordinariè Prætores iudices darēt (ut latius proximis præscripti capitulo) cum ex ordinariem cognoscerent, vel sponte in quacumque causa, vel privilegio causa

Causæ sibi reseruatæ, merito extraordinarium iudicium editum fuit, totus sit D. de varys, & extraordinar. cognit. explicant Alciat. in commentario ad l. cum filius, D. si certum petat. numer. 10. & 11. Anton. Fabr. dict. lib. 4. tertiæ. cap. 7. & lib. 12. cap. 17. Corras. in l. si im ali- quam, §. cum plenissimā, D. de offic. Pro- consulis, P. Greg. lib. 21. syntagmat. cap. 8. num. 14. Barbos. de iudicis, ubi proxi- me, A. Guibert. dict. cap. 10. Osuald. ubi sup. Caluin. Brison. in suis lexic. & pas- sū omnes, præcipue relati in hoc ca- pite. Sic similiter extraordinarius reus dicitur, cum primo quoque tempore (verba Labinis sunt ad Cic. de iuuent. lib. 2.) Omissis alijs iudicis, de eo quod po- strem in iudicium venerat, quercha- tur, nec setubatur temporis ordo, quo- quaque causa ordine in iudicium dedu- cta erat, probat ibi Cic. & actione 1. in Verrem. Profecto non hac omnia collig- eret, atque auerparetur, non usque eo despicere, contemneretque ordinem Se- natorum, ut arbitratu eius deligeretur ex Senatu, qui reus fieret, qui, dum hic, qua opus esset, comparararet, causam interea eam diceret. Sic intelligendus Iuuen- Satyr. 16.

Expectandus erit, qui lites inchoet an- nus

Totius populū, tunc quoque mille ferenda Tedia, mille moræ.

Sueton. in Vespas. c. 10. & Cic. lib. 2. de an. vi in quædā iudicio, cum beneficij cu- jusdam nomen esset delatum, & quia pat- riciis causa subscripta esset, extraordinari- em esset acceptum, cui addo M. Cælij epistolā ad Cic. apud hanc lib. 8. epistol. famil. epistol. 8. ibi: Quod is in causa M. Taccium accusatorem suū post ludos Ro- manos reum lege Plotia de vi fecit, hoc consilio, quod videbat se extraordinarius nemo reus accessisset, sibi hoc anno causam esse dicendam, ad quod allusit Seneca epist. 106. Itaque dubitavi virum differ- rentem, an donec suus isti rei veniret lo- sus, justi b. extraordinarem dicerem. Af-

con. Pædian. in primam Verrinā. Mor- ris autem fuerat, ut agendū dies priore ordinaretur, itaque si omni tempore pos- tulato ypsus esset ad inquisitionem tunc futurum erat, ut priori locis ad agendum daretur ei, qui bianno breviorē aiem po- stulanerat tunc accusationis interpolata de industria mora, cum Verres ad alios Consules distulisset, doceat (nude tamē) P. Pithæus lib. 2. adū subcessor. cap. 19. Budæus in commentar. lingua Graca, Bri- tannicus ad Iuuenalem sup. (quidam Ser- uium) eruditus Marcilius ad dict. cap. 10. Vespasian. Varijs ecquidem de cau- sis causæ, & iudicia extraordinaria di- cebantur, ut plenius à Caluino, Ver- rucio, Brisonio in suis lexicis, accipies, & Corrasio in commentario ad l. 1. D. de iurisdict. nam. 10. & 11. & in l. solei 6. D. de officio Proconsul. à num. 7. Osuald. ad D'Onell. dict. lib. 2. et om. cap. 2. lit. E. Un- de Schiffordeghet. lib. 3. tract. 23. quest: 28. notandum est, qui facie huius ex- traordinarij juris differentias con- tinuit.

Sed inter alia, illa præmaxime in nostro iure civili frequentiora appa- rent, quæ procedunt inde, quando in eodem iuris civilis corpore aliquid ex- tant, seu intenitut constitutum aduersus primordia ipsius, id est leges duo- decim tabularū: aduersus legis actio- nes assertas, & receptas, & deniq; aduersus stricta principia iuris pruden- tiæ, quod quidem, refragantibus licet iphius regulis, aut a quitas introduxit prætoria, aut Cæsares piissime res- criperunt: dabo exempla si non omnia (qui possem: sed non parva. Primū se offert Vlpian. in l. si quis sepulchrum 17. D. de religios. & sumptib. funer. in eo qui sepulchrum habebat, viam autē ad sepulchrum non habebat, & à vici- no ire prohibebatur, ex rescripto An- tonini iter ad sepulchrum petiuit pre- cario, & subdit Consultus, nō tamē hoc rescriptū, quod impetrādi dat facultatem etiā actionē ciuilē inducit, sed ex extraordi- nem

nem interpelletur, l. 2. D. ex quib. causis maiores, ibi: *Huiusmodi enim personis extraordinē ius dicitur ex Senatus Consultis, & principalibus constitutionibus, l. pecunia 178. §. actionis 2. vers. Persécutionis, D. de verborum significat. persécutionis verbo extraordinarias persecutio-nes puto contineri, vi puto fideicomis- sorum, & si qua aliae sunt, que non habent turris orationis executionem, & quamvis nemo cogitat liberos suos manūmit-*

**29** *terre, quia potestas patria inestimabili-  
lis est, l. filius familias 214. §. sed si libe-  
ros 8. D. deleg. l. id intelligunt vulgari  
formula iuris, iure ordinario, ut eū  
§ componit Cui. annotis ad I. Paul. lib.  
4. tit. 13. & Gōthofredus dict. §. 8. tam-  
men iure extraordinario ne decipiā-  
tur ultima morientis voluntas, lega-  
tarius cogitur emancipare, l. sic lega-  
tum 92. D. de condit. & demonstrat. led  
& aptissima sunt verba vulgaris legis  
in causa cognitione 16. D. de manoribus  
in causa cognitione eis im hoc versabitur,  
num forte alia actio possit competere, et  
tra in integrum restitucionem: nam si co-  
muni auxilio, & mero iure munitus sit, no  
debet ei tribui extraordinarium auxiliū:  
l. 1. D. de peculio, cum anteā iure civili  
talis actio ignota esset, explicat Duar-  
ren. ad titulum de pecul. cap. 1. dum in-  
terpretatur edicti verba, l. pecunia 5.  
C. de priuilej. fisci. Sed quid alia? videlicet  
Guidonem Panciroolum eruditè hęc  
tractantem lib. 3. Thesaur. var. lect. cap.  
30. Scipion. Gentilem lib. 3. de iurisdi-  
ction. cap. 32, Robertum Marant. de or-  
din. iudiciorum part. 4. dist. 10. numer. 2.  
Donell. dict. lib. 21. comm. cap. 2. & ibi  
Osuald. lib. E. P. Gregor. d. libr. 21. syn-  
tagmat. iur. cap. 8. num. 10. l. Corraliu  
dict. l. solet, num. 8. D. de officio Procons.  
Cuiac. dict. princip. instit. de actionibus,  
contūnit reapse A. Guibert. dict. c. 10.  
a quibus pro nostra confirmanda sen-  
tentia, præclarissima responsa acci-  
pices.*

Actio autem negotiorum gesto-

rū, sine quæstione extraordinariorum 30  
iudicium erat, cum in eo nulla volun-  
tate domini, nullo præcedenti cōtra-  
ctu gestor aliena se immisceret rei, &  
gestioni, ad ipsum nō pertinet: quod  
nec vacabit culpa, ex recta iurispru-  
dētia, si sic intelligas reg. culpa est 36.  
D. de reg. iur. vti in secunda ibi explica-  
tione placuit P. Fab. quæ nec postead dis-  
plicuit in l. inuest. 158. D. eod. tit. nullus  
enim præesse at contractus, nulla  
obligatio recta præcesserat, quæ pa-  
rite obligationem posset secundum  
l. 2. tab. tenorem l. si quis, D. de obligat.  
& act. §. institut. de obligationibus, quæ  
ex quasi contractu nascuntur. Si enim  
nullus contractus, nulla promiscua o-  
bligatio: unde promiscua actio, & do-  
mini, & gestoris? quia obligatio sem-  
per reputata mater actionis fuit, l. li-  
cer 42. §. ea obligatio. D. de procurat. sus-  
picor hanc antiquam iurisprudētiam  
continei: regula illa nemo 124. D. de re-  
gul. iur. Nemo autem nomine lege agere  
potest, nā quamvis ad actus legitimos  
referant P. Faber. & Rebard. ibi berit.  
Gifan. de reg. iur. cap. vlt. in principiis Hon-  
tom. cap. 34. illus. qne. quos libenissimus  
probbo: tamen nihil obstat quo-  
minus sic regulam illam in: interpretari  
possimus, si licet quod lege, id 12. ta-  
bula. & recta iuris civilis scientia (sic 32  
plerumque in nostro iure civili acci-  
pitur, dict. l. 3. §. deinde, cum sequētibus,  
D. de orig. iur. l. 2. C. de quadrienn. præ-  
scriptione, §. sed ista, iust. de actionib. & di-  
obseruauit Cuiac.) nemo, nec in iudi-  
cio, nec extra, nomine alterius agere  
possit: in iudicio, nullus erit qui con-  
tradicat, cum 12. tab. leges sua persona, 33  
non procuratoris nomine unusquis-  
que experiri deberet princip. iust. de his  
per quos agere possum. docent Pichard.  
in rubrica coadem illi àrum. 4. Francie.  
Broxus in principio eiusdem tituli, Ho-  
tonian. Baldwin. & Minsinger. & alijs,  
atque Osuald. ad Donell. lib. 18. comm.  
cap. 9. lib. L. Alexand. Scot. contra Bo-  
din.

din. e. s. & alij innumerabiles, à quibus  
 & eruditionem fundamentaque hu-  
 ius antiquitatis accipies, atque colli-  
 ges : procuratoris officium vtilitatis;  
 34 & æquitatis eaula rēcepit m̄ fuisse  
 contralēges 12. tab. vt ipse met refert Ius-  
 tinianus dict. principio: dict. reg. 124. in  
 hoc sensu intelligentes Broæus dict.  
 principio. Hotoman. illustr. capit. 34. P.  
 aber. & L. Rehard. in ead. reg. Obert  
 Gifan. dict. cap. vlt. in princip. Et vi ex-  
 tra iudicium, similiter nemo gerere;  
 vel agere pro alio, siue mandato pos-  
 set, vt proxime dicta adstruunt, & ver-  
 ba ipsius legis, vt sic intelligantur; ca-  
 pacia sunt: primordia enim iuris pru-  
 dentiae tan stricto arduoque iustitia  
 tramite procedebant. Sed sicut necel-  
 sitatis, & æquitatis vtilitas procu-  
 ratores admisit in iudicijs, sic Præto-  
 ris pietas æquitas que introduxit edi-  
 ctum de negotijs gestis, l. 1. D. eod. Iusti-  
 nian. dict. 9. 1. inst. de obligat. qua exqua-  
 si tonitrat a nascuntur, vt si pietate mo-  
 tus quis absentis infirmi, & impediti  
 te ingeneret, & immisereret negotijs;  
 & in se, & pro lectionem ex gestio-  
 ne haberet. Hæc est certa inuestiga-  
 tio, quæ sub odotamus natutam actio-  
 nis negotiorum gestorum, eamque  
 extraordinariam fuisse. Sed meo iudic-  
 cione expressus est Magnus Papinian,  
 lib. 6. question. in l. hereditas 50. §. 1. D.  
 de petition. hered. namcum testator ex-  
 truere sibi monumentum mandasset  
 heredi, & bona fidei possessor etexis-  
 set, a quo euicta hereditas fuit, perve-  
 sum possessorum: cumque in here-  
 ditate monumenti sumptus retinere  
 bona fidei possessor veller, dubitatio  
 inde orta fuit, quod illos fecerat no-  
 lo iure obstrictus, nam testator  
 datum in illis rebus, quæ aucto-  
 ritatem respiciunt, non pariunt ob-  
 ligationem! *Quintilius Mutius, D. de  
 annuit.* eleganter explicant  
 C. 6. question. Papin. ad dict. l. 50. &  
 mon. fabr. in rationali ad eam, prop-

ter quod verus heres sumptus monu-  
 menti exsoltiere recusabat, sed tamē  
 in contraria fuit Papinianus sententia  
 ea ratione, quæ si bona fidei possessor  
 negotium hereditarium gesisset, cui  
 remedio extraordinario succurrerit, sic  
 re ipsa sentiant Gothofred. ibi A. Gui-  
 bert. d. cap. 10. videndum est D. D. Mar-  
 tin de Larriateg. lib. 2. select. cap. 3. nu-  
 4. qui alios dat. Sed expressius, quid  
 frustra diuagamus? responsum nullū,  
 quam Pauli inteniri potest in nostris  
 actio, vt ex eo observabimus infra.

Cuncta autem iudicia extraordinaria, siue formula certa intentaban-  
 tur: qui possent cum omnibus post, &  
 contralēges 12. tabul. & antiquā tri-  
 etam iuri prudentiam, suggerente æ-  
 quitate, & necessitate invenientia sufficit,  
 aut à Prætore, aut à Principe; aut à  
 moribus, receptoque usu Popul. Ro-  
 mani: formulæ atrem, parvo post le-  
 ges 12. tab. proscriptas tempore, com-  
 positæ fuerunt, & ordinatæ, de illis  
 legis actionibus, quæ ex ipsis 12. tab.  
 legib. proveniebant, vt satis ostendit  
 Pomponius in dict. l. 2. §. deinde; D. de  
 orig. iuris, & alia loca hoc capite assig-  
 nata. Expresso hoc probat Ulpian. in  
 fragment. tit. 25. lib. 2. fideicommissa, non  
 per formulam petuntur, vt legata, ratio  
 est, quia legata à tempore 12. tab. In Po-  
 pulo Romano agnita fuerunt, & co-  
 pihensa in legi illa, quæ testandi po-  
 testas testatoribus indulgetur, ut quis-  
 que legasset, &c. (vt supra hoc libro sa-  
 tis longe tractauimus) contra autem  
 fideicommissa, quæ necessaria non  
 fuerunt, donec id Augustus perfecit  
 in populo in persona Lentuli, teste Ius-  
 tiniano in principio de fideicommissariis  
 heredit. (ad quod etiam aperiendū in  
 gentem laborem subiuiimus hoc eo-  
 dem lib. cap. 3.) & cum extraordinaria  
 essent, nullo formularum certo iure  
 petipotuerant, cum non haberent. Opti-  
 ma est declamatio Quintiliani 350. in-  
 terim putemus, nullam legem hanc sceleri

proprie esse constitutam, non ne proximo  
utendum est, non ignoro esse frequentem  
huiusmodi in iudicij minoribus dumta-  
xat contentione, ut pecuniaris: an exte-  
disse formula, qui egerit aliter, quam po-  
tuerit agere dicatur, sed hec tunc valent  
cum ostenditur ius aliud, quo agendum sit,  
explicat latius Scipio Gentilis de in-  
risdict lib. 3. c. 32. & sentit Fran. Duar.  
in Apolog aduersus Aeguinariu Barone  
de iurisdict. §. 6. Panciroli dict. lib. 3. va-  
riar. cap. 30. Guibert, dict. cap. 10. Cor-  
rasius dict. l. solet, à num. 7. D. de officio  
Proconsul. qui per a pte ad hoc conside-  
rat, §. fin. inst. de interdict. in quo ideo  
dicuntur omnia iudicia extraordinaria,  
quia iam actionem formulæ sub-  
lata fuissent, Osuald. ad Don. dict. libr.  
21. comm. cap. 2. lit. D. & E. Brilon. dict.  
lib. 5. form. fol. mibi 436 Horoman. dict.  
princip. de actionib.

39 Hinc securissime verus prouenit  
intellectus dict. l. actio, in qua inquit  
ergo Paulus, nihil referre in actione  
negociorum gestorum, an quis dire-  
cta, an utili actione agat, vel conueniat  
subdit querationem, quia in iudicij  
extraordinarijs in quibus conceptio for-  
mularum non obseruatur, hec subtilitas  
superflua est, iudicium ergo extraordinarij  
hic ipsam actionem negotiorum gestorum accipio, quod cum  
formularum conceptio non requira-  
tur, nec in iudicio extraordinario ne-  
gotiorum gestorū, nec in eius utili  
actione, vt cum multorum sententia  
sic supra presensimus, mirum nō est,  
si Iuris Consultus respōdeat, nihil re-  
ferre, qua actione directa, vel utili  
quis agat, vel conueniat, quod longe  
diuersum esset, quando iudicium  
esset ordinarium: tūc enim cum in eo  
conceptio obseruetur formularum ex-  
dictis in principio huius capit. & ab  
Scipione Gentili, dict. cap. 32. multum  
interest, an quis directa, an utili actio-  
ne agat, vt potè cum in directa obser-  
uetur formularum conceptio, & or-

dinario iure causa procedat, in utili,  
sine solemnitate formularum, & ex-  
traordinario: quæ res ingens discrimē  
cōstituebat in Populo Romano, quod  
& agnouit Barbosa dict. l. si longius 18.  
& si filius familias, D. de ind. num. 28. &  
29. licet errore multo fundamēta suæ  
sententiae convoluerit.

Hinc constanter probatur actio-  
nem utilem, nec intentari subforma-  
la religione, & iudicium extraordi-  
narij esse: probat sine quæstione l.  
cum filius familias, D. sicertum petatur,  
adiuncta si longius 18. §. 1. D. de indi-  
cij, nam quod in illa extraordinarij  
ius dicitur, in ista utiles nominatur ac-  
tio. Quid? nostra lex actio, irreprehē-  
sibilis est consideratio: nam si actio u-  
tilis formulæ proponeretur, & ordi-  
narium esset ius, multum referret an  
in actione negotiorum gestorū, quæ  
extraordinaria est, ageretur directa,  
vel utili, vt potè cum in illa extraordi-  
narie, in ista ordinarie contendendum  
esset. Conducit optimè l. quæ religiosis  
43. D. de rei vindicat. ibi: In factum autem  
actione peritur extraordinem subuenitur.  
Quid ultra? ipsam et recta antiquitatis  
cognitio istam aperit veritatem, nam  
si legitimæ actiones, si formulæ il-  
la erant, quæ recto tramite à lege 12.  
tab. à stricto antiquiori que iure ciui-  
li procedebant, in quarum contentio-  
& experimento, nec syllaba una  
ab errandumerat, nunquam in illis le-  
gitimis actionibus certis solemnibus  
que formulæ comprehendendi poterūt 41  
utiles actiones, quæ ad casus similes  
ex interpretatione ex benignitate ex-  
tentæ, & constitutæ fuerunt, vti do-  
ctissime explicat A. Pichard. dict. §. 1.  
inst. de obligation. quæ ex quasi contractu  
nascentur, Corrasius ad l. ei qui, D. de  
seruit. num. 6. P. Gregor. lib. 21. cap.  
8. num. 17. à num. 30. Cui. ad l. si fistula,  
D. de seruitat. urban. præd. Franciscus  
Duaren. ad tit. de pignorat. action. cap. 7.  
A. Alciat. in l. Gallus, §. ille casus, D. de  
lib.

lib. & posthum. num. 2. Osuald. ad Don.  
lib. 21. comme. cap. 2 lit. H. Melchiorde  
Valentia 1. tom. illust. tract. 3. cap. 9. nu.  
20. Guid. Panciroli lib. 3. var. c. 18. Go-  
uean. de iuris dict. lib. 2. in l. 7. num. 8. &  
in commentario ad dict. l. Gallus, numer.  
26. & 1stè Stephan Forcav. in Necyo-  
mant. iur. dial. 63. cum seqq. Si ergo ad  
similes casus ex mente legis prodita  
fuit utilis actio, qualiter sub recepta  
legis formula intentari poterat? cum  
ex una parte considero, nec variatio-  
nem, nec syllabæ permutationē per-  
mitti in actione legis: ex altera totam  
legis hypothesim, scilicet casum variari in  
similitudine casus actionis utilis. Ap-  
petit hic, quam in proximo loco decla-  
ratio 350. Quintilianus est: utilis ibi in-  
tentabatur actio, & cum præter for-  
mularum propositam fuisse, proponetur,  
declarator responderet, nullam le-  
gem huic sceleri propositam fuisse: no-  
ne proximo viendum est? & sine formula  
& subdit: consuetudinē iudiciorū con-  
sequens est, quotiens aliqua propria actio  
in rem non detur, ut proxima, & simili,  
quibus alia subiungit, quæ mire in a-  
ctione utili nostram sententiam con-  
firmant, & cum extraordinarium iu-  
dicium dicatur diuerso respectu, vel  
ex cognitione Prætoria, vel tempore  
quo intentiatur, vel quod circa formam  
ordinariam, & solemnem actionis, vel  
propter causas alias, ut relatum pro-  
bamus: si actio utilis, nec in formula a-  
ctionis comprehenditur, nec directe  
in casu, sed benigna interpretatione  
extenditur, quæ extensio limites ordi-  
nariæ legis, & formulæ transit: quis  
sano iudicio abnegabit hoc solum res-  
pectu extraordinaria iudicia actiones  
utiles esse? nostras partes agunt Bar-  
bos. in l. si longius 18. §. si filius familias,  
num. 25. D. de iud. Panciroli. Don. Cui.  
Vulteius relat. ab Schifordeg. libr. 3.  
tract. 23. quæst. 28. quamvis iste agmē  
ducat in ipsos: libere dicam, quod sen-  
tio, fuderant Schiferdegherum pro-

sus extraordinaria iudicia, promiscuit  
omnia, & reduxit in horrendū chaos.  
Quid attinet, nī Schifordeghe, ex-  
traordinarium iudicium cognitionis  
Prætoriæ, cū isto utilis actionis? aliud  
erat, quia cum Prætor solitus esset da-  
re iudices ordinariæ, aliquando tamen  
ipsusmet cognoscet; stud autem er-  
rat, quia circa formam legis introdu-  
cebatur iudicium; aliud item erat, for-  
mulas coram Prætore actionum pro-  
ponente, & exposcere ab ipso; aliud a-  
ctionem, & iudicia ipsum praestare; vt  
Hotoman. dict. princip. de actionibus, &  
Donatus dict. cap. 32. ad Sueton. in Au-  
gusto distinguunt: litigatori enim pri-  
mo coram ipso comparabat, & ad li-  
bitum intentabat, qua actione experi-  
ri volebat, eaque edebatur reo, an ce-  
dere; an contendere vellet l. 1. D. de  
edendo, cum alijs à Brison. dict. libr. 5.  
tractatis fol. mihi 432. expostulabaturque  
à Prætore, vt secundum actionem ab  
ipso intentatam, iudicium seu actionē  
sibi daret, ita vt si ordinaria erat, ordi-  
nariam Prætor: si utilis, utilem praes-  
tat, Cic. 3. in Verrem, in eum iudicium de  
professione ingerunt postulabatur: l. mi-  
nor, D. de euictionib. Seins postulabat a-  
pud Prætorem utilem sibi de euictione si-  
pulationem in Tumulari (vide legem  
iuā) laius Brison. d. lib. 5. fol. 414. 415.  
418. Quintadueni. libr. 1. de iuris dict.  
4. à num. 4 cum seqq. Carolus Sagonius  
lib. 2. de iudiciis, cap. 5. neq; enim Præ-  
tor, aliam, quam quæ expostularetur,  
poterat actionem praestare, nec dis-  
ponere, quæ actio intentaretur, vt ex  
Cic. supra probuimus. Tunc Prætor 45  
sic presentata, & expostulata actione,  
dabat iudicium seu actionem purum  
ali quando, vel sub exceptione: aliquā-  
do causa cognita concedebat, vel de-  
negabat: vt latius à Brilonio accipies  
d. lib. 5. fol. 415. 408. 464. & Fran. Broi-  
dæo in supplemento ad Pollet. libr. 5. cap. 5.  
Quintadueni. libr. 1. cap. 5. anum. 3. doan.  
Nielio in cōtrouersi. feud. disp. 10. thes.  
4. lit.

4. *lit. E.* atque paſsim alijs. Quæ tractare longius prætermitto, propter vnum Brisonium docte differente, & quia aptiori loco forte resumam, & quia neque multum nostris conducet hic labor. Hæc autem est illa actio quæ à Justiniano definitur *in princip. de action.* ut docte intelligit *ibi* Cuiac. Hotomanus, & alij, & Marcell. Donat. ad Sueton. *vbi sup.* fistoque gradū, ne nostra disputatio excedere quæſtionis terminos videatur, concludendo, nihil firmum Schifordegherum

constituisse *d. quæſt. 28.* quod medio- criter doctis, & eruditis apparebit, tē- pus que nunc terebimus inique, quod in eo refellendo in ſumferimus, forte ſuum tempus adueniet.

Ex quibus tam longe peritis deducimus nostros Consultos, non co- mīscuisse ſub appellatione legati fi- deicommīſſa, nec hereditates: ca- tera enim, quæ rēpōnſi ſuper- ſunt *ſupra hoc lib. cap. 1.* parvi momen- ti ſunt, & indigna, ut nos remoren- tur.

## C A P. X.

**A**D illustrationem iuris Hispani, Romanique legum in signis Statijs Pa- pinij ſumitur locus, & ad eum varia interpretamenta referuntur, & refelluntur hoc, & ſequenti capite, à n. 1. & 2. Eruditi viri P. Ioan. Lud. Cerdæ interpretatio proponitur, à num. 3. Quæ exornatur, & conſi- matur, à num. 4. In quo de pulchritudine, & decore attributo equis ab anti- quis scriptoribus. Inde illustratur l. 10. tit. 21. part. 2. num. 5. Ad admis- ſuram pulchri, & nobiles equi ſelegi debent. 6. Inde ſentential. 1. & 2. titul. 17. lib. 6. Recop. exornatur, num. 7. Hispani equi ſemper in magno prelio, & laudatissimi in Circensi ludo. 8. Propter quod mittebantur in Hispaniam, qui coemerent eos ad editionem ludorum. 9. Explicatur l. 1. C. Theod. de equis Carulib. 10. Nobilitas ſanguinis, & generofitas equis ad tributa. 11. Ab his omnibus præclare illustratur diſt. l. 10. tit. 21. part. 2. & diſt. l. 1. & 2. tit. 17. lib. 6. Recop. Ab antiquitate iſta conſimatur iusta cauſa, & ratio, quæ legibus patrijs prohibitum eſt, ne Hispani equi à noſtro Regno edu- cantur. 13. Sed tandem rejeicitur multiplice argumento, & ratione Cerdæ interpretatio à n. 15. Domitianus captabatur multi à laudatione pulchritudi- nis eius. 16. Nomen equus aliquando acceptū pro equo, in quo explicatur Vir- gilius, cum alijs antiquis. 17. Equus nobilis non mitis, ſed acer eſſe debet. 18. Unde tertio explicatur, & illustratur diſt. l. 10. part. 2. 19. Ex cunctis hiſ longo diſcurſu, & argumento aperitur rēpōnſum Vlpiani Calij, & Oſilij in l. AEdiles 38. ſ. ſed enim 7. D. de AEdilitio AEdict. 1 num. 20. Quæſ- tio tota in caſtrato equo, & mulo vendico eſt, an emptori redhibiteria actio detur, vel actio exemptio. 21. Caſtratione equus debilior fit, & generofita- tem amittit. 22. Difficultas verſ. Cælius quoque, diſt. ſ. ſed enim, pro- ponitur. 23. Brebis paraphraſis ad rēpōnſum datur, & inde intellectus de- rivatur certus. 24. In ſpecie data quare actio exemptio competat, non redhibi- toria emptori. 25. Equus caſtratus ſanus eſt, & uilis ad multa. 26. Vi-

hūmāni animalis venditū non producit redhibitoriam. 27. Actio exempli quando competit propter equum venditū. 28. Iterum redditus fit aduersus P. Cerdæ opinionem. 29. Alia Ianni Parrhasij, & Bernartij datur interpretatio ad Statuum, anum. 30. Cicatrices vulnerum in bello acceptorū gloriosæ habite, & pulcherrimæ, à num. 35. Adseritur C. Plinio lebbie. 32. Expenditur l. 1. §. fin. D. de fugit. innotiscicatricum. 33. Argumentum contra interpretationem, & ibi probatur in iure civili cicatrices deformare, & infames esse, à num. 34. In transitu explicatur l. si seruus 27. §. rupisse 17. D. adl. Aquilam, scim alijs responsis. 33. Ex deformitate vulneris aestimatio detur in homine libero. 35. Et quid in virgine innupta remissive. 37. Distinctio inter cicatrices bellicas, & alias. 38. Illustratur cap. lator 11. dist. 55. rubi de homine ex vulneri deformi promouendo ad sacros ordines. 39. Rejicitur Parrhasij, & Bernartij interpretatio, à num. 40. Ad id fundamentum Geuartij non probatur. 41. In Colloso Damitianus belligerans sculptus fuit. 42. Adulationis officium. 43. Desribentes Equum Maximum cicatrices omittunt. 44. Domitianus effigies ex Suetonio. 45. Ea representata in Colloso. 46. Edicto Domitianus cauit se nunc pàdum Deum 47. Se virginis filium finxit. 48. Dij in vulnerabiles etiam ex sententia Gentiliū, ubi notatur incursio Homeri. 49. D. Cypriani datur optimas locis. 50. Illustratur Heliodorus. 51. Catholica expeditur sententia relata in l. 7. §. 1. G. de summa Trinitat. 52.



V M. Equo Maximo Statijs Papini decurrere extrema huius tertij libri decrevi, & in excursu Horres aliquos nostri civilis iuris patrij, & Romani libare: Eximius ergo poeta in lib. 1. Silvarum silvæ. hæc pulcherrima carmina dat.

In uarioratu  
Mixta notis belli, placidamque gerentis  
pacem.  
Nec veris major aputes, par forma, decor-

que.

Par honor

Tanquam si Papiniani difficultimum responsum esset, hæc nostri Papini carmina, varias hinc inde accepit interpretationes: inuenio sane dislentientes animos eruditorum virorum. P. ergo Ioan. Ludovicus Cerdæ incom- 3 mentario ad Virgil. lib. 5. Aeneid. vers. 49. ad illa, maculis, quem Thracius albis

nbt. & notas bellii Statijs intelligit maculas albas Maronis, docet enim eis quos Thracios, tum in pretiofuisse, cù albis maculis distincti essent: secundū quod interpretamentum verba illa in uariora tueri referenda sunt, non ad Domitianum, sed ad equum: quasi (secundū Cerdam) affirmet Statijs, inuitat ora tueri equi Domitiani; mixta notis belli, id est, maculis albis, vel atris, secundū eundem Papinum 4. Theb.

Maculis nec discolor atris  
Hic, cui fidis, equus.

Quam interpretationem, licet nuda redditam à doctissimo viro, confitmo ex elegantissimo Flauij Iosephi loco lib. 7 de bello Iud. cap. 24. (circa pulchritudinem, & decorem attributum equis) qui dum celeberrimum Titi, & Vespasiani triumphum describit, hæc verba dat, aut similia (in latinis).

Natus. Domitianus autem ad equitabat, ipse quoque ornatus pulchritudine, dignumque spectari exhibens equum, congruit Plinius lib. 8. hist. natur. cap. 42. etiam cum puer (Alexandro) capto eius (Bucephali) decole. Claudian. de nuptijs Honorij, & Mariæ.

Tumidus, quaesiensque decoras  
Curvata ceruite iubas.

P. Ouidius in fragm. Halieut.

Hic generosus bonos, & gloria maior e-  
quorum.

Nam capiunt animis palmam, gaudentis  
triumpho

Seu septem spatijs Circo meruere eore-  
nam.

None vides, victor quantum sublimius  
altum

Attollat caput, & vulgi se vendites au-  
ra.

Celsa ve cum easo decorantur terga leo-  
ne

Quam tumidus, quanto que venit specta-  
bilis actu

Compescatque solum generoso concita pul-  
su

Vngula subspolijs graniter redeuntis op-  
mis.

Sed proprietor est Nemessianus Papi-  
nio, qui videtur à magno vate imita-  
tionem accepisse, & consequenter in-  
terpretationem Cerdæ adserere.

Ardua frons, auresque agiles, capitique  
decoro

Altus bonos.

Quid ille Xenephontis equus, pulcher,  
admirandus, generosus, altius sece eri-  
gens, qui ad dix illum equum omnium  
oculos ad se trahere. Sed audi M. Var-  
tonem lib. 2. de rerum c. 7. legere oportet

(equos) amplio corpore formosos, nulla  
parte corporis inter se non congruenti, pul-  
chre ex his illustratur lib. 10. tit. 21. par. 2.

qua pulchritudinem expressis verbis  
attribuit equo, ibi: *Capor ser et canallo grande, et formoso, Palladius aere rustica, cap. 13.* Sed in admissario quatuor spe-  
ctanda sunt, forma, color, meritum, pub-

christudo. Sic sane ad admitturā, inquit Varrō, eliguntur equi (licet mihi pro patrijs legibus pare, gon addere) quod & divine cecinit Virg. 3. Georg. vbi P. Cerdæ ex Xenophonte, Columella, Oppiano, & alijs antiquis probat, sed integro tractat. Bulengerus, quem inseruit libro de ludis Circensisib. quibus & alijs, quæ mihi ad manum, si aptior locus daretur, illustrare facile possem leges nostras patrias Recopilationis scilicet l. 1. & 2. tit. 17. lib. 6. in quibus subgrauiissimis præcipitur peñis ad admitturā feligi equos pulcherrimos, & optimi generis ex iudicio indicata ciuitatum, & locorum. Sic sane apud omnes gentes, & states Hispani equi in magno pretio fuerunt, & laudarissimi in Circensi ludo, Symmach. lib. 4. epist. 6. & epist. 61. & lib. 9. epistol. 23. vbi lurer. notat ex Marcelino, C. Bu-  
lenger. dict. tractat. cap. 5. P. Pantoxa in commentar. ad l. fin. C. de aleator. in verbis: Prætere ordinat quinque lados, num. 28. propter quod in Hispaniam mittebantur ad editionem ludorum, qui equos Hispanos coemerent, ut ex locis in Symacho de epist. 6. certū sit, & familiares meos in Hispanias missos ob equorum Curulum coemptionem, trans-  
currere protinus inbeas, quia tempore fa-  
ture editionis urgemur, & dict. epistol. 61. Tur beneficerit, ut quidquid adcur-  
rule certamen generosum gignit Hispania, vel domo præbeas, vel de aliorū gre-  
gibus excerptas, & dict. epist. 23. Illud  
nunc de te impetratum volo, ut liseris, &  
apparatore decreto iuare digneris curam  
meorum, quibus emendas ex Hispaniacu-  
rales quadrigas in apparatum Praetoria  
functionis iniunxi, alios locos notat  
Iuretus ibi. vndēl. 1. C. Theod. de equis 10.  
curulib. illustratur, ibi: *Equos vero His-  
pani sanguinis vendendi solitam factio-  
narijs copiam non negamus.* Et autem fa-  
ctionarijs, erudite intelligit Cuiacius  
lib. 8. obseruat. c. 29. de hominibus qua-  
tuor factionum Venetæ, Praesinæ, Al-  
butæ

butæ Russaræ ludorum, de quibus frequentissima mentio in scriptoribus antiquis: his ergo factionarijs præstatur facultas coemendi equos Hispaniæ sanguinis, id est generis, & nobilitatis, nobilitatem, & generositatem equis attributa insuffit iam probarū Eginius. Baro de nobilitat. lib. 2. cap. fin. A. Tiraquel in eod tract. cap. 2. numer. 28. lit. E.P. Faber. Agonist. lib. 2. c. 28. quod passim Virg. Oppian. Xenoph. Varr. Colum. agnoscunt rā sanguinis pro nobilitate, & genere accipi incōperato apud omnes est, & illud iuuernalis dare sufficiet Sat. 8.

*Stemmati quid faciunt, quid prodit Pō: uicelongo*

*Sanguine censerò.*

His omib[us] præclare exornatur d.l.

12 10. tit. 21 p. 2. nā postquam dedit qualitates, quibus optimus equus constare debet, subiicit hæc verba. *E ann sobre todo esto, quien bien los quisiere conoçer, ha de catar, que vengan de buen liñage, ca ésta es la animalia del mundo que mas responde á su natura, certa sane ratio ad omnia ista: qua quidē etiam cōfirmatur d.l. 1. & 2. tit. 17. lib. 7. Recop.* quæ admissarium feligi iubet equum, sub pœnis granibus, optimi generis, nos razas y casta, dicimus: Nam si præcipue in hoc animali natura respōdet, quod generosus equus pullū procreet generosum, merito nostris patrijs legibus sanctum extat, publice proponi admissarium parentem nobilē. Rationem autem nostræ legis præscripsit Horat. lib. 4. carm. Od. 4.

*Fortes creantur fortibus, & bonis*

*Est in iuuencis, est in equis patrum*

*Virtus: nec imbellem feroce*

*Progenerant Aquila Columbam*

Virgilius, Varro, sup. dat. Conſt. Cæfar lib. 18. de Agricult. c. 1. Conſr. Heresbach. lib. 3. de re rust. Columel. lib. b.c. 27. Pallad. e. 13. Nobilissimi sane Hispaniæ equi, quorum tantæ landes, tantæ celebratur virtutes, quod in fa-

bulam originis proruperint, vnde cōquirebatur, præcipue ad Iudos Circenses propter probatissimā celestem, sic vere necessario accideredebat, quod Hispania procrearet equos exteris, & hostibus, & ipsa tanto animali, tam utili bruto iaceret exhausta, propter quod prudentissime sanctū legibus patrijs est, ne ab Hispania educterentur equi, quod antiqua Partitæ lege prohibitum fuit, ut leges in l.s. tit. 7 part. 5. & postea nouiore constitutione eacē prohibitio firmata grauissimis pœnis in l. 12. tit. 18. lib. 6. Recop. quæ leges ab hac antiquitate, libata licet in excursu, præclare illustravit

Redeo ad equum Maximum Domitianus: & Cerdæ interpretatio confirmari videatur eacō sideratione, quod antecedentia, & subsequentia carmina loquuntur de equo: primum inde: nunc age fama prior &c. vltque ibi: Hunc mitis commendat eques. Secundum inde, exhaustis Martem non amplior ( seu amplius) armis, Bistonius portat sonipes: ergo carmina duo interclusa medio, illa scilicet, iuuat ora tueri &c. in ecclē subiecto equino recipiemus: præcipue cum, ut probant, verba eorum allerta in equo legitime, & non violenter procedenti, & sic viceatur in notis illis belli intelligendas esse maculas albas seu atras, quibus nobiliores equi demonstrabantur. Sed quod longe animaduersione dignum est pro hac interpretatione, quod si maculæ albæ propriæ sunt equorum Thraciæ, ut ex illo Virg. 9. Æneid. agnoscunt omnes.

— — — *Quem Thracius albis*

*Portat equus,*

*Et ex lib. 5.*

— — — *Quem Thracius albis*

*Portat equus bicolor maculis vestigia*

*primi*

*Alba pedis frontemque ostentat ardens*

*albam*

*Certissimum est, Statium supposuisse.*

se

se Domitiano equum Thracium, Bis-toniū enim vocat, & is unus autem apud Ptolomeum lacus Thraci.e est, à quo Regio Bistonie dicitur, sic Ortelius, & omnes geographi, vnde apposite Ascē-sius ad illud Virg. 9. Aeneid. Equus Thra-cius, id est Thrasia, ubi dicti sunt optimi, & ferociissimi equi, propagati ab equis Di-medis Bistonijs.

15 Hæc pro roborando tanti viri iudi-cio expendi, ne si forte occurserent alij, nulla acinaduersione præmissa, ansam præberem quod, quem uti-sfum iudico, intellectui se obijce-ret. Sed, pâce tati patris, in vitroq; i e-cedo ab eo, quia nota Papiniū non sig-nificant maculas equi: & carmina illa, non de equo, sed de ipsomet sellore Domitiano intelligenda sunt. Statius enim in exordio suæ silvæ de ipso e-quō, ipsoque Domitiano promiscuū gerit sermonem, cuique sua attributa condonat, & sic singula singulis refe-rendasunt, §. ex huiusmodi, in st. de duobus reis: vnde cum equo alias assigna-rit poëta honores, horum carminum blanditias concinius multo ipsi Do-mitiano tribuemus: præcipue subie-cto Imperatoris attento, qui cum pul-cherrimus esset, hoc que attributocap-taretur anxie, præclarius carmina duci, quam bruto accommodabimus.

16 Sic sane id prænoscens poëta, semper hoc blandiarum rete captat Cæsarē, pulchritudinem vultus, & oris cele-brans, vt infra eadem Silua.

Inuit ipsa labores  
Forma Dei præsens.

Et infra. — *Ei tua mitis  
Ora Taras, sua siderea imitantia flam-mas  
Lumina, contempto malis & bodos aspera  
Phebo*  
Et lib. 4. Silua 2.

Datur ora tueri.  
*Tranquillum vultu, sed maiestate serena.  
Mulcentē radios submittentēq; modeste  
Fortuna vexilla sua, tamen ore nitebat  
Dissimilatus henus.*

Et infra. — *Nec dum equo tuos Ger-manice vultus.*

Sic sane semper poëta quærit oris gratia sui Imperatoris gratiam, prop-ter quod summo errore dabimus car-mina equo, quæ quasi certa regula laudantis, & laudati debentur Imperatoris. Sed reprobant valde interpre-tationem istam verba illa admiratio-nis plena. *Nec veris maiora putas, par forma decorque, par honor.* Quæ mirifice mollissima virginē, aut mollissimo viro digna sunt, vt pote venusto, & ef-foeminato Domitiano, quæque non ferocienti animali adæquari poslunt: tam alte enim Imperatoris pulchri-tudinem commendauit Statius, ibi: *Iuuat ora tueri, &c.* quod tacitæ obiectioni necessariam fuerit responsum, quo tantæ rei tradatur ratio inassec-ramentum veritatis, inde scilicet, *nec veris maiora putas, &c.* Moucor etiam, quia comparationem poëta dat, inter Troianum equum, & Domitianum; im-probat Troianum per traditionem; probat istu m à sellore, ibi: *Hunc mitis commendas eques, vnde infert Statius,* ea de causa hunc equum mitem equi-tem, id est Domitianum commendare, quia iuuat ora tueri Imperatoris, gerentis pacem internotas bellī, in creditum enim, & fidem equi sello-ri pulchritudo sufficit, vt ab omnido-li, & traditionis suspitione releuet. Nec me latet, nomen eques accipi pro 17 equo. Q. Ennius lib. 7. Annal.

*Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti*

*Proiiciunt se.*

Macrobius lib. 6. saturnal. cap. 6. A. Gellius lib. 18. Noct. Atticar. cap. 6. Non. Mar-cell. cap. 2 verbo, equitare, nu. 297. Jun. Philargir. in Georg. Virg. lib. 3. fol. mibi 254. vbi etiam Servius, qui omnes hoc Maronis carmen ex dict. lib. 3. sic accipiunt.

Atque equitem docuere sub  
armis

*Insul-*

*Insultare solo, & gressus glomerare superbos.*

*Quibus aliter Cerdā interpretās vīm expressam facit. Hinc equitare, de equo dixit Lucilius.*

*Quis hinc currere equū nos atq; equitare. Videmus.*

*Quod & præseuarunt præ citati. Sed qualites hæc extraordinaria significatio, licet velimus, orationi præ senti accommodabitur, cum actio, & passio daretur in eodem subiecto, contra notissima priocipia iuriſ̄miis enim eques, idest, sellor equum commendat, ut dixi, non hunc equum mitis equus, quod abhorret, quia barbara loquutio, & attributū improprium: equus enim nobilis nō mitis, sed acer, & sic istum Domitiani vates depinxit filia sua,*

*Hunc neque discessis cepissent Pergama muris*

*Nec grege permixto pueri, innuptaque pueræ*

*Ipse neque Aeneas, nec magnus duceret Hector*

*Et infra, ubi scisori calamo describit eum.*

*At sonipes habitus, animosque imitatus equestres,*

*Acrius attollit vultus, cursusque minatur  
Cui rigidis stant colla subis, viuisq; per armos*

*Imperius, & tantis calcaribus ilia late suffictura patent, vacua procespite terra*

*Aenea captius crinem teris (maloquam tegit) vngula Rheni.*

*Hunc & Adrasleus visū extimuiser Ariō  
Et paues aspiciens Ladens ab ade propinqua*

*Cyllarus.*

*Sic enim, ut debuit, præclarissimus poeta generosum Billonumque equum descripsit, & sic non omisit ferocem, & acrem animum, quo nobiliores ornat natura M. Terent. Varro de reruſ. lib. 2. cap. 7. Quod vi ad rē militarem, quod ibi aa caſtra habere vo-*

*lunt acres, idest equos: Claud. de nuptijs Honor. & Marice.*

*Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris*

*Sollicitauit oder, tumidus quatiens que decoras*

*Turbata ceruice inbas, Pharsalia rura  
Peruolat, & notos hinnitu flagitat annes  
Naribus accessus.*

*Ouidius in epist. Phædræ.*

*Sine ferociis equi laclantia colla recurves*

*P. Virg. Maro lib. 3. V. 75.*

*Continuo pecoris generosus pullus in ar-*

*nis*

*Altius ingreditur, & molia crura reponit*

*Primus, & ire viam, & flauios tentare*

*minaces*

*Audet, & ignoto sese committere Ponto*

*Nec vanos horret strepitus, illi ardua cer-*

*nix.*

*Tu prolege reliqua. Hanc animositatem acritatemque equorum agnoscit*

*patria lex, & procerta condicione no-*

*bilitatis equorum inter alias ponit, 19.*

*scilicet dict. l. 10. tit. 21. part. 2. ibi: Port-*

*ende segun los antiguos mostraron, para*

*ser los caballos buenos, debē auer en si tres*

*cosas: La primera, ser de buen color, la se-*

*gunda, de buenos corazones (loota) la ter-*

*cera, auer miembros convenientes, que*

*respondan à estas dos, que quidem verba ex predictis bene exhortantur: ride*

*nunc lenitatem equi, & qualiter Bis-*

*tonius ardens, & lures in Colloſo*

*cōpactus ea præferre posset; mō hor-*

*torē, vi potē depingit Statius, & qui-*

*cu mque alijs poetæ faceret, Virg. sup.*

*Micat auribus, & tremit artus*

*Collectumque premens voluit fabnaribus*

*ignem.*

*Præcipue cū iste equus describatur*

*ea forma, qua rapit agmina, cataphra-*

*ctus, & sic furoris plenus, & oculis e-*

*mittens, oreq; euomens faces, & igne.*

*Inique facerē, si tibi non darē hos mei*

*Papini equos ultra omnes nobiles, &*

*ferocientes ex lib. 6. Thebaidos V. 395.*

*Quid dominis idem dardor equis, facē lumi-  
na surgant,*

*Ora sonant morsa, spumisque, & sanguine  
ferrum*

*Vritar, impulsi nequeunt obſtare poſtes  
Clauiſtra que, compreſa tranſumant anhe-  
litus ira.*

*State adeo miſerum eſt, perirent reſtigia  
mitte*

*Anteſugam, abſentemque ferit grauis  
vngula campum*

*Circunſtant ſidi, nexusque, & torta iu-  
barum*

*Expediunt, firmantque animos, & pluri-  
ma monſtrant.*

*Et quod hac forma in foro Latio e-  
quus Domitianus ſculptus eſſet, pater,  
cum ſeſſor ita eſſet.*

— *Qualem modo frena tenentem  
Rhenus, & aitoniti vidit domus ardua  
Daci.*

20. *Silabores noſtri cuncti ſubſeruit  
noſtræ iuriſprudentiæ cultui, ut orne-  
muſ eam, & illuſtremuſ: aptam oca-  
ſionē mihi dant præſcripta, ut adgre-*

*diat Vlpian. & aliorum reſponſum in  
l. AEdiles 38. §. ſed enim 7. D. de AEdili-  
tio edict. quod à præſcriptis certam  
lucem accipiet. In equo caſtrato tota  
quaſtio eſt, an ſi quiſ vendidit eum, &  
caſtrationem tacuit, cum empor ignorasset, teneatur redhibitoria actio-  
ne; & ſane videbatur, ſic reſponden-  
dam fore, ex prædictis ab Vlpiano in  
principio §. nam ſi ſecundum eum AEdili-  
tio edicto non eſt locus in mulo  
caſtrato vendito, quia neque morbi, ne-  
que vitijs quid habere videtur, quia neque  
deforiſtudine, quid eius detrabitur, ne-  
que de vilitate: cum ad generandum nun-  
quaſit habiliſ: hæc ſane ratio in caſtro-  
to equo, vtraque ſane, adaptari nō po-  
reſt; non prima, quia caſtratione, ex-  
tra omnem quaſtione, debiliſor fit;*

22 acritudinem enim illam, generoſam  
que ferocitatem, quam ex multorum  
ſententijs præſtitimus, amittit: latiſſime  
probat Galenus lib. 1. de ſemine (ratio-

nem cum Aristotele diſquirens) Con-  
radus Heresbachius de re rurſticalib. 3.

Plin.lib. 16. natur. hiſt. c. 40. ibi, caſtratiſ (ſic lego cum Hermolao Barbaro  
non caſtraceo in caſtigationibus ad eū)  
illa eſt, ad mitique vires. Martial. libr. 5.  
epig. 42.

*Spadone cum ſis eniratior fluxo*

*Et concubino mollior Celeneo*

*Quem ſectas vluſat matris enthe & Gallus*

*Vnde enirare pro caſtrare, & mollem  
& effeminaſum facere apud antiquos  
videndus eſt Amay.lib 3 obſeruat. cap.  
6. à num. 88. Non etiam ſecunda ratio  
inequoad commodari potest ex vilitate  
ad generādū, quia ſi equus nō caſ-  
traretur, commodus, & vtilis admiſſoræ  
eſſet; & tamen reſpondet Vlp. ac-  
tionem exempto empori compe-  
tere; non vero redhibitoriam edicti.*

Quod diſſicilius inuenies, ſi Cæliſ Cō-  
ſulti ſententiā, quam ipſe Vlpianus

refert, expendas, ibi: Cælius quoque ſcri-  
bit, non omnia animalia caſtrata, ob id ip-  
ſum vitioſa eſſe, niſi propter ipſam caſtrationem  
facta ſunt imbecilliora, & ideo  
mulum non eſſe vitioſum: equus ſane  
propter ipſam caſtrationem imbecillior  
factus, vitiosus reputabatur, nam  
ſi vitium imbecillitatis, & vilitatis in  
caſtratione muli deficit ex ratione  
Vlpiani, non ſic eſt in caſtrato equo,  
ex caſtratione facto imbecilliore, &  
inutili, & cum vitiosus ſit quia na-  
tura ſua acris, & animoſus eſt, ex præ-  
criptis, quaꝝ ratio potuit praualeſe a-  
pud Vlpianum, & Oſiliū, quaꝝ em-  
pori AEdiliū denegarent edi-  
ctū contra diſ. l. AEdiles 38. &  
totum titulum de AEdilio AEdicto?  
ſane non ſolum à titulo integro, ſed  
à reſponsi viſceribus multa repug-  
nantia proruſpit. Hæc ſunt, quaꝝ  
diſſicile redunt Vlpiani reſponſum,  
& cauſam præbent, ad inquirendum  
de actione exemptio, quam empori  
caſtrati equi ignoranter compete Oſiliū  
existimauit. Brebi paraphraſi 24

per-

p̄r̄ currāt̄ respōsum, vt sic vndique  
 explicemus illud. Cum dicit l. Ædiles  
 38. tractat̄ effet de vitijs hominūn  
 & animalium, pr̄mittit sententiam  
 Vlpian. in principio paragraphi: esse  
 quædam, quæ in hominib⁹ morbum  
 facere, in iumentis non adē: & exē-  
 plum dat in mulo, qui si castratus est,  
 non idē vitiosus erit, nā per castra-  
 tionem nihil defortitudine remittit-  
 tur, nec de vtilitate aliquid auferitur,  
 cum adgenerandum nunquam idoneus  
 fuerit, nec etiam ante castrationem.  
 In hoc ergo discrimē sentit Vl-  
 pian inter homines, & mulum, quod  
 illi castratione efficiantur morbosī  
 debilitate, & in potentia ad generan-  
 dum, quod in mulo secus est. In con-  
 firmationem suæ sententiæ Vlpianus  
 aliam Cælij subiungit, scribentis non  
 omnia animalia castrata ob id ipsum  
 vitiosa esse, nisi propter ipsam castra-  
 tionem in facta esent imbecilliora, qui  
 etiam infert mulum propter castra-  
 tionem, non esse vitiosum ex ipsa Vl-  
 piani ratione. Animaduertas præcor,  
 in his omnibus non expresſe Con-  
 sultum actionem, quæ competitura  
 erat pro seruo, vel animali vendito ca-  
 strato, sed solum præfinire, quando ex  
 castratione morbus, seu vitium ori-  
 tetur, & tandem subdit Ofilij senten-  
 tiā, in qua difficultas, & decisio res-  
 ponsi (quam ex relatione Cælij dat,) 25  
 equum castratum sanū esse, sicut spa-  
 do quoque sanus est; & idē si vendi-  
 tor equum castratum sciens vendide-  
 rit, ignorante emptore, competere ex  
 empto actionem, quam sententiam  
 Vlpianas probat, & merito. Distin-  
 ctionis ratio, vt competat actio exē-  
 pto, nō redhibitoria inde procedit, quia  
 equus castratus sanus est, licet debilior  
 & inutilis ad generandum castratione  
 26 effectus fuerit, imò Aristoteles libr. 9.  
 de hist. animal. cap. 50. refert, omnia  
 animalia, si dū crescent castrantur,  
 maiora & elegantiora, quam incas-

trata euadere; Conrad. Heresbachius  
 lib. 3. de re rustica, v̄tiles ad multa hos  
 equos dicit: M. Cato Censorinus can-  
 terio vehebat̄, laudante Seneca epis.  
 tol. 87. sane equi sancti sanisunt, & in  
 multis vtiliores, quam integri, non  
 magis quam spādo, qui quamvis ge-  
 nerare non possit, sanus est, ex senten-  
 tia Ofilij. Inde est redhibitoriam ac-  
 tionem non compete, quæ propter  
 vitium corporis datur, & quamvis ca-  
 stratione seu sectione debiliores equi  
 efficiantur, id vitium animi est, prop-  
 ter quod redhibitoria ex certo prin-  
 cipio iuris compete emptori non  
 potuit, sed actio exemptio l. 1. §. item  
 Viniarius 10. cum §. fin. & legib. sequenti-  
 bus, D. de Ædilit. edict. n̄lī forte in ip-  
 sa venditione specialiter exceptum  
 esset de vitio animi: veluti seruum nō  
 esse erronem, sicut vitium; iumentum  
 nō esse pauidum, calcitrosum l. ob qua  
 vitia 4. §. idem Pomponius 3. cum seq. D.  
 de Ædilitio edict. Vnde prouenit,  
 quodcum equus castratus sanus sit, li-  
 cet debilior, redhiberi non possit; sed  
 emptori cōpetet actio exempto. Id-  
 que etiam ex regula alia, quia hæc a-  
 ctio exempto competit, quotiescum-  
 que non bona fide venditor in cōtra-  
 Etu segessit, si tacuit aliqua, de quibus  
 certum facere emptorem æquum, &  
 iustum fuit, l. 1. §. 1. D. de act. empt. Vnde  
 cum venditor sciret castratum equum,  
 emptor ignorauit, merito subicentia  
 illa exempto competit actio, forte  
 emptor poterat, volebat ve equo vii  
 ad ad missuram, ad rem militarem, ad  
 quam equi fortes, & acres necessarij  
 sunt, & hæc sufficient pro enodatione  
 Vlpiani aliorūque responsi, ad quod  
 peragendum pulchram nobis causam  
 præstut̄ ratio antiquitatis huius: de  
 castratione hominis, an Ædilium medi-  
 o redhibitorio contineatur, nihil  
 nunc damus, nam inter homines, &  
 animalia discriminē constituit Vlpian,  
 dict. §. 7.

Redeo denique ad institutam viā, siue ad oppugnandum eruditissimi Cerdæ interpretationem; nunquam sane illa nostri Statij inuato rasueris, &c. equi Domitiani conuenire poterant, nam idem poeta infra eadē silua casdem blāditiās repetit Imperatori, sentiens præmaxime captari illis.

*Dilectus erulus, quantum tu mitior armis,*

*Qui nec in extermos facilis sauire furores*

*Das Calbis, Dacisque fidem*

Vide à vultu Cæsaris argumentū animi, idest mansuetudiniseius, etiam inter arma, & debellationes rebellium. Ex quibus certum damus *notas belii*, Papini non de maculis albis equi accipiendas esse, sed longe aliter respectu sessoris.

Altera, & longe diversa Iani Parrhasij fuit, qui interpretatione *notas belii* in Domitiano intelligebat vulnerum cicatrices, quibus duces, & milites gloriari solent in virtutis, & fortitudinis inditum, tanta in hoc carmine omnibus difficultas visa fuit, quod per epistolam circa eius verum intellectū consulere ut Parrhasius, ut legimus *sylloge 1. de quaeritis per epistolam, epist. 56.* quem postea sequutus fuit Bernardius innotis ad filias Statij.

Probat optime Parrhasius ex Macrobius Saturn. 2. *Saxo in expeditione percussum, ac notabilis cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem.* sic leniter castiganit Augustus, at tu cum fugies nunquam post te respexerit. Plinio natur. hist. lib. 7 cap. 28. L. Sycinnius Dentatus qui, &c. centies vices preliatus, octies ex pronocatione victor, 45. cicatricibus aduerso corpore insignis, nullam intergo, & infra idem de Manlio Capitolino. Ante decimum septimum annum bina ceperat spolia, primus omnium eques coronam muralē accepérat, sex ciuitas. 37. dona, 33. cicatrices aduerso corpore exceptas. Sic Jane lego triginta

ares cicatrices, nam A. Victor de viris illust. cap. 22. sic refert, Manlius ob defensum Capitolium Capitolinus dictus, se decim annorum voluntarium militem se obtulit, triginta septem militaris donis a suis ducibus ornatus, triginta tres cicatrices in pectora habuit. Sallustius in fragment. histor. Cominus faciem suam ostentabat aliquot aduersis cicatricibus, & effuso osculo, quo ille dishonestamento corporis maxime latabatur, neque illis anxius, qui rei quia gloriosus retinebat (forte de Serorio loquitur) sic eam cicatricum gloriam dant Plutarchi, Antigono Annibali, Macedoni Philippo. Quibus addo T. Liuium lib. 2. qui anno ab V. C. 259. Appio Claud. & P. Servu. Consulib. De quodam nexo ob res alienum, sic fatur. Noscituratiam in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebat, aliaque militiae decora, vulgo miserantes eum iactabant, ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices, aduerso spectore ostentabat. Noster Statius lib. 4. Theb. de Tydeo.

*Vnde magnum pubes delecta corona-*

*nant*

*Oenidem hilarem bello, notisque decora-*

*rum.*

*Vulneribus.*

Iterum Liuius lib. 45. Ego iter, & vi-  
ties cum hoste per pronocationem pug-  
nauis, ex omnibus cum quibus manus  
conserui, spolia retulit, insigne corpus ho-  
nestis cicatricibus, omnibus aduerso cor-  
pore exceptis, habeo. Praetare Cicer.  
lib. 5. in Verrem in principio ipse (M.  
Antonius) arripuit M. Aquilium, con-  
stituitque in conspectu omnium, tunicam  
que eius à pectora abscondit, ut cicatrices  
Pop. Romanus, judicesque aspicerent ad-  
uerso corpore exceptas. Simul, & de illo  
vulnere, quod ille in capite ab hostium  
duce accepérat, multa dixit, eoque addu-  
xit eos qui erant iudicaturi, &c. quod  
Antonij factum iterum refert libr. 2.  
de oratore, num. 46. Alexander apud Q.  
Curtium libr. 6. dum suos Macedo-  
nas

- nus numero pauciores horitatur in barbaros, inter alia verba, sic inquit. *Si ante prima signa dimicaturum spondere, pro se quod cicatrices, rotidem corporisdecora, scire ipsos unum pene se praedam communis exortem.* Sic ergo erat, quod cicatrices vulnerum acceptorum ab hostibus gloriae multum honoris que tribuerent, militibus docibusque, & gloriis ab illis ostentarentur, ut sic videatur merito Parrhasium, & Bernarium intellectisse Domitianis notas, cicatrices bellicas obseruatas in Colosso in gloriam virtutis eius, & bellorum, quae aduersus Dacos, & Cathos gesserat. Iuvat optime interpretationem Vlpiani sententia in l. i. §. fin. *D. defagitus,* qui appellatione notarum cicatrices venire responderet, ibi: *Note autem verbo etiam cicatrices continetur.*
- 34 *Ista autem eruditus quicumque probabit, sed iuris interpres forte difficultius admittet, cum in iure nostro cicatrices, in ore præcipue, deformitatem, & infamiam aliquam præferunt.* Sic vere dubitauit Vlpian. an actioni redhibitoriae esset locus, si seruus venditus leue vulnus haberet, tanquam illo reprobaserui coditio indicaretur, & aduersus leges venditionis seruum esse facinerosum, & reprobum, l. i. §. proinde 8. *D. de Ædilit. edit.* ibi: *Vulnusculum modicum nullum habet in se delictum, & in l. 4. §. fin. D. eod. titul.* ibi: *Aut mediocre vleus.* Unde eleganter Vlpian. scripsit in l. locū 17. §. 1. *D. de usufruct. usufructuarium, nec seruum cicatribus deformare posse.* ex his intelligitur, l. si seruus 27. §. rupisse 17. *D. ad l. Aquil.* ibi: *Ceterum si nullus seruum pretio viliorem, deteriorem fecerit, Aquilia cessat.* Sentiens Consultus propter deformitatem vulneris inficti seruo Aquiliæ actioni locū esse. Ex quo principio mouit quæstionem Gaius in l. fin. *D. de his qui diecerunt, vel effuderunt,* an deformitas ex vulnera dato homi-
- ni liberæ estimationem recipiat, cum mercedes medicorum, curationis impendia, operæ, quibus vulneratus caruit, caritus ve est, quia inutilis factus est, in condemnatione venie debant, sed aliud tamen resolvit inde formitate in illis verbis. *Cicatricem mantem, aut deformitatis nulla sit estimatio,* quia liberum corpus nullum recipit estimationem. Idem respondit in l. 3. *D. signadupes panperiem fecisse dicatur;* scilicet, ut non deformitatis ratio habeatur, cum liberum corpus estimationem non recipiat, sed impesarum in curatione factarum, & operarum amissarum, quasque amissus quis esset inutilis factus. Sciri ecquidē deformitas ex cicatrice estimabilis est; non sic hominis liberi, ut responsa præscripta docent, & distinguunt, probantque practici infra referendi, qui quæstionem mouent, si in virgine innupta cicatricis deformitas ex vulnere illato, estimabilis sit, cum detur pulchritudo difficultius maritum innenire possit, aut ditioni dote nubere debebit, de qua quæstione consule P. Placatin in epitom delict. lib. 1. c. 6. à num. 32. A. Gomez tom. 3. var. c. 6. nro. 12. laiè Prosper. Farinat. 1. tom præct. criminalis iit. 3. q. 18. à num. 97. cumseqq. Coudar. lib. 2. var. cap. 20. n. 7. versl. Quarto codem iure, P. Cauall. resolut. crim. cent. 3. casu 248. à n. 20. qui alios plures referentes, resoliunt in innupta cicatricis estimationem dari propter deformitatem. Sed haec difficultas, si alia non obstant Parrhasio, parum nos remoraretur, quominus assentiremus ipsi; nam cicatrices vulnerum in bello exceptorum pulcherrime ornati præferentes, ea est militiae gloria, id est virtutis ornamentum, quod ab ipsa deformitate elucescat pulchritudo, ut in simili noster Cæsar Justinianus scripsit, de illis qui in acie perierant in princip. inst. de excusat. tut. Ht enim quis pro Republica ceciderunt in perpetuū pergloriā vincere intelliguntur. Aliud in velnere

quo turpatur facies extramilitarē virū  
tutem, deformitas enim illa accusat  
cicatricem, seu notam praeferentem,  
distamat eius conditionem, & tan-  
quam inuitit, delinquentium nota.  
His cunctis securissime accedo ad in-  
terpretationem capitinis lator 11. dist.  
39. quod elegātor illustrabatur ab eis,  
cerum est, deformes vulnere, muti-  
losque membris ad sacros nō promou-  
endos esse ordines, c. vlt. & pen. & to-  
tus tit. de corpor. vittatis, quod eruditè  
illustrat Tiraq. in leg. Connub. l. 2. n. 59.  
quem dare sufficit, in ipso captiu-  
tatis consilio, līnistræ manus digitum  
abscissum deduxit, dubitabatur si dig-  
nus esset promouendi ad ordines sa-  
cros, & responderet Pontifex consulenti  
Metensi Episcopo, nihil ei obstat  
abscissionem digitii ad ordinum suscep-  
tionem, quia à paganis non sponte  
eam acceperit: si ergo propter delictū  
mutilatus fuisset, si propter culpā de-  
formitatem contraxisset, tunc indig-  
nus reputaretur ordinibus, dict. tit. de  
corpor. vittat. secus si strenue agens ab  
hostibus acceperit, vel involuntarie,  
fine culpa aliquo casu, quid est enim  
ei quod imputetur in his casibus?

Sed adhuc hæc Parrhasij, & Ber-  
nartij interpretatio, quamvis audiissi-  
me exceperimus, ut hæc iuri respon-  
sa lustraremus; tamen non conuenit  
Papinij notis, nec subiecto Domitia-  
ni, & merito eam reprobarunt Ge-  
uarij, & Emericus Cruceus in com-  
41 ventarijs ad Statij silvas. Nec ego mo-  
uocor ad id fundamento Geuarij, qui  
ex Dione probat, Domitianū ex Ger-  
mania reuersum fuisse, nullo hostevi-  
so, & sic nullas ex vulneribus acceptis  
ab hostibus cicatrices habere potuisse,  
nec ideò in Colloso sculpi potuisse:  
nam quamvis certa sit Dionis senten-  
tia, potuit Papinius, qui in his siluarū  
libellis varia generis blandimenta se-  
rit suo Imperatori, & ornare Cæsareā  
faciem, in virtutis gloriam, vulnerum

cicatricibus, sic elicimus ab ipso, poe-  
ta in hac silua 1. ibs. 42

Qualem modo frena tenensem  
Rhenus, & attonsivis dedit domus ardua  
Daci

Et ibi.

Tubella Iouis, su pralia Rhenis,  
Tucinile nefas, tutardum in feda mātē  
Longo Marte domas.  
M. Valer. Martial lib. 8. epigra. 65. lo-  
quens de Domitiano.

Hic stetit Arctoiformosus puluere bellis,  
Purpureum fundens Casar ab ore iubar.  
Nunc considera si potuit vates cicatri-  
ces bellii tribuere Domitiano, cum ta-  
tum bellicum honorem ei suggerat,  
in quo ei ultimum traddidit, dum fin-  
git cum Domitiano loquentem cele-  
berimum M. Curtium his verbis

Quod si te noſta taliffere  
Secula, tentasse, menon ardente, profun-  
dos

Ire lacus, sed Romas tenuisse habenas  
Ea enim est vis adulatio[n]is mentiri  
fingendo facta, aut voces, quibus ma- 43  
gis capiatur Dominus: pulchre M. An-  
n. Lucan. lib. 5. Pharsal.

Namque omnes voces, per quas iam tem-  
pore tanto  
Menitur dominis, haec primum reperi-  
tas.

Cornel. Tacitus lib. 1. Annal. in prin-  
cipio. Temporibusque Augusti dicordis  
non defuere decora ingenia, donec glori-  
cente adulatōne deterretur. Sed Par-  
rhasij, & Bernartij opinione for-  
tius inde repellō, quia omnes equum  
Maximum describentes, velari Batt.  
Marlian. lib. 3. cap. 20 de antiquis urbis to- 44  
pographia, P. Victor de urbis Roma reg.  
region. 8. Pompon. Lætus in libello de  
antiquis urbis Romanis & Valer. Martial.  
pluribus in locis, alij que historici, vel  
expresse non exponant, aut tacite in-  
nuant Domitianicas cicatrices, aut di-  
micando accepisse vulnera, aut eo-  
rum vestigia in facie Cæsareæ statuas  
remansisse, aut ipsū Imperatore vinē-  
tem

tem in ore prævaluisse: ad quod aucti Suetoni locum, qui in eius vita cap. 8. in principio Domitianum depingit. Statuta fuit procerus, vultus modestus, ruboris que pleno, grandibus oculis, verum acie bebet ore, pateretur pulchritudine, addecentes, maxime in iuventute, & quidem toto corpore, exceptis pedibus, quorum dices restriktiores habebat, postea calvicio quoque deformis, & obesitate, & erarum gratalitate, que ramen ei in aeternitate longa remanuerant. Et tibi adest vera Lomitianii imago, quæ tam stricte, & accurate depicta, ut cognoscas, pedum dices restriktiores habuisse, sed dicens non est, quod Tranquillus, non omittet Domitiani cicatrices, si in ore

**46** Domitanus haberet, Collosius autem veram Lomitianii imaginem representabat, probant scriptores datus, & Statius in eadem Sylva, ibi.

— *Sicut ille an conformata caminis effigies?*

Et ibi.

*Nec vera maiora patet, par forma decorque*

*Par honor.*

Ex quibus deducimus Domitianum eas vulnerum notas in facie non habuisse, nec in Colosso depictas, & sic non posuisse Statium supponere describentem illam equestrem statuam.

Sed ratione subtilioria non seruem Parrhasij, & Bernartij iudicia, considerata superbissima elatione Domitiani, nam huius monstri vanitas, & superbiam in pina in tantum profudit, ut edicto cauetit se nuncupari Deum, diuinosque honores auctoratus fuerit, Martialis lib. 7. epig. 2. de Lorica eius. *Felix sorte sua est, sacrum custangere perit.*

*Fas erit, & nostri mentem calcere Dei*  
Idem lib. 5. epig. 3.

*Sors mea quam fratre melior, cui tamen prope fas est,*  
*Cernere tam longe quem colit ille Deum.*  
Et lib. 2. epig. 4.

— *Quod si Deus ore sereno Annuerit.*

Et epig. 59.

*Esse iubet mortis te meminisse Deus*  
Et lib. 5. epig. 8.

*Edictum domini Deique nostri.*

Sueton. Tranquillus in eo cap. 13. Par arrogans cum procuratorum suorum nomine formidans dictaret epistolam, sic capit: Dominus, & Deus noster sic fieri iubet, unde institutum post hac, ut ne scriptio quidem ac sermone cuiusquam appellaretur alius. Principio tamen contentus fuit videti se fratre Dij, adest Tui, quare eum dicauit cælo. Plin. in Pan. g. Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed ut matris aitis numen induceret, Claudium Nero, sed ut iridebat, Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille ut Dei filius, hic ut frater videretur. Sed Domitianus in pudenter in tantum excrevit, ut cum audiret virginis filium terratum orbis obtentum sceptrum, voluit se nuncupari filium virginis Palladis, ut indicaretur ille, quem vetum præsaga et racula annunciat: cuius vanitatis causa in honorem Palladis plures ludes instituit, ut ex I. hilestia. c lib. 2. Sueton. in eo c. 4. & alijs nos ceccit P. Marthas Rader. in commentario ad Martial. libr. 5. epig. 1. & lib. 7. epig. 1. sed omnes isti s. furores vanitatis vocariuntur & coprehendit Martialis lib. 7. epig. 10. *Dic precor O nostri, dic conscientia virgo Tonantis.*

Nunc ergo quis honor tam superbo Deo tribueretur sedādo vestigijs vulnerum faciem eius? immo vulneram mortalem non immortalem esse denunciarent. Latenter, & caute simile argumentum obiicit Virgilius lib. 10. *Æneis* d. v. 29. dixerat enim Homerus vulneratam Venerem à Diomede suis in excidio Illyj, quod respexit I. Barclaios lib. 5. Argon. ii. Nicopompipoemata ad restitutam Poliarchi salutem.

I precor, arcanos plagis infundet liquores  
Qui superant mortem, qui saucia num-  
na curant

Sine Meus Mouors, Phrigio seu puluere  
leffa

It Venus, & strictum Tydeida exhorret  
ad eensem.

Quod Homeri dictum tacite repre-  
hendit Virgilius, Venerem ipsam in-  
ducens loquentem.

— Evidem credo mea vulnera  
rarestant,

Etuapiogenies mortalia demoror arma.

Quod ponderatibi num. 15. erudiussi-  
mus Cerda, per admirationem argu-  
mentatur Venus, quia cælestibus ac-  
colis indignum, & impium est, ab aliis  
quo percuti mortali. Idem Cerda in  
elogijs Virgilij cap. 4. de Homero, ubi  
inter alias incurias hanc obicit Ho-

mero ex Chrisostomo oration. 2. addo  
optimum locum D. Cyprian. tract. 4.  
de idolorum van. Melicertes, & Leuco-  
thea precipitantur in maria & sunt post  
modum maris umina: Castor, & Pollux  
alter nis moriuntur, ut viuant: Sculapius,  
ut in Deum resurgat, fulminatur: Her-  
cules, ut hominem exuat, Octe signibus  
concrematur, & infra. Antrum eius in  
Creta visitur, & sepulchrum eius ostendit  
(louis) & infra, est & Venus cal-  
ua, multo hic turpis calua, quam apud  
Homerum vulnerata. Sed expressiore est  
idem Virg. 12. Aeneid. V. 797.

Mortalim decuit violari vulnera Di-  
num?

Vbi Cerda, num. 7. adducit Eurip. in O-  
reste

An aliquis Deorum sanctabitur manus  
mortali?

Et in Mædea.

Nefas est, Deorum sanguinem cadere ab  
hominibus.

Explicat Cicer. de natura Deor. lib. 2.  
Non enim venis, & neruis, & ossibus co-  
tinentur (Dii) nec ipsis escis, aut poisonibus  
vescuntur, ut animis acres, aut nimis co-  
cereros humores colligant; nec his corpori-

bussunt, ut aut casus, aut iitus extimes-  
cant, aut morbos metuant ex defatigatio-  
ne membrorum. Cum his illustro cul-  
tissimum Heliodorum lib. 1. Æthiop. 51

circa illum tractum, quando latrones  
Ægyptij decepti Charicleæ pulchri-  
tudine suspicabantur eam esse Deam,  
aut Dianam, aut loci præsidem Isidē,  
sed cum viderunt Theageni circūfus-  
sam sentem & osculatēm semi mor-  
tuū vulneribus, in aliam iuerū sen-  
tentiam, & subiicit verba. Τεῦτα ἐπ-  
οπτις οἱ Αἰγύπτιοι τὸν ἐπερατὸν  
τὸν γνωμένον μετίσταντον. Καὶ ποιού-  
ται εὐεργέτης τὰ ἐργά λεγόντες. ποιού-  
ται ἀντεργορόν σώμα φίλος εὐτὸν περι-  
πατῶν. Quod cum animaduertenterent Æ-  
gyptij, mentem in aliam mutauere senten-  
tiam, an hæc sunt opera Deo? moriorum ne-  
sculareretur nomen tanta commiseratio-  
ne: merito dubitabant, si quos suspicab-  
antur Deos, unum fidentem, & alterum  
interfectum viderent. His con-  
uenit Catholica verissimaque Eccle-  
siæ sententia (quam impij, & reprobi  
hæretici proterue incusanti) Christū  
Dominum nostrū Bonum, Optimū,  
Maximumque, passibilem carne fuisse,  
eundem impassibilem Deitatem, que refer-  
tur in l. 7. q. 1. C. de summa Trinitat. πα. 52  
Ὥητον σαρπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπαρθῆ Θεο-  
τητι, cui adiungo magnum illum Athanasium, ingens propugnaculum fi-  
dei, in oratione: viuum esse Christum.  
Oculis igitur, & auribus cognoscit eundem  
simul Deum, & hominem, si enim Deus  
dum taxat fuisset, quomodo passus fuisset?  
quomodo denique auterucifixus, aut mor-  
tuis cum alienissima sint ista à Deo? rur-  
sus si homo dum taxat, quomodo perpassio-  
nen vicisset, seruasset, vivificasset. Hæc  
supra hominem erant, atque idem, & pa-  
titur, & seruat, & per ipsam passionem  
victoriā parat, idem Deus, idem homo,  
idem utrumque simul, ut unum quidam,  
& singulam & solidam. Latè B. Hilari-  
us lib. 10 de Trinitat. & passim alij  
sancti patres. Claudio denique argu-  
mentum

mentum, & caput, sita supra humana naturam Domitianus esse efferebat, & Deitatis excellentiam captabat, qualiter ei connehiret cicatricis honor, cum & apud ipsos Gentiles Dii haberentur invulnerables: iniuriā sane Papinius suo Imperatori iniiceret, &

exueret sua vana divinitate, quod in præcautissimo vase credendum non est, & ista sufficiant contra Parrhasium, & Bernarium. In sequenti capite dabimus alias interpretationes, & nostram, & cum illis libabimus pulcherrimos nostri iuris flores.

## C A P. XI.

**I**Nsistimus adhuc Statij Papini loco ē Sylva t. lib. 1. silvatum à nū. 1. Circa notas belli: Geuartij interpretatio, à num. 2. Puluere bellico conspersi milites, & daces inducuntur, a num. 3. Firmatur sententia Geuartij, quia puluis bellicus magis ornat pulchritudinem, quam turpat, & fœdat, à num. 4. In Colloso Demitiani puluis depingi poterit virtus puluerulenta apud Senecum, à num. 5. Ab his illustratur l. v. vita, C. de Gallorensi omnium Palat. peculio, lib. 12. 6. Puluis pro labore accipitur. 7. Ex his explicatur l. milites 15. C. de testam. milit. de testamento militum in puluere, à num. 8. Puluis pro campo militari. 9. Puluis eruditus in abaco geometricorum quis. 10. Stipendium militare an dicatur à puluere pulueraticum, sed agrimenorum pulueraticum, iam apud omnes certū est, ex quadam Theodosij constitutione, à nū. 11. Sed pro militari adducitur singularis, l. contra 16. C. Th. de Tiron. 12. Iudicium, & curia. lium pulueraticum ex constitutione Nouella Majorani, & ex Cassido. 13. Reificatur Geuartij interpretatio, à num. 84. Puluis bellicus faciem deturpat, à num. 15. Papinius pulcherrimum dat Domitianum in Colloso. 15. Iubar quid 17. Quo sensu puluerem decere, & ornare dicatur. 18. Contentio autoris cum legalejo, à n. 19. Honor pro pulchritudine. 20. Explicatur l. ciuitatibus 122. D. de legat. 1. 21. Testatoris verba in vulgari significatione audienda sunt. 22. Alia Geuartij interpretatio ad Statium. à num. 23. Principis facies quo decore apparere debeat, & iudicium remissive. 24. L. obseruandum 19. D. de officio Præsid. cap. quando 86. distinct. dantur. 25. Secunda Geruartij mens, quæ aliorum fuit, refellitur. 26. Sententia, & interpretatio autoris proponitur, à num. 27. Domitianus in Colloso cataphractus. 28. Chlamys paludamentum militare. 29. Illustratur l. fortissimis 3. C. de militar. vest. lib. 12. 30. Apie expenditur l. 1. C. Th. de habitu quo vt̄ oportet intra vrb. 33. Explicatur Ulpian. in l. vestis 23. §. 2. D. de aur. & arg. leg. ubi de chlamyde puerorum. 32. & 33. Pulchritudo probatur Domitiani. 34. Subtiliter aperitur Martialis mēs aliorum. 35. Causa celebrandi sepius Domitiani venustatem. 36. Aduersus ista dissolvitur difficultas ex loco Plinij, ubi de rubore Imperatoris. 37. Adulatio in suum Cæsarem Papini inuenitur. 38. Paraphrasis ad Statij

Verba subtilis circa controversa carmina, a num. 39. Autoris iudicium mirabilibus adstruitur considerationibus ex antiquorum scriptis, in quibus lux datur Maroni a num. 40. Iterum illustratur ipse Maro. 41. Pulcherrime horrere, & pulcherrimus horror apud Barclaium, Statuum et alios. 42. Terentij insignis expenditur locus.

**I** V X iterum præclarissimus Papinius nobis est, ut inuestigemus in nostro iure antiquitates, aut eius monumēta absconditas, aut seculis iam evanescētes. Notæ ecquidem illæ siluae primæ sic ramis obūbratæ sunt, quod inuisæ fuerint interpretum lynceis oculis. Post Cerdam, Parthasū, & Bernartium iā capite præcedenii longe rejectos, hīc damus interpretationem Geuarij, qui innous ad hunc locum, belli notæ accipit, pro puluere belli, quo magnos duces militia redeuntes etiamnum conspersos, & sordidos poeta describunt (verba interpretationis) & sane opinatio iuuari videtur poetarū aliquibus carminibus, Horat. Flacus lib. 1. od. 15.  
*Tamen haec serus adulteros  
Crines puluere collines*  
 P. Virg. Mato. 7. Aeneid. V. 625.  
 ————— Pars arduus alii  
*Puluverulentus equis furit,*  
*Homer. Iliad. 22. de Hectore (latine sic)*  
*Iscum traheretur, oriebatur turbo pulu-*  
*ueris, circumque come*  
*Flauæ implebantur, caputque totum in*  
*puluveribus*  
*Iacebat, olim gratiosum*  
*Noster Statius Papinius 3. Thebad.*  
 ————— Stant fulsi puluere crines  
*Squalidus exhumens caduca in vulne-*  
*rasudor.*  
*Iuuat eruditus Cerde transcribe*re lo-  
*cum, in 7. Aeneid. V. 163. ibi: Domitant  
que in puluere currus, in nota 5. sic in-  
quit, pulchre etiam, puluere, que magna  
est militantis nota. Maxim. disert. 29.*

cum dicat turpe esse coronari absque notis viri intis, inter alias adhibet, a V. 8 parte aridet. Ammian. lib. 21. Exercitum puluere coalitum Martio, ibidem, non nisi bellico puluere indurati præfie-  
**bantur armis**, Marius apud Saliustum,  
*Sudorem puluere, & alia talia relinqua-*  
*nobis, quibus epulis incundiora sunt*, Plinius Paneg. loquens de hac ipsa extre-  
*mentatione, cum in illa meditatione campen-*  
*stri militaris turmis Imperatorū pulu-*  
*uerem, sudoremque misceres,*

Sed quod iuuat maxime Geuarij 4 interpretationem illud est, quod poe-  
*tæ, puluere adhuc conspersos duces,*  
*pulchros canant, & puluerem bellum*  
*formosum apparere*. Horatius lib. 2. od. 1.

*Audire magnos iam videoz daces  
Non indecoro puluere sordidos.*

Claudian. in 5. consul. Honorij

———— *Sue flamine crebro*  
*Turbidus, & grato respersus puluere beli;*  
*Idem in 4. consult. eiusdem.*

*Ipselabor puluere que decet, confusaque*  
*motu*

Cesaries.

Sed omnino, & absque illa cōtrouer-  
*sia tentuam Geuarij videtur adse-  
re Marialis lib. 1. epig. 65. loquens de*  
*Domitiano.*

*Hic stetit artio formosus puluere belli*  
*Purpureum fundens Caesar ab ore iubar.*  
*Vide ipsum Domitianū puluere belli*  
*formosum, qui non Statij notas in-*  
*telligentius puluerem istum, cū scul-  
ptus in Colloso staret, tanquam si*  
*Dacos, & Cathos debellaret? sed fir-*  
*ma magis interpretationem cum ipso*  
*Statio qui lib. 5. silu. 1. de ipso Impera-*  
*tore hoc carmen dat,*

Cum

**Cum te pulvere a bellorum nube videret,**  
**Ipsenit autor notarum belli in Domitiano singit eundem interpulvereā bellorum nubem.** Nec frigeat aliquis in hoc interpretamento, quod puluis in Colosso depingi non potuerit, quia eam difficultatem iam præsoluit Seneca cap. 7. de vita beata, dum virtutem (inquit) in templis insuenies in foro, in curia pro muris stantem puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus: vide puluerem in virtute depictam. Sic sane est, quod puluis passim à poetis, & historicis detur in milite, induce, in campo, in palæstra, & illo pulcherrime deceant, magis quā imbellies, & effeminati equites, vnguenis delibuti, & cirrorum crispatio, aur compositione formosissimi, aut magis turpisissimi, O indignissima virilitatis effeminatio!

**6 His accedo ad l. unica, C. de Cas-  
 trens. omnia palatinorum lib. 12. (trā-  
 lata à l. 15. C. Theod. de priuileg. eorum  
 qui in sacro palatio militant) in qua Cō-  
 stantinus castrensis peculijs palatinis  
 priuilegium communicat, qui hac ius-  
 ta ratione mouetur. Sed nec alieni sunt  
 à puluere, & labore castrorum, qui signa  
 nostra comitantur: qui præsto sunt sem-  
 per actibus: quos intentos, & eruditos stu-  
 dys itinerum prolixitas, & expeditionum  
 difficultas exercet, que verba elegan-  
 ter à prescriptis illustrantur. Cæsar  
 enim puluerem castrorum dixit, ut  
 significaret, puluerentos milites, qui  
 quidem puluis, tam proprius est, quod  
 pulueris nomen adsumperit, ut in illo  
 significaret militū grauiores ærū-  
 nas, & labores, ut verbo subsequenti  
 explicat, nam puluerem pro labore ac-  
 cipi frequens est, sic proprie capien-  
 dus Horatius lib. 1. od. 1.**

Sunt, quos curriculo puluerem Olympi-  
 cum

Collegisse iunat,  
 Id est, laborasse incertamine Olympi-  
 co, idem od. 8. Patiens pulueris atque

solis, quod iam horauit Passerat. ad  
 Properitum lib. 4. eleg. 10. & conprobat  
 præscriptæ auctoritates, sed aperte  
 me dict. l. unica, quæ expositio pulue-  
 ri addidit laborem. Sed ipse Cæsar  
 Constantinus iam nos vocat ad elegā-  
 tissimum vnde rescriptum in l. mi-  
 litæ 15. C. de testam. mil. in quo summa  
 prosequitur indulgentia militum vi-  
 tuas voluntates, quod quomodo-  
 cumque eas expresserint, ratæ habeā-  
 tur: audi digna spiritu Stajj verba.  
 Proinde sicut uris rationibus licuit, ac  
 semper licet, si quid in vagina, aut cly-  
 peo literis sanguine suo ruinæ antibus ad-  
 notauerint, aut in puluere inscripserint  
 gladio, sub ipso tempore, quo in prælio vi-  
 tæ sortem de relinquent, huiusmodi vo-  
 luntatem stabilem esse oportet. Duocas-  
 sus sunt testamenti: unus, si in vagina,  
 aut clypeo suo sanguine heredē scrip-  
 serit miles; aut si sub ipso prælio mor-  
 tali vulnera saucius in puluere signa-  
 uerit gladio heredem: cū decore pulue-  
 rem prælij notauit, tunc puluis ar-  
 dente pugna, tunc puluerulentī mili-  
 tes, ut optime Virgilius 11. Æneid.  
 sumantes puluere campos dixit, scribere  
 heredem in puluere, id est in campo  
 militari, ut loca tradita aperte pro-  
 bant.

Catullus de nuptijs Iulij, & Man-  
 lij,

**Ille puluis Erithei, (aut Enhei cum  
 Scalgero.)**

**Siderumque micantium  
 Subducat numerum pretius, &c.**

Horatius lib. 4. Od. 8.

**— Aut impulsa cupressus Euro  
 Procidit late; posuitque collum in  
 puluere Tenero**

Vnde illud Virg. quod capite præce-  
 denti dedimus.

**Domitantque in puluere currus**  
 Propert. lib. 3. eleg. 22.

**Geryona stabula, & luctantum in pulue-  
 re signa**

**Herculis, Antaique, Hesperidūq; choros.**

In

In puluere ergo heredem scribere, est  
in ipsa arena, aut in campu militari, ad  
modum quo Aristippus philosophus nau-  
fragio ad litus Rhodienium electus  
geometrica in eo schemata descripta  
inuenit, quibus visis, exclamauisse ad  
comites dicitur, bene peremus, hominū  
enim vestigia video quod, præter alios,  
M. Vitruvius Pollio in prefatione ad  
lib. 6. de Architectura refert. Sed quid  
si in puluere vaginæ, aut clypei pul-  
uere conspersi heredem scripserit? de  
voluntate sustinenda, non dubitatur;  
sed de Constantini voluntate, quod sic  
scripserit in rescripto, dubitari poten-  
tit, & id magis decorum videbatur,  
quod in puluere vaginæ, aut clypei  
institutionem fecerit, ad formam il-  
lius eruditii pulueris geometricorum,  
10 quando adolescentes ad per discendā  
geometriam, seu alias affines artes co-  
ueniebat in gy mna sijs, & abacum pul-  
uere deferebant conspersum, in quo  
lineas ducerent, de quo more intelli-  
gendas Persius satyr. 1.  
*Nec qui abaco numeros, & secto in pulue-  
re metas*  
*Scis risisse raper*  
Claudian. in consul. Manlij  
*Inuenit Æthereos signantem in puluere*  
*currus*  
Sic Capiendus Apuleius Apologia' 1.  
quem tu librum Æmili ane, si noſſes, non  
modo campo, & glebis, verum etiam aba-  
co, & puluſculo te dediſſes, Cicer. 5.  
Tusculan. humunculum à puluere, & ra-  
dio excitabit: is est eruditus puluis apud  
eundem 2. de natura Deorū, de quomo-  
re videndus Casaubonus, & alij inter-  
pretes ad Persium, P. Coluius ad Apule-  
ium, Ioan. Brodzeus lib. 1. Miscel. cap. 1.  
Alciat lib. 2. Parerg. cap. 24. Sed vtrū-  
ques sane accipi potest, dict. l. milites 15.  
ideſt, scribere heredem, aut in pulue-  
re campi, aut in puluere vagine, & cly-  
pei.

11 Tanto puluere obruuntur, & ho-  
norantur milites: suspicabat sanc, si

stipendium militare inde diceretur  
puluera itum, tanquam puluere, & la-  
bore quæſiu m: sed ridebunt forte an-  
tiquarij, audiētes ſuſpitionem noſtrā, 51  
cum certissima autoritate ſciant, pul-  
ueraticum, mercedem eſſe p̄abitam  
agrimensoribus, ſine honorarium à  
puluero labore: ad quod eſt expreſſa  
conſtitutio Theodosij & Valentiniiani, a-  
pu'd Frontinum de limitib. agror. Pre-  
cipimus (verba ſunt) itaque agrimensoria  
bus, ut pro laborum viciffiduine geome-  
trica artis fundo, cui finem reſtaurus in  
trifing rationem ſteterit, & conuenientiā  
triūm centuriarum ibidem eſſe ſignauerit,  
tres aureos accipiat, abſque ſua puluerati-  
ca. Aggen. Vibicus de limit. agror. A-  
grimenſores tres aureos accipiat abſque  
puluera ito. ag. oſcunt I. Cuiacius 4.  
obſeruat. cap. 16. Nicol. Rigalt. in obſer-  
uat. & noſſis ad Frontin. Alciat. lib. 2. Pa-  
rerg. cap. 26. P. Coluius innotis ad Apo-  
log. Apuleij Iacob. Guther. de officijs do-  
mus Aug lib. 1. cap. 44. Sed adhuc ſic di-  
adicō, & pro puluere militari ſtipen-  
dium militare, pulueraticum dictum  
fuille, quod alibi non inuenio obſer-  
uatum; moueor expreſſa conſtitu-  
tione legis contra 10. C. Theod. de Tironib.  
tractat de qualitate personarum ad-  
mittendarum ad numerum militare, 12  
& subdit, ſeruos etiam huius autoritate  
edicti exhortamus, ut cum prima ſebe-  
licis ſudoribus offerant, premium libertati-  
ſe apti ad militiam arma ſuſcepient,  
puluera iti etiam nomine binos ſolidos ac-  
cepturi, p̄cipue ſave corum ſeruos quos  
militia armata detentat. Id probat etiā  
illud celebre carmen Ouidij.  
*Pramia militia puluerula ſequi.*  
Nam ſi pulueraticum agrimensorum  
à puluere nuncupatur, quinon, & ma-  
iori fundamento ſtipendium militū  
puluera ito dicetur, cū tota res mi-  
litaris, & labor circumfundatur pulu-  
ere? Inuat d.l. venica, C. de caſtreñ. om-  
nium Palatini pecul. ibi: Sed neq; al' eni-  
ſunt à puluere, & labore caſtrorum, quā  
ſigna

signa nostra comittatur sentiens, si-  
dendum militare ab illo castrorum  
pulvere prouenire: & ideo illa ratio-  
ne restat pulueraticum dicetur. Eadē  
ipsa iudicium, & curialium stipedium  
pulueraticum optime nominatur. No-  
uell. Maiorani de Curia lib. ibi. Streñ-  
arum, Kalendarum, ac pulueratici nomine  
à Curialibus nihil petatur. Cassiodorus  
lib. 12. variar. epist. 15. Pulueratica quo-  
que iudicis funditas amputantes, trium-  
tantum etiam dierum. Praesulibus anno-  
nas preberi secundum vetera constituta  
decernimus, conductit dict. l. unica, in  
verbis datis, & istis sequentibus, quae  
præsto sunt semper actibus, quos intemps,  
& erudiros studijs, itinerum prolixitas,  
& expeditionum difficultas exerceat. In  
his enim actibus pulueraticum iudi-  
cium consideratur, & inspicitur deno-  
minatio.

Sic tanquam puluere conspersi  
descendimus ad varia rescripta, & co-  
stitutiones nostri iuris à puluere Col-  
lossi ex sententia Gedartij. Sed ab e-  
ius sententia omnino discedo, quia se-  
quentia verba expresse rehicit par-  
forma, decorque pars honor, quæ summa  
pulchritudinem demonstrant Domiti-  
iani, & commendant, non enim pul-  
uis bellicus, quāvis ornat, & illustrat,  
& inde metaphorice pulcher dicatur,  
reddit pulchram faciem. Sed imò fa-  
dat, & turpat, Horat. lib. 1. od. 6.

*Aut puluere Troico*

*Nigrum Merionem.*

Idem Horat. Od. 15.

*Heu! serus adulteros*

*Crines puluere collines.*

Valer. Flaccus lib. 1. Arg. v. 13.

*Nam que potest solimo nigrarem pulue-  
re refrarem*

Statius sic intelligendus lib. 1. Thebado.

*Non aliter, quam Pisseo sua lastra to-  
nanti*

*Crem redunt, crudisque verum suauis-  
bus ardet*

*Puluis,*

Iterum Horat. lib. 2. Od. 1.

*Audire magnos iam videor duces*

*Non indecoro pubuere sordidos*

*Sic capiendus Virg. 12. Aeneid. V. 671.*

*Ardentes oculorum orbes ad mænia torfit,*  
*Turbidus.*

Et 9. Aeneid. V. 812.

*Tum toto corpore sudor*

*Liquitur, & piceū (nec respirare potestas)*

*Flumen agit*

*Idest piceum flumen sudoris cum pul-  
vere mixtū. Statius q. Theb.*

*Et puluere bellū*

*Sordentem flauere comam*

Et idem 2. Aeneid de Hectore trasto.

*Raptatus bigis, & quondam aterque*

*Cruento*

*Puluere.*

*Quæ considerationes majoris vis sunt  
in tacto amatore lux venustatis Do-  
mitiano, qui enim pulcher ille Ro-  
manus Apollo depingi patetetur for-  
didus, turbidus, & piceus? nugæ. Præ-  
cipue cum noster Papinius cundem  
Domitianum in Colloso depingat 16  
pulcherrimum ibi.*

*Cum te prope nosse, tuumque*

*Immortale inbar vicina sede tueri*

*Quid enim tubar, nisi splendor Solis,*

*Lunæ, Luciferi aliorumque siderum 17*

*Virg. 4. Aeneid.*

*Ad portis tubare exerto dilecta iuuen-  
tus.*

P. Herman. Hug. pia desideria libr. 1.

Emblem. 1.

*Cum credit Arcoo Titan vicinior axi*

*Exultat redicis quisque videre inbar*

*Sed audi iterum Statium in eadē fil-  
ia ad pulchritudinem Domitiani in  
Colloso.*

*Et tua mitis*

*Ora Taras, tua siderea timentia fla-*

*mas*

*Lumina, contempto mallet Rhodos aspe-  
ra Phabo.*

*Probas nunc piceum puluere Do-  
mitianum: Pulchritudo pulueris ma-  
gis dicitur (vt dixi) metaphorice, sea*

*metoni-*

metonimice propter ipsam virtutē, & gloriam, quam propter formam, & decorum extantem, apte. P. Matth. Raderus in commentar. ad Martial. lib. 8. epig. 65. ad illud, formosus puluere, inquit, quim turpatus, & sordidatus? puluis enim non reddit formosum, sed inquinat: metonomia est puluis bellicus ornat, non turpat, significat enim fortitudinem, & certamen pugnantis, sic hoc sensu Seneca in loco dato, virtutem puluerulentam dixit, pulchre noster Statius 4. Theb. loquens de pulcherrimo Parthenopaeo.

— *Tubas audiare calens, & puluerre bellici*  
*Flauentem sordere coma*  
*Sordet ergo coma, licet flauens, & pulchra.*

Quidam patum tinctus his humioribus, seu pulcherrimis literis defendebat adhuc Geuartium exequia in his carminibus fortitudinem militarem describeret Statius, non pulchritudinem eius, mouebatur grauiter ex illis, par forma, decorque, par honor & honore (dicebat) virtutē militarem hic poëta significabat, & sicut virtus puluerulenta ex nostra sententia, idest pulchra dicebatur à Seneca, sic Domitianus. His auditis, occulte subris-  
 si, & docui *t. honor* pulchritudinem significare, idque apud antiquos frequentissimum esse, nec verbum ullū magis impugnare Geuartium, quam illud. Statim obtuli Virg. 1. Aen. & dedi Cerdam.

— *Et latos oculis afflari: honores*  
*Et Statium in siluis.*

*O ubi ventura spes non longinquas senecte*

*Atque genis optatus bonos*

*Lucret. lib. 4*

*Sed tamen esto iam, quanto vis oris honore*

*Cui Veneris membris, vis omnibus exoriatur*

*Petron. infragm.*

*At totus tibi seruit honor formaque Deorum*

*Fulges, & Venerem caelesti corpore visa;*

*Virgil. iterum 2. Georg.*

*Frigidus, & siluis Aquilo decussit honorem*

*Auson. Edyl. 9.*

*Nec praeferre suos audoret Tibris honores*

*Et infra V. 471.*

*Corniger extremae celebrando Mossella per oras.*

*Nec solis celebrande locis, ubi fronde superemo.*

*Exensis auratum tauringa frontis honorem*

*Et ed 4. V. 31.*

*Nec mora, ridentis calaribitate fecit honorem.*

*Mapheum in suo eleganti supplemento Maronis.*

— *Quo splendidus alio*

*Frontis bonos?*

*Et iterum Statium 9. Thebaid.*

— *Multum que seueris*

*Asperat oramini, sed frontis seruas hunc*

*Ira decens.*

*Et lib. 3. silvar. in epul. Domitianij.*

— *Tamen ore nitibus*

*Dissimilatus bonos*

*Claudian. 2. de rapto.*

— *Nec membris, nec honore minet*

*I. Barclaij m 1. Argen.*

*Sic rosis stas formagenis, sic frontis honorem*

*Fulget apex*

*Nec te turber, (dixi) Paulus in l. cisi civitatis 133. D. de legat. 1. in qua dis-*

*tinguit Consultus inter ornatum urbis, & honorem, & ab ipso discriminatione negare videtur nomen honor pulchritudinem significare, quia si id ita esset, legatum in honore civitatis debe-*

*ret accipere reliquo ad instruendum for-*

*rum, theatru, & stadiu, in his enim pulchritudo civitatis consistit, & tamen*

*tribuit ea legato in ornatum civitatis*

*scilicet*

relicto, & legatum in honorem accipit pro reliquo in editionem ludorum, venationem, erogationem seu distributionem in populum, & alimenta certis miserabilibus dat a personis, quia certum est, Consultum non negare propulchritudine  $\tau\delta$  honor accipi posse, nec id posset, sed in proprio suo significato, & ordinario testatoris verba accipit, si in ornatum datum legatum sit, quis dubitabit, quim testator voluerit publica ædificia ornare: si in honore, quim curauerit dignitatem, autoritatem, gloriam, estimationem eius, in quibus autoritas ciuitatis cōsistit, haec enim est propria acceptio  $\tau\delta$  honoris inter alias quas habet, ut tuus Calepitanus te docebit, verbæ enim testatoris, in propria, & ordinaria significatione audienda sunt, nisi regionis, aut testatoris usus mentem eius ad aliam ducat, l. librorum s. i. §. quod tamen Cassius 4. D. de legat. 3. l. Labeo, D. de suppl leg. l. cum de lanionis 18. §. item cascabel 3. D. de fund. iust. cum alijs multis interpretibus, quos in hanc rem concessit Velasc. in axiomat. iur. lit. V. à num. 23. nomen autem honor in iure nostro, & apud omnes acceptance one ordinaria auditur, pro dignitate, nomine, autoritate, & estimatione, l. super 42. D. de dominat. inter vir. & uxor. l. honorem 10. l. honor 14. D. de muner. & honor. l. 2. §. cod. tempore, D. de orig. iur. cum alijs quibus id comprobant Hotoman. Calvin. in suis lexicis Cornel. Brederod. in The sauro iuris. Fontanell. de paci. nupt. clau. sul. 4. glos. 17. à num. 1. Et sic Paulus merito honor in ordinarium significatum accepit, ut sic voluntas testatoris ad impleretur, qui creditur, sic intellexisse. His auditis, erexit supercilia, & tacuit nouus Stati hospes.

23 Sed cum Geuarius parum primæ interpretationi fideret, aliam proposuit, quam maiori animi fiducia amplexus fuit. Censuit ergo, in illis Papiniū carminibus describere ducis, &

Imperatoris vultum, qua gravitate, & humanitate, quā maiestate, & incūnditate apparere debeat. In indice iani expressi decorem vultus in nostra re- Et a iuriis ciuilis scientia (O si Deus annuat conatibus illis! O si adspiret immenso illi labori! pro cuius compendiendo voltu, multa huius loci expendi, nunc tantum aliqua addam. Claud. de 3. consulat. Honor.

— Radiat quem torna voluptas frontis, & Augusti maiestas gratia pondaris.

Calpurn. Sicul. eclog. 6.

— Vi cumque tamē conspeximus ipsum.

Longius, ac(nisi me decepit virus) in uno, Et Marcius vultus, & Apollenes esse puer.

De Claudio Cæsare, dum legatis Parthorum præcepta dat, haec Tacitus refert lib. 12. Annal. Addidit que præcepta (etenim aderat Meherdeca,) ut non dominacionem, & scruos, sed rectorem, & ciues cogitaret, clementiamque ac iustitiam, quanto ignota barbaris, tanto tollerantiora capesset, sed de his ego plurima prædicta loco praescrispi, in quo illustramus l. obseruandum 19. D. de off. 25. ficio Præcep quando 4. diff. 86. & alia præclarissima iura iudicium, & Principum iustitiam, & misericordiam moderantia, atque illis vultus decorē, cōponentia; quæ, Deo annuente, leges & diudicabis. Quæ sententia placuit Cruceo hic (quæ rapte patum distat à sua) & Ianno Parrahacio de quæ sit. per epistolam epist. 50. & alijs.

Sed nimis audax, & extensus tropus es, significare severitatem Imperatoriam per notas belli, multoque audacior indicandus ille, qui per illaverba posita iuxta subiectum tale, vi potè Imperatorem Domitianum instructu ita, ac si prope modum congressurus foret, subintelligi velit severitatem, & non arma Domitiani, præcipue cū rectus sensus æquior, cōuenientior que subiecto,

sabiesto, quā sub intellectus sit. Quæ-  
to vnde severitas? vnde clementia? qui  
& qualiter subintelligitur in illis car-  
minibus? cum meus Papinij, propri-  
tasque verborum abhorreat tali inter-  
pretamento, omnia enim verba diri-  
guntur ad pulchritudinem Domitia-  
ni, quæ diuersa res est à clementia, &  
severitate. Ratio illa decidendi Sta-  
tij par forma, decorque par honor, non  
potest esse ratio severitatis, & clem-  
entiae, sed pulcherrimæ, & admirandæ  
faciei, immensæ que venustatis, qua  
consideratione hic receptor intelle-  
ctus mihi placere nunquam potuit.

Post tantas eruditorum interpre-  
tum sententias, quas aviditate civilia  
aura illustrans ea enim cura semper,  
& vbiique nos circumstat) hinc inde  
traximus; offero iam nostrum indicium  
censuræ, & periculo. Sed ut certis ar-  
gumentis fundemus illud: primo ob-  
seruo, statuam Domitianæ equestrem  
fuisse; ipsu inqæ Imperatorem in-  
diss equo, non solum galeatum, sed  
circum septum armis à planta pedis,  
vsque ad verticem capitis. Sic præter  
alios scriptores, loquentes de hoc Col-  
loso, quos capite procedent idem, us  
cum solo nostro Statio probabimus,  
& armabimus Domitianū, quod nul-  
lus audebit negare, nam absolute in-  
quit maximus poeta, extare Cæsarē,  
quasi Germanos, & Dacos de bella-  
ret.

An te Pelladia tales Germanice nobis  
Effinxere manus, qualem modo frena te-  
nentem

Rhenus, & atteniti vidit Domus ardua  
Daci?

Scutum attribuo illi, & quasi formo ab  
illo difficilimo carmine, quod &  
multorum exercuit ingenia.

Dextra vetat pugnas, lauam Tritonia  
virgo

Non grauat, & seta pretendit colla Me-  
dusa.

Galeam do ex illo versu.

Ipse autem puro celum caput aere septus  
Templa super fulges  
Quid autem est septum caput, nisi ga-  
lea circuatum? Gladio accingo inde:  
Latus en se quieto  
Scenrum.

Chlamyde ab illo. It tergo demissa chla-  
mys: & chlamyde paludamentū fuis-  
se militarem perspicuum est ex Virg.  
8. Eneid. V. 588.

Ipse agmine Pallas  
In medio chlamyde, & pictis conspectus  
in armis  
Vnde apud eundem s. Eneid. Militi  
certatori chlamys in præmium da-  
tur.

Victori chlamydem auratam, quam pluri-  
ma circum, &c.

Valer. 6.  
Ne legior comitatur Aron, horretia cuius  
Discolor arma super, squalentesque are-  
lacertos.

Barbarica chlamys ardet aeo  
Statius 5. Thebaid.  
— Chlamys huic, chlamys ardet,  
& ille

Idem lib. 6. Thebaid.

Et torto chlamydem diffibulas

auro  
Corippus lib. 2. num. 4.

Cæsarcos humeros ardenti murice texit.

Circumfusa chlamys.

Quodiam probarunt Robertus Val-  
turus de re milit. lib. 10. circa principium,

Iust. Lips. in eod. tractat. lib. 3. dialog. 12.

Thomas Dempster ad Rosin. libr. 10.

Antiq. Rom. Paralipom. Ceida ad Vir-  
gil. lib. 5. not. 7. Marcellus Donatus in

Capitolin. ad Perun. ibi: Cirrata milita-  
res, & chlamydes castrenses, ad ea. Hinc

intelliges l. fortissimis 3. C. de milit. ves-  
te lib. 12. Fortissimis militibus nos per Il-

lyricum, non binos tremisses pro singulis

chlamydibus; sed singulos solidos dari præ-  
cipimus. Et stat de canone militarium

vestium, & signanter de pretio, con-  
tributione ad chlamydem, vi intelli-  
gas militare esse vestem. Sed in hac

rem

31 rem apertissima est, & elegantissima Gratiani, & aliorum Cæsarum constitutio in l. 1. C. 7. *bed. de habitu, quovis oportet intra urbem.* Sine exceptione (inquietum) temporis matutini dum taxat in grā mœnia constitutus nullus senatorum habitum sibi vindicta militare, sed chlamydis terrorē deposito quieta coloborum (sive cœbiorum) ac penularum induat vestimenta, quod quidem rescriptum certas constituit cæteras autoritates,

32 & nos firmat contra Vlpian. in l. vestis. 23. §. 12. D. de aur. arg. legat. ibi: Puerilia sunt (vestimenta) que ad nullum alium usum pertinent, nisi puerilem, veluti togā pretextā, alicula (sive caligula, quod non dispiro) chlamydes, pallia, quæ filijs nostris comparamus. Nā quamvis chlamys fuerit indumentum militum, sic fuit etiam puerorum veluti, & Imperatorum, & venantium, viatorum, atque a manu aliorumque: sic Andromache chlamyde donavit puerum Ascanium, apud Virgil. 3. Aeneid. ver. 484.

Nec minus Andromache digressa mostra  
supremo  
Fert picturatas auris sub tegmine vestes  
Et Phygiam Ascanio Chlamydem.  
Sic puer Tyberius à Pompeia donauit  
chlamyde apud Sueton. in e. cap. 6.  
Plautus in Mercator. act. 5. Scen. 2.  
vers. 71.  
Optime adueniens puer cape chlamy-  
dem

Apuleius sic intelligendus est libr. 10.  
Metam. Adebat luculentus puer nudus, nisi quod ephebica chlamyda sinistrum con-  
tegebat humerum: quod agnouerunt in-  
terpretes in his locis, Donat. ad Capito-  
tol. sup. Parens in lexico Plantin. Rosin.  
antq. Roman. lib. 5. cap. 31. & alijs.

Secundo obseruo Imperatorem  
34 Domitianum ore pulcherrimum suis-  
se, & quamvis id præcedenti capite,  
& isto aliqua loca adduxerim, facile  
que id colligi posset ex multis alijs à

nobis aliam rem agentibus expensis,  
tamen cum nostra sententia firmetur  
maxime hac prænotione subdere de-  
creui autoritates aliquas acute ani-  
maduersas: addo ergo præseminatis  
per hæc capita Martiale lib. 8. epig.  
21. in hunc sensum subtiliter intelle-  
ctū: loquitur de aduentu Cæsaris in  
urbem.

Iam Cæsar, vel nocte venuit, sine astralice-  
bit

Non de erit populo teventente dies  
Sic capio Plimum in Paneg. ad Tra-  
jan. Et populus quidam Romanus dele-  
ctum Principem seruat, quanto que paulo  
ante concitum formosum alium, hunc for-  
tissimum personar. Formosus Princeps,  
scilicet Domitianus, ut & Lipsius ibi n.  
16. voluit. Redeo ad Martiale lib. 9.  
epig. 24. ad Charum, qui statim Do-  
mitiani, quam domi habebat, corona  
oleaginea condecorauerat.

Aspicis, & Domini fulgenes marmore  
vultus

Venit ad has ultro nostra corona co-  
mas.

Emphasiū habent illa fulgentes vultus,  
sed præclarissimum est aliud eius-  
dem poetæ epigram. 25. & dignum in-  
genio Hispano, ad eundem.

Quis pallatinos imitatus imagine vul-  
tas

Phidiacum Latio marmore vicit ebur.  
Hæc mundi facies, hæc sunt Iouis ora se-  
rent

Sicut tonat ille Deus, cum sine nube to-  
nat.

Et lib. 9. epigram. 67. ad Herculem sub  
imagine Domitiani.

Alcide Latio nunc agnoscendi tonan-  
ti.

Postquam pulchra Dei Cæsaris ora ge-  
ris

Idem voluit, idem epigrammatarius  
lib. 4. epig. 1.

Longa precor Pylio que veni numerosor  
euso.

Semper & hoc vultu, vel meliore nitore,  
Sed hoc ex præstè Sueton. Sine con-  
cinnitate carminis; in Domitianō, cap.  
18. Flav. Joseph. de bello. Iud. lib. 7. cap.  
24 (latine sic) Domitianus autem ad e-  
quitabat typē quoque ornatus pulchritu-  
dine. Quæ pulchritudo adeo sibi gra-  
ta fuit, & complacuit, quod sciret se  
ab ea, & verecundia commendari;  
quod ipse in senatu attigit. Usque ad eos;  
inquit, certe atimum menim probastis, &

36 & vultum. Sueton. supr. Causa autem  
qua in tantum eius pulchritudo ce-  
lebrata sit, deducitur ex illis, quæ do-  
cte animaduertit Cerdā ad Virgil. e-  
clog. 2. vers. 17. in explicatione litera A.  
inquires, quare sape saepius Virgi-  
lius Alexim formosum vocet, & cau-  
sam reddit in his verbis. Preclarè re-  
go illud ofor mosse, quia cū respectu ad  
initium ecloga, quæ sape recurrit ad eos-  
dem scopulos, impingat quæ in eundem  
lapidem formositatis, nam hac unare d-  
ebas pastorem insanum, sic & infra, huic  
ades ofor mose puer. Et sic cum Domi-  
tianus captaretur valde hac blanditia-  
rum plaga, iaculantis in eum omnes  
suam pulchritudinem, ut potè noster  
Papinius, & Mattialis.

37 Nec huic verissimæ antiquitati  
Domitiani pulchritudinis obstat Plinius in Paneg. Superbia in fronte, ira in  
oculis, feminus pallor in corpore, in ore  
impudentia multo rubore suffusa: nam  
imò hæc verba probant egregiam ve-  
nustatem eius, præcipue si tò fami-  
neus pallor, adiungas rubori illi, sic in  
eo Suet. d. c. 18. Statura fuit procerus,  
vultu modesto ruborisque pleno, præterea  
pulcher ac degens. Cogruit optime Vir-  
gil. 12. Æneid. V. 65.

Flagrantes perfusæ genas, cui plurimus  
ignem  
Subiecit rubor, & calefacta per ora en-  
currit.

Claud. lib. 1. de rapt.

— Nineos infecit purpura vul-  
tus

Per liquidas successa genas.

Plura alia accipies à P. Cerdā ad Vir-  
gil. hic, venustus sane Cæsar erat quam-  
tumuis iram in oculis, impudentiam 38  
in ore præfertet. Ex quo infero, adu-  
latorium esse illud nostri Papitiij, co-  
mendantis in præsenti Domitianivul-  
tum à modestia, & decentia. Sic etiam  
intelligo Cornel. Tacitum in Iulij  
Agricolæ vita in his de Domitiano  
verbis: Cum denotandis tot hominum pal-  
loribus sufficeret saus ille vultus, & ru-  
bor, à quo se contra pudorem muniebat.  
quæ impudentia estrenismagis ac magis,  
sine dubio crevit absoluta pötesta-  
te imperij, in principio enim rubor eius  
pro modestia acceptus fuit populo  
Romano Tacitus lib. 4. hist. Quo die  
Senatum ingressus est Domitianus de ab-  
sentiâ patris fratriisque, ac iumenta sua  
panca, & modica differuit decorus ha-  
bitu, & ignotus adhuc moribus, crebra oris  
confusio pro modestia accipiebatur, vide  
Alexan. ab Alexan. lib. 2 dier. Gen. cap.  
19. Ex his acute coniiciebat Cruceus  
verba nostra mixta notis belli: percipiē-  
da esse, quod per iram, & sauitatem  
vultus demonstraret militare os, tem-  
peratum pulchritudine, & rubore e-  
ius, in quo pa: sed quis crederet, obi-  
jecisse suo Principi Principem poe-  
tam iram, & impudentiam oris, quæ-  
vis sub inuolucro verbotum? Præci-  
pue cum sequentia excludant, ibi par  
forma, decorque, pars honor.

Respectes rogo venustatem Do-  
mitiani eximiam, ipsumque, tanquam 39  
congreditum, circumseptum armis  
in altissimo Colloso extare: ab his  
duc (utinam feliciter) nostram sen-  
tentiam. Inuicta oratione. Domitianus  
mixta notis belli, quia galea circum-  
ductam habebat faciem, & corpus in-  
structum armis, cataphractum: ita ve-  
denotaret bellum, arma enim notæ  
sunt belli, ad id enim comparata sunt;  
patet: procedit vates, placidamque ge-  
rentia pacem, hic subest Domitia-  
ni

ni pulchritudo (cum ut iam probavi statua sculpta sibi esset, & compa-  
ta ad formam eius venustissimæ  
imaginis) quasi dicat Statius: ora tua  
Domitiane, ista venustate à natura  
donata sunt, quod quamvis armatis  
suis, cassideque ora obumbrata habeas,  
& sic mixta notis belli, tam insignis  
est pulchritudo tua, ut delectetur vi-  
sum, iuvetque ora tueri, ut inter ar-  
morum horrorem geras, & demons-  
trespacem (ut in simili Lucan. de Pompeio dixit lib. 9. Phars.).

*Sed pacem armatus amauit*

Praualeatque vis rutilantis oris præ-  
sumptioni belli legitimæ exarmo-  
rum notis. Subtile, & dignum mag-  
no Papinio argumentum deductum  
ab oppositis, & contrariis. Proce-  
dit poeta. *Nec veris maiora putas*, in  
quibus verbis tacite obiectioni sa-  
tisfacit, potuit enim inctedibile vide-  
ri, hyperbolicum que argumentum;  
quod prædixerat, potius quam verita-  
ti, & rationi subnixū, quid enim ma-  
gis fide indignum, quam afferere ho-  
minem armatum, non bellum, sed ge-  
stare pacem, cum natura, & ratio ar-  
morum contrarium dicent. Sed ra-  
tionem seu argumentum statim subiicit  
Statius in illis verbis, *par forma, decor-*  
*que, par honor, natura enim exhausit*  
penicilli artem pingendo, & elabo-  
rando Domitiani os, confuxerunt que  
in eum suæ potentiaz, sapientiaz que  
beneficia, & dona, ornando eum paté-  
forma, decor, & honore (id est pul-  
chritudine) & sic nil mirum, si inter  
armorum notas gerere dicatur pacē.  
Sic enim blanditur Domitiano suus  
vates mirifice, ut credibile est sui ex-  
mī spiritus, einsque benevolentiam  
captat modo magis speciali, & con-  
sono Imperatoris voluntati: sed idem  
poeta satis hunc sensum aperit ibi  
*Discutit è vulnu quantum tumidior ar-*  
*mis*

Etidem argumentum repetit in Do-

mitiano. Sic sane accepto Statio, nul-  
la verba resistunt, in sua enim pro-  
prietate intelliguntur: nullum divina-  
tionis periculum imminet, congruēt  
sane omnia antiquitati, Imperatoris  
vanitati, & ipsi Statio qui impingit  
sepius suam venustatem Domi-  
tiano.

Sed quamvis noster Papinius sic  
intellexit placitus sit, ut spero, do-  
ctis actu ingeni, tamen ex quo duxi  
in eius confirmationem aliqua indu-  
cere, quæ omnem dubitationis scrupu-  
lum euellant, & primo expendo  
Virgilium, qui hucusque (salua mul-  
torum pace) non percepit fuit, Ma-  
ro ergo lib. 7. *Aeneid. Vers. 655.* Auen-  
tinum Herculis filium depingit, pro  
galea gestantem corium capris leo-  
nis, & caput horribilibus leonis setis  
impexum, quia setæ, & pili adhuc im-  
pexi, neque dum arte aliqua curati,  
sed ita hispida, atq; ita adstaret iunctus,  
ac si frugeret leo audi Maronem.

*Ipse (Auentinus) pedes tegmen torquens  
imname iconis*

*Terribili impexum seta, cum dentibus al-*  
*bis*

*Indutus capiti, sic Regia tecta subibat*  
*Horridus, Herculeo que humeros innexus*  
*amicru.*

Hic Virgilius vocat horridum Auen-  
tinum, & merito præferens speciem  
leonis; at eundem paulo supra, in  
eadem pictura, & tractu pulchrum di-  
cit.

*Vistores que ostentat equos, satus Hercu-*  
*le polo*

*Pulcher Auentinus.*

Quæ difficultas tanta vissa fuū Servio  
Honorato, quod pro pulchro fortè  
explicuerit, cui doctissimus Cerdà  
subscriptis not. 3. Ego autem à tam  
violentia interpretatione recedo, cog-  
nosco Maronis mentem in verbis ab-  
strusam, eam fuisse, quod hoc ver-  
borum involucro voluerit efferre,  
& commendare Auentini venustatē,

quasi diceret, adhuc pulcher Aventinus est, licet horridus setis, dentibusq; galeatus leonis: ea est vis pulchritudinis, præualere tanto horrore: sed non mirū, inquit, latenter Maro, quod Auentini venustas præfulgeat, si sisatus Hercule pulchro. Hæc omnia verba in emphali sunt, in eis que reddit rationem sui argumenti, si satus Deo Aventinus est, cum omnes Dij pulcherrimi habiti fuerint, ut notat ubi Pontanus merito pulcher Aventinus etiam in rictu leonis. Ad modū quo noster Statius pulchritudinem Domitiani laudat inter armorum horrorem, & præferre pacem dicit, tāta ergo erat. In Turno inuenio eandem Maronis mentem.

<sup>41</sup> Aened. v. 488.

Cingitur ipse furens certatim in pralia  
Turnus  
Iamque adeo Rbutulum thoraca induitus  
abenis  
Horrebat squammis.  
Cum de eodem idē poeta infra dicat.  
Fulgebatq; alta decurrentis aureus arce,  
Et lib. 7.

— Ante aliq; pulcherrimus omnes

Turnus.

Et alibi Hæc decus egregius, rma mouet  
Eodem argumenti filo duco. I. Barclaium 1. Argen. depingentem Palladem. Hinc caside ad median frontē producta pulcherrime horrebat, quem elegantiæ modum à suo magistro Statius, sine dubio accepit 2. Thebaid. ad finem in eadem Pallade.

Dina ferox, magnis decus, ingeniumq; pa-  
rennis

Bellipotens, cui tornagenis horrore deco-  
to

Cassis.

Idem Statius 2. filiar. Epiced. Pil. Vrs.

— Blandique severo

Igne oculi, qualis bellis iam caside vissa.  
Parthenopaeus erat, simplexque horrore de-  
coro

Crinis

Adiugo Italicu de Scipion. lib. 8. V. 540.

Martia frons, facilesque coma, nec pone  
retroque

Cessaries brevior, flagrabant lumina mīti  
Aspectu gratusq; inerat vissentibus hor-  
ror

Quid est enim pulcherrime horrere,  
& decorus horror, quam pulchritudo  
Domitiani. & decor inter notas belli?  
quibus addo nostri Papinij celeberrimi-  
mum locum ex Theb. 9. V. 700.

Interdum cristas hilaris lactare comans-  
tes

Et pictum gemmis galea iubar, ast ubi  
pugna

Cassis anhela calet, resolute vertice nu-  
dus

Exoritur, tunc dulce coma, radys que mi-  
rantes

Dulce nitent vissus.

Idest, postquam aperitur nudus, & ga-  
lea aperitur, in occiputque deiicitur,  
tunc coma, & oculi etiā inter armo-  
rum horrorem fulgent propter vim  
pulchritudinis, sed fulgent dulce, nota  
in hoc verbo acutam poetæ mentem.  
Grauitate sic ornat Romanum Sidon. Ap-  
ollinaris paneg. Maior.

Sed erat exerto bellatrix pectore Roma  
Cristatum turrita caput, cui pone capaci  
Cassida prolapsa perfundit terga capili-  
bus

Letitia censura manet, terrorque pudore  
Crescit, & inuita superat virtute venus-  
tas.

Idem voluit I. Barclaius 1. Argen.

Nec tu Lemniacis Manors formosior ar-  
mis

Frena quatis

Sed singularis est locus Terentij in  
Phorm. qui nostram aperte probat ra-  
tionem.

— Virgo pulchra, & quo magis dice-  
res,

Nihil aderat adiumenti ad pulchritudi-  
nem

Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida,

Lacramæ, vestitus turpis, ut n̄ vis boni

In ipsa in effigie forma, hæc formam extin-  
guerent.

guerent.  
Hæc habeo, quæ tibi offeram, erudite  
lector, circa præstantissimi Statij Pa-

pinij controversum locum, cuiusplu-  
ma altiori volatu superuolat hominū  
mentes, & visus.

## C A P. XII.

**I**N P. Virgilium, & I. Barclaium Crisis (impugnantur capitulo isto, sequenti propugnat) ex Didonis, & Timocleæ equitatione a n. 1. Equus acre, & belligerum animal. 2. Fœminas militare Romanorum legibus prohibitus erat. 3. Sic & Græcorum. 4. Subtilis consideratio in Propertio. 5. Decor Maniæ uxoris Zenis oppugnantis urbem à curru. 6. Et altari: fœminæ coronant murum, ab illo belligerant. 7. Et secundum Platonem hæc fuit muliebris militia. 8. Et si aliquando in acie, adstant ad cōmiserationē, & animos bellatorum. 9. Nisi feragēs aliud admittat, & quæ. 10. Explicatur Plato. 11. Fœminæ à feudi successione exclusæ, an intelligantur Heroïnæ, & nomen militiæ dantes. 12. Ab Olimpico certamine fœminæ arcebantur. 13. Et à Romanorū ludis. 14. Censura in Heliodorū. 15. Græcae fœminæ nec coniuncti, foro, virorū catui adesse poterant. 16. Hunc morte respexit l. opimiam. 17. C. de contrah. & cōmitti. stip. & l. maritus 21. C. de procur. & alii ibi expensæ. 18. Romanæ matres primo carpentis vebabantur intra, & extra urbem. 19. Postea pilenti, & carpenti vesus matronis interdictus. 20. Sed post Camilli promissionē ex soluta exornamentis muliebribus, pilenta, & carpentia restituta ad sacra, ludos, & festos dies. 21. Inde explicatur Virgil. 22. Adstruitur Claudiano lectio. 23. Sacra pilenta vnde dicta: sacra nurus: vestales pilentis vebabantur. 24. Supplentur Festi verba, & integradantur. 25. Lex Oppia demonderando matronarum cultu vehiculi honorē illis ademit. 26. Sed reservauit ad sacrificia, & publica sacra. 27. Oppia lex per viginti annos obseruata, quando abrogata. 28. Post abrogationē libere matronæ vebabantur pilentis, & carpentis. 29. Diuinatio, seu coniectura de restituta lege Oppia, aut alia simili. 30. Acute ad id expenditur C. Tacitus. 31. Cæsarum temporibus ius carpenti quibusdā matronis concessum fuit priuilegium loco. 32. Error Pithæi. 33. Leges Oppia mitigata: & postea ad missæ carrucae, sellæ, lectice, do- nec Cæsar prohibuit, & solū indulxit certis personis. 34. Carpenti honor summa pōps, & dignitas. 35. Carpentum celerrimū fuit vehiculum. 36. In ciuitatibus equitare homines prohibitum fuit. 37. Et in quibus prouincijs nō dabatur facultas habendi equos, explicatur l. 1. 2. 3. & s. C. Th. quibus equorū vius. 38. Palatinis inducta fuit: datur l. 4. C. Th. eod. tit. 39. Tandem per urbes in equis insideri permisum fuit. 40. Dictator in acie nō eques, sed pedes gerebat bellū. 41. Philosophi equis sessiones fugiebant. 42. Sic & sacerdotes Egyptij, & Itali. n. 43. Viduarum viuendi decor, quantū dedebeat eas equitatio. 44. Excusat Virgilius ab equitatione Didius. 45. Amor per effrenē equū significatur. 46. Regnantiū absolute potestas. Solitudo misera viduarum.



B E Q U O maximo  
Domitiani prospet-  
auimus nobilissi-  
mos equorum gre-  
ges, vulnera, cicatri-  
ces, bellicum pulue-

rem, Martiales campos: & contépla-  
ti fuimus mixta notis belli Domitiani  
ora. iam apparent his capitulorū cā-  
pis, fæminarum equitationes, virorū,  
sacerdotum: & quamuis antiquitatū  
nebulis confusæ, iam aliquæ appro-  
pinquant distinctæ, iam consistunt in  
discretæ. Ducunt agmen duæ equitati-  
res viduæ: Dido apud Maronē 4. Æ-  
neid. & Timoclea apud Barclaium 1.  
Argen. Illi

— Ostroque insignis, & auro  
stat sonipes, ac frena ferox spumantia  
mandit.

Hic incitatus verberibus equus, nō sus-  
ciebat incursum effusa.

\* Incitamus & nos (tanquam verberi-  
bus) in Maronē, & in Barclaium, & ab  
eis requirimus. Vnde abiit matronalis  
pudicitia? quæ inaudita muliebris ista  
equitatio? absistat à pudicis autibus tā  
profanus usus, & ab oculis in honestus  
aspectus. Discurramus cum Didonis  
equo per antiquatum cāpos (nā Ti-  
mocleæ equus nec incitatus verberibus  
sufficiet) & scrobes, O quantæ! istius  
equi vestigium impudent, quibus e-  
quis impeditus sessorem suum effun-  
det in gramen!

2 Bello armantur equi bellum haec armenta  
minantur.

Non ergo haec in sessio Martialis, va-  
nissimaque equitatio pudicitæ ma-  
tronæ cōueniebat: bene Statius 7. The-  
baid. pecus vtile bellis, dixit, & si ista vi-  
deret, non matronis vtile affirmaret.  
O quam immodestū esset spe etaculū  
(conspicata lestoress) generosi equi,  
cui.

— Ardua ceruix  
Argutus caput, brebis aluens, obessaque  
terga

Luxuria quætoris animossum peccus  
Et qui stare loco nescit, miscat auribus,  
& tremit artus.

Collectūq; premēs voluit subnaribus ignē  
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in  
armum.

At duplex agitur per lūbos spina, cauatq;  
Tellurem, & solido grauiter sonat ungu-  
ta cornu.

Cui quidem veneranda matrona insi-  
det, & in hato equi gyrat generosofu-  
rōre: mens auerit oculos, & pudet  
cōsiderare, quod abhorret ad spicere

Ab immodestia ista (prater alias  
causas) & militare fæminas antiquis  
Romanorum legibus prohibitū fuit,  
cum equitandi ars inter nobilissimas  
militiæ cōnumerata fuerit A. Clarus  
Silvius ad ll. 12. iab. c. 13. & alijs. Vnde  
Statius Papin. in s. silvarum Abscantij  
in Priscillam pietas.

Et secastra darent, velle gestare phare-  
tras.

Propertius lib. 4. eleg. 3.

Romanis viinam patiissent eastra puellis  
Vnde merito in Cleopatram iuit Ma-  
ronis reprehensio, cum Antonio suo  
militantem 3. Æneid. V. 688.

— Sequiturque nefas! Ægyptia  
continx.

Idem Virg. 7. Æneid. V. 440. (loquitur  
Turnus ad mulierem.)

Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri  
Bella viri pacemque gerant, queis bella  
gerenda.

Optime Dio Chrysostomus orat. 3. de  
Regno. ἐκπλανάτε μὲν τὰ πόλει τὰν  
ἐργανὴν κατ’ οὐκίαν ἐστ., ή, ἀπεσποι μὲν  
διὸ τὸ πολὺ χριστιανῶν διετέλεσθαι ἀπ-  
εσποι δὲ πολεμαν, ἀπεσποι δεκατύχαν,  
τοῖς δὲ αυτοῖς προσκημένοις  
δαι προσκοι δὲ πλὴν προσκοι δεκα-  
τήιας, id est. Aique illæ domestica fere  
operacurant, & etatem exigunt subiecto  
in expertæ tempestatum, in expertæ bello-  
rū, in expertæ periculorū. Viris autem cō-  
gruit in militiâ ire, cōgruit nauigare, cō-  
gruit nauigandi solertia. Vnde Cræsus a-  
pad

puer Xenoph. lib. 7. de Pedia Cyr. vxorē suam refert ad Cyrum, bonarum rerū participem esse, & addit: Φρυγιαὶ τοῦτα εἰσ αὐτοὶ πολεμοῦνται μετὰ δύος, & μετ' αὐτῶν (id est p̄ea secundum Hy- sechium) ἀντῖ, id est: Curarum vero ut bac sunt, & belli. & pugna particeps non erat, plurimis alijs cōdonaberis à Domitio. Morelo, Bernartio ad Statuum sup. Passeratio, Philippo Beroaldo ad Propertium, P. I. Ludouico Cerdia ad 8. Virg. Aeneid. Lipsio de milit. Rom. libr. 5. dialog. 18. & in comment. ad Tacitum lib. 1. 4. Annal. n. 75. God. Esteuechio in commen. ad Vegetum lib. 3. cap. 10. & latius lib. 1. c. 3. & doctissime à Thom. Dempster. ad Rosin. antiqu. Rom. lib. 10. Paralipomer. Wy cap. 12. Carol. Sigon. de antiqu. iure ciui. Rom. lib. 2. c. 2. A. Ti- raq. in lib. 1. 5. conubial, & nn. 2. 4. cum seqq. P. Faber lib. 3. semest. c. 1. 4. Christoph. Forstner. innotis politicis ad Tacitum ad lib. 3. Annal. Græcisane sic merito ob- seruabant, nec in eorum castris me- tere fāmina poterat. Homer. Iliad. 5. εὐτοι τέκνον ἵπον δεδοτας πολεμίαν εργα.

Ἄλλα διγύ μερούστα μετάρχειο εργα γαμοσο.

Id est.

Filia non concessa tibi sunt mania bellī Dulcia comulgī potius sint munera curae. Quamvis Plato lib. 5. de Republica circa Pontum mulieres militare affir- met: & ipse deniq; lib. 7. è Republica esse, militare illas doceat varijs argumen- tis, & rationibus. Apud Xeno- phonem sane in Cyri minoris exer- cici lib. 4. lego plurima inter suis scorta στρατεύεται διῆται γυναικες απαθει (πολλαις γαρ ισαναι εταιραι ει τω επατευναται). Quod planum. & ipsae mu- lieris (erant enim non parū multa in exer- cito scorta) latum tollentes clamorem cō- probarunt. Idem lib. 6. ή, οἱ Παφλαγηνες ιπωται εἰ η γυναικες ανημαχοντο αν- τοι, οἱ δὲ λευκοι οἱ τελεται ή αἱ τε λευκαι τελεται τε σπαθικες, id-

est. Quiescerant Paphlagones, numquid mulieribus, etiam in pugna veterentur, immo Græci responderunt, hæ sunt, quæ Regem à castris reiecerunt, sed in exercitu Cy- ri præter Græcos aliæ plures gentes, vel ex licentia militari præter legem mulieres, & scortia ibant, ut apud Q. Curtium lib. 5. c. 7. de gressis Alex. de die inibat cōiuia, quibus fāmina intererat, non quidē quas violari nefas esse, quippe pellices licentius, quā decebat, cum arma- to vivere adsueta. Unde apud eundem lib. 6. c. 2. n. 2. greges pellicum dicontrur, vel quia (non iure matrimonij) licet militibus cōcubinas habere, ut voluit Cui. lib. 33. q. P. ap. ad l. mulierem 1. 4. D. de his que ut indign auferuntur, & I. Lips. ad Corn. Tacit. lib. 1. 4. Annal. not. 75. Vel quia non sacramento militari adstrictæ merebant sub Imperatore, sed denique Aristot. lib. 2. Polit. cap. 9. muliebrem militiam dominat rationib; & exemplis.

Concilebam ex his cōfederationē in Propertio subtilem lib. 3. eleg. 11. sic 5 Panthesiteam celebrante.

Ausaferox ab equo quondam oppugnare sagitis.

Meotis Danauum Penthesilea rates.

τὸ ausa animaduertit Passeratus, præ- ter sexū, adducitq; illud Virg. 1. Aenei.

— Audetque viris concurrere virgo. Bene sane: sed emphasis Propertianā suboleo, quia virago propugnabat ab equo, id est: ausaferox ab equo, quasi mi- noris admirationis Penthesilea eset, si pedes oppugnaret, id est quia eques, ausaferox alias si respectus iste defice- ret, quasi memoria equi frustra dare- tur. In cōbitione ea inter Catonē, & L. Valerium super legis Oppiæ abro- gationē, dictoriū in Catonē Valerius iniicit per argumentū subsequens de- coris fœminarū: ή η δασογένεια πλα- κοντες τε ανατελλον, ή η δα- κοι οοι, ή ης τις ορπιαν αργακη. id est. Atque etiam si Dys placet ar- ma- to, & equis impositas ( mulieres ) in

Hispaniam ducito, tanquam per impossibile, sed magis in honestum, legibus que prohibitum: coniungit Valerius militiam, & equitationem in fœminis, tanquam qui sensit, ita indecorū, & in honestum militare esse, ac equitatem iœminas; Zonaræ verba sunt ex rem. 2. Annal. Hinc etiam de corem Manæ Zenis uxoris agnosco apud Xenophontem rer. Gracar. libr. 3. quæ cum à Pharnabazo in Satrapiam cōiugis subrogata fuisset, civitates viriliter oppugnauit, & cepit, sed in oppugnatione sic segerebat ξένον μὲν ἡλινικῶν προσαλλόσα τοῖς τείχεσιν, (aduertere) αὐτὶς δ' ἵψη ἀρματαξεῖς θεωνεύις εἰς αὐτὴν τάπεις δῶρα αὐτοῖς οἴδει, id est. Graco enim aperet gyno exercitu muros adorta, ipsa incurru spectatrix aderat, & si quem dignum, quid agere vidisset, immensis prædictum donis laudauit, sane quamvis ductrix exercitus, quamvis in bello Imperatrici, fœmimerat, sedet ἐπαρχιαξιμαιestuosis, & decēlius, quam in equo gyrans, idem Xenoph. libr. 7. de Pædia Cyr. aliqualiter congruit, cum uxori ē Abradatæ referat carpento ad exercitum ventitare Cyri, & eum sequi, ή νυ, εἴσθι λεγεται αὐτῇ γυνί αὔλονει τον νεκρὸν ή εὐ θεμερή εἰς την ἀρματαξην εὐ ηπερ αὐτῃ αὔχετο, id est. Et nunc dicitur eius uxor mortuum sustulisse, imposuisseque in carpento, in quo ea vehebatur. Heliodorus suam Charicleam honestissime vestā producit inconspectu populi γετονεψη γερ ἵψη ἀρματην αὔτο ουνωρίδος λευκῆς ζωνης οὐχι μερη. Vehebatur enim rheda, quam iugumboum album trahebat, non ergo solam in carpēto, sed illud non equi, sed bobes trahebant. Mēhercle si aliquando mulieres in bello, aut coronant murū, Virg. 1.1. Aeneid.

Tunc muros varia cinxere corona  
Mattrone,

Statius 7. Thebaid.

Trepido tamen agmine matres

Concedunt muros.

Gætæ lib. 3. de bello ciuili, §. 9. Salontum mulieres in oppugnatione Octavianis sic disponit, pueris mulieribus que in muro dispositis, ne quid quotidiana exercitudo esset, cōsideraretur ipsi manufacta, &c. Sic mulieres Chæ militijs Philippi lacescitæ accurrunt ad mœnia, lapides, telaque suggerunt, idhori autur pugnantes, & obclibanter donec propugnando, & pereundo hostes Philippum reiecerunt, resente Platarche declaris mulierib. & verbo Chæ Cōsole interpretes in his locis, sed præcipue nostrū P. Ludovitum Cerdam. Hæc docunt, ut intelligamus, quam militiam magnus ille Plato dederit mulieribus, in suis de legibus libris, sane se explicat lib. 7. audi pulcherrima verba. Et puel-  
la quidem saltare, pugnareque cum armis consuecant, mulieres autem castram ope-  
re oramas struere, & armas sumere, atque  
deponere, si nullus rei alterius gratia, at-  
tamen si res cogat, ut iniilitam virtutem om-  
nes proficiantur possint ipsæ interim si  
quid aduersi occiderit ciuitatem defen-  
dere: vel si sancta hostium siue Gracorum,  
siue barbarorum multitudo agros inva-  
serit, ut necesse sit, mulieres quoque pro-  
cinitate arma capere, quorum nihil est,  
quod non facile euenire possit. Magno  
certe Reipublica uictio dandus est, ita igna-  
ue mulieres educari, ut nec vellet aues  
quidem pro filiolis contra feruaces audeant  
bestias pugnare: morisque potius velint,  
cunctaque subire pericula, quam statim  
ad aras, templaque configere, opinionem  
que de genere hominum dare, omnium ig-  
uaniissimum animalium esse. Sententia  
ergo Platonis de militia mulierib[us] in  
eo consistit, quod quæ maiis peritia ducen-  
di exercitum, castra ordinandi, rotan-  
di arma congruati ipsi: reapse sane ad  
propugnationem lux ciuitatis tota illa  
foennœa ducitur militia: ex decore  
sanctis fecit, nec equitationis in eun-  
cta illa militari doctrina verbum vi-  
lum inserit, cum tantum militia eques-  
tris

tris grauior semper, & nobilior fuerit. Aut ad commiserationem, iniiciendos que animos uxores, liberi, formaque prostant in bello, & in praesentia decertantium proponuntur: heu quantum simile spectaculum incendit viros, sic optime fecerunt Germani aduersus Cæsarem, teste ipso, & referente de bell. Gall. libr. 1. 9. 51. Omne inque atiem suam rhesis, & carnis circumdederunt, ne quas pes in fuga relinquenteret, ac mulieres imposuerunt, que in prælium proficisci erat, milites passim, et nibus flentes impiorabant, ne se inserviatem Romanis traderent, & lib. 7. adem Cæsar eis de bello Gallico, §. 48. Maiores fæminas, quæ paulo ante Romans demuro manus tenebant, suos obtestari, & more Gallico, passum capillum ostentare liberosque in conspectum proferre ceperunt. Itc Assyriorum sociorumque uxores apud Xenophi libr. 3. de Pædia Cyri. Sed ubi Assyriorum sociorumque uxores vidissent, iam etiam in castris fugam fieri clamabant, discurrebantq. præstupore, aliae liberos habentes, aliae, hæque iuiores, lacerantes peplos, sequelantates, omnesque in quemcumque incidenteret, supplerent orantes, ne fugerent, ne se diffirent, sed auxilium ferrent, & filios, & uxoris, & sibi ipsis, sic Camillus in re ultima, Gallico intra urbem exercitu, apud Liniūm libr. 5. ab V.C. Suos in aceruum conyccere sartinas, & arma aptare, ferroque non auro recuperare patriam habet, in conspectu habentes fana Deum, & coniuges, & liberos, & soli patria deforme bellum malis, & omnia qua defendi, repetique, & uictus fas sit. Admirabilem accedit quantum influxerit suarum mulierum aspectus Germanis, ex traditione, quam dat Tacitus in sua Germania. Memoria proditur quædam actes inclinatas iam, & labentes à fæminis resittitas constantia precum, & obicitu peritorum, & monstrata cominus caputitate. Militia tamen non esse operam fæminas aliquas nullus audebit negare,

sed nationes aliquæ ferarum gentium: ut de Germanis adserere videtur Dio Cassius libr. 61. s. a hist. in vñtori tuis perplexis tauri Capitæ pœnæ, q. yuvarum caputæ etiæ queritur a pœnæ, . . . . Inter casanera variorum corpora mulierum armata reperiuntur, & de Tartaricis mulieribus I. Boæminus de omnium gentium moribus lib. 3. cap. 10. & de circa Thermadont. Amazonibus omnes, & optime noster Statius libr. 1. siluar. ultim. silua.

Stat sexus rufus, insciusque ferri  
Et pugnas cupit improbus viriles,  
Credas ad Taratm, ferumque Phasim  
Thermodontias calere turmas  
De quibus forte intelligendos est Plato  
lib. 5 de Republica, circa Pontum di-  
cens fæminas esse militantes, vt dedi-  
cimus à horatis à Jano Rutgersio libr.  
4. variar. loci. cap. 4. Amazones enim  
citra Pontum habitant a fines Saure-  
maticis: & de Lacedæmonijs Aristot.  
lib. 2. Polit. cap. 9. Boæminus libr. 3. cap. 3.  
sic apud Heliodorum in Theogonia v. 666.  
Titanes fæminæ.

— ἀχν δ' ἀρεγαπτον ἔγειρεν  
πάρτες, Σιλεαῖς τε ή̄ ἀροενες ἥματι κέ-  
ρω.

Id est.

— Pugnam vero arduam excitavunt  
Omnes fæminæque, & mares die illo.  
Ex his possilitas questioni datur si  
fæminæ à feudi successione exclusæ, 12  
intelligatur de fæminis Heroinis, &  
nomen militiae dantibus, quas tamen  
ad successionem non admittunt Pist.  
et quæst. 34. num. 3. Vulteijs libr. 1. cap. 5.  
num 33. Niellius disp. 5. de feud. com.  
3 lit. A.

Addit istis Olympicum certamen  
equestre fuisse, & fæminas ab illo ita 13  
exclusas fuisse, vt nec spectacioni eius  
locus daretur, alias fæminæ transgre-  
dientes honestam sacrorum legem,  
præcipitarentur à saxo. Unde noster  
Papinius 1. Thebaid.

Exclusæque expectant præmia matres  
S 5 Pausanias

Pausanias in *Ellacis*, & alijs antiqui scriptores, quibus antiquitatem firmant istam Lactantius, & Bernartius ad proximum Statij locum: A. Clarus Silvius ad l. 12. tab. cap. 15. fol. m. 409. C. Barthius lib. 2. aduersar. cap. 12. I. Caesar Bulenger. de *Iudis Circensibus*, cap. 58. Marcell. Donatus in dilucidationibus ad Sueton. in *Domitiano*, cap. 4. Alexand. ab Alexan. lib. 5. dier. gen. c. 8. vbi A. Tiraquell. lit. H. notaui, & in commentario ad ll. connubial. l. 4. glos 4. part. 4. num. 37. P. Faber Agonist. con cap. 26. & lib. 3. Sem. st. c. 14 f. m. 197. Cælius Rhodigin. lib. 14. antiqu. lect. cap. 14. nisi cui sc̄em inimicæ cursus spectatio præstige aliquo daretur, ut Pherenici, & alijs, Elian. lib. 10. varia hist. cap. 1. P. Faber vbi proxime. Quæ decora pro-  
 24 hibitio postea Roma in suis ludis obseruata fuit, ut relati probant, nisi aliquando sub peruersis Imperatoribus peruersa contraria daretur licentia, Marcell. Donatus dict. cap. 4. & alijs Scholia st̄e Suetony Bulenger. de venatione Circ. cap. 37. & Dio atque Xiphilinus. Expende quanto contra bonos mores, indecentius magis censeretur in sedere mulierem equo, equumque rotare, si contra matronalem pudorem & stimatum fuerit, decertat̄es curru spectare. Coniiciebam ex his, si in Heliodorum in merito censerem, quod Charicleam in cursibus, & foro inducat spectatam, & spectatam lib. 2. Εἰποικούμην, ἵππε φανούμεν τῶν, ἵππους, ἵππος πάταρει αρχέτυπος ἀγαλμα πάσαν ἵππην διαδοταί οὐτη ἵππητρέφει. Denique ubicumque apparuerit, seu in delubris, seu in cursibus, seu in foro, tanquam recens facta statua Dei cuiuspiam, omnium mentes ac vulnus inse-  
 25 vertit: qui ergo in cursibus? si spectare eos pueræ non decebat, ex sacra O-  
 lympicorum lege: qui in foro? si nec ex Græcorum moribus feminæ adesse poterant in illo, nec in virili coniugio, immo virorum conspectum fugie-  
 bant, & in penetralibus sedebant domus, Xenoph. in *Æconom.* τὸ μὲν γέρων γυναικὶ καὶ οὐ μόνον γέρον. Pulchrum mulier est in usum manere, Æmilius Probus in prefatione libelli virorum illustrium. Quem enim Romanorum pudet virorum ducere inconniutum? aut cuiusma-  
 terfamilias non primū locum tenet adiū, atque in celebritate versatur? quod malo-  
 to sit aliter in Gracia, nam neque inconni-  
 tum adhiberetur, nisi propinquorum, ne-  
 que sedet, nisi interiori parte adiū, quæ  
 gynaconii appellatur: quo nemo accedit,  
 nisi propinqua cognatione coniunctus, sa-  
 nce Marcius apud D. Halicarnas. lib. 8.  
 Primum quidem mulierum audaciam est  
 admiratus, quæ hostium castra, siue viro-  
 rum præsidio auctæ fuisse petere, filios  
 adducentes, nec ullam pudoris, qui inge-  
 nuas, & pudicas mulieres decet ratione  
 amplius habentes, quominus in hominum  
 insuetorum conspectum se darent. Pudo-  
 rem istum respexit Liuius libr. 33. in 17  
 principio, tractans legis Oppizæ abro-  
 gationem. At trona nullæ, nec autorita-  
 te, nec verecundia, nec imperio virorum  
 continerilimine poterant, omnes vias ut-  
 bis aditusque in forum obsidebant, &c.  
 & infra reprehendente Catone. Equi-  
 dem non sine rubore quodam paulo ante  
 per medium agmen mulierum in forum  
 perueni quod nisi me verecūdia singulo-  
 rum magis maiestatis, & pudoris, quam  
 universarum tenuisset, ne compellatae  
 Consule viderentur, dixisse, quib[us] mos  
 est in publicum procurrendi, & obsidendi  
 vias, & viros alienos appellandi? & pro-  
 bat eruditus ex Cicer. Arnobio Lysia  
 Obert. Gifanius lib. 4. Polit. Aristot. c.  
 15. D. Lambinus ad Probum hic numer.  
 19. & 20. P. Faber dict. lib. 3. sem. cap. 14.  
 quem morem sine questione noster  
 Iustinianus respexit in l. optimam 14.  
 C. de contrah. & committ. stipul. vel mu-  
 lieres, quas naturalis pudor, non omnibus  
 perperam sese manifestare concedit, ex-  
 pende & manifestare: & Constant. in  
 l. maritus. 21. C. de procuratorib. ne fœni-

na persequenda litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irrituant, & conuentibus virorum, vel iudicis interesse cogantur animaduerte-  
- conuentibus virorum (ex Græcorum more) & iudicis. Denique sic decori matronali conuenire in nostro iure stabilitum est, l. 2. D. de reg. iur. l.  
fin. C. de receptis arbitris, ibi: Ab omni iudiciali agmine separari, l. 2. §. 1. C. de his  
qui veniam etatis impetrav. Sed eas propter pudorem, ac verecundiam fœminarū  
catui publico demonstrari non cogimus,  
ex dato more: Iltis sane ad pom pos-  
sunt alia ad finia, quæ aduersus Ægyptios expendit lib. 5. meorum Paralip. c.  
5 à num. 39. cum seqq. Osi sic, & nostræ  
Hispaniæ matronæ federent, Lares  
suos, & penetralia domus colentes,  
quantum decus familijs inde, quanta  
salus Republicæ, quantum sic grata-  
rentur Optimo Maximo que Deo sed  
iudicium tale in Heliodorum non fe-  
ro, aptissime composit illa de Chari-  
tlea sua; sane ex Ægyptiorum mo-  
re, Ætiopicorumque, quorum indi-  
gena virgo erat: apud illos autem per-  
nersus mos est fœminas assidere foro,  
& commercijs, ut longe probavi d. lib.  
5. Paralip. propter quod merito indu-  
cin Heliodus in foro pueram, &  
cursibus.

Redeo ad me, & ad institutam viā  
matronalis in incessu decoris: sane in  
Republica Romana, quæ specimē orbi  
terrarū præstítit, Romanæ matro-  
næ pedites incedebant, donec pilenti,  
& carpenti honorem liberalitate sua  
adquisuerūt à Senatu, in quorum vnu  
aliquando variatum fuit, & sane res  
est, quæ ordinem temporum, explica-  
tionem rerum desiderat ad cognitio-  
nem. Primis sane temporibus Roma-  
næ matres carpentis vehebantur intra  
& extra urbem.

Ouidius Nafllo 1. Fastor. a parte docet.  
Nam prius Ausonias matres carpentia ve-  
hebant

(Hæ quoque ab Euandri dicta parente  
reor)

Sic voluit Servius ad lib. 2. Georg Virgi-  
lij: erat enim pilentum contextum rotis  
quatuor quibus matronæ olim vtebantur,  
& sic apud Licium, & Halicarnasseum  
legimus, Tulliam carpento volaf-  
se, & egile impie per cadaver pa-  
tris, & sane sic licet, cum nulla  
lege id eis staret prohibitorum, l. necnon  
28. q. 2. D. ex quibus causis masores, l. 1.  
D. de testib. qui accussare 8. D. de accom-  
fationib. errat sane Paulus Marcius in 19  
commentario ad Fastos, qui Ouidij car-  
men accipit de indulgentia matronis  
à senatu facta: cum quo consentirevi-  
deatur Vitus Amerpachus in Scholij ad  
eundem poemam, nam tunc, nascitur Ro-  
ma, nulla prohibitio carpentorum in  
urbē fuit, cum fere bac barnus populus  
esset (vt iam obseruauit lib. 3. meoru Par-  
alipomenov) Senatus autem cōcessio  
aliquanto postea fuccessit, vt iam scri-  
bo. Post istam autem naturalem pote-  
statem matronis pilentorum carpren-  
torumque vsum interdictum fuisse  
probat a parte Ouid. dict. lib. 1. Fastorū, 20.  
qui post scripta carmina, ista subiicit.  
*Mox honor eripitur, matronaque destinat  
omnis*

*Ingratos nulla prole nouare viros  
Nene daret partus, icta temeraria caco*

*Visceribus crescens excutiebat onus  
Quæ carmina doctore Plutarcho in-  
telligi sin quæstionib. Centurialis Roma-  
norū Cur Carmenta adem initio fama  
est à matronis fuisse conditam, quam nūc  
quoque præcipue colunt? Fabula narratur,  
cum vicitum fuissest à Senatu mulieribus  
carpentis, quæ equis iuncta essent, uti, co-  
itionem eas ad vescendum viros interse-  
f. cisse, ne conciperent, nec parerent, dum  
mutata sententia hæc eis indulseret. Sed 21  
postquam matronæ autum, & omnia  
ornamenta sua in ærarium contule-  
rant, ut inde Camillas persolveret  
promissionem, quam voverat Veien-  
tium bello: ob eam munificentiam il-  
lis*

bis indultum fuit, quod ad sacra ludosque pilentis vterentur, carpentis autem festo, profesto. Liuius sane his verbis refest lib. 5. ab V. C. Matrone, ceteribus ad eam rem consultandam habitis, & communī decreto pollicita tribunis multū aurum, & omnia ornamēta sua, in aratum deulerunt. Grata ea res, ut quae maxime senatus unquam fuit: honorentque ob eam munificientia ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpento autem festo, profesto que. Sic etiam probat Zonaras tom. 2. Annal. apud h̄o d̄e m̄ i p̄at̄r̄a x̄p̄o ōn̄i t̄e t̄m̄ ȳp̄aik̄a n̄ib̄us p̄ek̄o n̄ek̄o, v̄d̄ i d̄ t̄m̄ i ūt̄ā's p̄ap̄a x̄p̄ūpa ī k̄ip̄is ōn̄i d̄e īp̄, t̄e īp̄ īx̄n̄at̄ā's āut̄as ēs t̄z̄ p̄a n̄ȳp̄ā's p̄o īt̄ā'p̄, auto p̄od̄i p̄a d̄i s̄ais p̄o t̄p̄o r̄ō's āut̄as, id est. Dedicauit etiam craterem aureum ex mulib⁹ ornementis conflatum, pro quo statim eis honor decretus est, ut currib⁹ ad solemnia festa vherentur, at qua pedibus prius ire solita erant. Cum eodem respectu Virgilius 8. Aeneid. v. 665. qui sic intelligendus est.

*Caste ducebant sacra per urbem*

*Pilentis matres in molibus.*

*Vt̄ iñfinuat Isidorus lib. 20. originum, cap. 42. & post eum alij,*  
*23 Forte ex his adstruitur lecto in Claudio de nuptijs Honorij, & Mariae v. 286.*

*Antefores iam pompa sonat, pilentaque sacra*

*Præradiant ductura nurum.*

*Sacra pilenta* (sic sane legitur in codice antiquo ex editione Thadæi Vgoleti Parmensis collata cum tribus codicibus antiquissimis, & agnoscit Cerda ad Virgilium sup.) id est dicta, vel quia vtebantur illis matronæ ad sacra: vel

quia illis vtebantur sacræ virgines Vestales, de quo more Prudentius 2. in Symachum V. 1089. vbi Isaacius Græsus, Adrianus Turnebus lib. 11. aduersi cap. 6. Iulius Lipsius in syntagma de vesta, & vestalib. cap. 11. Ex quæ more C. Barthius legebat in Claudian. sacram nurum, quam lectionem Pulmannus, & alij consequuti fuerunt, sed quamvis nurus sacra ambiciose, quia Imperatoris sponsa dici potuit, non tamen congruit sacris virginibus, & sacris quibus quasi dicatum erat pilētū, placet sane antiqua lectio. Cum etis 25 istis supplentur Festi verba, quæ & mētem, seu morem interpretantur in pilentis, verba sunt. *Pilentis, & carpentis per urbem vebi matronis concessum est,* quod cum aurum nō reperiretur ex votis, quod Camillus voverat Appollini Delphico contulerunt. Festus absolute concessum à Senatu, refert, matronis pilentorum, & carpentorum usum, cum non sic fuisse præscripta contestentur, sed ad sacra solum, lados, festaque suspicabar Pauli hic subesse crimen, si ab breviauit: aut ipsius Festi epitomatoris Verrij Flacci, quia rem tantam aperire, & distinguere debebat Festus seu Verrius: sed quomodocumq; sit, sic interpretatione supplendus Festus est.

Honor autem iste decretus à Senatu matronis circa anni tempora à V.C. 358. vt in Fastis, & Liuiio computamus, sic Senatus Consultum istud stetit usque ad annum cond. vrb. 540. quo C. Oppius legem tulit de moderando matronarum cultu, quæ & inter alia vehiculihonorem illis ademit: Liuius sane lib. 34. in principio aperte declarat, M. Fundanius, & L. Valerius tribuni plebis, ad plebem tulerunt de Oppialege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio. Ti. Sempronio Consultibus in medio ardore Punicibelli: nequa matier plus semuncia aurib; haberet: non vestimento versicolori viceretur, neq; iuncte

iuncto vehiculo in urbe, oppido ve, aut proprius inde millepassus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur, & Valerius Maximus lib.3. cap.1. §.3. Quo tempore strona Brutorum domum ausa sunt obsidere qui abrogatione legis Oppia intercedere parati erant, quam fœmina tolli cupiebant, quia his, nec veste vary coloris vti, nec auri plus semuncia habere, nec iuncto vehiculo proprius urbe mille passus, nisi sacrificij gratia vehi permettebat, lex autem Oppia matronis reservauit vehicula ad sola sacrificia, seu publica sacra (vt inquit Liuius) & sic intelligendus est Zonaras in distin<sup>ct</sup>e loquens lib.2. Annal. v. cap.8. §.1. τοις  
μητραις οντας τας εργασίας ήταν οι χρουφορεύτας γυναικας, μήτρες διφροφορέος θαλασσών, μητρές ηταδικτες ήχρεος. Cū autem post Cannensem cladem lex esset lata, ne mulieres aurum gestarent, neve vehiculis, aut varia veste vterentur. De qua etiam mentio apud Tacitum est lib.3. Annal. & referunt Hotoman. Calvinus A. Augustinus, Paulus Manicius in commentariis suis de legibus Romanis, I. Rosinus antiqu. Roman. lib.8. cap.13. in fine. Praeter sacrificia autem, ad omnia cætera pedibus ibant matronæ, Liuius lib.3.4. ex ore L. Valerij ibi: Cum illas (extraneas scilicet) vehi per urbem, se (matronas Romanas) pedibus sequi.

Hæc autem lex Oppia in populo Romano per viginti solum annos obseruata fuit, vt inquit Valer. Maximus dict. lib.3. cap.1. §.3. & Liuius dict. lib.3.4. post principium, in oratione L. Valerij, nam M. Fundanius, & L. Valerius tribuni plebis ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda anno ab V.C. 558. disjacente acriter M. Portio Catone Consule, & suadente L. Valerio, quorūm pulchrit̄, & per elegantess suariorū orationes à Liuius referuntur dict. lib.3.4. post maximas altercationes, & cum plebs usque ad seditionem fere peruenisset, vicit tan-

dem Valerij sententia.

Post legis Oppia abrogationem videtur matronis ius faille pilenti, & carpenti honore viendi, non solum ad ludos, sacrificia, festis protestis quo diebus, sed in distin<sup>ct</sup>e a domini, quod ius habuisse matronas perpetuo subsequenter temporibus Lipsius, & Pithœus sentiunt in locis intra referendis, qui excruciantur Cornelij Taciti loco. Sane res meo iudicio incerta, & sepulta antiquitate ipsa: ego autem per coniecturas, & tempora rem ducam; forte si dubitor abutimur veritatem, & quasi per transitum lucem datum Tacito, & alijs. Sane post abrogationem Oppia matronæ ius illud habuerunt plenum, & absolutum, & à Liui Colligimus dict. lib.3.4. maxime à L. Valerij oratione, dum conqueritur peregrinas mulieres pilentis per urbem vehi, matronas autem populi Romani pedibus incedere, rā quam peregrinarum famulas, & pedissequas, viderique extraneas, quasi imperium in urbe habere, aliaque in hanc rem, integer locus Liuius supeditabit argumenta. Sed post istud tēpus (hic nubes hic calligo, & obscurissimæ tenebræ) si non diuino, opinor Mehercle; aut renouatam legem Oppiam fuisse: aut similem aliam legem latam, qua matronis ius carpenti, & pilenti ablatum fuit (inuenire sane nō possum, si ad sacra saltim reseruatum habuerint: ita existimo, ducto arguento ab illo primo Senatus Consulto Camilli tempore late, & ab ipsa lege Oppia) pro nostra opinione primo expendo Tacitum lib.3. Annalium, in oratione sane Cecinæ disudentis vxores non comitari debere Proconsules ad prouincias, hæc verba leguntur. Ab his negotia suscipi, transigi, duorum egressus colli, duo esse pratoria, per uicacibus magis, & impotentibus mulierum iussis, qua Oppijs quondam aliquaque legibus constrictæ, nunc vincis ex solu-

Solutis domos foras, iam & exercitus regerent, & in oratione Messallæ contraria similia inseruntur verba, placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Republica postulansibus & remissum aliquid postea, & mitigatum, quia expedierit. Aemilius Ferreius in hunc locum not. 12. dubitat de legibus Oppijs, nam à C. Oppio unam inuenit latam in medio belli Punico ardore: & verè coniicit, per Oppiam, & illam, & alias similes latas demonstrari in Tacito. Dicet alius quis per syllēpsim numeroplurali legem Oppiam demonstratam: sed hūc syllēpsis modum non probo in Tacito, ferrem in poetis, alijsque in soluta oratione poetice luxuriatibus, sed esto sic elegantissimus Tacitus loqueretur, tamen non sic illum interpresarer, cum verb sequentia non patiatur, tamen, alijsque legibus constricta, fuerunt variæ leges de re Oppica: sine dubio Cornelia verba sic volunt. Ad quæ etiam duco illa orationis Messallæ, remissum aliquid postea, & mitigatum, errabit, qui ad legis Oppiæ abrogationem referat, cū illa omnino Oppia lex abrogata fuerit, & à iure auulsa non mitigatur lex, nec remittitur ab illa aliquid abrogatione, sed derogatione, id. derogare, D. de Verb sign. l. verbis legis, eodem. Ex quibus coniicio, post legis abrogationem Oppiæ, & alias leges latas fuisse (quæ Oppiæ dictæ fuerūt, quia de eadem re statuebant, nomen autem legi à vario effectu inditū fuit, ut ad regulam Catonianam probo) quibus res in lege Oppica stabilita, post abrogationem tamen, iterum asserta, & postea remissa aliquantulum & mitigata. vi (nivèhementer fallor) hæc duo insignia Cornelij Taciti loca, feliciter inspecta, commostrant.

Inuenio autem in Cæsarum temporibus matronis quibusdam ius carpenti concessum fuisse priuilegij loco sane vxori Cæsaris Claudi Valeriae Messalinæ indultum fuisse Dio Cas-

sius refert lib. 60 hist. Rom. ή τε Μεσσαλίνη τιν προδίζεται ή ἡ Διανά το Χίου, ή τῷ Καππερτῷ χρήσθεσσα. Messalinæ primum in confessu locum, ut que carpento vcheretur, decreuerunt, ex quo privilegio currum eius (Claudij) Messalinæ uxor Carpento secuta est, verba Tranquillisunt in Claudio cap. 17. τῷ Carpento εὐφετίνῳ historicus mentionem facit, sic idem Gæsar eundem Carpenti honorem matri concessit, referente codem Suetonio, cap. 11. Matricarpentum, quod per Circumducetetur, & cognomen Augustæ ab avia recessum. Canula etiam defunctæ matris concessit, Suetonius in eo, c. 15. Et eo amplius matris Circenses, carpentum quo in pompa traducetur, de quo Carpenti honore nummus extat in honorem Agrippinæ matris Caligula, quem iam expressit Torrentius d. cap. 15. atque Ioan. Hemelarius in Imperatorum nummis matib. tab. 5. & meminit eius Lipsius ad Tacitum, infra referendus. Sic etiam eundem honorem Cladius secundæ vxori Agrippinæ indulsit Dio Cassius in eo, sive lib. 90. hist. Rom. ή μετ' ταχινή αυτὴ Μεσσαλίνη εγένεται μαρτυρία την την τῷ Μαστρῷ, ή τῷ Καρπετῷ εύτελε παρηγένεται χρήσθαι παρὰ τῆς Ελλής εἰδέσθεντες. Mox in Messalinam plane commutata est, tum presertim, cum Senatus ei honores quosdam, utque carpentis Indis vcheretur, decreuit (cauten καρπετῷ placet cum P. Fabro 1. sem. cap. 3. & cum Xilandro in notis ad Dionem, cum vulgo legatur καρπετών, errat etiam sane Casaub. in commentario ad Sueton. in Claudio cap. 17. si hæc Dionis verba de Lollia Paulina accipiunt, ex eius verbis sic voluisse videatur) Tacitus lib. 12 Annal. Sunum quoque fastigium Agrippina extollere altius carpento Capitoliū ingredi, qui mos sacerdotibus, & sacris Druidibus antiquissimus confessus venerationem augebat fæmina (τῷ Druidibus emendant P. Pithœus lib. 1.

Subsec-

*subseciūr. cap. 5. & Lipsius in notis ad Tacitum, num. 97. & lib. 2, antiqu. lect. cap. 16. cuius disquisitionē suspendo)* Considera speciali privilegio grauissimis matronis carpentorum honorem indulatum fuisse: non ergo vulgo sic licetabat cūcumque carpento per urbē 33 vehi. Errat sane toto cœlo Pithœus d. cap. 15. existimans carpenterius commune fuisse cunctis matronis Imperatorum temporibus: nam quamvis tēret responderet Tacito de uxore Caij Agripina, quid de Messalina, & alijs diceret? Lipsius carpentorum usum defisse matronis, & sacris virginibus sacerdotibus que, aut in numerum Deorum relatis reseruatum, exinde que carrucas in vulgari uia fœminis fuisse, nō displicet, sed forte ego rectius album tetigi, post abrogationem legis Oppiæ, iterum reuiuixit illa, aut alia similis lex lata, vnde in Tacito bis leges Oppiæ dicuntur, & alias, insinuantur, lata, ut constringeretur matronæ, vtq; carpenteriū ius omnino illis ablatū fuerit, sed postea iam circa tempora Imperatorum leges illæ Oppiæ mitigatæ, & ab eorum rigore aliquid remissum, iam ergo pullulabat Romana lascivia, & admissæ carrucæ, sellæ, leæticeæ, & alia uehicle, vnde Cæsar leæticearū usum prohibuit, nisi certis personis, æstatibus, certis que diebus Sueton. in eo cap. 43. quod explicat Eusebius in Chronicis prohibita (matronæ) leæticeis viis, margaritis que, que nec viros, nec liberos haberent, & minores essent annis quadraginta, Domitianus (teste in eo Suetonio cap. 8.) probrosis fœminis leæticas ademit. Sic ergo secundum Tacitum remissum aliquid à legibus Oppijs est, denique pro certo habeo carpenteriorum ius ablatum semper matronis fuisse postquam lex Oppia resurrexit, & reseruatum sacrificijs, sacrisque Vestalibus, aut speciali privilegio Augustis concessum fœminis, ut pote Messalinæ, &

Agrippinæ, aut earum defunctorum memoria statuæ, aut alijsve supremæ autoritatis, quibus speciali favore gratiam eam indulgerent Cæsares. carpentum enim summam pompam 35 & dignitatem præferebat, ut colliges à Pithœo, P. Fabro, Iust. Lipsio, v. bis sup. Gutherio de officijs domus Augu- stæ lib. 2. c. 16. Salmas. in Vopisco, & alijs predictis locis, vnde bene lidorus lib. 20. orig. cap. 12. vocat carpentum Pom-paticum, & sic non decebat vulgaribus communicari matronis. Tandem mulier ille Imperator Heliogabalus Senatus Consultum fecit muliebre de hac etiam re, quod referit Lampridius in eo, que quo restitu incederent, que cui cederet, que ad eutus osculū veniret, que pilento, que quo sagmato, que asso no uheretur, que carpento mulari, que boum, que sella uheretur, & virum pellicea an offea, an eborata, an argentata. Expende rerum humanarum varietates, & tenebras. Res sane est, que longum commentarium desiderabat, vestatio scilicet Romanorum: hæc volui dare de incessu, & vestitionis fœminarū antiquitate, faxit Deus, quod latiori commentario, non sine ingenti fructu nostri iuris civilis antiquitates istas euoluam.

Vela colligo, & ad Virgilium Barclaium redeo, & luarum æquitatione viduarum: & expende cum istis quantum dedecus in ea, si P. Romanus vestitionem matronarum tantis coeteretur legibus, cum pilentum, carpentum, leæticeashonestior vestatio fuerit. Dices in urbe, & suburbijs eas vestitiones matronis prohibitæ, non initieret (in quo Timoclea equo feretur) ut aperte declarant, & distinguunt leges latae. Sed inde telum in Barclaium in iacio, si in itinere matronis pilenti, carpenti, & sellæ usus, in eo suā matronam induceret, carpentum 36 enim celerrimum vehiculi instrumen- tum fuit: colligimus à D. Halicarna- seo

scilicet. 4. Roman. antiqu. At Lucretia il-  
lum casum agerrime ferens, quā maxi-  
mā potuit celeritate descendit carpent-  
zum. & Romanā arrata petiit. Sic eod. lib.  
idem historicus de impia Tullia ele-  
ritate carpento vesta, cum autem per  
angustus esset vicus ille, qua carpentum  
erat transiit, mulier cadere conspe-  
cto terris sunt, &c. summa Tullia  
celeritate terebatur, ut casus, & ambi-  
tio mulieris petebat, & sic etiā deduc-  
cimus à Propertij loco (alias difficulti)  
lib. 4. eleg. 8.

*Spectaculū ipſa ſedē primo temone pe-  
pendit.*

*Aus aper impuros frenā mouere locos.*

*Serita nam taceo Volsci carpenta nepotis.  
(Sic legit Passeratius, aliter Scaliger,  
aliter Beroldus) Iuuenalis satyr. 8.  
vers. 146.*

*Voluci  
carpentō rapitur pinguis Damasippas, &  
ipſe  
Ipſe rotā ſtringit multo ſufflamine Cōſul  
Vnde Apuleius lib. 11. metam. ac de  
hinc carpento pernolauit. Vnde Ant. Cō-  
ſtantius in commentario ad 1. Fasto-  
rum carpentum inde denominabat,  
quod eo commode iter carpatur, vel quod  
celeriter eatur, quoniam carpere interdū  
eft, celeriter praterire, ad quod & alia  
leges C. Th. in tit. dicens publico refer-  
ri poſſent.*

Sed iterum ad equoram cursum,  
ſenſionem reuertimur, & ſi com-  
paramus cum muliebri ſectione anti-  
37 quitatem aliam, fædior cencbitur illa.  
Inuenio, antiquorum aliquos Im-  
peratores prohibuiffe perciuitates ſe-  
deri inequis, ſic fecit Adrianus apud  
Spartianum in eo, & M. Antoninus  
Philosophus teſte Capitolino in eo,  
idem Marcus ſederi in ciuitatibus vetuit  
in equis, ſine vehiculis. Tandem Valen-  
tinianus, & valens Cæſares constitu-  
tione ſua præcluſerunt equi habendi  
copiam per Picenum, Flaminium, A-  
puliam, Calabriam, Brittios, Luca-

niam, atque Samniū, exceptis aliqui-  
bus personis, ut videmus in l. 1. C. Theod.

38 doſ. quibus equorum uſus confeſſus eſt,  
aut denegatus, quam prohibitionem

Arcadius, & Honorius extenderunt,

& cōprobauit in Piceno, & ad pro-  
uinciam Valeriam l. fin. C. Theod. eod.

tit. & tandem certis personis propter  
iudicione in delicti equitandi licen-  
tia inhibita fuīt ab eisdem Valentini-  
ano, & Valente l. 2. & 3. C. eod. tit. ſed

quod magis eſt, nec ad itinerū neceſ-  
ſitatem ueni equis per Picenum lice-  
bat, donec Palatinis ea facultas à Cæ-  
ſaribus eisdem indulta fuīt l. Palatinis

39 4. C. Theod. eod. tit. Palatini viendorum  
equorum per Picenum ad numerum neceſ-  
ſitatem haueant facultatem. Sic postea ſi-  
militer, & per vibes insideri equos

conceſſum fuīt, & antiqua Adriani, &  
Antonini philofophi abrogata cōſti-  
tuſio, colligo ex verbis à Vopisco in

Aureliano. Nam ingrediente eo Antio-  
chiam in vehiculo, quod prævulnere, tunc

equo ſedere non poſſet, ita pallium purpu-  
reum, quod in honorem eius expaſſum fue-  
rat decidit, ut humeros eius tegeret, &

cum in equum tranſire uellet, quia iniui-  
diſum tunc erat vehiculis in ciuitate vi-  
ti, equus eſt ei Imperatoris applicitus, cui

per festinationem inſedit. Sed ubi compe-  
rit, ſemet ad ſuum tranſulit. Ex tantis

legibus circa in ſectionem equorum,  
hoc ſaltim inſeres argumentum inui-  
diouſam censitam fuīſſe eā ab Impe-  
ratoribus, cum iātis reſcriptis coercu-  
erint illam, ſane inciuitatibus indeco-  
ra viſſa fuīt: quid nī in muliere?

cum Senatores atque honorati, & qui pro-  
uincias adminiſtrant, veterani, decu-  
tiones in prouincijs, in legibus deſig-  
natibꝫ à conſtitutione exempti fuerūt,

cur non mulieres, aut ſaltim ad itine-  
ris neceſſitatem ſelectæ. Sed quis ſi-  
milem in honestatem ex poſtulabit à

lege?

Video apud Romanos tanti equi-  
taſionem valuisse, ut intemperamen-

tum maioris, Dictaturæ, potestatis de-  
 cretum fuerit, Dictatorem non equo  
 41 insidere in acie, immò permixtum pedi-  
 tem militibus incedere, proh aduertite  
 quanto equi usus! Eleganter Ale-  
 xander ab Alexandro lib. 4. dier. genial.  
 cap. 23. sic. Sed quamvis eo excellentia  
 creverit dictator, ut sumum teneret imperium,  
 præcipua maiestate polleret, ipso  
 tamen equo vehi minime ius erat, id enim  
 veteri legi exceptu fucrat, scilicet ut in-  
 hibita nimia potestate, tantus honor ali-  
 quo sine præscriptu populi suffragio in-  
 digeret, & sic M. Iunius Dictator, cum  
 se ad bellum præcingeret apud Liviū  
 3. secundi belli Punici, ad populum tu-  
 lit, ut equum ascendere liceret: quod  
 & Fab. Maximus fecit apud Plotarchū  
 in eius vita cuius insignia verba iniquū  
 præterire iudico (omitto græca, quia  
 multa) Postquam igitur in unam senten-  
 tia omnium congruerunt Fabius Dicta-  
 tor designatus magistrum equitum L.  
 Minucium dicens primum à Senatu pe-  
 titi, ut equo uti sibi Dictatori liceret non  
 enim antea equitare Dictatori fas erat,  
 sed per quendam veterem legem, prohibi-  
 tum fucrat, sine quod maiores vires in es-  
 se pedes stiribus copijs arbitrarētur, & pro-  
 prie hoc Imperatorem in phalange perma-  
 nere oportere, nec locum deserere, siue quo-  
 niam cum ad alia omnia tyrannica magna-  
 que sit eius principatus potentia in hoc vo-  
 luerint Dictatorem populo inferiorum vi-  
 ders, vel (ut inquit P. Greg. lib. 47. syn-  
 tagmat. iuris, c. 17. n. 9.) quod ex eo popu-  
 larem quodammodo videatur referre po-  
 testatem, docet P. Valer. lib. 4. Hierogly-  
 pb. c. 26. qui postquam haec omnia hu-  
 ius argumenti retulisset, sententiā no-  
 stram verbis istis confirmat, est enim  
 equus animal omnino superbum, & equi-  
 tare magnificum habetur. Unde Arisippus  
 apud Horatium cum Diogenis vilita-  
 sem argueret, splendidius mulso effudit,  
 equus ut me reportet alax Rex: id vero Dio-  
 genes, as pleriq. alij philosopho minus dig-  
 num arbitrabantur: quare Plato cum in

equum aliquando cœscendisset, statim de-  
 si sit ad terrā se vereri dicens pīca nō  
 φīa ληφθε ne equino quopīa fastu contam-  
 naretur, lego etiā sacerdotes Agyptios  
 tā genero animali, non potuisse  
 insidere, quia profanissimū indicatū  
 fuit, docet Pier. Valer. hieroglyph. 4. c.  
 25. & in praefat ad eū. Qui & inde infert  
 suo quoq. tēpore perdurasse antiqui-  
 tate cā in Italia, in qua sacerorum fa-  
 mine tangi animal istud, nec permis-  
 sum erat, & primores Antistites equo  
 per urbem vehi solēnibus præserum  
 diebus contra morē, & decorē habe-  
 retur: præterquā vno maxime omniū  
 festodie, quo nouus Pontifex Maxi-  
 mus ad Lateranum deducitur: unde e-  
 nem in albis equis omnes præfules cō-  
 uichi moris erat. Si ergo in tēpetamē-  
 tu equus adeptus fuit maiori potesta-  
 ti, Dictatori scilicet, & è Republica esse  
 indicarunt Romani, cur non, & fami-  
 lis: quartū sexū saum, ambicōsum, po-  
 testatis auidū Seuerus Cæcina in ora-  
 tione apud C. Tacitum dixit lib. 3. An-  
 nal. & in simili oratione apud Linium  
 lib. 3. 4. magnus ille Portius Cato ora-  
 nit, nihil alind esse, quā dare frenos im-  
 potentii natura, & indomito animali. Et  
 cum prudentissimi philosophi equos  
 veriti fuerunt insidere ne modestia  
 equino fastu contaminaretur, quanto  
 rectius in mulieribus tale periculū de-  
 bebat timeri, cum earum licentia, va-  
 nitas, & superbia tantis legibus cohi-  
 bita fuerit (ut nostra iuris prudentia  
 suppeditat, & infirmitas earum sexus  
 tantis remedij (& fere in casum) sub-  
 levata.

Etsi nec ista sufficiunt (quid nō?) suffi-  
 ciet si Timocleā, & Didonē animad-  
 uertas, fuisse viduas. Quātū pudet, pe-  
 rculū istud equitauonis vidua? quae  
 est ista suī yna ceiprofanata custodia?  
 quo immani abusu viduitatis pudor  
 violatus? qua iniuria verendi coniu-  
 gis manus fuerunt affecti? heu quam  
 sanctius fecerit Polynicis vxor, mari-

ta adhuc apud Statium 4. Theb. suam  
viduitatem prælagiens, siue viri ab-  
sentiam dolens? Nam

— Ipsa sacros gremio Polynicis amati  
Depsouit nexus hanc mæsta, atque insu-  
per addit.

Non hæc apta mihi nitidis ornatibus, in-  
quit,

Tēpora, nec misera placeat insignia forma  
Te sine sat dubium cæn solante timorem

45 Fallere, & inculti aris aduertere crines.  
Sed (id cōdonemus) equites sane Phœ-  
nix Dido apud Maronē 4. Æneid. Cui

— ostroque insignis, & auro  
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia  
mandit

Licet suo Sichæo vidua. Non equi-  
dem mirum, si furiosa amore Troia-  
num peribat, & amans quas non trā-  
greditur leges? Ouid. 2. de art.

Fungitur in vobis munere legis amor.

46 Vnde lib. 1. idem s̄a artis μεταφορικῶς  
quasi amanti equitationē dicit, aut sal-  
uum per incitatum equum eius furorē  
significat.

Dum licet, & loris passim potes ire solutis

Præterea, & Regina Carthaginis na-  
centis erat, cui convenire poterat In- 47  
stini illud lib. 2. s̄a historia, Quia libido  
Regum pro legibus habebatur, & Herodotus lib. 3. in qua (Monarchia) licet pro  
libidine agere omnia impune, & sic amā-  
ti, & Reginæ qui imperij, & honestatis  
fines obstatent? Non sic autem Ti-  
moclea nostra quæ solum.

— — — Pædore ob sita  
Vidua ante thalamos, exul in uissa omnibus

Æthere negato.

Viduitatis malis succumbere debet, ex iudicio Senecæ in Agamen. ad finē.  
Vnde merito D. Hieron. epist. 99. Quid  
facit hæc vidua inter familiæ multitudi-  
nem inter ministeriorum greges? & eorum  
girans, diceret, si videret nostram? Ab-  
iūcio plura, quæ ad calamum habebam  
de tristissima, & solitaria viduarū vi-  
ta: quicumque colligeret, cum ad manus  
se pīssime occurrant. Hæc in Bar-  
claium in iūci in præseniarum censi:  
suspedit lector indicium, donec cap-  
ut sequens perlegerit.

### C A P. XIII.

**A** B obiectionibus præcedentis capitulis defendantur Mero, & Barclai-  
us in equitationibus Didonis, & Timoclea. Opinatur licere ex cōsue-  
tudine regionis. n. 1. Equus quare immolabatur Marti. 2. Ignobilis  
equus utilis, præter bellum, alijs ministerijs. 3. Hinc ab officijs, & equorum  
cōsibis varia epitheta indita equis. 4. Agminates equi in l. munerū 18.  
§. patrimoniorum 21. D. de munere & honor. qui. 5. Equus sagmarius.  
6. Ignobilis equus Caballus dicebatur. 7. Caballus pro iumento. 8. Iumentum  
pro camello, equo, aut alio animali iuuante. 9. Pauli Diaconi, & Socra-  
tis loca conferuntur, & explicantur. 10. καβάλλην quid. 31 τοῦ θεοῦ in Socra-  
te quid? 12. Cōstitutio amouēs à cursu publico mulas, bobes, & asinos. 13.  
Cū hæc animalia cursu publico deputata erant, ubi de l. 1. 2. & alijs, C.  
Th. de curs. pub. 14. Elegatia Pōponij expēditur in l. si ita 15. D. defūd:  
inst. 15. Caballatio quid? in l. 3. 4. C. Th. de erg. milit. annon. 16. Ex-  
plicatur Persius in fonte Caballino. 17. Postea nomē Caballus extētū suit ad  
nobiliores equos. 18. L. Rhodomani versio in Q. Calabro taxatur. 19 Cabal-  
lus unde dictus. 20. ὁ equus cōprehēdit caballariū equū. 21. Defenditur  
iudicium I. Barclaij. 22. Exponitur tit. C. Th. qq. equorum usus concep-  
tus.

- est. 23. Equitationes fœminarum admissæ, & ab equis decertæ probatur.  
 24. Propertius declaratus. 25. Plato in confirmationem adducitur, & illustratur ab ante dictis. 26. Viduis à Romanis impositum fuit, equos alere. 27. Defenditur Mæro. 28. Equus necessarius ad venationem. 26. Fœmina in timore rerum labore, & in castra descenderunt. 30. Apie, expeditur equestris statua Clælia. 31. Reclusio viduarum qualiter admittenda sit.



IC capite præcedenti argumentabamur in Maronē, & præmaxime in Barclaiū, multa sane in illos intulimus, sed, ut veritas iudicat, intulnnerati semper fuerunt, conquassanitius solum, sed non euertitus; plura & meliora obstacula eos propugnant, & defendunt (ut capite isto videbunt docti) Tota concertatio inde prouenit, quia in equum eduxerant Timocleam, & Didonem, qui non? Si forte viriusque regionis mos sic ferebat, ut per agerent inequis matronæ sua itinera. Velle sic videtur Argenis autor, cum in eo legamus, & Timocleam ancillam in eodem consilium moderari equo: & sic ex regionis more excusationem iustum haberet vterque, cum & illo delinquentium pœnae, aut delectantur, aut temperentur, ut cum multis probat A. Tisaquell. de paenit. temperand. causa 38.

Sed sola ista, licet tutarentur poetarum iudicium, proponimus (ut nostri interpretes dicunt) subsidiarie. Equi autem generosi, quamvis propriè animis suis aptissimi bello sint alacritate spirius, & pernicitate corporis (proper quas causas immolabantur Marti. Festus verbo *october equus*, & verbo *equus*, Plutarchus in *Romanis quæstionibus*. Natalis Comes lib. 2. Mytholog. cap. 7. Flamin. Carihar. de imaginibus Deorum fol. mibi 273. Bulenger. de circu in tractat. inserto de equo, cap. 3. P. Valerian lib. 4. hieroglyph. capit. 31. Anton. Claras lib. singul. ad ll. 12. tabl. cap. 6. fol. mil. 99. & passim alij) ta-

men, & ignobilis equus est utilissimus alijs hominum ministerijs, ut distinguit M. Terentius Verrō de rebus sticlib. 2. cap. 7. Equi quod alij sunt ad rem militarem idonei, alij ad v. claram, alij ad canissuram, alij ad cursuram, non ictum sunt spectantes, atque habendi. Itaque pentus belli alios eligit, ac daret alter quadrigarius, ac desultor, neque idem qui vettarios facere vult ad ephippium, aut ad pradam, quod ut ad rem militarem, quod ibi ad castra habere volunt acres, sic contra in vijs habere malunt placidus, propter quod discriben maximè institutum, ut castrantur equi, congruit Columella in eodem tractatulib. 6. cap. 28. Palladius in *Mario* cap. 13. optimè Conradus Heresbaq. lib. 3. de agricultura, D. Iliorū in orig. libr. 12. cap. 1. Equirum tria sunt genera, unum generosum pralij. & oneribus aptum, alterum vulgare, & gregarium ad vehendum, non ad equandum aptum, tertium ex permixtione diversi generis orium, quod etiam bigenerum dicitur, quia ex diversis nascitur, ut multis, quam veram distinctionem sequitur Bulenger. in tractatu de equo cap. 1. Hinc varia epitheta, & nominum demonstrationes ad tributæ equis ab officio, & ministerio, cui mancipantur: generosum, Virgilius, Statius, Lucretius alijque poetae vocant, bellatorem, fortem, asperum, igneum, & similibus nominiibus quibus generositatem equi demonstrant; & è contra epitheta servilia alia, & à ministerio indita equi ignobiliores habent, Hesychio *πτερος ἵππατης*, *equus operosus*, Siodonio, cistelarius, sic à ferendis cli-

tellis, & sic apud Budæum, sarcinarij: & equus strigosus, id est itinerarius, fatigatus; & interquiescens (de quo alibi forte) inde etiā veredū à vendendis shedis agminales, qui agmē subsequuntur portantes impedimenta (de quibus mentio in l. munerū 18. §. patimonitorum 21. D. de munerib. & honrib. vt voluerunt Cui. ad tit. C. de cursu publ. Gothicfred. dicit. §. 21. Budæus in anno stat. poster. & cū eis Calvin. & Brisson. in lexicis. Gutherius de officijs dom. Ang. lib. 3. cap. 14. sed cum aperte consultus de equis cursus publici loquatur: malodictos fuisse agminales, quia turmati mācedebant l. 3. C. Th. decurs. pub. ibi: Vsurpandi agminalis, seu paraveredū licentia derogetur, sic Panciro. in notitia orient. c. 6. Autor vitæ B. Hilarij inter equum, & sagmariū distinguit, quod ubi vir Dei comperit, protinus & ipse pedibus iter ingressus urbem Romanam sine equo, sine sagmario intravit, sic etiā Vopiscus in Aureliano, ex fide Palatini Codicis equum, & sagmarium suum defrict, cum alias legator, equum sagmarium, quasi autores isti distinctione discernant inter equum, quo quis vehitur, nobiliorem, quam sagmariū, qui onera portat, & cum sic Claudio Salmasius in hoc Vopisci loco doceret, acute alterum Lampridiū locum dispungebat, seu leuiter emendabat (cuius verba dedimus capite præcedenti num. 35.) quæ pilento, quæ equo, quæ sagmario, quæ asino veheretur, id est mulier (scio tamen Marcel. Donatum in suis ad Vopiscum dilucidationibus, legere in eo, & Lampridio, non sagmarium, sed saginatum equū, quam iacetur lectio nem aduersus Turneb. Rhodiginum, & alios, sed ego nunc supersedeo, videbo forte alias)

Obseruo tamen ignobiliorē me 7 quum antiquos vocasse Caballum, Hesychius, καβαλλας ἐπιστις ιππος, caballus equus operossis, & alibi Lucilius lib. 2.

Successoris terti, tardique Caballi.

Vnde apud Horatium olitoris caballus, & Ausonium tripedes Caballi: Petronium, Lassus Caballas, & sic possunt intelligi antiquæ autoritates, quas Nōnius dat in voce, Caballus, & Seneca, epist. 77 Catonem uno caballo esse contentum, τὸ Caballo, εὐθετικῶς, ita ut Casaubonus ad Persium in prologo, τὸ caballus, pro quo cumque iumento accipiat, τὰ λαρύγγες, scilicet laborum patiēte, siue rūmētū dossuário, in cuius derfo onus iniiciatur (vt loquitur Varro. iūnientum, si deriuationē vocis expendimus, non solum pro asino, sed 9 pro equo, camello, aut alio animale iuuante receptum sit, vt tuus Calepinus te docebit, & D. Isidor. in orig. lib. 12. c. 1. Sy pontin. in commen. ling. lat. f. m 72. & alij) vnde idem Casaubonus Pauli Diaconi ē lib. 11. historiar. adfert 10 locum, qui sic verba Socratis vertit, abscidit quoque etiam publicum cursum mularum, & caballorū, in his verbis vertere videtur Paulus Socratis ista verba de eadem re περὶ τὴν τὸν δημόσιον τῶν χρείων αἱρόντων οἷον ἡμέρας, λοιπὸν ηὔνων, sed meo iudicio non bene, quia τὸ οἶων nominatim asinos, demonstrat, dixit autem Socrates τὸν δημόσιον τῶν χρείων αἱρόντων, i.e. cursum publicum utrum, & necessariorum animalium (vel ad necessarios usus accommodatū) τὸν ιπποντανοῦντα, qualis est mularum bosum, & asinorum, nam quāvis caballus (vt inquit Hesychius) ἐπιγέται sub his animalibus comprehensus posset, ex lata significatione καβαλλας, siue καβαλας, vt inquit Casaubonus ad Persū, ab iniiciendo, vnde 11 καβαλλας, aptus ad iniiciendum, tamē specie Socrates per τὸ οἶων asinos, significauit, & nomine vulium, necessariorū animalium comprehensit comparatione ad equos, qui incursum publico ordinari semper fuerūt, & post varias cōstitutiones remaserūt in eo;

eo, & sic distinguit Plutarchus in tract.  
nare esse fieri erandum, ēν τοις τῶν τυ-  
χόντων ἢ καὶ αἱρέσθαι χρήματα, ... si no quo  
cumque vulgari, & caballo viens, loqui-  
tur autem Socrates lib. 3. cap. 1. circa fa-  
num, de Iuliani constitutione, qua mu-  
tas bobes, & asinos à cursu publico a-  
mouit, cui equos solum præfecit, in-  
terger locus ex versione 1. Christo-  
phorsonij sic se habet, quim etiam ve-  
teturam publicā ad necessarios usus ac-  
modatam, non amplius per mutas bobes, &  
asinos fieri permisit, sed in publicis eius ge-  
neris negotijs obcundis, equis solum vien-  
di concessit facultatem, cum enim antea  
14 animalia ista, & cursui publico depu-  
rata essent, ut aperte deducimus ex l. 1.  
l. 2. l. 3. & l. 3. 8. l. 4. l. 5. 3. l. fin. C. Theod. de  
cursu publico, & obseruauit Pancirolus  
in comment. notitia orientis, cap. 6. è Re-  
publica esse Iulianas indicauit: si ani-  
malia hæc à cursu publico auferren-  
tur, & manciparentur vīlibus (vt ego  
intelligo) agriculturæ alijsve vitæ hu-  
manæ nō celiarijs, ut deducimus à l. 1.  
C. Th. de cursu publico. Quæ omnia satis  
demonstrant caballum dosuariū ani-  
mal, non generosum equum signifi-  
care. Ex his videamus elegantiam Pō-  
ponij in l. s. ita 15. D. de fundo instruc-  
qui in legato, quæ pistrini causa para-  
ta sunt, respondit, & caballos, qui in pis-  
trinis essent, legatos videri, inde Caballar-  
16 ito in l. 3. 4. C. Theod. de ergazatio. militari.  
ann. quæ in Justineaneo est l. 1. 4. eod.  
ii. id est munus alendi caballos publi-  
cos cursuales, ut iam obseruarunt alijs.  
Similiter Conciliij Aurelianensi. 3. §.  
27. quia persuasum est populis die domini-  
eo, cum caballis, & bobis, & vehiculis iti-  
nerari donabere, &c.

Cum his accedimus ad Persiū in pro-  
logo Satyr. 1.

Nec fonte labra prolui Caballino:  
Qui ergo Caballino fonte, si apertus ab  
vngula volantis equi Pegalsi? equino,  
decentius scribere satyricus debebat,  
ut Hyginus in fabulis, & astron. sic cum

decore vocat. Stat. 2. Sila. 2.

Largeque volantis

Vngula sedes equi

Et Ouidius 5. Metam. in prio. Medusa ē  
signa tenebris equi. Nonnus Dio. lib. 38.  
Ημίφαντες Λίπος ἡπτός, id est. semi appa-  
rens Libycus equus, & alij passim, fecit  
sanctatyricus per irrisiōnēm, & con-  
temptum fontis, cui in prologo illo  
irridet, sentiens caballum esse viliōrē  
indegeneremque equum sic sentiat  
in eo loco interpretes A. Nebrisens.  
Casaubonus. Ann. Cornutus, & Th.  
Marcilius. Ausonius sancte epist. 5. cum  
in ea Musis Theonis irrideat, elegan-  
ter imitatus est Persium.

Quid rerum, Musæque gerunt, & can-  
tor Apolio?

Musæ non Helicones satæ, nec fonte Ca-  
balli &c.

Sed prætermittere non debedo, quod  
quamvis apud patris linguae antiquæ  
latinæ nomen istud *Caballus*, sic ac-  
ceptum esset, postea tamen, & cum  
puritas elegantiae illa aliqualiter ma-  
culari incœpit, extensem fuit ad nobili-  
iores equos, & indistincte pro quo  
quocumque equo accipi, utavi & ho-  
die apud nos nullum aliud nomen er-  
qui remanserit, nisi *Caballo*. Sic Mar-  
tian. Capella lib. 2. de nuptijs Philolo-  
gie in reseria, non iocossa hypocrenis  
fontis orium dat his versibus.

Semper complacitis amica musis  
Cui magnesia poculum fluenter

Et fons Gorgonei tulit Caballū

Sangallensis lib. 1. de gestis Carol. Ma-  
gn. §. 6. Defuncto quoque alio Pontifice  
quendam insuenem in locum eius substi-  
tuit Imperator, qui cum latuus ad ab eun-  
dum exiret, & ministri eius iuxta grau-  
tatem Episcopalem caballum ei ad gradus  
ascensionum adancerent, &c. & infra.  
Esto igitur interim socius laborum nos-  
trorum, dum tam celeriter ascendere  
potes caballum. Idem Sangallensis. libr.  
2. §. 20. Ne caballum maximum in  
eius non tam fluenter, sed nec li-

quentia posset impellere, apprehēsis habebat fluitas em post se traxit, & §. 26. In clypeo nihil apparuit, nisi ferrum, caudulus quoque illius animo, & colore furum retinebat. Autor de S. Ottone, & Pomeranorū cōuersione lib. 2. c. 13. Fortitudo enim, & potentia nobilium, & capitaneorum secundum copiam, vel numerum estimari solet caballorum. Autor in certus S. Greg. Pap. Tunc Gregorius, ruelante spiritu, Dæmoniacam immisionem cognoscens, facto crucis signa enlo, tam caballum à presenti rabie liberauit, quam maleficos, &c. Vvalafridus Strabo in suis poematib.

*Et lini obsequitur candentia filum caballus,  
Plurimus hunc ornat species fulgentis habet.*

Vnde Hadrianus in suo epigrammate ad equum Borysthenē, quem honoravit sepulchro, sic scribit.

*Copys Θέρης Αλανού  
Καισαρίους Καβαλλάς,  
Idest. Borysthenes Alanus.  
Casareus caballus.*

Vnde in glossario, Isidori, cab, caballus, sonipes equus: & glossa veteris iuris. καβαλλάριος, φίτκος, εν ιππω καδεμίνος, καβαλλάς γαρ οιπκός, idest. Caballarius est eques in equo insidens, caballus enim est equus, vnde apud nos hodie τὸ Καυαλλόν, quod & praeuidit Brodæus Miscellan. lib. 2. c. 23. sed simplificiter, & sola sua autoritate firmat, & sic Lauren. Rhodomanus in versione L. Calabri lib. 1. v. 164. Penthesilea nobilissimum equum, munus hospitale Orythia, caballum vocat, cum Græcus sic scripserit.

*ἴπητο δ' ίππη*

*Καλλύ τὸ Καυαλλόν.*

Idest. Et insidebat caballo  
Elegantissimo que

Mallemsane in versione reponi, equo, cōgrueret magis versor Calabro, antiquitate, & decori nobilissimi equi, sed forte sui temporis rationem Rhodomanus habens, caballum dixit,

sed melius Iodocus Valæreus verit. Insidebat enim equo egregio ac velocissimo. His conuenit denominatio caballi, quam in his verbis dat Isidorus lib. 12. Orig. c. 12. Caballus à cauando dictus propter quod gradiens vngula impressa terrā concavet quod reliqua animalia non habent, inde & scrupes, quod pedibus sanet, deriuatio autem ista, & nobilissimis equis congruit, aliam autem ex Græcis supra dedimus num. 11.

Video tamen vocem *equum* comprehendere etiam caballarium, optimè adstruimus a Ruricio Episcopo sui temporis elegantissimo patre in epistola ad Sedatum Episcopum, epist. 34. in qua caballum mansuetum, & animis temperatum scribit semittere, cui idē Sedatus rescribit epist. 19. & ludit elegansime in munere vilitatis equi, equumque vocat. Sic etiam colligimus ex utiliis C. Th. quibus equorum virus: & decursu publico, & ex plurimis nostri iuris reſcriptis, & responsis, in quibus cursorijs, pistrinarij, itinerarij, aliquique de generes, equivocatur, quod & sanciunt multa ante dicta, & alia quæ quicunque sine labore ab antiquis scriptoribus quibit colligere.

Ex quibus omnibus deducimus nō solum bello equinum pecus aptū existere, sed itineribus, pistrinis, horris & alijs ministerijs hominum, ut præmissa satis aperte demonstrat, & experientiæ vsu docemur: qua naimergo ratione Argenis autor matronam Timocleam, eiusque famulas in equis insidentes educere non debebat in itinere? lōge hoc diuersum est ab eo, quod indecorum, & in honestum considerabimus matronæ in media ciuitate, pervicos, per plateas gyrantis equum: sane in ciuitate Romana, & vehicula adempta, & restituta ex varijs causis, quas ad varijs legum rogationes, & abrogationes æquas duxit magnus ille Populus Romanus, & sic & equitatio ciuiibus in ciuitate prohibita, suadente

sedente sic politica ratione populi,  
 at in itineribus nullum animal magis  
 in vſu, quam equus. Qui aliter huma-  
 nas viarum necessitates genus huma-  
 num adimplere posset? nec fœminæ  
 omnes carpentis, pilentis, sellis, alijs  
 ve vehiculis itinera confidere vale-  
 rent: sed prout status conditio cuius-  
 que ferebat, aut patiebatur, iam mu-  
 labus, iumentis, equis, vehiculis vias  
 transigunt, quibus sane, tanquam uno  
 verbo satisfacimus illis omnibus, quæ  
 accurate inneximus in Barclium, &  
 Maronem capite præcedenti, à nume-  
 ro primo, cum multis sequentib. nec  
 aliud in illi. C. Theod. quibus equestrum v-  
 23 sas concessus est, continetur, quam e-  
 quum equamve, seu gregem eorum  
 habendi copia omnibus præclosa sit  
 (præter ibi contentos) per Picenum,  
 Flaminium, Apuliam, Calabriam,  
 Bruttios, Lucaniam, atque Samnum:  
 non (vt insinuat P. Greg lib. 37. syntag.  
 cap. 5. num. 5.) prohibito ista generalis  
 fuit, sed ieiuncta memoratis partibus,  
 & regionibus propter certas rationes  
 (quas nunc referre nimis longum cf-  
 fet) Imò ex eo, quod excepti erat ho-  
 norati, & nobilissima matrona in ex-  
 ceptione veniret, vel quia vidua cl-  
 assissima erat, l. fæmina de Senat. l. fin. C.  
 de incolis lib. 10. Nonnull. de consulib. c. 2.  
 Sed quid habet commune istud, cum  
 antiquissimo Trinacricæ statu, seculis  
 multis ante lapsimò à contrario ti-  
 tulus ille mihi probat, facultatem cui  
 cumque fuisse equos, seu equinum ar-  
 mentum habendi, siquidē postea Cæ-  
 fares eam potestatē certis in locis in-  
 hibuerunt. Nam quod Dicatori, nisi  
 speciali beneficio equo, non liceret  
 vehi, humiliationem politicum tem-  
 peramentum maioris potestatis im-  
 posuit, seu aliae singulares causæ, quas  
 libauimus capite præcendi, nū. 41. &  
 eruditæ exposuerunt, & simili rationis  
 luce euaneant alia, quæ subnotauri-  
 mus in capite illo.

Sed quod de muliebri militia di-  
 ximus, præterire non debeo: verū el-  
 set fœmineum sexum à militia ex ter-  
 minatum, & merito in regionibus po-  
 liticis, sed apud varias gentes fœminæ  
 etiam nomen dabant militiæ, vt capi-  
 te proximoprobavimus n. 10. cū seqq.  
 Sed tunc sane, & equitasle fœminas,  
 & ab equis subisse certamina, nullas,  
 nisi antiquitatis omnino ru dis, aude-  
 bit negare, nam præterquod ipsa ra-  
 tio vehementer suggerat, cum ex eo,  
 quod ad militiam admissæ, non debe-  
 ret eis equorū in sessio denegari, pro-  
 bant monumenta literarum antiqua.  
 Camilla apud Maronem 11. Aeneid.  
 desilit ab equo: Penthesilea, cæteræ  
 que Amacones ab equis pugnant in  
 illi propugnatione, contestantibus  
 Virgilio, Calabro, Triphiodoro, &  
 alijs: vnde Aristophan. in Lysistrat. ἀς  
 μοκαν ἐπὶ τὸν πόλεμον παραχρη-  
 μένας τὰς ἀσπάσι, idest. Quas (Amazo-  
 nas) Micon depinxit inquis pugnantes  
 contra viros, & de eisdem. Hippocrates  
 lib. de aere, locis, & aquis, loquens de eis-  
 dem Πατρίταις τοξευσον, ή ἀκού-  
 τικον επει τὰν ἄποιν, ή μαχοντας  
 τοις πολεμοις τοις σφινταπεντοι αστρικα-  
 πονταροι γενονται δε μεγ πολεμοι εν πο-  
 λεμοντες ἀποτελονται, idest. Equisant,  
 arcu viuntur, iaculantur exequo, cum hos-  
 titibus bellum gerunt, quo ad virgines sunt,  
 neque ante virginitatem deponunt, quam  
 tres hostes inter fecerint, vide Lysham in  
 epitaph. Vnde Propertiana Penthesilea  
 (de qua n. 5. in precedenti capite) ex mo-  
 re militari suo militabat ab equo,  
 quim ιπόστρι in eo aliquam inuenia-  
 mus, cum & Reginam istam Orythia  
 Boe & vxor hospitali munere equido-  
 nauerit, in quo infederat, & provoca-  
 bat ad singulare duellum Achillem,  
 & in Græcos acerrime iruehebatur,  
 referente Q. Calabro lib. 1. & sequen-  
 ti. παρελθοντας. Sed & alia fœmi-  
 nae equestri militiæ decertarunt, ve-  
 luti Saxamathæ, vel Iaxamathæ, qua-

tum pedites viri erant P. Mela lib. 1.  
de Situ orbis cap. 21. Alex. ab Alex. lib. 6. dicitur Genialium, c. 21. & Sparta-  
næ, de quibus Propertius lib. 3. eleg. 14  
*Cyrus pulsat equis, nixum latus ense  
reuinctit.*

Et Myrsicæ apud Philostratum in He-  
rois, & Tartaræ referente I. Boæmo  
lib. 2. de gent. um morib. c. 10. f. m. 113. de  
Zenobia hæc verba scripsit Trebellius  
Pollio, in ea: *vsa vehiculo carpentario,  
raro pilento, equo sapienti. Sic equitarunt  
etiam Semiramis, Artemisia, alia que  
Heroinæ fæminæ, quarum fortitudi-  
nem secula immortalitatis marmore  
sculpsérunt. Quid magis? ab his argu-*

<sup>26</sup> *mientum docit Plato lib. 7. de legib. &  
militare fæminis licere, & equitare,  
accipe integrum locum latinum. No-  
stris quoque temporibus, non ignoror esse  
circa Pontum innumera mulierum mil-  
lia, Sauromatidas que vocari, quibus non  
equorum modo, verum etiam arcuum, ca-  
terorum que armorum equalis cura cum  
viris, & exercitatio sit instituta. Sed ra-  
tionem quoque adhac hanc habeo. Aio ec-  
quidem si hac ita fieri possunt stultis, im-  
hoc in nostris regionibus esse, ut non ipsæ  
studij malieres, ac viri omni conatu co-  
sensi que dæt operam: ferme enim ciuitas  
omnis hoc modo pro dupla dimidia sit ex  
ipsæ laboribus atque tribus. Sic etiæ  
in Populo Romano, eiusque ludis ab  
equis decertasse fæminas, donec varijs  
constitutionibus prohibitum fuerit,  
vndique liquet.*

<sup>27</sup> *Nō ergo àre equestri omnino mu-  
lieres inhibitæ fuerant, video etiam a-  
pud Romanos viduis fæminis alere e-  
quos impositum fuisse. T. Linius lib. 1.  
ab V. C. ad equos emendos dena millia æ-  
ris, & quibus equis alerant vidua attri-  
buta. Sic & apud Olympica, quamvis  
illis exterminabantur fæminæ, equos  
qui in palæstra decurrerent, ingenti  
cura alebāt, à quorum victoria coro-  
niscingebantur, quod diligenter per-  
scrutati fuerunt P. Faber. Agonist. lib. 1.*

c. 26. I. Cæsar Bulenger. *de ludis Cir-  
censib. cap. 5. 8. & Andromache apud  
Homerū Iliad. 8. mariti ipsa Hectoris  
curabat equos. Regina Dido quam-  
vis nec amans, nec Regina esset, adve-  
nandinobile exercitium equo meri-  
tissime insedit. Tribuamus ergo libi-  
dini regnandi, & amoris, quod suo Si-  
chæo vidua, cum peregrino Ænea li-  
bere venationem ausa fuerit; nō quod  
equo fuerit inuenta, cum quasi in ne-  
cessarium venationis antecedens in eo  
insestura erat, vnde Martialis libr. 1. 4.  
epig. 8. 6.*

*Stragula succinti venator sume veredī*

*Nam solet à nudo surgere ficus equo,  
(Alij legunt pæsus, sed Scaliger ver-  
tit evnoz, id est fons, quæ lectura Rade-  
ro, Farnabio, & alijs placuit, quam &  
ego libentissime amplector, cum sen-  
sus epigrammatis sic exposcat) vnde  
Oppianus lib. 1. nœv; tixw v ad venatio-*

<sup>29</sup> *nem hoc præcepit dat.*

*πτερος ἀ' εἰς Διπλού μέγα κυδίνευτα τα-  
γματα*

*Equos autem venatum valde generosos  
ducant.*

*Qui longe equestrem venationē per  
integros libros tractat, & Natalis co-  
mes in eodem tractatu, & omnes qui cā  
rem tetigerunt: ratio aperta est, quia  
sine equis qui feras persequeremur?  
Jacob. Pontan. secunda tertij progy man-  
nam. 77. Quia scilicet alia agrestis, sive  
campestris est, qua per campos apertos per  
montes, colles silvas agros hominibus ca-  
nibus equis feras accerrime insegnatur,  
quod quidē dupli Virgilij loco cō-  
probat, nec alia argumenta necessaria  
in oculata fide sūt. Ex quibus profluit,  
non indecoram fæminis equitationē  
esse in itinere, bello, venatione: nec in  
similibus futurum si ea necessario in-  
diget natura actus, quem exercent ip-  
sæ. Vnde comprobo, fæmineum bellū  
à murororum crudescere corona, sed  
non id ab interdicta equitatione ( vt  
argumentabamus cap. d. à n. 7.) sed a-  
decenia*

decentia sexus, & fragilitate; alias si  
fuerint in campum descendentes, quare  
& in equum ascensuræ non fuissent?  
In aliarum exemplum Romanorum  
legibus interdictum est eis inacie ad  
esse, sed urgente necessitate, quando  
omnia licent, & omnia expectuntur,  
suum periculis accurrunt, ut possit  
aut à mutis propellendo hostem, ut  
fecerunt plures, quarum exempla de-  
di, cap. 10 a. n. 7. cum (ut inquit Maro)  
vocat labor ultimus omnes, aut in cam-  
pum descendentes Magnus poeta lib.  
10. *Thebaid.* trepidat nem ultimam  
Thebarum nostro exemplo elegan-  
ter depingit.

*Vna omnes, eademque subit formido per  
annos*

*Poscunt fata senes, ardet, pallorque iuuen-  
tus*

*Atra fæminis trepidant vulnata quare-  
lis*

*Fleunt pueri, & flendi nequeunt cognosce-  
re causas*

*Attoniti, & tantum matrum lamentantem-  
tes.*

*Illas cogit amor, nec habent extrema pa-  
dorem*

*Ipsæ tela viris, ipsæ iram, antmosque mi-  
nistrant,*

*Hortanturque, vna queruunt,*

*His subiicit Lactantius, quia in calam-  
itate nullus pudor est fæminis prodire in  
publicum, vel aliquo pro patria fungi of-  
ficio. Ex quibus infero meritisime  
Romanum Senatum equestri do-  
nasste statua Clæliam propter nocturnæ  
fugæ, ab inimicis castris, terribilē-  
que transnationis Tyberinæ audaciā.  
Vnde Livius lib. 2. ab V. C. Pace redin-  
tegrata Romani nouam infæmina virtu-  
tem novo genere honoris statua equestri  
aduenere, in summa sacra via fuit p. sita  
virgo, insidens equo. Séneca in consolat.  
ad Martiam, in qua Clæliam contempio-*

*hoste, & flamine ob insegnem audaciam  
tantum, non in viros trascrisimus, eque-  
stri insidens statua in sacra via celeber-  
timo loco Clælia exprobatur uenibus no-  
stris pulchrum ascendentibus in ea illos  
urbe sic ingredi, in qua etiam fæminas e-  
quo donauimus, referunt Valerius, Plu-  
tarch. & alii antiqui.*

Nec quod vidua esset Timoclea  
ad iusta itinera quo abstinere debe-  
bat, quamvis autem tanta viduarum  
commendetur reclusa, non idem ta-  
men eā sic intelligere debemus, quod  
tanquam aquæ, & igni interdicta terra,  
& aere, omniisque consortio huma-  
no exutæ, pædore obsitæ iacere de-  
beant, sed damnaremus impudicam,  
& iniuriam hominibus equitationem  
pro palam in ciuitate, & in ore omo-  
nium. Nam si iustis e ausis ducta, si o-  
bediens præceptis Regis remeasset ad  
aulam, quæ culpa in vidua inueniri  
posset, attente ergo Barclaius viduam  
istam ad aulam Regis venientem in-  
ducit, ut omnis suspicio in honestatis  
emacularetur. Cetera autem, quæ ca-  
pite præcedent, in Virgilium, & Bar-  
claium inueheximus, prædictis dissol-  
vuntur in isto (veluti quæ de philoso-  
phis, & sacerdotibus Ægyptijs dixi-  
mus, quæ à nimia supersticiose reli-  
gione procedebant, ferrem in sacer-  
dotibus in ciuitate; sed in itineribus,  
qua causa non equitarent, haud inue-  
nio?) aut parua sunt, si expendamus,  
quæ capite isto concessimus. Quæ  
longe latèque probant Virgilij, &  
Barclaij iudicium, nec pigebit discussio-  
ne, cum inde aliqualem fructum tri-  
buerimus nostri iuris civilis an-  
tiquitati (cui semper, & ubi-  
que inseruimus) & scrip-  
torum antiquo-  
rum.  
(?)

LIBER QVARTVS.  
**P ARALIPOMENON,**  
**ET ELECTORVM IURIS**  
**CIVILIS.**

**C A P. I.**



OT O libro disputatur quæstio an si sub quartæ Falcidiz nomine, & Trebellianica comprehendatur, à numero 1. Vbi est utilitas huius quæstionis. Lex Falcidia à qua lata. 2. Quo anno. 3. Error antiquorum. 4. Quæ capita habuerit. 5. Qui quatuor capita attribuerint. 6. Hæc sententia impræbatur. 7. Præter cognita, alia inuestigantur capita. 8. Probatur Cui est aliorū sententia, varia fuisse capita legis, dicetum. 9. Nulla fere lex Romanorū antiqua peruenit ad nos integræ. 10. I. Paulus in l. i. hoc tit. duorū um capi- tum solum meminit. 11. Fran. Husmanus acriter defendit unicum huius legis fuisse caput à numero. 12. Principium l. i. ex communi criticorum senten- tia abruptum, et viciōsum est. 13. Primum legis caput oppugnat Husma- nus. 14. Verbal. i. uti hac legi sequenti licebit, suspecta fuerunt Baro- ni, et alijs. 15. Defenditur recepta lectio. 16. Et principiū legis. 17. Consul- ti nostri nunquam integras tradiderunt leges. 18. Grauis proponitur diffi- cultas aduersum principium legis. 1. 19. Non per dico quid. 20. Familiaris fuit Iuris Consultis. 21. Interpungendi ratio fere apud antiquos in eis fuit. 22. Utilitas huius cognitionis. 23. In subsidium offertur correctio legis l. i. 24. Leges antiquæ constabant prologo, capitibus, et sanctione. 25. Prologus seu proœmium legis quid. 26. Aliqua dantur exempla. 27. Suppletur legis Agrariae fragmentum. 28. Capita legum in qua. 29. Sanctio legis. 30. Instat ad huc Husmanus. 13. Verba, ut hac legi licebit, solemnia in antiquis legibus 32. Primum caput referebatur ad aliud. 33. Quodcumque caput legis, lex habetur.

babetur. 34. Husmani alia dantur argumenta. 35. Lege Furia testamentaria quid sanciretur. 36. Quid Voconia. 37. Primum legis Falcidiæ caput an respectu harum legum datum sit. 38. Maiori ratione primum legis caput præfixum fuit legi Falcidiæ. 39. A regula semper deducuntur limitationes. 40.



VM superiori libro labore accurato perquisiverimus, an sub appellatione legati fideicommissum, atque hereditas cōtineretur, & longe verum esse inuenimus, nunquam sic nostros iuris Autores commiscuisse distantes res: ea arrepta occasione, inuasimilem subire laborem: si sub quarta Falcidiæ nomine

¶ Trebellianica comprehendatur? (quæ quidem omnium sententia fuit) inuit ecquidem eam palæstrā ingredi, acer enim campus est periculis, & fortuna: à quo multum laudis, qui strenue decertauit, reportare quibit: nos enim fessi animus ad diuagandum occasione ista per virumque Falcidiæ, & Trebelliani titulum, ut vtilior noster labor lectori sistat. Ut ergo nostradisquisitio recto procedat tramite, originem viriusque deducere debemus, & investigare discrimina: ut his præcognitis dijudicare possimus, an si nostri iuris interpretes recte, & vere senserint. Primo ergo ad l. Falcidiæ accedo.

Legem autem Falcidiæ à P. Fal-  
cidio tribuno plebis latam fuisse pro-  
bant institutionū interpretes ad prin-  
cipium hoc tit. & A. Augustin. I. Cal-  
min. de legib. P. R. Cuiac. in notis ad l. I.  
D. hoc ist. ex Dione, Suida, Eusebio, I-  
sidore, & A. Contius innotis ad fastos  
consulares, Fran. Hotoman, vol. I. varia-  
rum disputat. disputatione de quarta Fal-  
cidiam. A. Matheac. lib. 2. de via, & ra-  
tion. iur. cap. 22. Ludou. Cælius Rodi-  
gin. lib. 12. antiqu. lect. cap. 9. Melchior  
Vallentia lib. I. illust. iuris tractat. I. cap.  
3. num. 2. quos omnes firmat Idaciüs

collect. chronica lib. 2. cap. 31. Alij anno 3  
ab vībe condita 711. alijs 712. alijs 713.  
alijs 714. errore antiquorum despicio, 4  
qui à falce legem Falcidiam denomi-  
nabant, que in sequi videtur Scholia-  
stes Constitini Harmen. lib. 5. tit. 9. in  
princip. & Sypontin. ad 2. epig. spe et acut.  
f. m. 172. cum non viderint, cap. quædam  
2. dist. & alias eruditorum autorita-  
tes.

Sed maior adhuc persistat cōten-  
tio inter interpretes nostros circa no-  
stræ legis capita, & correctionem d. l.  
1. D. ad l. Falcidiam, nam Minsinger. &  
Rittershusius, & alijs antiqui institu-  
tionum interpretes, & nostri iuris ci-  
vilis ad dict. l. I. duo capita agnoscunt,  
cum quibus iuit A. Augustin. de legib.  
super hac lege, & loachim. Hopperus  
lib. 10. de vera iuris prudentia, cap. 16. I.  
Rosin. lib. 8. antiqu. Roman. c. 18. & Bri-  
son. 2. formal forte cum eis: Pauli res-  
ponso adducti in dict. l. I. Alij quidem  
& grauissimi interpretes, quatuor cō-  
ponuerunt capita, vtpote Duaren. lib. 6  
1. disput. cap. 58. Fran. Hotoman dict.  
disp. de quarta Falcid. & Hug. Donell.  
lib. 8. com. cap. 22. I. Caluinus dict. legi-  
bus, sequentes Æmar. Ranconet, quæ  
huius opinionis autorē suspicor. Sed  
viramque sententiam nunquam pro-  
bauit: nam Ranconeti proxima, & se-  
quacium cui placere poterit aduersus  
ipsius Pauli autoritatem, qui secundo  
capiti locat, & attribuit, quæ isti fre-  
gerunt in tria, & diuiserūt? & denique  
altera Minsingeri, & aliorum cōin-  
ciunt expresse, quia vestigia aliorum  
capitum huius legis remanent adhuc  
in consultorum responsis, ex quibus  
& Ranconetus suis capitibus super ad-  
dere

8 dere potuit alia, nam de ære alieno, funerisque impensa deducenda prius in leg<sup>e</sup> Falcidia expresse cantum esse, innunt iuris Consulti in l. 1. §. final, & in l. iuris alieni 39. & inl. quāttuas 72. D. hoc tit. quāll interpretantes legem Falcidiā dūm de ære loquitur alieno, ex eo que inferentes, vt Gains facit d.l. quantitas, quibus conuenit l. successores 1. C. hoc tit. sic etiam videtur te- pus mortis in legē Falcidia, ad quantitatēm patrimonij estimandam, ex- pressam fuisse ex l. in quantitate 73. D. hoc tit. §. pen. inst. eod. tit. Atque etiam nominatum in ipsa legē Falcidia can- tum fuit, vt res empiā parata que v- vxoris causa extra modum legis esset l. si v̄susfructus 81. §. fin. D. hoc tit. Aliud etiam caput habuisse pro certo habeo quoad testamentum militis, vt ex eo non deducatur Falcidia, quod mihi sa- tis demonstrat l. in testamento 12. C. de- testament. milit. l. 1. §. denique 18. D. ad s. C. Trebell. quod quidem privilegiū, cum in cap 2. legis 1. aperitū non sit, credere debemus suum locū in legē habuisse. Idem iudico in retentione quartæ, nam cum secundocapite legis solum constitutum esset, ne ultra illā testator legare licet, merito suspi- ciam, & suum caput in legē retētiō- nem habuisse l. Paulus lib. 3. sentens tit. 8. in principio, l. unica, C. quorum legato- rum, & obseruat grater Duaren. infra referendum, Fr. Husman. ad l. Falcid. 9 Paradox. 6. Ex quibus libenter probō opinionem Cui. ad l. 1. C. hoc tit. & in Parat. ad eundem tit. Hotoman. qui d. disputat de quarta Falcidian. post qua- tuor altera capita, & plura alia fuisse sentit, Duaren. in commentar. ad hunc tit. c. 8. (qui verius præfenserat de hac quæstione, quam postea, cum Ranconeto) Æguinarij Baronis in Manualib. ad pandectas in 5. part. digestorum lib. 5. ad hunc tit. qui omnes in eo consentiūt alijs pluribus capitibus legem Falci- diā p̄scriptam fuisse; quod valde

suadet integer ipse titulus, in quo va- ria responda apparent, quæ concerne- re videntur varia legis Falcidiā capi- ta, quæ interpretantur hinc inde Iuris Consulti. Nulla enim fere lex Romanorū antiqua, aut ad nos integra per- venit, aut à Consulis integre refer- tur, vt bene Frāciscus Hofmannus per- pendit Paradoxo 1. ad l. Falcidiam. Iu- lius autem Paulus dict. l. 1. duo p̄cipua capita solum proposuit de potestate legandi, restricta tamen usque ad dodrantem, & sic ipse in exordio le- gis auspicatur legem Falcidiā latam esse, quæ liberam legandi potestatem usque ad dodrantem dedit: cui pro- polito duo correspondentia subiicit capita. Nec ordinem capitum ab Æ- guinario Barone compactum fero, va- ria fuisse scimus, sed ordinem ignoramus: p̄ter primum, & secundum quod ex Pauli testimonio, & autotis- tate credimus.

Sed longum proponit certamen Fran. Husmanus tribus Paradoxis, tā. 12 quam duelli libellis affixis, quibus ad- uerius autoritatem Pauli, & interpre- tum iuris cohortem defendit solum unum caput in l. Falcidia consideran- dum esse, & iniicit coniectaram, Tri- bonianum esse primum legis caput. Et ut uno cursu percurramus quæstionem nostram, & coniectaram responsi l. Pauli, quam multo vulne- ret ad itam inuenio: enucleabo Hus- mani, & aliorum fundamenta, & co- jecturas, vt per aduersantia discrimi- na clariorem intueamur veritatem. Husmanus ecquidem Paradoxo 3. non Pauli caput illud primum suspicatur esse, quia illa verborum interiectione quid autoritate Pauli indignum præ- fesset quod nec sequentibus verbis co- haret. Præcipue cum Iuris Consul- torum moris fuerit, edicta, leges, se- natus consulta, quæ interpretanda sus- cipiunt, integrare dare, nō interficere, vt hic factum est inter utrumque ca- put:

part: & postea interpretationem subdere, sed & sive opinionisduces habuit Husmanus, aut ad seclasi: nā Cui, iunotis ad hanc l. securio animo affirmat principium legis extare ab rupium, Fran. Hotoman. de quarta Falcid. sic restituit respōsum, lex Falcidia lata est, que primo capite liberam legandi facultatem dedit: secundo capite modum legatorum constituit his verbis, quicunque cuius Romanus post hanc legem. &c. accipe ab eo fundamēta, mihi tane longe illud fortissimum videtur, quod in principio referat Paulus, legis Falcidiā primo capite liberam legandi potestatē datum fuisse usque ad dodrantem: maxime ingenium nostrum remoratur, & usque ad dodrantem, cum primo capite solum fuerit libera potestas indulta, secundo autem capite libera potestas, & modus legatorum usque ad dodrantem, quod cum sic præcensuisset Hotoman. inter alia verba usque ad dodrantem extirpauit, nec Haluader admissit, nec legunt noster A. Pichard. & Minsing. in hoc princip. inf. Apud Cuisc. & Gothofredum dodrans, νοῦς οὐ πάπικαι, siue abundare, vel spuriū esse, & denotare Russardum, ut miror doctissimos viros Brisonium & formular. A. Augustinum de legib. & A. Goncanum in commentario ad hanc l. retinere hæc verba, & non animaduertisse obstaculum, nec etiam A. Mathaeac. lib. 2. de via, & rat. cap 22.

Sed nullam Husmanus relinquit viam, qua non oppugnet primum legi caput, nam si Tribonianus illius auctor (inquit) non est, erit saltim prologus legis, aut ingressus, aut exordium illius: nam non potest esse de substantia legis, quod legem ipsam nondum inchoatam præcedit, vt expreſſe in eodem capite declaratur ibi: *Vt hac lege sequentur licebit, quæ verba ita suspecta fuerunt Eguinario Baroni, ut in manuilib. ad hunc tit. extirpauerit à responsu, & similiter Cuiacius in l. 1. c.*

hoc tit. spuria esse iudicauerit: quibus quidem Laurenij Vallæ lib. 4. elegan. cap. 48. conuenire potest centura, qua improbat nostros interpretes, quod quæcumque verba legis, seu caput, legem vocent, cum secundum eum integræ lex hoc insigniri nomine solūm deberet, secundum enim Husmanum verba illa nihil aliud demonstrat, quæ legem Falcidiā in secundo responsi capite dari, & primum exordium esse: nam si aliter acciperentur, sequeretur sine isto primo capite legem Falcidiā subsistere non posse, quod cōtrarium est, quia quamvis primum caput à lege Falcidiā separetur, adhuc integra, & plena manebit, cum si in ea modus legatorum usque ad dodrantem constitutus est, nihil de modo illo cum primo capite, & sic similes leges considerarentur veluti antiquiores Furia, & Voconia, & si quæ aliæ, quæ constituerent legatorum modum: nemo ad dubitabit primum nostrum caput illis posse præfigi: generale est ergo exordium, quod sub legis capite accipi non debet. Procedit Humanus ultra Paradoxo 4. & fortissima arietis ratione quæstat caput, ea scilicet, quod in l. Falcidia libera legandi facultas nō potuerit dari, cum imò ipsa minuat eam testatoribus potestatem, usque addodrantem constringens: qui ergo in una eademque lege liberam, & restrictam considerabimus potestatem, & virumque ex aduerso oppositum? Neque illa recta ratio, aut necessitas ad id faciendum considerari poterat, cum antea lege 12. tab. stabilitum esset: nec ne præsumere debemus publica Magistratus autoritate in magno illo populo Romano, quid vanū, quid inutile, quid superfluum constitutum esse? absit ab eius maiestate, & decore Nam quod de lege Furia, & Voconia inferunt aliqui, plane commentitum est, nam legibus illis libertas legandi abrogata non fuit, nō minusquam ipsa lege.

lege Falcidia, quæ modum etiam cōstituit: quod quidem caput non magis potuit esse legis Falcidiæ, quam illarum legum Furiae, aut Voconiae, cum his omnibus certus legandi modus testatoribus præscriptus esset: qui ergo magis in Falcidia, quam in istis libera legandi potestas? aliud enim est iura abrogare; aliud interpretari: quamvis enim lex illa 12. tabularum interpretatione consultorum, & legum restituta esset, non abrogata iacet ita, vt lege Falcidia necessario redintegranda esset. Sed quid ultra? quomodo cumque primum accipiatur caput, & eius libera legandi potestas: eadem in secundo capite statim plene conceditur, ad quid ergo in primo? & si in illo; at quid in 2? exulare ergo debet ab uno eorum. Deducit ergo Husmanus in *Paradoxo 6.* unum fuisse caput legis Falcidiæ, quo testatoribus legandi certus constituitur modus, & quantitas: & sic cum iuris conditoris suas interpretationes subiiciunt legi Falcidiæ, nihil unquam comminiscuntur deliberalegandi potestate: quæ si in lege comprehendenderetur dubitari non potest, quim aliquando aliqualis subesset mētio, aut remaneret vestigium. Claudit agmen rationum autor, contineri in unico legis Falcidiæ capite cūcta alia, quæ nos supra hinc inde concessimus, & ex quibus varia fuisse legis Falcidiæ capita auspicati sumus. Hic Husmani rationationis nucleus, nō suavis cuiuscumque, qui obviabit parauet.

Sed semper animo iudicio que infedit, veram fuisse electionem recepit tam *L. i. D. hoc tit.* quam tumuis varijs ingeniorum venis conquassata, quasi auofa, & inclinata iaceat; tamen restituere, & subleuare, quantum viribus powerimus, conabimur dum fortiora fulcimenta aliis subiiciat: nūc suo, quo librata fuerunt ordine, adgredimur argumenta. Husmanus, & alij præceptiviri Triboniano imponit

*nostral principium, ut potè abruptum,*  
*& ab illo factum; sed non ex sententia mea* <sup>17</sup> *absque iniuria Antecessoris id faciant.* Nam quod quid indignum autoritate Pauli responsum præferre indicent, nec bene secum coherere: sequentia probabunt non ita esse. Altera Husmani conjectura à Iure Consultorum more, ponendi primum integra edicta, S. Consulta, leges, postea que interpretationes subdendi, non intersecandi, vt in nostra lege; nescio plane, qua autoritate, & ratione subsistat, imò vide (vt in aperto est in nostro iure civili) nunquam Consultos nostros integras tradidisse leges, <sup>18</sup> Sennatus Consulta ve, sed libertime posse in eo: nunc hic unum legis caput, aut fragmentum illius; nunc illic post responsa varia alterum caput: nunc ibi fragmentum, vel vt maluit Tribonianus compilator. Vide legem Aquiliam, l. 1. *Ulam de adulterijs*, & alias nostri iuris hinc inde discerptas, & tractas: quid magis? Franc. Hotomanus in *disputatione de quarta Falcidiæ in principiis*, inquit, juris Consultos nostros leges non unquam fideliter transcripsisse sed de memoria posuisse, exemplo legis illius 12. tab. *ut quisque legasse suare*, &c. tam varia contextura ab omnibus scriptis: sed si verum amamus, Paulus in *L. ista* voluit sollemando præcipua legis Falcidiæ capita dare, & referre, ideo primum adscripsit, posteaque distincte secundum, & deniq; subiecta fuit interpretatio in §§. & legib. subsequentibus tituli. Quæ ergo hic interpretatio, imò nusquam pleniora capita legis alibi quā hic sīstunt, & mos ipse, quē requirit Husmanus: nam quod inter utrumque caput interposuerit verba, secunde capite modis legatorum constitutis verbis, necessario fecit, vt capita legis discerneret, & animaduersio potius laude, quam vituperatione ab omnibus reputabatur: magisque, quando subiiciat oculos his,

his, quæ de legum capitibus subscribemus.

Gratior obstat, vel (ut sic loquar) surit subsequens difficultas: quod cū in 2. capite legatorum mōdus cōtineatur vsque ad dōdrantē; Paulus in principio legis attribuat primo: quod suspicuum, aut adulterum esse opinati sunt omnes supra: ego autem **Tō vſque ad dōdrantē**, non rebūss Paulum ad caput priūm suspicor, sed adiecisse his, quæ de primo capite retulerat, inquit ergo Paulus, *lex Falcidia lata est, quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit* Hæc de primo capite: & adiicit, *vſque ad dōdrantē*, quasi dicere, *vſque ad dōdrantē* scilicet, non relatione ad 1. caput: qui posset cum id ad 2. pertineat? sed id per **παράποδον** scripsit, vt in principio legis vtrūque signate caput comprehendenderet, quod precipuum in lege Falcidia habebatur, cum infra, dum secundum caput p̄tibat, non dōdrantis meminerit, sed solum modum legatorū eo constitutum esse dicat. Parenthesis enim secundum Quintilianum libr. 9. inst. oratoriā, cap. 3. est interpositio vel interclusio, cum cōtinuatione sermonis mediis aliquis sensus interuenit, cum quo conuenit Aldus Manuetius in sua orthographia, cap. de interpungendis ratione, Sanchez Brocensi. in sua Minerua lib. 4. cap. de Ellipsis, de Hyperbato, & eius paribus: qui quidem orationis pulcherrimus ornatus, tum antiquis eruditis familiaris fuit, vt præter istos, & alios plures erudite probat Edmundus Richerius de arte figurarum lib. 1. cap. 100. tum nostris etiā iure Consultis, ut pote qui omni elegantiæ flore sua responsa exornarunt, & sparserunt (de quo nos plura libr. 2. cap. 1.) & quamvis passim obvia erant responsa, interim vnum, vel alterum accipiat tyro, l. 1. fin. D. de offic. quaſfor. ibi: *Sicuti dissimus, l. 1. de orig. juris,* ibi: *ut ita dixerim, l. 1. D. de leg. 2.* ibi: *ve-*

*luti conditio, l. einitatibus 122. D. de leg. 1. bi: senioribus, vel pueris puellisque.* Ex quibus nullo timore principium legis, sic lego, & interpungo. *Lex Falcidia lata est, quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit* (vſque addodrātem) his verbis, nam quamvis circulo. rum interpunctionem in textu nō videas, ne aliqualiter ea supersticio tetāgat, scias apud antiquos in vſu nō suisſe, vt ex nostro Nebrixa, & Despaute-<sup>22</sup> rīo probat in hoc tractatu Pater Fran. de Robles regul. 25. Taurellius sane pandeclis adiecit parenthesēs, vt per- fectum redderet sensum, cum antea nullæ inuenirentur in eis, & profite- tor Ioann. Niellius in *controvers. feud. disput. 3. in corollario lit. K.* veteres au- ten. (vt docet Janus Rutgersius lib. 3. variar. cap. 19.) solebant, continuatio- ne literarum vnam seriem verborum facere, non vt nunc singulas voces per interalla scribere, nouiterque preci- piās interpungendi regulas inuentas suisſe: apud antiquos enim p̄nctum vnum, vel duplex solum in vſu fuit, propter quod apud nostros eruditos homines in his interpungendi regu- lis maxime disentitur, vt idem Aldus agnoscit, vnde pro suo capitu illi hoc nō dicit: isto sua interpungunt scrip- ta, & edant: & sic videbis in varijs Iu- ris ciuilis editionibus variari, & omnē ferere παράποδον, non his circulis cir- cumbisci: & licet aliquando inuenias, id Typographorum fuit solertia, & sedulitas, non necessaria animaduersio à nostris Consultis dimanata, quod à te maxime vellem obseruatum iri: multum enim cōducit, vt recte capias tanta nostrum ciuale ius, quam erudi-<sup>23</sup> tos antiquos, alios ve autores quo- cumque, plurima que disruptas obs- tacula: multoties enim ignoratione huius interpungendi rationis labora- tur, ut idem Richerius obseruat, & Al- das, atque Robles sup. & enixe com- mendat Aon. Palear. in elegantissima o- ratione

*ratione in L. Muranam. Redeo ad viam: ut enim nec primū legis caput noluit absolute præscribere: liberam legandi facultatem esse datam, nisi supposita adiectione illa, ut sequentilege licet, sic nec Paulus id voluit, nisi per parentesim adiecto, usque ad dodrantē, nam cum Falcidia lex modum legatus constitueret: quid dissensu videbatur, ubicumque legeretur, liberam facultatem ea lege concessam feuisse? ideo cum decore legis adjicitor terminus ille facultatis, tam à iure Celsito, quam à primo capite legis. Inquam interpretationem, seu receptę lectionis defensionem, si mihi licet, iurarem.*

Sed tamen si aliquis, cui semper cordi est trucidatio, & gloria sum habet, eo virio dissentit ab istis, & emendatio maxime placet, nullo addito; dempto ve verbo, sed transmutato solummodo, legat componatque principium, *lex Falcidia lata est, que liberā legandi facultatē dedit, usque ad dodrārem: primo capite his verbis: quasi Paulus in principio post explicitam legem Falcidiā, seu eius precipua capita e-nucleata subdat, primi capitī verba, postea secundi: sed suauior prima est medicina.*

Protendo vltius: nam qui Husmanni, aliorum que partes sequatur ad huc subeis merebit, nisi cuncta obsta-cula prorumpamus. Postquā Tribonianī suspicionem seminavit in hac-ge, ut vijs omnibus nos intercluderet ad veritatem, scribit primū legis ca-T. QVINCTIUS CRISPINVS COS. POPVLVM IVRE ROGAVIT POPVLVS Q. IVRE SCIVIT, IN TORO PRO ROSTRIS ÆDIS D. IVLII PO. ROK. IVLIIS TRIBVS SERCIA PRINCIPIVM FVIT, PRO TRIBV SEX. L. F. VARRO.

Sic etiam sensit F. Vrsin. *innatis ad le-ges, & Sctas, circa hanc eādem legem, PIVM FVIT. PRO. TRIBV. Q. FABIVS. Tē pium fuit sapere ex antecedenti le-ge, & ex his quæ Vrsin. & Ant. Augu-*

*put exordium, seu prologum legis es- se, non caput. Cuius opinionis funda-menta pleniora supra tibi dedi, respi-ce illa, ut ad nostra accedas. Ad quod (ut rectio veritas suo tramite veniat) obseruo primo leges antiquitas à Ro-manis præscriptas cōstituisse prologo, 45 capitibus, & sanctiōne: sic cū impen-se eruditio A. Augustino diuidio in tra-ctatu de legib. & Senatus Consultis, cap. 6. De viroque membro expræsse no-bis in monumentis antiquis supersunt autoritates de proemio, seu exordio legis, aut prologo, Cic. testis est, lib. 2. de legib. ibi: *Habes legis proemiu, sic enim hoc appellat Plato, & infra statim, nihil enim tam dissimile est, quam vel ea, que ante dixisti, vel hoc ipsum legis exordium,* Seneca epist. 94. Non probbo, quod Pla-tonis legibus adiecta principia sunt: legem enim brevem esse oportet, quod facilius ab imperitis teneatur velut emissā diuinis-tus vox sit, inbeat non disputet; nihil vi-detur mibi frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo, ut agnoscit Muretus, atque Rhedigin. lib. 18. *lection. antiqua.* 19. infi. Cibet Giphanius πρόλογον, επι. v, in Polit. Aris. in principio, prologus seu exordium legis habebatur, quando in ea præfatio aliqua inscriberetur de tempore, quo rogata fuit, quæ tribus primum sciuerit, quis rogauerit, quæ tribus principium fecit, quæ sit legis utilitas, ut ex præscriptissimis constat: sed accipe ex exempli (quo magis rem capias) legis Quinti ex I. Fron. libr. 2. de aqua dulci. quod & prauidit August.*

T. QVINCTIUS CRISPINVS COS. POPVLVM IVRE ROGAVIT POPVLVS Q. IVRE SCIVIT, IN TORO PRO ROSTRIS ÆDIS D. IVLII PO. ROK. IVLIIS TRIBVS SERCIA PRINCIPIVM FVIT, PRO TRIBV SEX. L. F. VARRO.

Sic etiam apud eundem Agrariæ legis fragmentum in tabulai. Q. F. PRIMVS. SCIVIT, &c. Vrsin. referunt principium fuit. Et apud eundem Vrsinum tab. 15. C. ANTONIVS. M. F. CN. CORNE. FUNDANIVS. C. F. TR. PL.

## PL. DESS. PLEBEM PRIMVS SCIVIT. &amp;c.

Et tabull. 21. delege parieti faciendo incissa  
 AB. COLONIA. DEDVCTA ANNO XC. N. FVFIDIO.  
 N. FILIO.M.  
 PVLLIO. DVO. VIR.P.RVTILIO. CN. MALLIO. COS.  
 OPERVM.

## LEX. II.

Sic & in S.Consulto Municipali tab. 23.

L.ARRVNTIO. STELLA  
 L. IVLIO.MARINO. COS.

## XIII. K. NOV.

M'. ACILIVS PLACIDVS. L.PETRONIVS FRONTO.  
 IIII. VIR. I.D.S.C.FERENTINILIN.CVRIA.ÆDIS.  
 MERCVRI. SCRIBVND. AD EVERVNT.Q. SE. IARNVS. MAE  
 CIANVS. T. MVNNIVS. NOMANLINVS.

Denique prologus, seu legis exordium  
 erat, quidquid dispositionem ordinati-  
 onem, & capita legis precebat.

<sup>29</sup> Quod plerisque distinctæ ca-  
 pitibus essent leges, probi suggerebat  
 res, plurimæ sunt autoritates, atq; ip-  
 sarum legum adhuc monumenta su-  
 personit, noster I. Paulus in præsentii du-  
 bitatione caret, l. Gallus 29. §. & vide-  
 tur 12. D. de liber. & post h. ibi: Et vide-  
 tur primū caput eos spectare, qui cum na-  
 cerentur, sibi heredes futuri essent, l. 4. D.  
 ad l. Aquiliam, & in §. fin. eiusdem legis,  
 & instit. codex iii. §. tertio capite, l. 3. D.  
 ad legem Cornel. de Sicarijs, l. 9. C. Theodo-  
 fian. de bonis præscript. Sueton. in l.  
 Casare, cap. 28. Acciderat autem, ut in le-  
 gem de iure Magistratum ferens, eo ca-  
 pite quo à petitione honorum absentes  
 submouebat, ne Casarem quidem exciper-  
 ret, lex antiqua de viatoribus apud  
 Brison, lib. 2. formular. qnominusquod in  
 hoc capite scriptum est, ita ut ei est, sicut  
 Cicero in oratione 2. de l. Agraria, cō-  
 tra Rullum, item inquit eodem, quo mo-  
 do capite altero, ut comitijs Pontificis  
 Maximi, & infra, quidquid in secundo  
 capite scriptum est non meminit interio,  
 & infra, quid attinet tertio capite legem  
 curiatam ferris subere, distincta sunt ca-

pita legis Mamilia, & Peducebat his  
 notis demonstrata K. L. III. K. L.  
 IV. K. L. V. idest, Kaput legis 3. Kaput  
 Leges & Kaput legis 5. vt Brionius ac-  
 cipit lib. 2. formular. & expresse inter-  
 pretatur Fulvius Vrsin. in notis ad leg.  
 & S. Consulta, fol. m. 41. & A. Augst.  
 sup de legib. cap. 6.

Desanctione, quæ ultima pars le-  
 gis erat, docte egit A. Augustin. dist. 30  
 cap. 6. In ea pœna transgressoribus le-  
 gis sanctiebatur, de qua intelligitur lex  
 sanctio, D. de pœnis, §. sanctæ insit. de re-  
 rum diuisi. sacraq. propriet. 3. D. codem,  
 fragmentum est apud Falvium. Vrsin.  
 Regia legis de imperio Vespasian. tab. 19.  
 cum sanctione, quod & A. August. vi-  
 dit, & transcriptit, & Versus in in-  
 dice legum Romanarum, & aliud si teg-  
 mentum legis tabul. 14. cuius sanctio-  
 nis nihil aliud superfuit, quam hoc  
 SANCTIO... NI... sed de san-  
 ctione legis multa prætermitto, quia  
 parum illa interest ad disquisitionem  
 nostram.

En prologus, & capita legis: &  
 si Husmanus docte prænoscet proto-  
 gos legum, non adsereret legis Falci-  
 diax primū caput prologum, & exor-  
 dium fuisse legis, non caput, quan-  
 do

do in eo expresse stabilitur libera legandi potestas cuicunque civi Romano. Quid ergo commune habet hæc constutio, cum prologo, & exordio legis? quando in eo solum de autore, de tempore, & alijs praefationibus agitur, quæ in se nihil constituant, sed tanquam prælustrioræ constitutionum capita precedunt. Et quam plane frigidum sit argumentum, quod summopere effert ex illis verbis, ut sequentilege licebit, patebit cuicunque, qui consideraverit nihil magis in antiquis legibus frequens reperiri, quam verba illa, ut hac lege licebit: solemnia enim verba legis fuerunt. Lex Quintia apud Frotinum lib. 2. de aqua dicitur. quam & restituit Brison. dicitur lib. 2. formular. ibi: Præter quam quidem hac lege licebit, oportebit, & apud eundem in l. Thoria fragmento, possidebit fruenter, quam ex H. L. licebit cum agrum: & in altera eiusdem legis parte, quod si facere ex lege P. L. S. C. ex que faderet liceat, sed fraude sua facere licet, quod obsernauit Cicero. de lege Agraria contra Rullum oratione circa principium ibi: quam per atatem, ac leges liceret, & Philippica l. 3. si quidem liceret dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutis que conceditur, l. 1. b. 1. l. nec non 28. §. quod eius D. ex quibus causis maiores, quod ei asper leges plebis cita, Senatus Consulta, edita, decretata Principum licebit. Nec quod primum caput se referat ad secundum, 33 in solitum, suspecto que in lege iudicari debet, nam nihil magis in antiquis legibus frequentius, respice superius uentia l. Mamilia fragmenta, & expresse in uno capite de altero mentionem fieri videbis, Quid ultra? imo id perfectissimum iudicabitur in lege, & decentissima m. M. T. Cicero. de lege agraria contra Rullum ad populum. Et is orbem terrarum constringit nouis legibus qui quid in secundo capite scriptum

est, non meminit in tertio. Nec dubitaré 34 debemus quocumque legis distinctum caput legem esse legemque posse nominari, quis enim negare poterit legem esse caput ipsius legis? Quid ergo erit nisi lex alias ei impune non pareretur, quod ridiculum est, nam præterquod expressa nostra l. 1. sit inique, & inhumane corrupta à criticis illis, qui nihil aliud magis, quam hoc gloriantur, probat fragmenta antiquarum legum: dicitur l. Mamilia, in qua verbum hac lege, & hac lege esto, sapientius repetitum in suis capitibus ad caput ipsius legis aptius referatur, sed per apta est lex Thermenium Maiorum Pisidianum, cuius nobis proponit tabulem Fulvius Ursinus, & Brissonius, & cum in uno contextu, sine distinctione capitum lex appareat, in fine subjiciuntur hæc verba, & quo minus ea quæ in hoc capita scripte sunt, ita sint, sicut eius, hac lege nibilum rogatur, & c. cum enim lex aliqua pluribus capitibus constat, quorum unum quodque perfectam dispositionem in se continet, tanquam pars perfecta, veluti totum in se debet nominari lex, vel saltim ab integra lege, cuius pars caput existit: sic ergo cum communis nostrorum interpretum sensu Hugo Donellus dicitur lib. 8. cap. 22. (nullo tamen fundamento) quem libenter sequor, quidquid, contraria sentientes, coniurant Husmanus Laurent. Vall. supra l. Corrasius in commentario ad titulum de legibus, numer. 12. & 1. Rebard, quem alius operibus, cum his consentire, colligimus. Errant sane aperiissime isti nostri iuris interpres, cum nulla congrua ratio adsignari possit, qua legis caput non possit vocari lex, sic sane practice legē vocamus pragmaticæ Sanctionis, quod cumque caput, seu partem.

Quod autem subjicit Husmanus 35 impedimentum, & inconueniens, suo iudicio

iudicio necessarium, si primum caput legis non pro exordio acciperetur, forte, ut lex Falcidia sine isto primo capite esse non posset; quod cum: b sive eo integræ existere possit, ut pote cum in secundo capite modus legatorum constituantur, nulliter iuvare lex Falcidia capite isto, nam quibuscumque legibus præfigi posset, & Furia similiter, & Voconia, modum legatorum constituentibus. Vnde cum caput primum generale sit, magis pro exordio, quam pro legis capite accipi debet. Quid Husmanus in his fundaverit, quo iudicio decreuerit, plane non video. Ex eo enim, quod sine hoc capite lex Falcidia constare posset, ideo in lege Falcidia non numerabitur? dele mi Husmane antiquarum legum fere cuncta capita, sine quibus ipsæ leges constare possent. Respicere præter alias legem Iuliam de Adulterijs, legem Iuliam, & Papiam, & quamvis si unum, vel alterum caput ex eis abradas, leges manebunt viles, & necessariae Reipublicæ. Quæ enim lex considerari potest, cui, & non addi, vel diminui posset? nulla certe: componitur ergo à legislatore secundum id quod magis utile viuum est: Perfectum datū etiūscumque legis perfectum caput, & sic in nostra lege Falcidia capita de potestate testandi, de modo legatorum, de uxoris causa paratis, quod extra modum legis sint, de testamento militis, de re alieno, defuneris impensa, quatenus omnia in se perfectly disponere iudicantur, tamen quamvis eorum aliqua tollerentur, non ideo minus lex non staret Falcidia. Omnibus inquit præterea legibus adaptari potest, falsum est, non nisi quando æquum videtur legislatori eam legandi potestatem varijs successibus inclinatam restituere, & sic ante leges Furiam, & Voconiam, cum illibata 12. tabulari:

lex de testamentorum iure, & potestate maneret, inutilis esset, sed posteaquam eam primuam potestatem inuaserunt variae leges, & multum illas diminuerunt, veluti l. Fa-  
ria, qua prohibebatur testator aliqui supra M. asses legare, mortis ve causa donare, ita ut si quis legati donationis ve causa titulo aliquid supra illam quantitatem accepisset, eius quadruplum restitueret, uti tractant Anton. Augustin. l. Calvin. de legibus Romani super hac lege, P. Manucius in eodem tractatu fol. mibi 96. Anton. Gouean. in prefatione ad tit. D. ad l. Falcidatam, num. 14. meminit Cicer. in oratione pro Cornel. Balbo. Cuiac. in notis ad nostram l. 1. Anton. Pichard. in principio, hoc tis. numer. 17. Angel. Matheac. dict. cap. 22. num. 2. Petrus Gregor. lib. 42 syntagmatum iur. cap. 34. numer. 2. Alexand. ab Alexand. lib. 6. dierungen. cap. 15. A quibus elegantes autoritates accipies. Lex etiam Voconia, quæ prohibebat, ne qui census esset posset heredem instituere virginem, mulieremve supra quadrantem bonorum suorum, cuiquamve plus legare, quā ad heredem heredesve perueniret, ut neque foeminae ab intestato succederent ultra consanguineos, uti eruditæ tractant, & exornant Calvin. & Anton. Augustin. in hac lege. Petrus Faber ad l. 2 D. de regul. iur. in principio, P. Manucius in tractat. de legibus, fol. 96. & fol. 232. Anton. Gouean. ubi supra à num. 13. noster D. Nicol. Fernandez de Castro ad princip. instit. de emplion. & vendition. §. 27 num. 86. Rofsi. lib. 8. antiq. Roman. sap. 18. Isaac Caſaubon. ad lib. 2. Sueton. pag. 38. num. 48 Cicero in orat. pro Cornel. Balbo. & Philip. 3. Cui. in notis ad nostram l. 1. Pich. d. princip. n. 19. ubi Conrad. Rittershus, & alij, A. Matheac. de via, & ratio-  
ne iur. d. c. 22. n. 2. P. Greg. d. c. 34. n. 3. Alexan. ab Alexandro dict. cap. 15. &

sic cum Falcidius tribunus plebis vi-  
deret legem illam 12. tabular. de-  
potestate testandi varijs legibus restri-  
ctam (de quibus intelligenda est, *l. verbi legis, D. de verborum significatio-  
ne*) primo capite quasi abrogavit om-  
nes, & liberam potestatei testandi  
concessit, sub modo tamen in capite  
sequenti comprehenso, & sic omnes  
caput primum Falcidianæ legis ad le-

- 38** ges Furiam, & Voconiam contra-  
hunc, & propter illas præscriptum  
fuisse. *Vti Anton. Augustin. in tractato  
de legibus Roman. in lege Furia, A. ton.  
Gouan. in commentarijs ad nostram  
l. 1. & ibi Gothofred. Duaren. in com-  
mentario ad hunc titulum, cap. 1. Do-  
neclus lib. 8. Commentarior. cap. 22. &  
ibi Osuald. lit. I. Anto. Pichard. in prin-  
cipio inst. de leg. Falcid. num. 21. 22. vbi  
& Conrad. Rittershusius, Angel. Ma-  
theac. dict. cap. 22. num. 3. Petr. Gre-  
gor. dict. lib. 42. synagm. iur. cap. 34. nu-  
mer. 2. Alexand. ab Alexand. capit. 15.  
Melchior de Valentia lib. 1. illustris  
tractat. 1. cap. 5. numer. 2. sentit D. Go-  
thofred. ad l. fin. *D. de constitution. prin-  
cip.* patet ergo necessarium fuisse le-  
gis Falcidiæ primum caput, nec ita  
generale, ut cuicunque legi posset  
accommodari. Adiunge, si libet, legi  
Iuliæ de adulterijs: legi Aquiliæ: Pap-  
piæ, & alijs, & ridebis dissonatiæ, &  
conglutinationem; at vero in nostra  
lege Falcidia necessario præpositum  
fuit ex ante dictis. Instat adhuc Hus-  
manus: si in lege Falcidia legatorum  
modus oritur, non magis isti legi,  
quam Furiaz, & Voconiaz caput istud  
præfigi poterat, cum & in his potes-  
tas testatorum temperetur. Nimis  
istæ subtilitates ipsæmet euæscunt.  
Quod ne incoueniens, ut simile ca-*

- 39** put aliqualiter similibus legibus præ-  
figeretur? sed multæ maiori cum ra-  
tione legi Falcidiæ, quæ præter do-  
ctrinis grauamēn plenam testatori-

bus legandi potestatem indulxit, quod  
non sit erat in Furia, & Voconia, vt  
ex præscriptis facile colligitur. Ade-  
de, quod caput istud operatur dero-  
gationem legis Voconiaz, & legis Fu-  
riaz (siad huc ista derogata non erat)  
quo solo effectu, & operatione quare  
necessarium non sustinebitur caput  
alias, si demas mi. Husmane, neces-  
sario sequeretur, leges Furiam, & Vo-  
coniam, & post legem Falcidiæ per-  
mansisse nō derogatas, quo nihil ab-  
surdus ex cogitari potest. *contra prin-  
cipium instit. hoc tit.* & cuncta retro  
scripta. Nec mirari debes caput istud  
præscriptum esse in lege Falcidia, nec  
videri legem in se contrarias disposi-  
tiones contineri, ut similiter argu-  
mentatur, in Rullum Cicero. in pro-  
ximis verbis, qui quod in secundo capi-  
te scriptum est, non memini in tertio, vt  
dicas ex primo capite libera tribuitur  
facultas, & ex secundo restringitur, id  
nihil magis in nostro iure ciuili fre-  
quens, cunctaque iuriis prudentia re-  
periatur, in quo semper regula asserti-  
tur plene, & semper à regula subse-  
cuntur limitationes, & exceptiones,  
*l. 1. D. de regul. iuris, l. in his, D. de legi-  
bus, l. 1. D. de regul. Cetonian.* Vide nos-  
trum Velascum in axiomatibus iuris,  
lit. E. num. 8. 4. Imdeo magis, quod ab  
illa regula generali capitis primi ex-  
ceptio capite sequenti datur, tantum  
abest, vt opposita consideretur, quod  
imò magis regula ipsa confirmetur,  
*l. nam quod liquide, & final, D. de pena  
legata, l. quassum 12. & idem respondit*  
**43** *D. de fund. instruendo, plurimos su-  
per hoc axiome cumulat Velasc. lit.  
C. num. 16. in axiomatib. iuris.*

His longe plene subtilitatibus  
Husmani satisfacimus, nam si pizter  
ista, aliqua sua prætermisimus, nugæ  
meræ sunt. Concludo denique, sistoq;  
ex tam longo cursu gradum, Falcidiæ  
legem plura capita habuisse,

verum

verum quē, & necessariam fuisse, quod præfixum caput dedit nobis posteris Paulos, eiusque contexturam responsū sustinendam contra tantorum virorum crism, quorum multi, præcipue Husmanus, magis nouandi studio, quam recta iuris iatione edu-

cti fuerunt, aduersus Pauli responsum, quod legitime stat, & patentissime deducitur ex alijs iuribus per totum titulum ad legem Falcidiam disseminatis, ut meo iudicio evidentissime probavi, quæ quidem, ut confido, facile doctri comprebantur.

## C A P. II.

**L**E X Falcidia cuius causalata fuerit sum. 1. Per integrum caput testatorum gratia ex sententia aliquorum. 2. heredis, alijs existimarentur. 3. Quarta Falcidiana in iure testatore deducitur. 4. Heres renunciare potest legi Falcidiae. 5. Secus testator. 6. Lex Falcidia beneficium quartæ heredi cōpetētis est. 7. Longe interpretamur Iustinian. in principio institut. de leg. Falcidia, à numer. 8. Cur lege Falcidia instituti non compellantur adire. 9. Vt pote in alijs partibus iuris civilis. 10. Iteram in Iustiniani interpretatione insistimus. 11. In testamentis militum qualiter lex Falcidia locum non habeat. 12. Sententia nostra, favore publico legem Falcidiā prolatam esse. 13. Explicatur i. i. D. hoc titul. 14. Publicē interfuit, curare, ut ultimae voluntates adimplerentur. 15. Aliquæ de religione, reuerentia, cura defanclorum, &c. corum a Etatua. 16. Sepulchri violati actio publica est. 17. In iuria morientum ab intestate. 18. Explicatur iteram Iustinian. di Et. princip. 19. Illustratur Dio Causius. 20. Cur testator non potuerit renunciare legi Falcidiae? 21. Secus heres. 22. Legis virtus permittere. 23. Lex Falcidia ne a solum permittit, sed iubet. 24. Quare Falcidia de testamento militis nondetrahatur. 25. Quare ratione milites testentur iure gentium, & non ciuili, & publico? 26.

**V**IUS causa lex Falcidata fuerit, tanta alteratio est inter nostræ iuris prudentiæ grauissimosculptores, ut fere temeritatis arguatur, nō mendare militia, seu offerre fortuna: sed tantus veritatis cultus in animo mihi est, ut propter periculum nominis, non aconatu defistam: forte melius, aut exuberantius, quam alijs sic partis alueret noster O. M. q. Deus. Discordiæ, & disensus præcipua causa fuerunt. Cæsar Iustianus in principio hoc iit. in his verbis, vñsum est hanc legandi licen-



tiā coarctare: idque ipsorum testatorum gratia prouisum est, quæ quidem verba evidenter demonstrant testatorum gratia prouisum fuisse in l. Falcidia, quod ibi omnes institutionum Scholastæ defendunt, & Anton. Augustin. de legib. Roman. super hac lege, D. Ioannis Marian. in l. filium quem 24. C. famili bereis. n. 46. (qui aliosdat) P. Greg. lib. a synt. g. iur. c. 34. n. 27. Balduin. de l. Falcid. Oinald. ad Donell. s. com. c. 22. l. n. D. Mich. Gras. sentent. 9. Falcid in prin n. 5. Claudius Chiffet. deportationib. c. 17. sed l. C. Julius Paul. in l. perest 71. P. eod. iii. in illis verbis, quia calx here

discausalata est, nec frans ei sit, si ins  
suum diminuat heres, contrariam mo-  
vit sententiam. Cuius partes, id est he-  
redis, defendant Gaspar Schifordeg-  
her. lib. 3. tractat. 7. question. 11. Ale-  
xan. dict. l. potest, Ann. Faber. lib. 6. con.  
cap. 3. Ann. Robert. lib. 4. rerum iud. ca-  
pit. 17. sed ingenti conatu Francisc.  
Hulmanus in *Paradoxis ad l. Falcidiam*  
*Paradox.* 2 per totum, quorundam subet  
principia congerere fundamenta, ut  
altior nostra discurrat disquisitio, &  
à fundamentis altioribus veritas in-  
quiratur: fortissima enim forte alicui  
videbantur, nec peccitebit legille: nec  
collecta conspicere.

Pars igitur ista, id est, heredis, mul-  
tum J. Pauli autoritate iuuatur, sed &  
ratione: qui enim fauore testatoris le-  
gem Falcidiā fuisse introducātam ad-  
serere poterimus? cum neque eius  
lex meminerit, qui nullum omnino ius  
ex lege habet, eus lex non competit, qui  
legis beneficio nec indiget, nec unquam  
ut ipse est (ut utar verbis Francisci Has-  
mani) sed imò inuitu testatore quarta  
Falcidiā detrahatur, ut idem aut  
scribit, & cum eo D. Francisc. Sar-  
mient. lib. 2. selectarum, cap. 7. numer. 9.  
& 10. Obert. Gisan. in *commentar.* ad l.  
4. C. de *testament. milit.* Anton. Gouea-  
nus in *commentario* ad l. Titia 86. D. ad l.  
Falcid. num. 4. vbi Gothofred. & ad l.  
in quartam 91. numer. 7. eiusdem tituli  
quamvis contrariam teneat cum a-  
lijs Æmil. Ferret. in d. l. Titia, D. ad l.  
Falcidiā, num. 30. tenet etiam Car-  
din. Mantica de *coniecturis ultim. vo-*  
*lunt.* lib. 9. tit. 14. numer. 15. l. Meno-  
ch. lib. 1. *præsumption. quest.* 46. num. 8.  
Angel. Perusini in *tractat. de sūitate 10.*  
*question* numer. 37. pro quibus assistit  
expressum Iuliani responsum in *dict.*  
l. Titia, ibi: *Quoniam contra sententiam*  
*matri familiæ lex Falcidiā induceretur,*  
*liqui quod 46. D. cod. tit. ibi: Voluntatem*  
*testatoris sequuntur, cum alijs quæ præ-*  
*citatur considerant, & ante omnes Ig-*

stian. in *autem. de heredib. & Falcid.*  
cap. 2. & ratio in aperto est, nam si  
Falcidiā potestatem resecat testatoris  
usque ad dodrantem, & tamē limi-  
tes à lege constitutos testator excedit:  
id voluisse patet, & consequenter ipso  
inuitu potestatem testandi coangus-  
tatem fuisse. Quo ergo fauor iste tes-  
tatoris, qui ipsum continet, & quasi  
freno immissilis impetum refringit, &  
testatore Melchore trapsgrediēte le-  
gem, ut lex nascitur; & se intra do-  
drantem coniumente, moritur: qui er-  
go fauor testatoris considerari quibit?

Quid alind? si fauore testatoris  
Falcidiā rex foret indulx, quæso ado-  
ctis, non posset ne testator renuncia-  
re ex vulgati regula, qua mri pro se  
introducto viuusque licet, & resistere,  
& renunciare, l. si quis in conserva-  
bendo, C. de pactis, regul. inuitu, cum vul-  
gatis de regul. suris, & sic ipsem her-  
es, quia ex Paulo cognovimus eiusfa-  
uore legem Falcidiā latam esse, le-  
gi renunciare valet, dict. l. potest, dict. l.  
qui quod 46. l. si patronus 20. D. de dona-  
tionibus, l. fin. C. ad l. Falcidiā, secus est  
in testatore, qui inuitus, & reluctans  
legis ingum subire cogitur, l. si pater fi-  
liam 15. §. Ania 1. l. quod bonis 15. §. 1. &  
§. fin. D. ad l. Falcidiā, ubi nec minue-  
re quartam testator potest, Duaren. in  
commentario ad hunc titulum, capit. 8. ad  
finem, Cu. ac. in comment. ad lib. 33. Pau-  
li ad edictum, dict. l. potest, Berengar.  
Ferdinand. repetitione ad l. in quartam  
4. præfatione, numer. 2. præter ordinarios  
distis locis: vnde ergo hoc tam  
longum discrimen, nisi à causa, quod  
alter fauore suo introductam legem  
habet, alter nequitnam? Quid enim a-  
liud est Falcidiæ lex, quam beneficiū  
quartæ heredi competentis: heredi in 7  
quam soli, non legatario, non fideicō-  
missario, de quo latius suo loco l. si pa-  
tronis 55. q. qui fideicōmissam 2. D. ad Se-  
natus Consuli. Trebellian. l. pater standid  
ita

et al. poicet 71. D. hoc tit. ergo heredis  
 solius introducta est lex, cui benefi-  
 cium competit, non autem testato-  
 ris, qui nec eo beneficio iam rebus hu-  
 manis exutus frui vñquam potest: e6-  
 sole dolissimum Melchiorem Val-  
 leant lib. 1. illusfr. tractat. 1. cap. 5. num.  
 3. Nam quo saliqui ex Iustiniano te-  
 tant deducere ex principio instit. hoc in-  
 tul. testatorum gratia legem Falcidiam  
 introductam esse, ut lucro quar-  
 ta heredes instituti adeant heredita-  
 tem, non id ita accipiendo est, ut ipsorum  
 testatorum gratia præcipue in-  
 tructa l. Falcidia esse censeatur, sed  
 imò heredis, nam cum instituti nullo;  
 aut minimo lucro recusarent suspe-  
 ctam hereditatem adire, propter  
 quod inaditæ multæ relinquebantur  
 hereditates: factum fuit à sapientissi-  
 mo Imperatore, ut si onerata, aut ex-  
 hausta esset hereditas, possent institu-  
 ti semper salvam quartam deducere:  
 beneficium ergo istud lucri, & quar-  
 ta solum institutos respexit, non testa-  
 tores: & sic illorum causæ fuit lex  
 attributa, non horum, quim contra-  
 riū noster Iustinianus scripterit, v-  
 tracite excogitatit Husmanus: nam  
 si testatorum gratia fuisset, necessa-  
 rio disponeret lex, ut instituti com-  
 pellerentur hereditatem adire: cum  
 beneficio quartæ, ut pote ipsi heredes  
 invitis testatoribus beneficio legis  
 fruantur, quod quidem non sic est, ut  
 adeant, cum imò lucrossam heredita-  
 tem; quanto magis exhaustam pos-  
 sunt repudiare, & inaditam relinque-  
 re l. obligari 9. §. hereditatem: D. de au-  
 toritate tutorum, l. si quis omis-  
 sa causa testamenti, sed exem-  
 plis magis informantur animi, & il-  
 lustrator res ipse, nec discedamus ab  
 eadem lege si quis omissa. Nam in  
 Senatus Consulio Pegasiano, seu Tre-  
 belliano scriptus heres cogitur her-  
 editatem adire Pratoris iusl, l. 1. cum  
 suis §§. l. Papinianus 43. D. ad Senatus

Consult. Trebellian. §. 6. institut. de fi-  
 deicommissar. hered. dict. l. si quis omis-  
 sa, idem ergo, si fauor testatoris atten-  
 deretur, debebat in l. Falcidia sanciri.  
 Sui etiam, & necessarij heredes siue  
 velint, siue nolint, hereditatem adire  
 coguntur, §. sui institut. de hered. qua-  
 litas. & differens. iii. C. de necessar. ser-  
 uis heredib. institut. cum vulgatis: in  
 quibus testatorum fauor considera-  
 tur, & prouideatur, ne intestati de-  
 cedant de suis per platum est, de Tre-  
 belliano probat euidenter, l. 1. §. 4. D.  
 codem, & saltim his exemplis non mi-  
 raremur, si Falcidia lex quid simile  
 constitueret ad exemplum Trebellia-  
 ni, & suorum: lex enim fauore testa-  
 torum imperare, & vetare (conusvir-  
 tus est) debebat l. lege 7. D. de legibus,  
 Vnde est, quod quando Iustinianus te-  
 statorum fauore introductam esse le-  
 gem scribit, intelligere debemus non  
 principaliter, sed ab additionis effectu,  
 cum quartæ lucro institutus heredi-  
 tam adeat, qui effectus in fauore  
 testatoris resultat, & alius etiam effec-  
 tus in fauorem Reipublicæ oritur,  
 cuius interest, ut ultimæ voluntates  
 effectum habeant. Idem procedit in  
 Senatus Consulio Macedoniano, &  
 Velleiano, quæ cum mulierum fau-  
 ore, & parentum introducta fuerint,  
 tamen Reipublicæ, & aliorum fauor  
 considerari potest, sed non tamen co-  
 rum fauori ad tribuimus, ut latius  
 idem prosequitur Husmanus. Et  
 cum causa quæ præcipua sit, quæ ma-  
 gis vigeat, præstimator idebeat in actu  
 (ut latius probo ad regulam Catonia-  
 nam) in præsenti potius hereditate præ-  
 pici debet, quam testatoris. Sed quod  
 grauius urget interpres, ita ut com-  
 mouerit Schifordegher. ( loco infra  
 designando) ea fuit ratio, quod in tes-  
 tamento militum lex Falcidia non  
 quam militauerit, l. si post missionem 17.  
 l. ad veterant. o. l. fin. D. ad l. Falcid. cum  
 alijs à nostro Anton. Pichard, congef-  
 11  
 12

tis in princip. eodem tit. num. 4. quod latius exagitat Schifordegger. lib. 3. tractat, & per variae questiones, quod cum hoc ita in iuris prudentia apud Consullos nostros admissum sit, tantus que fauor militibus in ea fuerit attributus, quid quo se in causa esse potest, ut & Falcidiæ fauor, si testatores respexit, non indulgeretur etiæ militibus? quare magis adduci debemur legem Falcidiæ potius hæredum, quam testatorum causa proditam esse, quod argumentum in eam sententiam Schifordeggerum disiecit dict. tractas. 7. quast. 11. vi principij inst. adl. Falcid. auctorem dederit Tribonianū in ea parte, qua de fauore testatorum meminerit.

Nos autem non tam ipsius testatoris præcipue: non tam hæredis: quam iuris publici legem Falcidiæ esse proditam auspicamur: quod deuiriare magis à vero videtur, cum non solum Iustinianum, sed ipsum Iul. Partium offendit, dijudicare possit aliquis. Sed nō ita est, causa publica præcipua fuit in hac lege, ad quod magnum testē profero Papinianum lib. 13. responsorum in l. quod de bonis, §. 1. D. hoc tit. ibi: Primatorum cautione legibus non esse refragandum constitit, & ideo sororem iure publico retentionem habituram. Sic secundissime intellige caput secundum legis Falcidiæ in l. 1. eod. tit. ibi: Is quantumcunque cuius Romano pecuniam iure publico dare legere volet, ius potestas que esto, quæ verba nec Accursius, Gouea, nec Cuiacius in notis ad eam, & Vbi sembequi. in Parat. D. adl. Falcid. num. 4. (referentes ad solemnitatem, & autoritatem testamentorum ex l. 3. D. de testament.) intellexerunt, quod & displicuisse D. Gothofredo dict. l. 1. eudenter constat: referenda Mehercule verba sunt adiis publicum, quo lex Falcidia introducta fuit, & modus legatorum impositus, cum Gothofred. ibi ex l. quamvis 67. L. hoc tit. & sic op-

time in secundo capite legis, in quo modus legatorum datur interpolata fuerunt, & nō in primo, in quo de potestate testatoris restaurāda propter l. Furiane, & Viconiam agi probauimus sup. cap. 1. & sic hanc iuris publici causam agnoscunt Cuiacius lib. 13. respon. Papinianum dict. l. quod de bonis, §. 1. & in commentario ad lib. 33. Pauli ad edictum, dict. l. potes 71. & in nouella de hered. & Falcid. Duaren. in commentari. ad hunc tit. cap. fin. in fin. atque etiam noster Anton. Pichard. (quamvis alias causas probauerit) hanc etiam inserit in principio hoc tit. num. 40. vii fecit Matrica de conjectur. ultim. volum. libr. 9. iii. 14. num. 4. & 5.

Hæc causa publica inde estimata fuit, quod publice interesse existimatum fuerit, curari, & disponi, ut ultimæ morientum voluntates exitū habeant, non frustra, nec illa, quasi sacra morientum desideria elanescant: in quod summa ope P. Romanus annixus est, & tam ab Imperatoribus, quam à Iure Consultis ad laboratum: l. vel negare s. D. quemadmodum testament operiatur, l. 1. D. si quis omissa causa testam. l. 1. C. de Sacrofanci. Ecclesijs (quod quidem plena manu tractavi ad regulam Catonianam, dum defunctoru actuum suspensionem nego, quid enim inuit verbosas transcriptiones inserere) summa enim cum religione defunctorum actus, nomina & res apud Romanos excepti fuerunt, ita ut sanctos defunctos dicerent, & quasi pro sacrilegio eorum mādata violari fuerit (quod & addictam regulam Catonianam ad suo) propter quod existimari. Reipublicæ esse, quidquid respiceret defunctorum honorem, memoriam venerationem, & decorē, prater autoritates hic datas, & remissas, probat latè sequentia, quæ ex hoc principio nascuntur. Vlpianus lib. 25. ad edictum in l. Neratius 20. D. de religi. s. & sump- tib. funer. ibi: Si vero alius funeransit, posse

se eum maritum conuenire, qui a pacto hoc publicam ius infringi non possit, ius enim sepeliendi mortuorum publicum est, l. sunt persone 42 D.cod. Nam propter publicam utilitatem, ne in sepulta cadavera iacerent strictam rationem insuper habemus, l. quod si nulla 28 D.codem tit. diuine Seneca lib. 5. de benef. cap. 20. Hoc tamen ita beneficium est, si non misericordia, & humanitas dedi, ut quodlibet cadaver abscondebam: sed si corpus agnoui, si filio tunc hoc prastare me cogitans; at si terram ignoto mortuo inieci, nullum habeo busus officij debitorem, in publicum humanus: pume Statius Papinius libr. 12. Thebaid. qui hoc in signatum dicit.

*Quantum enim superesserear? nuda ossa,  
putremque*

*Fere permittat saniem: Properate ve-  
rendi*

*Cecropidae, vos ista decer vindicta prius  
quam*

*Æmathij Thratij que dolent, quaque ex-  
tat ubique*

*Gens arsura rogis, manesque habitura  
supremos.*

*Nam quis erit saeire modus? bellauimus,  
est:*

*Sed cecidere odia, & tristes mors obruit  
iras.*

*Et infra idem autor cod.lib.*

*Terrarum leges, & mundi federame-  
cum*

*Desensura manus dignas inservire men-  
tes,*

*Capiss, hac omnemque Diuumque hominu-  
que fauorem*

*Naturamque ducem et usque silenti A-  
uerne.*

*Stare palam est.*

Execratur impium Creontis imperiu-  
matus; ne Argivi, qui ad Thebas conci-  
derant, sepelirentur, contra quem Argi-  
væ auxilium expulsularunt à The-  
seo, de quo plurima mentio apud So-  
foclem in Antigon. & specialis apud  
Demosthen. in oratione funebri τὰ τῶν  
κατοχειμένων θύμα κατεπιφύσος φέ-

ρε; ομένα ὅτε τοις ἐπτὰ τοῖς Διόσας θε-  
τταν ἐκάλεται προστελλεται. Iura defunctorum  
vialari non sicut erunt, cum septem il-  
los, qui in expeditione Thebanace cederat,  
humari Creon prohiberet, & sic intellige-  
dus est Plato, in Menexeno, qui eodem  
argumento vtiatur, quo Demosthenes  
in oratione funebri ad Athenienses. Inde  
etiam est, quod actio sepulchri viola-  
ti popularis, & publica sit l. 3. §. fin. l. se-  
pulchri 6. l. sepulchri 8. D. de sepulch. vio-  
lat. l. 3. C. cod. tit. Quid autem magis pu-  
blicum est, quam lex, ut elicimus ex l.  
1. & 2. D. delegib. & ex Ciceron. Phi-  
lip. 3. apud quem in publicis nihil lege  
grauius: & tamen leges, & defunctorū  
iura Demosthenes adæquat in ora-  
tione contra Nicostrat. τοῖς ταῦθα νοοῖς  
κοθητεῖς ή τῶντε τελευτῆσταν ἐπίστη-  
λεσθεῖσις μηδεπικώς αὐτῶν δοκεῖ,  
idest. Leges defendite, & defunctorum  
curam habete, ne eorum nomen, & fami-  
lia pareat. Vnde Stobæus serm. 122. ex  
Sofocle hanc sententiam refert, oportet  
autem mortuo, viuentem inservire, &  
auxiliari, riposte moriturum. & ipsam, ta-  
ciunt quæ eloquentissime perorauit  
Demosthen. in oratione Funeb. 22. Pla-  
to in Menexeno, Pericles apud uicidys-  
lib. 2. belli Peloponnesiaci in oratione fu-  
neb. constat ergo nihil magis Reipu-  
blica cuius fuisse, quam deitum Etorum  
actus, & res, ut eleganter perpendit A.  
Faber lib. 19. context. cap. 10. nam si sic  
Respublica pro defunctorum iebus  
anxia non esset, heu quantum defun-  
ctorum iura, & voluntates naufraga-  
rentur! quibus ipsis subuenire non pos-  
sunt, merito ergo iuri defunctorū fa-  
uet Respublica, si indefunctis suum ius  
tutatur, iurique proprio venerationē  
attribuat, cū Stobæo sup. vnde elegan-  
ter resoluit Aristoteles scđt. 29. Probl-  
emat. quest. 9. Δίκη τι δικαιοτερον είναι γε-  
νεράτις, τοῖς τετελευτησθεῖσι, ή τοῖς γε-  
δινοπακτεῖσι, ή δι της εἰναι των θυγα-  
τηρών αὐτοῖς επαρνεοσι, η δι τητελευ-  
τηκάς εκ της γειδεστ, Curtius habetum

est hominibus vita funeris opem ferre, quam viuis. An quia vni præsidio esse possunt illi defuncti nihil præterea possunt? Quis ergo iam addubitabit in re publico defunctorum voluntates dirigi, & gubernari? Nam si tantus honor defunctorum vbi cunque perpenditur, & vbi cunque etiam omnis defunctorum iniuria extirpatur: ingens honor moriuis præstatur, dum eius voluntates in melius diriguntur, autore Iustinian. in Authen. de hered. & falcid.

<sup>18</sup> imprincip. & abingenti in iuria vindicantur, dum legali præcautione disponitur, ne ab in testato, si noster decedat eorum; voluntates evanescant l. s. patro- ni, §. 2. D. ad Treb. §. 1. inst. quibus ex cau- sis manumittere non licet, vbi Scholiastx, Quint. declamat. 374. in fin. In quo sen- sa poterit Alciati ratio percipi in rubrica, D. ad l. Falcid. num. 2. Duaren. in commentar. ad eundem tit. in fin. fol. mibi 12. 30. Berengarij Ferdin. in repetitione ad l. in quartam i. præfatione, num. 6. & eleganter sententia ipsius Iustiniani in dict. princip. inst. hoc tit. testatorū gra-

<sup>19</sup> tua legem latam Falcidiā esse scri- bentes, gratia ergo, & fauore publico ipsorum in testatorum, quorum venera- tioni, & gratiae tantum in populo Ro- mano appensum est, ut præcripta sa- tis demonstrant, atque etiam Dio Ca-

<sup>20</sup> sius lib. 48. Roman. hist. lex Falcidia à P. Falcidio tribuno Plebis lata, que nunc quoque plurimum valet in hereditatibus adeudis: ea autem permittit, ut heres ad- ire hereditatem grauetur, quadrante ac- cepto reliquum dimittat. Tota ergo lex Falcidia in iure publico consistit, & ab eius ratione dimanat. Hæc si per- penderet Husmanus, iam non mirare- tur testatorem, non valente legi Fal- cidiz renunciare: qui posse? si in iure

<sup>21</sup> publico innixa est, dict. l. quod bonis 15. q. 1. D. hoc tit. nam cum testamentum suum sortiatur esse etum post mortem testatoris, cum magis iam defunctorū publica causa; quam persona ipsius te-


statoris attenditur, quæ iam in rebus humanis desistit esse, merito redacta ad id temporis renuntiatio nullam ope- rationem habebit: securus est in herede ipso, cuius privatum Falcidiz respici- tur lucrum; & idèo merito renuncia- re potest dict. l. potest 71. D. hoc tit. nec idèo quod heres Falcidiz renunciet in adita relinquitur hereditas, descri- tur testamētum, honor testatoris viola- tor: ita ut in renunciatione ista pri- uatum vnde reperiatur commo- dum, non vero publicum, vti insinuat dict. l. potest, l. patronus 20. D. de donat. l. quidquid 46. D. hoc tit. cum alijs. Nec quod lex Falcidia institutum non iu- beat adire, sed permitat; vi, & autori- tate legis caret, cum inter alias virtu- <sup>23</sup> tes legis recensetur permisio legis l. legis virtus 7. D. de legib. vii explicat Don. lib. 1. commentar. cap. 5. & ibi O- fuald. lit. B. C. D. l. 5. titul. 1. part. 1. in dō lex inbet Falcidia, cum cogat testato- res detractioni quartæ adsentire ( de <sup>24</sup> quo latinus nos agimus alibi) & hoc fa- uore publico morientium ne inaditæ eorum hereditates relinquuntur, ut supra scripti. Argumentum, quod ma- gnificet Husmanus, & Schifordegher. designatis locis, de Falcidia militari testamento non detrahenda, leuisi- <sup>25</sup> sum est, ex quo inferebant, non testatoris causa legem Falcidiā proditam; nam si id ita esset, qui non militis, summo fauore ad omnes actus in iure ciuiili recepti? vnde interpretes ad principium inst. de leg. Falcidia, in hac aperienda ratione insudarunt grauiter & plurima excogitarunt, nostro Anton. Pichardo recensente aliqua, etiā que dijudicante questionem. Quæ al- teratio à nō attacta iuris ciuilis ratione profluxit: nam si animaduerteret Fal- cidiā legem in iuris publici ratione niti, nulla de testamento militis obsta- ret difficultas, cum & tyronibus per- notum sit, à iure publico testamento- rum constitutionibus Imperialibus milites

milites exemptos fuisse, l. 3. D. de testamento, adiuncto titulo de testamento militari, modo in regentum testari (ut nos  
26 tractamus infra hoc libro) vel propter publicum armorum fauorem, ut censuerunt Decius in l. quamquam, C. de testamento milit. & Fran. Hotoman. & Oberius Gifanius in princip. inst. eod. ex l. milites 31. C. locati, ex l. vlt. D. eodem & ex l. i. D. de honorum poss. ex testamen. milit. vel propter imperitiam militarem, ut cum Vigilio dict. princip. voluerunt alii, ex l. i. D. de test. mil. l. mi-

lites 31. C. locati, ex l. vlt. D. eod & ex l. 1. C. de iuris, & facti ignorantia: arma etenim magis, quam iura scire milites, sacratissimus legislator existimauit, ut Iustinianus scriptis in l. fin. C. de iure deliberauit, vel ut ex ore Marij, Valerius referit lib. 5. cap. 2. inter armorum strepitum verba se iuris ciuilis exaudire non potuissent. Sic ergo cui mirum iudicabitur, legem Falcidiam ad militaria testamēta non pertinuisse? sub distinctione ramen quā nobis conditores iuris præscripsérunt, maiori examine dignam.

## C A P. III.

**D**E origine Senatus Consulti Trebelliani, & Pegasianni, & de rebus in eis contentis totum digeritur caput. Senatus Consultum Trebellianum quando factum fuit. 1. Quid in eo caustum? 2. & 3. Senatus Consultum Pegasianni quando, & à quibus consulibus factū, & quid praecavit. 4. Huīus autoritate quarta deducitur. 5. Etheres onera hereditaria sustinebat. 6. Et stipulationes de damno, & lucro. 7. Grauis Theophilii error. 8. Alter Oberti Gifanij. 9. Quando quarta deducatur. 10. Questio quando institutus quartam retinere nollebat, ex quo Senatus Consulto restituatur hereditas. 11. Ans Consultū Pegasianni derogauerit Trebelliano? 12. Difficile Valentis responsum explicatur in l. heres 68. D. ad Senatus Consultum Trebell. 13. Et Vlpian. in fragm. tit. 25. 15. Et Iustinian. in §. ergo, inst. de fideicommissari, hered. 15. Longe satis fit Iulio Paulolib. 4. sententiārum. 5. 6. Verbis, quod magis est, & similibus, quando variantur Consulti. 17. Explicatur Modestini responsum in l. qui totam 45. D. ad Senatus Consultum Trebell. 18. Stipulationes Pegasianni dispuerunt iure Consultis. 19. t̄ quasi quid in responsis? 20. t̄ tunc quid de notet. 21. Expenditur Vlpian. in fragm. tit. 25. num. 22. Subdisiūctua loquutio. 23. Vi Prætoris ex Pegasianno cogebatur heres. 24. An in compulsionis caso utrumque Senatus Consultum concurreret. 25. Vestigia Pegasianni adhuc remanent in iure ciiali. 26. Iterum Vlpian. expeditur dict. tit. 25. 27. Et Modestin. in l. qui totam 45. D. ad Senatus Consultum Trebellian. 28. Atque iterum resumitur Valentis responsum dict. l. si heres. 29. t̄ hodie in pertinentibus ad S. Consultum Trebellianū, denotat Pegasianni 30. Explicatur Vlpian. & Paulus. 31. Heres compulsus hereditate adire, restituit eam ex S. C. Trebelliano. 32. Et actiones transferabantur si ne Stipulationibus. 33.



A M præstutimus o-  
riginem, & causam  
legis Falcidiae: an-  
tequam ad alia pro-  
cedamus prænosce-  
re oportet etiam S.

Consulti Trebelliani, & Paganiani o-  
riginem, & causam, ut sic prælibatis  
his: præcognito que inter virumque  
discrimine, libere ingredi possimus  
nostræ disceptationis campum: an sei-  
licet quarta Trebellianica sub Falci-  
diae appellatione veniat: in quo lecto-  
rem attentum rogo, nam quāvis Ius-  
tinianus Paganianum sustulerit tamen  
adhuc in S. Consultorum respōsis ve-  
stigia subolemus eius, circa omnia ca-  
piuila ipsius. Senatus ergo Consultū  
factum est Neronis temporibus ~~obla-~~  
~~uo Calendas Septembri~~, Anno Seneca,

<sup>1</sup> *& Trebellio Maximo Consulibus*, quod  
dictum fuit Trebellianum, cuius ver-  
ba reseruntur in l. 1. D. hoc titul. & ali-  
quibus immutatis, ab Æguinar. Baro-  
ne in manualib. ad Pandectas libr. 5. fol.

<sup>2</sup> *mibi 207.* quo Senatus Consulto cau-  
tum fuit de transferendis cunctis ac-  
tionibus in fideicommissarium, cui re-  
stituta fuerat hereditas: seu heredita-  
ti pars. Cum iniquissimum censum  
fuerit, oneribus, quæ ordinariè infe-  
runt hereditates, prægrauari heredes,  
qui nominet enī solum sistent: ipsos  
autem fideicommissarios, in quos cū-  
cta hereditatis comoda deuolu-  
ntur, liberos, & indemnes his oneribus  
existere: prop terquod multoties de-  
functorum voluntates euanecebant.  
Explicant præter Calvin. & Antoniu-  
m Augustin. in tractatu de legib. & Sena-  
tus Consultis, Anton. Faber. 2. tom. err.  
Pragmat. decad. 27. err. 5. & num. 11. cum  
sequentib. Nicol. Bellonu's super 1. par.  
inst. in §. restituta, inst. de fideicommiss.  
hered. num. 5. G. Panciroli lib. 2. The-  
saur. V. lect. cap. 278. Ioachimus Op-  
perus de vera iurisprudentia lib. 10. cap.  
26. Duaren. in commentar. ad tit. D. ad

<sup>l. Falcid. cap. 7. Donell. libr. 7. comment.</sup>  
cap. 21, ubi etiam Q. sual P. Gregor. lib.  
42. syntagma. iur. cap. 31. præter ordi-  
narios ad l. 1. D. loc. tit. & ad S. & Ne-  
ronis 4. inst. de fideicommiss. heredit. Melchior de Valentia lib. 1. tractat. il-  
lust. tract. 3. cap. 3. num. 13. A quibus  
multa, quæ costru animi non est euol-  
vere, accipere poteritis, illisque illus-  
trare. Senatus ergo Consultum Tre-  
bellianum sanxit, actiones in fideicom-  
missarium cunctas transferendas esse,  
sic cunctam hereditatem heres grauatu-  
rus est restituere, l. 1. D. hoc tit. §. & Ne-  
ronis 4. inst. de fideicommiss. hered. Vlp.  
in fragment. iii. 25. §. s̄. heres, l. Paul. lib.  
4. sentent. tit. 2. & tit. 3. §. totam heredi-  
tatem. Etsi non totam hereditatē, pro  
parte saltim quæ restituebatur here-  
ditas, §. ergo 6. dict. tit. de fideicommiss. he-  
red. Vlpian. in fragment tit. 25. §. is qui  
rogatus est: obseruat Nicol. Bellon. &  
Anton. Pichard. dict. §. ergo num. 1. &  
Franc. Hotoman. enunciat. 1. cum alijs.

Sed cum plene conseruationi ul-  
timarum voluntarum præcautum uō  
esset S. C. Trebelliano, quia heredes  
scripti cum aut totam hereditatem, aut  
pene totam plerunque restituere rogabā-  
tur adire hereditatem obnullum, vel mi-  
nimū lucrum recusabant, atque ob id  
extinguebantur fideicomissa, postea Ves-  
posiani Augusti temporibus, Pegaso, &  
Pusione consulib. Senatus censuit, vt ei,  
qui rogatus esset hereditatem restituere,  
perinde licet et quartam partem retinere,  
atque ex lege Falcidia ex legatis resine-  
re conceditur, verba Iustiniani sunt, in  
§. sed quia 5. inst. de fideicommiss. hered.  
l. Paul. lib. 4. sententiarum tit. 3. sic in-  
telligitur Gaius lib. 2. inst. tit. 7. Vlpia.  
iii. 25. §. is qui rogatus, cum seqq. Franc.  
Quare in comment. ad l. Falcid. cap. 7.  
Æguinar. Baro in manualib. ad pandec-  
tas lib. 3. Guid. Panciroli lib. 2. Thesau.  
var. lect. cap. 288. Gifanius, Hotoma-  
nus, Broxus, & alij ordinarij interpre-  
tes in §. sed quia 5. inst. de fideicommiss. he-  
redes

1. Fran. Raguell. in commentarijs ad  
 decision. Iust. adl. generaliter, C. de ins.  
 & subst. Donelli lib. 7. comment. cap. 21.  
 & ibi Osuald. lct. C. Anton. Faber. lib.  
 6. coniect. cap. 1. & tom. 2. errorum prag-  
 mat. decad. 3. & error. 1. Cuiac. autē plu-  
 ribus in locis; & alij plures iurium in-  
 terpretes: quod verū puto; quidquid  
 contendat Husman. paradox 9. & 10. ad  
 1. Falcidiam S. C. Pegasianum falso  
 esse, atque à Triboniano, seu Iustinian-  
 o suggestum: cuius temeritati in se-  
 quentibus obuiam ibo. Senatus ergo  
 5. Consulto Pegasiano cauebatur, ut  
 quartam partem hereditatis deduce-  
 ret heres gravatus; quam restituere  
 rogatus erat, si tamen ultra dodrantē,  
 non totam hereditatem restituere ins-  
 sus esset, locus dabatur Pegasiano; &  
 heres usque in complementum quar-  
 ta, ita ut ei salua, & integra remane-  
 ret, deducebat: expressus est Iustinian.  
 dicit. §. ergo, & Vlpianus dicit. tit. 25. §. is  
 6. qui rogatus. Et post hoc S. C. Pegasi-  
 nam heres onera hereditaria sustine-  
 bat, dicit. §. sed quia 5. Vlpian. dicit. §. is  
 qui rogatus, ibi: Ipse qui scriptus est her-  
 es, hereditatem restituit, & in ipsum a-  
 ctiones conserueniunt, nec mirū quia cū  
 hoc S. C. ad exemplum legis Falcidiæ  
 normamque proditum esset, in qua  
 heres inserviunt onera sustinet hered-  
 itaria, sic similiter in eo cautū fuit, ut  
 heres oneribus hereditarijs tenere-  
 tur, sed etiam eodem modo, ad exem-  
 plum stipulationum, quæ inter hered-  
 em, & legatarium partiarium inter-  
 ponebantur, interponuntur stipula-  
 tiones de damno, & lucro inter hered-  
 em, & fideicommissarium, ita ut he-  
 res à fideicommissario damna, &  
 onera pro parte sibi retribui stipule-  
 tur, & è contra fideicommissarius ab  
 herede lucrat. dicit. §. sed quia, Vlpian.  
 dicit. 25. Iul. Paul. lib. 4. sententiārum tit.  
 23. l. 2. C. ad S. C. Treb. l. 1. S. vlt. & penD.  
 hoc sit. explicant eleganter, & exēplis  
 g. illustrant Theoph. d. §. sed quia, & Ho

tom. & Gifan. in commen. ad eundēs. sed  
 ingentem Theophili errorem dis-  
 mulare non possum qui dicit. §. sed quis  
 postquam heredem oneribus heredi-  
 tarijs subiectum docuit, subiicit alii  
 per et aucta n. 168 τον Φιλοκομισσαριον  
 ταξιδιον επειδη παραπομπης, idest, sed  
 postea placuit fideicommissarium esse loco  
 legatarij partiarij, quasi a principio, &  
 non ex ipso S. C. interponerentur si-  
 pilationes inter ipsos fideicommissa-  
 riū, & heredem, sed potius ( ut ipse  
 Theophilus invenit) ex interpretatio-  
 ne 1. Consultorum id esse etum sit, cū  
 totam contrarium prescripsit Vl-  
 pian. dicit. titul. 25. & colligitur ex 1.  
 Paulo dicit. lib. 4 sententiārum tit. 3. &  
 ex Iustinian. dicit. §. sed quia, ut nuper  
 scripsimus S. Consulto Pegasiano has  
 ad tribuentes stipulationes: & sic inue-  
 nio opinionem Theophili displicuisse,  
 & autoritatem viluisse Agnatio  
 Baroni in manualibus ad pandectas  
 d. 5. part. & lib. 1. (de cuius interpretis  
 autoritate nos suo loco) eodem fere  
 errore Obertus Gifanius lapsus est, d.  
 §. sed quia, interpretationi Iuris Con-  
 sultorum, non S. Consulto Pegasiano  
 onera hereditaria attributa docens, cū  
 contrarium noster Iustinianus doceat  
 & expressius Vlpian. dicit. tit. 25. §. is  
 qui rogatus. Constat ergo constanter  
 exēpli iuris conditoribus S. Consul-  
 tom Pegasianum quartam induxit  
 in favorem grauati restituere, siue to-  
 tam hereditatem, siue plusquam do-  
 drantem: onera que hereditaria in he-  
 redem danda: sed interponit stipula-  
 tiones de damno, & lucro pro rata comu-  
 nicando inter heredem, & fideicom-  
 missarium.

Si vero scriptus heres quartam,  
 quæ Pegasiano sibi competebat, reti-  
 nere nollebat, eamque fideicommis-  
 sario donabat, tunc non interponebā-  
 tur de damno, & lucro pro rata stipu-  
 lationes; sed empræ, & venditæ here-  
 ditatis ex S. Consulto Pegasiano d. §.  
 ergo

1 ergo, sed non vacat ingenti difficultate hæc sententia, nam Iulius Paul. lib. 4 sententiarum, tit. 3. §. 2. ex S. Consul, 10 Trebelliano restitui hereditatem, transferri que actiones scribit: Modestus. in l. qui totam 45. D. hoc ut. restitutio nem eidem Trebelliano ad scribit: quid ergo de Iustiniano decimus? Cundi interpretes ad eum, & Cui. ad I. Paulum, & Anton. Faber in ration. ad l. 1. D. de condit. indeb. fol. miki 328. sentire videntur S. C. Pegasianum, non derogasse Trebelliano: sed virumque concurrere in hoc casu: quos ipse Iustinianus excludit, dum in §. ergo in fine, vnam designat specie, qua utriusque S. Consulti concursum dat: expellit ergo alias: sic idem Imperator demonstrat in §. sed quia 5. & in dict. §. ergo, dum certis in casibus locum tribuit Pegasiano, & ex eo S. Consulto effectus contrarios, quam ex Trebelliano dicit. Non enim recta iuris ratio patet etiam duo contraria S. Consulta in una eademque specie obseruari, nam quāvis leges speciales illibatae multoties consenserunt in his quæ contrariae non sunt, si tamen una alterius obuersatur; trahitur, & cedit prior posteriori, l. 1. D. de const. Princip. l. nō est nouum, cum seqq. D. de legib. l. 1. D. ad l. Aquil. cap. 1. de const. libr. 6. explicat præter alios Donell. lib. 1. com. cap. 12. & ibi Osuald. Si enim Trebellianum, nullis stipulationibus transferebat actiones in fideicommissarium, cum integrum hereditatem restituere rogatus erat, & eo casu S. C. Pegasianum disponat, quartam heredem posse deducere, ipsum que onera hereditaria sustinere, interponendas que esse stipulationes de damno, & lucro: abnuet nec ne aliquis, non derogatum esse S. Consulto Trebelliano? nullo modo. Nec remorabitur sententiam nostram difficile Valentis responsum in l. si he res 68. D. ad S. C. Trebell. ibi: sed & si sua sponte adierit, ex eodem S. Consulto ref-

titur us est: Trebelliano scilicet, de quo loquitur, id enim speciale est in eo responso, in quo soluendo nō erat hereditas creditoribus, vt in principio p̄ficitur, non ergo quarta poterat detrahi, nec stipulationes interponi, nec locum habere Pegasianum: tunc ergo restituenda est hereditas ex Trebelliano, quo simpliciter in fideicommissarium transiunt actiones: aliter enim si hereditas esset soluendo, cum ea, quæ iussisset Pegasianum; ad impletū possent, merito ex eo restitutio fieret, nam Pegasianum ( secundum ea quæ colligimus ex Iustiniano in dict. §. sed quia 5. cum seqq. deductionē, vel remissionem quartæ comprehendebat stipulationes, quæ in utroque casu interueniebāt, coactionem que hereditis; non vero huius responsi specie, quando hereditas non erat soluendo, & sponte institutus hereditatem adibat, cū tunc nec quarta detrahi, vel remitti poterat, & per consequens interponi, nec emptæ, & venditæ hereditatis, nec partis, & pro parte. Vnde est, quod cum contraria dispositione Pegasianum nō derogauerit Trebelliano, istud stare debebit ex iuri busante datis: vt sic non mireris, si in hoc casu ex Trebelliano restituatur, & quādo remittitur quarta ex Pegasiano ex speciali eius prouisione d. §. ergo ( quæ quidem infra hoc capite, & sequenti magis declarabuntur ex dicendis ) redeo ad viam, vnde discessi, nam similiter cum disponat Pegasianum emptæ, & venditæ hereditatis interponendas esse stipulationes, cum heres donat fideicommissarium quartam fidamque obsequium defuncto p̄fstat: credemus Trebellianum adhuc habere locum? & ex eo simpliciter restituenda esse hereditatem? & nullis stipulationibus actiones in fideicommissarium transferri? nullo etiam modo: cū Pegasianum in hoc casu heredi onera hereditaria tribuat; Trebellianum infideicom-

deicōmmissariū transferat dicit. l. i.  
hoc tū atque ipse Iustinian. dicit. q. ergo locum esse S. Consolto Pegasiano  
hoc casu dicat, quis admitteret hanc  
repugnantiā iuris, & S. Consolto sū  
antinomias? & ea causa est concursus  
viriosque S. Consolti, quando cogitur  
adire heres, quia tunc ex nullo S. Co-  
sulto stipulationes interponuntur (de  
quo infra latius) Eodem filo dependi-  
mus in cap. 1. huius libri, Pauli respon-  
sam in l. 1. D. ad l. Falcidiam, nam cum  
de moderatione legatorum præcesser-  
ent leges Euria, & Votonia, nec ad-  
huc earum remedij recta testādi nor-  
ma stabilita esset, donec ultimo praefi-  
cripta fuit lex Falcida, defendimus cū  
communi priores Furiam, & Voco-  
niam per istam derogatas fuisse, sic  
idem nunc obseruamus; nam cum  
Trebelliano agrosceret testatorum  
voluntatibus non satis foisse Consul-  
tum, proditum fuit Pegasianum ad e-  
xemplum legis Falcidiæ, teste Iuslin-  
iano dicit. q. s. quo plenius morienti-  
bus voluntates gubernarentur, &  
consequenter necessario derogatio-  
nem Trebelliani subvenisse, ut & An-  
ton. Pichard. dicit. q. ergo numer. 12. ag-  
noscit, iactus opinionis nostræ iste es-  
tit, S. Consolto Trebelliano Pegasianum  
derogasse, quod & nude tamen  
Chiselerius agnoscit lib. 4. de iure fi-  
deicōm. cap. 8. quando ultra dodran-  
tem, vel integra hereditatem resti-  
tuere grauatos fuit, tunc que locum S.  
Consolto Pegasiano fuisse in quocū-  
que casu, siue retinere vellet, siue non  
quartam Pegasianam institutus. Pro-  
bat sententiam nostram aperte Do-  
mitius Vlpian. in fragmentis titul. 25.  
dicit. q. is qui rogatus, lege verba. is qui  
rogatus est alij restituere hereditatem, le-  
ge quidem Falcidia locum non habente,  
quoniam non plus patet, quam dodrantem  
restituere rogatus est, ex Trebelliano S.  
Consolto restituit, ut et. & in eum dicitur  
actiones, cui restituta est hereditas; lege

autem Falcidia interveniente: quoniam  
plusquam dodrantem, vel etiam totam he-  
reditatem restituere rogatus fit, ex Pega-  
siano S. Consolto restituit, vel deductâ  
parte quartâ, ipse qui servitus est heres,  
hereditatem restituit, & in ipsum celi-  
nes conseruentur, & autem qui recipit he-  
reditatem legatais loco habeatur, en ca-  
sus in quibus viriosque S. Consolto da-  
tur locus: si enim heres rogatus est re-  
stituere hereditatem, hou intra do-  
drantis partem, id enim est legel qui-  
dem Falcidia locum non habete, Tre-  
belliano datur locus dicit. q. ergo, si ve-  
ro intra dodrantem restituere roga-  
tur, ita ut Falcidiam locum non habeat, tunc  
Pegasianum operabitur, sic explicare.  
H. toman. in dicit. q. ergo enunciatur, 1. &  
Pichard. dicit. num. 3. Cuiacius ad l. Pan-  
tom. dicit. lib. 4. sententiarum iit. 2. & 3. &  
in Para. it. D. ad S. C. Treb. & lib. 8. obser-  
v. 5. & in nouell de hered. & Falcid. (secun-  
dum quæ ruit fundamenum Hul-  
mani Parad. 10. ex his Vlpiani verbis  
augorantis, quæ tam Pegasiānam à le-  
ge Falcidiā introducuntur esse, quod suo  
loco, & tempore fortius eveneremus.)  
Ipse et Iustin. d. q. ergo fundamēnum  
erit in genis huic sententiæ, qui solum 15  
Trebellarum admittit, quando resti-  
tuere grauatus est heres non intra do-  
drantem, & eritis autem in casibus S. C. Pe-  
gasianum obtinere docet, sed quid ref-  
pōdebimus Paul. d. lib. 4. sententia. 13. q.  
Totā hereditate restituere rogat, si qua-  
ritare res inere nolit, magis est. ut eā ex S. C. 16  
Trebell. debet restituere, tunc enim omnes  
actiones in fidēicōmissariū dantur. Cui  
autem ibi viriosque S. C. cōcurrunt ad-  
mittit, Pegasian. & Trebell. ut ex illo  
interponatur stipulationes emptæ, &  
venditæ hereditatis, ex isto simplicius,  
& expeditius translatiis actionibus ex  
ipso S. C. Trebell. sed refellit Cui.  
interpretationē proxime iacta, & ma-  
xime Modestini respōsum d. l. qui tota  
statim expēdēdā. S. cōfētia autem I.  
P. diuersa omnino fuit ac existimauit

Cuiacius, & Fran. Husman. Parad. 10.  
 ea(ni fallor) talis est, nam cum Iulius  
 Paulus consideraret heredem non re-  
 tenta quarta, ex S. Consulto Pegasia-  
 no hereditatem debere restituere: eius  
 S. Consulti verbis attentis, & his, quae  
 eius S. Consulti posteri tati mandauit  
 Justinian. dicit. ergo, elective compa-  
 rativeque viriisque S. Consulti habi-  
 ta ratione, respondeat: magis est, ut ex S.  
 Consulto Trebelliano debeat resti-  
 tuere hereditatem: sentiēs restitutio-  
 nem ex S. Consulto Pegasiano feri,  
 sub cuius titulo hoc responsum colo-  
 catum est: quasi diceret Consultus,  
 quamuis ex S. Consulto Pegasiano fiat  
 restitutio, cum tamen hoc S. Consul-  
 tum ad detractionem quartæ præci-  
 pue præscriptum fuerit, ut sic inuita-  
 rentur homines ad implendas testan-  
 tiū voluntates, dicit. sed quia 5. &  
 in hoc casu heres institutus nullā de-  
 trahat quartam, magis est, ut ex S. Cō-  
 sulto Trebelliano debeat restitutio-  
 nē facere, cum eo transferrentur actio-  
 nes aptius, & simplicius; quam ex S.  
 Consulto Pegasiano. Formulare enim  
 ipsis Consultis fuit, in valde ambiguis  
 quæstionibus in viriisque defensionē  
 pronis, absoluere eas, sic: *quod magis*  
*est, quod magis esse, magis est, tunc enim*  
*magis esse etum, veritatē, & æquita-*  
*tem quæsiti respiciunt, l. statu liberī* 29.  
*S. quintus, l. si seruo 31. D. de statu lib. l.*  
*emancipatum 7. q. 1. D. de Senator. I. Ro-*  
*bertus lib. 1. animaduers. c. 7.* Nec quis-  
 quam hoc nimis absconditum in Pa-  
 li mente penetrare nos indicet, super-  
 ficiemque verborum contrarium de-  
 monstrare, nā prætulit opinioni meæ  
 facem Modestini responsum, dicit. l.  
 qui totam 45. D. hoc sit. qui in eadē fi-  
 ci specie sic respondit. sua sponte adire  
 debebit hereditatem, quasi ex Trebellia-  
 no cā restitutus tēcim quasi quida-  
 liud nobis demonstrat, quam restitu-  
 tionem ex Pegasiano direste fieri, sed  
 reapse quasi ex Trebelliano æstima-

ri? vtirelieta sententia Balduini, & V-  
 besembech. noster Anton. Pichar. ac-  
 cepit in §. sed si recusabat o. de fideicom.  
 hered. num 8. & sic non audiendus Ba-  
 ro in manualib. ad Pandectas lib. 5. ad s.  
 part. digestorum, reponens ex Pegasia-  
 no, Nec Claudio Chinectius lib. 4. de  
 iur. fid. cap. 8. hæc Pauli, & Modestini  
 responsa retorquens ad Pegasiæ de-  
 suetudinem, nam cum quarta non de-  
 trahatur, solumque in fideicommissa-  
 riū transferantur actiones, id potius  
 ex prioris. Consulto Trebelliano cé-  
 seri accipiendum est, non ex Pegasia-  
 no, quod ad detractionē magis quar-  
 ta, quam ad translationem actionum  
 proditum fuit. Id inde profluit, quia  
 19 iphis Iuris Consultis stipulationes ex  
 S. Consulto descendentes displicue-  
 runt: imò & ipse magnus Papinianus  
 captiosas appellavit §. sed quia 7. inst.  
 de fideicommiss. hered. semper quodam-  
 modo declinantes eas, & amplecten-  
 tes Trebelliani simplicem restitutio-  
 nem: si non re & potestate, qui possēt  
 Consulti abrogare consulta Senatus, &  
 saltim iudicio. Nemo autem ad dubi-  
 bat. *et quasi* Modestini responsi im-  
 proprietatem denotare, C. ōsule Bris-  
 son. & Galuin. de verbis iuris, & eundē  
 Britonum lib. 8. formul. fol. m. 8. e. 6. nec-  
 ne si restitutio ex Trebelliano dire-  
 ste fieret, Modestinus responderet,  
*quasi ex Trebelliano eam restiturus?* imò  
*quasi ex Pegasiano, vel ex Trebellia-*  
*no direste: qua loquendi improprietatis*  
*formula multoties loquuti fue-*  
*tunt Consulti, amplectentes, quan-*  
*tum in ipsis fuit, autoritatem Trebel-*  
*liani, ut multis exemplis, & responsis*  
*ad docebimus capite sequenti. Secun-*  
*dum quæ, merito despicere poteris*  
*subtilitatem Husmani, Parad. 9. ad l.*  
*Falcidiam, plane in respoſo isto inne-*  
*ptientis. Redeo ergo ad Paulum, qui*  
*simili verborum modo, eandem pro-*  
*dit sententiam, quam Modestinus ma-*  
*gis est (inquit) ut eam ex S. Consulto Tre-*  
*belliano*

belliano debet restituere, id est verius  
 est, eam ex S. Consulto Trebelliano  
 debere restituere, quia nulla detrahitur  
 quarta ut dixi, & tunc omnes actiones  
 in fideicommissarium dantur, vii Paulus  
 inquit, tunc, scilicet quando ex Tre-  
 belliano restituitur, dantur actiones,  
 quibus verbis etiam demonstratur non  
 directe fieri restitutionem ex S. Cto.  
 Trebelliano, alias diceret, quia sic om-  
 nes actiones in fideicommissarium dabili-  
 tur, vel dantur, non tunc quod denotat  
 aliquid non fieri, sed supponi, quod non  
 insolens in iure ciuitatis l. i. C. de ord.  
 ind. vii eleganter expendit Don. libr.  
 17. com. c. 9. Pro nostra etiam sententia  
 22 penetrari potest Vlpian. fragmentum  
 d. iii. 25. 6. ss qui rogatus, in illis verbis,  
 vel deductio quarta parte, inquit ergo  
 Vlp. ex S. Consulto Pegasiano restitui-  
 hereditatem, vel deductio quarta parte,  
 quando ultra dodrantem, vel tota he-  
 reditatem restituere gravatus heres  
 est, Cui. ibi emendat, ut deductio quarta  
 23 parte, sed non ea Vlp. sui mēs, sub dis-  
 iunctive enim loquuntur sicut, quasi di-  
 ceret, vel deductio, vel non quarta par-  
 te, ut Martialis libr. 3. epigram. 5.  
*Eft illi coniux qua te manibusq. finisque*  
*Excipet, vel si puluerulentus eas*  
 Excipit ecquidem, vel si puluerulentus  
 eas, vel non, de quo genere subdivi-  
 siuō latet in lib. 1. c. 11. subsisto er-  
 go defendens ex S. Cto. Pegasiano he-  
 reditatem restituere interposita emptio, &  
 vēditio hereditatis stipulatione quādo  
 gravatus quartam retinere solebat.  
 Alterum S. Consulti Pegasiani ca-  
 put erat, ut si institutus recularet he-  
 24 reditatem adire, ut Praetoris, autori-  
 tate huīus S. Consulti, eam adire co-  
 gebatur, nullis que medijs stipulatio-  
 nibus actiones in fideicommissarium  
 transibant, veluti ex S. Consulto Tre-  
 belliano: qua in specie utrumque co-  
 currebat S. Consultū, probat expresse  
 25 Justinianus d. 5. sed si recusabat inst. de  
 fideicommissar. hereditat. & alia I. Cō-  
 sultorum responſa infra expendenda.  
 Hac ergo in specie concurrebat utrumque,  
 nam quamvis Pegasianum poste-  
 riū effet, non inde Trebelliano deroga-  
 bat, cum utrumque eandem rē dis-  
 ponere translationem in quamactio-  
 num, sine stipulationibus vīlis ( vi sup.  
 scripsimus) sed hanc non gustabunt cō-  
 nūctionem Pichard num. 3. dict. 6.  
 sed si recusabat, Obertus Gifanius, Frā-  
 cisc. Hotoman. ibidem Ciacius libr. 8.  
 obseruation. cap. 5. & in commentario ad  
 l. in fideicommissaria 1. 8. D. ad Trebellia-  
 num, sentientes compulsionem ex Se-  
 natus. Consulto Pegasiano fieri, resti-  
 tutionem autem actionum ex Tre-  
 belliano, qui aliquibus male percep-  
 tis responsis (neq. iudicio) falluntur,  
 nam cum Senatus Consultum Pega-  
 sianum cogebat institutum adire, ut  
 Praetoris periculo que fideicommis-  
 sarī, cum satis instituto causum effet  
 in compulsione l. 4. D. hoc titul. non  
 exequum iudicavit, ut denuo emptio, &  
 venditio hereditatis stipulationes in-  
 terponerentur, & sic sine vīlis stipula-  
 tionibus transferrebat onera, & a-  
 ctiones hereditatis in fideicomissa-  
 riam, & cum Senatus Consulto Tre-  
 belliano idem causum fuisse, ut trans-  
 ferrentur scilicet per id nullis inter-  
 positis stipulationibus, actiones, meri-  
 to isti per Pegasianum derogatum  
 non fuit, imo cum utrumque idem  
 disponeret, utrumque in hoc casu co-  
 currebat, sic merito Justinianus acci-  
 piendus est, si errorem odimus. Quid  
 ultra? multa sunt Iuris Consultorum  
 responſa, in quibus Pegasianum sub-  
 lemimus, expressa nostram doctrinam  
 afferentia: sine controversia pro no-  
 bis stat Vlpianus in fragmentis dict.  
 titulo 25. 5. si heres, lege verba: si her-  
 es damno sam hereditatem dicat, co-  
 getur a Praetore adire, & restituere ta-  
 tam: ita ut ei, & in eum, qui recipit heren-  
 tiam

ditatem, actiones dentur, perinde atque si ex Trebelliano S. Consulto restituta fai-  
set, idque ut ita fiat Pegasiano S. Consul-  
tum est, expresse ergo cauet Vlpia-  
nus, S. Consulto Pegasiano heredem  
cogi, & restituere, actiones que trāsi-  
re, perinde atque si ex Trebelliano S.  
Consulto restituta fuisset: en solū Tre-  
belliani aliam similitudinem, qua  
evidenter demonstratur ad formam  
Trebelliani S. Consulto Pegasiano a-  
ctiones transire, quando compellitur  
heres: quis enim crederet, Pegasianum  
& compellens, restituens que heredi-  
tatem: cum æquum iudicaret, sine ul-  
lis stipulationibus (per rationem iam  
traditam) actiones transferendas, id  
non iusisse, & imperasse; sed mendica-  
rē translationem à Trebelliano? Ipse  
Modestin. dicit l. qui totā 45. D. ad Tre-  
bellian. non obscure hoc demonstrat,

ibidem: *S*uaserim tamen suspectam potius di-  
cat hereditatem, coactus que à Pratore  
restituat, hoc enim casu ex ipso Trebellia-  
no restituere videtur. Nam quamvis  
Æguinarius Baro in manualib. ad Pan-  
dectas dict. lib. 5. fol. 208. reponendum  
existimauerit ex ipso Pegasiano, quia if-  
tud S. Consultū cogebat heredē here-  
ditatē adire: hanc emendationē facilius  
tollearē in alijs responsis, non in isto  
in quo maiorem mihi difficultatē  
ingeneraret Baronis censura, quando  
Modestin. scribit, restituere videtur. Tō  
enim videtur improprietatē denotat  
l. qui actionē D. de reg. iur. cū ibinotatis,  
sensit ergo Consultus ex ipso Pegasia-  
no restitutionem fieri, sed reapse ex  
Trebelliano dari modo quo eiusdem  
legis principiū sup. explicuimus: quia  
quotiescumq; Iuris Consulti demon-  
strare petuerunt hereditatem restitui,  
transferri actiones revera, vel ad for-  
mam S. Consulti Trebelliani ( quod  
summe ipsis placuerat) nunqñ omis-  
serunt (vt & sup. obseruauimus quando  
quarta non retinebatur) dubium ergo

non est, actiones sine ullis stipulatio-  
nibus transire in fideicommissariū ex  
S. Cto. Pegasiano, quando heres insti-  
tutus cogebatur hereditatē adire. Hinc  
expenditur difficile Valentis respon-  
sum in vna eius parte decertatum in d.  
l. si heres 68. ad Trebell. ibi: *A*ogatas here-  
ditatem restituere suspectā sibi dicit, du-  
biū non est, quim hodie coactus ex Tre-  
belliano S. Consulto restituere possit, nam  
quamvis Cui. & Gothofred. innotis ad  
istam legem tō ex Trebelliano. Tribonia-  
no adtribuerint, reponendumque esse  
ex Pegasiano, vt in simili sensit supra  
Æguin. Baro; sane recte iuris pru-  
dentiae antiquitati congruit respon-  
sum, nā quando cogitur adire heres ex  
Pegasiano, libertatē habet restituendi  
ex Trebelliano, aut Pegasiano, ad cu-  
ias veritatis cōprobationem præclarū  
hoc sicut responsum, inquit ergo Va-  
lens, *d*ubium non est quim hodie (heres)  
coactus (hodie ex S. Consulto Pegasia-  
no vti iam obsernauit Cui. d. lib. 8. obs. 30  
s. 5. & ex eo Gothofr. ibidem, & ex hoc  
responso, & ex l. 1. q. hodie, D. sc̄ni plus-  
qñ per l. Falcid. quod & nos cap. seq.  
cōfirmabimus, quod verū puto quid-  
quid Husm. d. parad. 9. ad Trebell. re-  
ferat) possit restituere hereditatem ex  
Trebell. idēcō qui dixit, possit quia po-  
terat etiā ex Pegasiano restitu-re, arg.  
l. non quidquid 40. D. de iudic. Nec ob-  
stat, quod sup. resoluimus de secunda  
responsi specie, quando spōte institu-  
tus adibat necessario hereditatem, ex  
Trebelliano restituendā esse, quia he-  
reditas erat nonsoluendo: nā cum he-  
res cogitur ex Pegasiano, ex vi eius, li-  
tet hereditas nonsoluendo, poterit  
restituere si vellet, quia tunc iā sumus  
in casu uno S. Cti. Pegasiani, & capite  
eius per noto coactionis heredis; non  
sic est, quādo spōte adibat heres, quē  
casū nō agnoscit Pegasianum (vi fusus  
expēdim⁹ sup.) quā interpretatio om-  
ni ex parte conuenit Valentis respon-  
so,

so, nam id in primo caso scribit se-  
stiuere poterit, ut insinuaret heredis  
potestatem ad restituendū ex S. Con-  
sulto, quo vell: t: & in secūdo restitu-  
turus est, ut necessitatē exprimeret ex  
vno S. Consulto restituendi: quā sicō-  
siderasset Husmanus, minus in Valen-  
tis responso insisteret dicit Paradox 9.  
Stat ergo sententia, heredem coactum  
ex S. Consulto Pegadiano, & Trebellianō  
restituere posse: sic etiam intel-  
ligendus est Vlpiān. in l. quia poterat 4.  
31 & Paulus in l. sed & si restituatur 28.D.  
de iudicij, & lib. 4. sententiarum tit. 7.  
in fin. sic etiam heres compulsu h̄ere-  
32 ditate m̄ adire, restituuit ēam ex S. Co-  
sulto Trebelliano l. cogi 16. §. 1. & 4. 3.  
l. ita tamē 27. §. si pater 2. D. ad S. Con-  
sultum Trebellianum, & alia iuris respo-  
sa, quā facile inueniri possunt: & ex  
eodem principio prouenit, compul-  
so ad restitutionem herede, ipso iure,

sine stipulationibus vllis actiones ini-  
deicommissariis transire 1. §. sed &  
quoties p.l. & accusato. & 2. l. cogi 16. 4. 2.  
& 5 cum s̄ quenib[us]. l. ita tamē 27. §.  
3. D. ad S. Consultum Trebellian. Elici-  
mus ergo extam longe disculis, post  
stabilitam Pegadianum concurrisse cū  
eo Trebellianum quando cogebatur  
hereditatem restituere heres, atque  
ex Trebelliano etiam restituī heredi-  
tatem, quando heres non int̄ia quar-  
tam gravatus est restituere, vel si v̄l-  
tra quartam, si hereditas non est fol-  
uendo, & sponte institutus adit ex ia-  
ribus proxime exp̄ensis.

Tandem has disputationes susci-  
lit Justinianus, more suo extirpans S.  
Consultum Pegadianum, eiusque sti-  
pulationes, vii ipse Imperator decla-  
rat in § sed quia 7. inst. de fideicom. he-  
reditatib. & ibi latius ordinarij eius  
Schollæ.

## C A P. IV.

**C**ontentio cum Francisco Husmano contumaciter negante S. Consultū  
Pegadianum, & stipulationes Pegadianas vñquam fuisse ànum. 1.  
Per integrum caput fundamenta Husmani à n. 1. cum seqq. Aristó-  
1. Consuleus quo tempore vixit. 2. Expendit alia responsa. 3 Trebellianum  
an subsimpli i. S. Consulti mentione comprehendebatur. 4. Resoluit S. Con-  
sultum Pegadianum à Justiniano fictum nullas que eius fuisse stipulationes.  
5. Justinianus S. Consultum Pegadianum, sius que st̄: stipulationes extirpsuit.  
6. Et loco Pegadiani reposuit Trebellianum, unde lux multis respōsis. 7. Vn-  
de omnia pertinentia ad Pegadianum attributa Trebelliano fuerūt. 8. Vnde  
restitutio ex Trebelliano sit, cum integra hereditas restituitur, quo illustrā-  
tur varia responsa. 9. Et quarta ex Trebelliano deducitur. 10. Trebellianica  
in iure non appellatur ciuili, secus in Canonico. 11. Justinianus rectae iuris  
prudentia discrimina commiscet. 12. Disiecit Pegadianas stipulationes. 13.  
Explicatur l. 1. §. 20. cū alijs responsis, super quibus notatur Husman.  
14. Tentatur restitutio antiquæ lectionis in l. si legatur 30. §. multum in-  
terest 3. D. ad S. C. Treb. 15. Damnatur Iust. seu Tribon. facinus, quod  
in media iuris prudentia multa antiqua aboluerit. 16. Et quod nouas suas  
constitutiones responsis I. Consultorum inseruerit. 17. Vestigia Pegadiani  
subodorantur in Cōsultorū respōsis. 18. Expeditur l. meminisse 6. §. sed &c

ad filium 2. D. ad Senatus Consultum Trebelli. 19. & 20. Sub iutoribus etiam in l. cogi 16. §. cumquidam 7. D. eod. 21. Et in § indeque ritur. 22. Et in §. idem Mæcianus 9. 23. & hodie §. Consultum Pegasianum innuit. 24. Et alege Falcidia auspiciabatur. 25. Explicantur inde varia responsa. 26. Et & l. ita tamen 27. §. si pater 3. D. cedem. 27. iterum Aristo Iuris Consultus. 28. L. heres 21. D. ad Senatus Consultus Trebellian. 29. Quid sit Aristonem tradidare iura antiqua, ut recetia, inde lux C. Plinio. 30. Utilitas ingens huius capituli. 31.



ED quæ capite præcedenti discussimus, recto iuris civilis tra mite ferri possent: sed obicem opponit eis Francisc. Husimannus *Paradox 9.* ad l. *Falcid.* defendens post Senatus Consultum Trebellianum nullam partis, & pro parte, retenta quarta, interpositas fuisse stipulationes: & non retenta, emptæ, & venditæ hereditatis; sed ex ipso Senatus Consulto Trebelliano, vel insolidum, vel competenti portione in fideicommissarium translatas fuisse actiones: & non contentus his, postea *Paradox 10.* Senatus Consulti Pegasiani, autoritatem negat, vñquamque latum fuisse; imò & inuictum fuisse Tribomiani: quod vtrumque ingenti examine, & conatu autor tutari ausus fuit. O Pegasianum (ut ipse inquit) quam multos fecisti de te laborare in vanum! sed ad *Paradoxon* primum accedamus, & expendamus percipias rationes, quibus Senatus Consulti pegasi ficationes stirpare conatur.

Primo autem pro certo habet quartam, quæ de fideicommissis detrahitur, heredis que coactionem ante Vespasiani tempora introductam fuisse, nec fuisse denuo necessarium singulare Senatus Consultum Pegasianum, idque expresse ex Iuris Consultorum responsis probari: stipulationes autem, earumque vestigia, nunquam

in Pandectis viisas, nec post Senatus Consultum Trebellianum inter heredem, & fideicommissarium interpositas fuisse dicit, sed imò contrarias esse Iuris Consultorum responsis qui post Trebellianum translatas in fideicommissarium actiones, sive insolidum, sive pro parte, sive quarta retenta, sive non, sine ullis stipulationibus respondent. Nobis que Imperatores, & iuris Consultos insinuat, nullo (more suo) allegato responso, apud quos quarta retinetur, quando hereditas ex Trebelliano restituitur, & retinetur ipsa quidem pro autoritate Trebelliani, imò iure hereditario retenta, actiones diuidi, & sciendi inter heredem, & fideicommissarium. His quæ alia subiicit, quibus innanes, & inutiles Pegasianas fuisse stipulationes probat. Mouetur ultra, quia cum Aristo tempore Vespasiani vixisset, inde trahenda hereditate, vel detrahenda quarta nunquam mentionem ullam Pegasiani, sed Trebelliani fecit: quod Francisc. Humano, non censetur credibile facturum Aristonem, sive rum, & non spuriū Pegasianū fuisse. Adducit postea Aristonem in l. *heres 21.* & Mæcianum in l. qui totam, D. ad Trebellianum, in quibus nullæ interponuntur emptæ, & venditæ hereditatis stipulationes, cum sine detractione quartæ hereditas restituitur, quod ex Justiniani autoritate fieri necessario debebat. Denique in auxilium vocat Valentem Iuris Consultum in

l. si heres 68. D. ad Trebellianum, in quo si coactus hereditatem heres adit ex Trebelliano restituit, idemque si sponte. Attendit ultra iuris conditores meltories nulla Pegasiani, aut Trebelliani subiecta mentione Senatus Consultum nominare, quod sine peccato non facerent, quando ex uno, vel altero Senatus Consulto hereditas deberet restituiri secundum species v-

4 triusq;: unum ergo, infert, Trebellianum erat, quod Senatus Consulto mentione semper subauditetur sed intelligitur que. Nam si Pegasianum, quod aut necessario admittendum erat Iuris Consultorum temporibus abolitum, aut antiquitatum iacebat, quam operationem dabimus Iustinianae prescriptioni extinguenti omnimodo Pegasianum, & in Trebellianum transformanti? Vnde ex his deducit Francisc. Husmanus unicū apud Consultos induciri Consultum Senatus, idque Trebellianum esse. Sistit denique is autor, alijs à nobis prætermisis parui momenti, sentiens Senatus Consultum Pegasianum, aut à Iustiniano dictum, aut à Triboniano falso suggestum, nullaque huius Senatus Consulti stipulationes post Senatus Consultum Trebellianum leetas, aut villas fulsse in media iurisprudentia. Nam quod Theophilus in §. 3. institut de fiduciocommissar. heredit. scribit ante Senatus Consultum Trebellianum in restitutione hereditatis emptæ, & venditæ hereditatis stipulationes interuenisse, probat autor sane, & non solum illas stipulationes; sed & partis, & pro parte; non tamen credibile fieri huiusmodi stipulationes reuixisse semel Trebelliano extintas.

Hæc fuit Francisc. Husmanis sententia, cui capite superiori suis locis, non restitimus, ut speciosior appearet pugna: ipsa quæmet veritas ne argumentorum, & considerationum

wibine conuolueretur multa tandem iam tetigimus ibi, & libauimus quæ respicere facilium lectori erit. Negat ecquidem Francisc. Husmanus, post Trebellianum villas, siue auditæ stipulationes illas in media iuris prudentia, seu Iuris Consultorum responsis, & omnino innates nulliusque momenti fuisse: hoc autem non nego, cum Papiano, & Iustiniano, cunctis que iuris conditoribus displicerint, & sed quia 7. inst. de fiduciocommissar. heredit. nec illius officij est dilquistio aequaliter, vel inique eas sanxerit Pegasianum: tunc proficeret, si Francisc. Husmanus aderet inrogatione, seu latrone; non iam quando latum fuit, & abrogatum à potestate habente ferendi, & abrogandi. Illud autem scilicet si vestigium aliquid stipulatiolum in responsis: si suggestæ falso à Iustiniano, seu Triboniano fuerint magis angit, & vexat. Ante omnia tamen verum agnosco, & adsero Iustinianum à cuncto iure ciuili, responsis, & rescriptis Iuris Consultorum, & Imperatorum Senatus Consultum Pegasianum, eiusque stipulationes extirpasse; qui a litteris, non occurset memoria aliqua eius, aliquod ve resonum in fiduciocommissaria restitutione? cum in viridi fuisse obseruantia, à tempore Vespasiani usque ad Iustiniani, hec Senatus Consultum: nam si antiquum fuisse, ad quid sua constitutione abrogaret Iustinianus, quæ dicit. §. sed quia 7. refertur? (vt ipse met argumenteratur Francisc. Husman, Paradox. g.) & totum Pegasianum in Trebellianum transferret? Vnde effetum fuit (an æquæta disquire) Pandectarum compilatores Pegasianum à iure ciuili exegisse, & in responsis, & rescriptis Pegasiani loco Trebellianum reposuisse: nam præter quod ipsa veritas satis sibi constet, sic docent grauissimi viri Cuiac. in commentario ad l. in

fideicommissaria 18. D. ad Senatus Consultum Trebellianum. & innotis ad l. si heres 68. D. eodem, & in l. iubemns, C. eodem, Aeguinat, Baro. in manu alibus ad pandectas in §. pars. digestor. & ad §. ergo, institut. de fideicommiss. hered. Francisc. Baldwin. in §. sed quia 7. eodem num. 4. Obert. Gifan. in §. sed quia 5. instit. eodem, vbi Anton. Pichard. à numer. 3. & in §. sed quia 2. numer. 24. Anton. Augustin. in tractat. delegibus in Senatus Consulto Pegasiano, l. Corrasius in commentario ad l. filium quem, C. famili. hereditus secund. à numer. 35. Francise. Husman. Paradox 8. ad l. Falcid. fol. mihi 35.. sed parua hæc omnia, cum sui facti testem produco Iustinianum in l. 2. §. quintus 6. C. de veter. iur. enucleand. ibi: Solum autem Senatus Consultum Trebellianum ponendum esse existimamus, captiosas etenim, & ipsis veteribus odiosas Pegasiāni Senatus Consulti ambages. & viriusque Senatus Consulti inserse, tam supernuacuas, scrupulosas diuerstites respuentes totum ius super his possum Trebelliano Senatus Consulto ad indicauimus, quid ergo iam rimatur Francise. Husmanus, id est suppositum Pegasiānum, quia in pandectis non inueniatur, cum ex Iustiniani compositione Pandectarum, & constitutio ne sua effectum fuit, ut quartæ deductio, coactio actionum translationes, sine stipulationum mentione, & alia ad Pegasiānum pertinentia attributa Trebelliano fuerint, & in responsis Iuris Consultorum Imperatorum que rescriptis pro Pegasiāno reposi tum Trebellianum sit, vii constanter patet ex multis responsis, & rescriptis, quæ in hanc rem adduxerunt interpretes supra dati, & ad quam cunctus Senatus Consulti Trebelliani titulus patet. Quæ si considerasset Francisc. Husmanus, non iam miraretur Pegasiāni stipulationes post Senatus Consultum Trebellianum, non vis fas.

Hinc est, quod quamvis cum quis rogatus est integrum restituere hereditatem, locus Senatus Consulto Pegasiāno dareetur (ut capite præcedenti in principio docuimus) tamen huiusmodi restitutionē ex Senatus Consulto Trebelliano fieri, multa referuntur iuris responsa l. 1. §. sed & si tutor 12. & §. si heres 16. cum alijs antecedentibus, & subsequentibus dicit. l. ita tamen 27. §. qui ex Trebelliano 7. & in §. Trebellianum 8. vbi apertior Tribonianismus in his verbis est, Trebellianū Senatus Consultum locum habet quories quis suam hereditatem, vel teram, vel pro parte fidei heredum committit, quod sane non sic eset secundum certissima iuris principia a nobis adsertadict. cap. 3. supra, post principium: immo Tribonianum inseruisse, ut totum extirpasset Pegasiānum, & in §. sex Trebelliano 1. l. mulier 22. §. fin. l. cum hereditas 49. l. si patroni 55. & in §. cui Titiana 4. eiusdem legis, l. deducta 58. §. qui post tēpus 2. l. si eius 64. §. si quis 2. l. si heres 70. §. 1. cum alijs plurimis, D. b. tit. in quibus S. Consulto Trebelliano. hereditas restituitur, cum immo id fieri deberet ex Pegasiāno, ad iudicium sancito quando scilicet cuncta hereditas, vel ultra do drantem quis à testatore grauatus est, fideicommissario restituere (vti dicit. cap. 3. probauimus ex Iustiniano, & Vl piano alijsque) Tribonianus enim cæ terique Prædictarum compilatores id perpatraruunt in his responsis delentes Senatus Consultum Pegasiānum, eiusque memoriam, atque pro eo Senatus Consultum Trebellianum reponentes, ut Iustinianus ipse dicit. §. Quintus profiteri non erubuerit.

Similiter cum quartam inuenis set Senatus Consultum Pegasiānum, præstarique heredi iussisset (ut præcedenti capite docuimus) nec Trebellianum eius meminisset, nihilominus 10. tamen, inuenimus Trebelliano ad tributam, & Trebellianum au torem

torēm nuncuparem, l. 1. §. si heres 16.  
 D. ad Senatus Consultum Trebellianū l. 2.  
 Linibemus 6. C. eodem, & innuit. l. 3. §. si.  
 dict. l. 22. §. sic l. 5 8. D. eodem, & ani-  
 aduerterunt Cuiacius dict. l. 2. Eguin-  
 narius Baro ad §. sed quia, institut. de fi-  
 deicommis. heredit. Franciscus Broæus  
 ibi num. 1. & 2. Anton. Pichard. num. 4.  
 & alij iam supra relati, quos in ea ani-  
 maduersione fuisse retulimus, scilicet  
 explosi Pegasiāni: à quo fonte, & hic  
 riūulus cadit. Non tamen inuenio,  
 quartam, à Senatus Consulto Pegasiā-  
 no iuentam, quatuoris attributa Tre-  
 belliano fuerit, Trebellianicam ap-  
 pellarī in iure nostro, ut vulgo nostri  
 iuris interpres appellitānt; quod &  
 præseruārunt iam Francisc. Duaren.  
 lib. 2. disputation. cap. 10. Guid. Panci-  
 tol. lib. 2. Thesant. variarum leēt. c. 105.  
 in fin. I. Matienus Peralta in dict. l. fa-  
 lium quem 24. C. Famil. heredit. nu-  
 mer. 25 & insinuat I: Corrasius in ea-  
 dem lege, num. 37. quamvis Trebellia-  
 nicæ nomen receptum sit in iure ca-  
 nonico, vñ obseruat Anton. Pichard:  
 dict. §. sed quia 7. num. 2. inst. de fidei-  
 commis. hered. ex quibus Francisc. Hus-  
 mano recte satisfit Paradox 9 & 10. ad  
 l. Falcid. ex hoc fundamento Pegasiā-  
 num suppositum esse conjecturanti  
 cum ultra quartam restituit heredi-  
 tas; vel deducitur quarta, aut Tre-  
 bellianum habeatur.

Hoc autem à more innato Iusti-  
 niani, potius que Tribonianī proce-  
 dit, qui semper in animum induxit,  
 commiscere re&x irrisprudentiæ  
 discriminā. Sic cum quatuor legato-  
 rum modi diuersi essent, vnam eorum  
 fecit naturam, formas eorum delens,  
 & extingueens §. sed cū olim, inst. de leg.  
 Sic cum tam lōge legata distat ēt à fi-  
 deicommis, per omnia ab eo exe-  
 quata sunt, vñ patet ex l. 1. & 2. C. com-  
 mun. de legat. sic commiscuit & vñ.  
 capionem cum præscriptione omni-  
 no distanti ex constitutione, l. 7. nis-

ce, C. de r̄sūcāpion. transformanda. &  
 cum tam sole miniter distaret recepti-  
 tia actio à constituta pecunia, totam  
 illam in istam transfludit. l. 2. C. de con-  
 stituta pecunia. Quid de rei vxo-  
 riæ actione, cum actu ne ex stipulati-  
 patet ex l. vñica, C. de rei vñoria actione.  
 Idem ergo fecit in Senatus Consultis  
 Trebelliano, & Pegasiāno, vt quid-  
 quid istud postea sanxerat in illud  
 translatum ferat, sic animaduertunt  
 Francisc. Broæus in §. sed quia, num. 2.  
 institut. de fideicommis. heredit. & Cy-  
 bertus Gifanius ibi alij que ordinarij  
 interpres in his locis, Ioach Hop-  
 per. de vera iuris p lib. 10. titul. 16. Idem  
 de stipulationibus Pegasiānis dijudi-  
 co: nam cum dissecisset eas Tribō-  
 nianus, quid argumentatur Francisc.  
 Husmanus dict. loco; non inueniri in  
 iure ciuilis sed expende in cogitan-  
 tiā hominis: nam stipulationes Pe-  
 gasiānas requirit in specie, l. 1. §. si qua-  
 dringenta 20. & in l. si legetus 30. §.  
 multum interest 3. D. ad Trebellianum,  
 quando scilicet non ultra quartam  
 restituere quis grauatus erat: cum eo  
 in casu Trebellianum suum obtine-  
 re locum, nec ei à Pegasiāno deroga-  
 tum esse prædocuerimus capite præ-  
 cedenti, & sic stipulationes interponi  
 non debuisse. Ex quibus antiquile-  
 etio dict. §. multum defendi poterat,  
 ibi: Vñum quartapars iure heredita-  
 rī retineatur, sed iam impugnauit cā  
 Hotoman. 1. tom. disputation in trattat.  
 de quarta Pegasiāna, quem ego nō mo-  
 tor, cum quomodo cumque sit, senten-  
 tia nostra aduersus Husmanum cons-  
 tet. Sed hoc magis tolerabile esset, nā  
 si a quum viſsum fuit iuris conditori  
 Iustiniano solemnitates antiquas ex-  
 pellere, levissimosque antiquita-  
 tum ritus tescindere, contento & qui  
 boni que iure, fideque sincera, cur si  
 potuit, nō facturus erat? sed quod im-  
 mane mihi semper viſsum fuit, quod  
 ius illud antiquum, licet abroga-

tum suis nouis constitutionibus purum non reliquerit, sed immo viciatum ab ipso, & profanatum, insertis in eo suis nouis constitutionibus, ut in his S. Consultis videmus, quod indignum relatum est, tanta mentita iuris responsa, tanta vulnera veritatis antiquae inficta conspicere, & passim offendit tractude s. Consulto Trebelliano, & suæ nouæ constitutionis autores falso iuris Consultos faciat: in quo quidem, non semel Tribonianus peccauit, sed iteravit errores: cum, quotiescumq; datur occasio, nouas constitutiones medie iuris prudentiae inserit, & autores prohibito iuris Consultos inscribit, v-

37 ti ex sententia multorum fecit in l. 1. l. fin. D. de Senatoribus, l. mutu de legat. 3. l. si pluribus 33. D. de legat. 1. Consule Cuiac. & al. scriticos in his locis, O-suald. ad Donell. lib. 14. commen. cap. 36. lit. C. Vigilium in §. sineque, num. 1. inst. de testament. sed nunquam certius id habemus, quam in s. Consulto Pegasi-ano, & Trebelliano, siquidem ipse Iustinianus id confessus fuit. Ex quo magis sententia aliquorum hæc responsa ad constitutiones nouas Iustini- niani referentium, adseritur. Cum hæc ita se habeant crocit et Husmanus, & umbras diuerberet, tentans nullum fuisse s. Consultum Pegasi-anum falloque Iustinianum, seu Tribonia- num prodidisse.

Sed tamen quamvis ea audacia 38 Tribonianii fuerit, & cura; subodora- mus Pegasiani vestigia aliqua, male impresta in media iuris prudentia, & primo se offert Vlpian. in l. Meminis- se 6. §. sed & ad filium 2. D. ad S. Consul- tum Trebellian. in quo hoc Senatus Con- sultum locum habere in filio, qui in potestate est, & in cæteris necessarijs hereditibus respondit, ut à Prætore co- pellantur miscere se hereditati; sic deinde eā restituere, quod si fecerint transtulisse videbuntur actiones (ipsa fere Vlpiani verba sunt) quid enim a-

liud sanxit Pegasiandum? ita ut renues aditionem heres compelleretur adi- re à Prætore, sicque restituere, & sine ullis stipulationibus transferrentur actiones. Moreor ad sic coniiciendum verbis illis, hoc Senatus Consultum, o- misit caute Pegasiandum. Tribonianus propter exilium, in quod s. Con- sultum istud amandauerat, ut sic pos- sit intelligi, l. 1. §. sed & quod iens 9. ibi: Senatus censuit. Lexisse 28. ad S. Consul- tum Trebell. & o. time, l. 1. C. eodem, ibi: Si ex S. Consulto quariam partem here- ditatis retinuerit, quis dabit Impera- tores dixisse? Si ex S. Consulto Pegasi- ano, & in l. & sine scriptura s. C. eodem in fine, l. cogi 16. § si quis a. & q. cum quida- 7. l. ex facto 17. D. eodem tit. & addidit ερφατικας hoc; scilicet S. Consultum Pe- gasiandum, quod tunc vigebat l. si eius 64. §. fin. D. hoc tit. (infra expendenda) vt similiter ex sententia Cuiaci ad verbum hoale interpretabimur infra. Sed in hanc coniecturam inducunt ma- gis ultima verba, dict. §. sed & ad filium 2. quod si fecerint, transtulisse videbun- tur actiones, quasi diceret, sinecessarij compulsi adierint, & restituerint he- reditatem, nullis stipulationibus ad transferendas actiones opus est, quas Pegasiandum introduxerat; sed ipsofa- eto transtulisse videbuntur actiones, quæ loquendi formula non ita Trebellia- no adaptari poterat, cuius autorita- te nullis stipulationibus ab eo inuentis transferrebantur actiones, quod sine ullo impropriatis verbo responde- re Consultus poterat. Ex eadem ob- servatione inuestigamus Pegasiandum in dict. l. cogi 16. §. cum quidam 7. D. co- dem tit. ad Trebellian. in quo cum duo heredes instituti inticemque substi- tuti, gravati que dimidiam hereditatis partem alicui post quinquennium re- stituere: Suspectum sibi hereditatem di- cant: fidei commissarius autem desideret suo periculo adiri hereditatem, censat senatus ambos heredes; alter h. ye cogi adi-

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

re hereditatem, & fideicommissario eam restituere, ita ut fideicommissario, & aduersus eam actiones competant quasi ex Trebelliano restitura hereditate, verba VIopiani sunt lib. 4. fideicommissorum, à quibus verbis non ambigue Pegasianum elicimus, nam de cōpulsione Pegasiani agitur, eiusque omittitur nōmen ex ratione cōiecturæ nostri, sed illa expressior est, quam in postrema affirmant verba, quasi ex Trebelliano restituta hereditate, & quasi improprietate denotat, quasi ipsius responderet, ex Pegasiano restituitur re ipsa hereditas, sed ita actiones fideicommissario competunt, & in eum datur quasi ex Trebelliano restituetur hereditas, nam cum nullæ interponentur stipulationes, quando heres cogebatur adire, sed eodem modo transibant, quod disposuerat Trebellianum idest simpliciter ex ipsa hereditatis restitutione, S. que Consulti autoritate: inquit VIopianus comparatiue, quasi ex Trebelliano videtur restituta hereditas, ut alia ioris responsa capite præcedenti feliciter ad eam sumuscōsideratione ista, quod respectu scripsit

22 Vlpiān. dīct. l. cogit. §. inde quartūr, Julianum existimare Trebellianum S. Cōsultū locum esse, qui ergo existimat, si vnicē h. S. Consultum esset? indubius est idem Vlpiān. dīct. l. cogit. 10. §. idem Mæcianus 9. ibi: Et cum hodie hoc iure vivimus, ut totum transeat ad eum qui coegerit, consequens erit dicere, quarta rationem amississe cū, qui coactus est, quia insolidum actiones transferint in eum qui coegerit, integrum in his verbis caput Pegasiani nobis proponit Vlpiān. nam ut capite præcedenti diximus, quamvis ex Pegasiano heres præcipiat quartam, & stipulationes pro parte interponantur inter fideicommissarium, & enim, tamen si coactus adiit, beneficio quartæ priuatur, & sine stipulationibus transiunt actiones, sed si his addis considerationem verborum illorū

ibi: Et cum hodie hoc iure vivimus, pro Deus quam expressum latet S. Consultum Pegasianū! vel quam expresse inde avulsum est? quid enim est, hodie hic iure vivimus, nisi demonstrare Cōsultum, non tam temporis Trebelliano, sed Pegasiano vti, vti capite præcedenti ex Cui. & Gothofred. obseruamus tē hodie S. Consultum Pegasianum innuere: vide Briton. libr. 1. sel. 24 antiqu. c. 3. Calvin & alios in Lexic. iuris, quidquid iterum irruat Hulmanus Paradox 10. ad Trebellianum. tē hodie referens, & nescio quid formulariū verba illa Falcidia beneficio vti, dīct. §. idem Mæcianus, præferunt S. Consultum Pegasiani, quibus idem VIopianus vñstuit in fragmentis lib. 25. b. is qui regatus, in quo S. Consultum Pegasianum a lege Falcidia auspiciatur, de quo nos latius procedentibus capitulis. Quibus iūtis omnibus similiusque perpensis, nullus recti indicij abnegare audebit, aut in responso isto latere Pegasianū, aut audaci vi Tribonianī inique abruptū esse, & ex omnibus his intelligēda est; 25 litatamen 27. §. quod si Mæcianus, l. si patroni 55. §. 2. sed optime Mæcianus in l. si eius 6. S. fin. ibi: Si sa sponte adierit, erit Falcidia locus, si coactus insolidum transibunt actiones ex hoc Senatus Consulto, D. ad S. Consultum Trebellian. Eadem inuenta veritas nos ducit, ut interpretetur Julianum lib. 40. Digestor 27. rum in dīct. l. ita tamen 27. §. si poset 3. ibi: Is que suspectum sibi esse ducit, poterit ex Trebelliano S. Consulto hereditas restitui, qui poterit? Si nullam aliud S. Consultum, quam Trebellianum, imò reponendum erat, debebit, aut aliud simile verbum, sed attentissime Julianus scripsit poterit, nam cum Pegasianum in ea specie daretur, quando suspecta dicebatur hereditas, inquit Consultus nihilominus ex Trebelliano poterit restitui transferique actiones, nam quamvis compulsionem Pegasianum sanxerit, in optione cempulsi heredis

erat, an vellet restituere hereditatem transferre que actiones ex S. Consulto Pegasiano; aut Trebelliano cum utrumque S. Consultum in hac specie concurreret, ut aduersus doctissimos viros capite praecedenti defendimus, poterit ergo ex Trebelliano S. Consulto hereditas restitui, scriptum fuit, tacito Pegasiani respectu, ex quo poterat etiam restitui: quæ quidem simul cum alijs quæ proximocapitedimus, manifeste probant, autoritatem S. Consulti Pegasiani, & in his, & similibus responsis demonstrari: qui bus addo, & in Pandectis Florentinis præfigi titulum ad S. Consultum Trebellianum, & Pegasianum, vti obseruauit Cui. in Paratitla ad eundem tit.

Quod autem Husmanus ab au-  
toritate Aristonis fundamentum ini-  
cit, quod cum scilicet Vespasiani re-  
pore vixerit, Pegasianum ignorare non  
potuit, & si verum esset, non factum, il-  
lius meminisset: leuissimum est: fateor  
Aristonem tantum & talem Consul-  
tum, non potuisse S. Consultum Pe-  
gasianum ignorare, nec id probare  
potest Husmanus, & quod in respon-  
sis, quæ ab eo superfuerunt à restitu-  
tione hereditatis mentio non fiat Pe-  
gasiani, effici potuit aut Tribonianii  
in iuria, qui Pegasianum ab eis auulsi,  
(vt iā probauimus) aut quia occasio nō  
se obtulit: quod enim Husmanus con-  
siderat ex l. heres 21. D. ad S. Consultum  
Trebellianum, ineptissimum est, quid  
enim commune habet retentio quar-  
ta, vel repetitio cum stipulationibus  
Pegasianis? nam si restituens heredi-  
tatem stipulatione sibi nō cavit, quod  
amplius lege Falcidia, vel Pegasiano  
liceret, respondet Aristo simile esse  
eis, qui retentiones quas solas habent,  
remittunt, vt cum Accursio ipse Hus-  
manus agnoscit. Adquid ergo inquæ-  
sito simili Pegasianus intersereret sti-  
pulationes, plane impertinentes? con-  
sule Donell. 7. commen. cap. 29. Quid

autem erit, si responderemus Husma-  
no proprium Aristonis virtū esse tra-  
ctare iura antiqua, ut retentia? quod 30  
comprobari videtur ab C. Plinio libr.  
8. epistol. in epistola ad eum missa, ibi:  
Deinde medearis scientia tua, cui super-  
fuit cura, sic iura publica, ut priuata, sic  
antiqua, ut recentia sic rara, ut adiuncta  
tractare, quod sic intellexisse I. Cuia-  
cium apparet ex lib. 17. obseruat. cap. 4.  
ita ut tantorum virofum autoritate  
Husmano respondere poterimus A-  
ristonem iura antiqua, & recentia co-  
fudisse: & sic Pegasianum, cum Tre-  
belliano commiscuisse. Quid ad hæc  
mi Husmane? silebis: sed tamen non  
fruor occasione canillationis, quamvis  
per apta, quis enim de tanto iure  
Consulto creder commixtio nem is-  
tam: & æque deprudentissimo cultissi-  
mo que Plinio laudi vertisse Aristo-  
nis errorem tantum? longe alia mens  
est mittentis epistolam: tantam fuisse,  
scilicet, Aristonis scientiam, ut omnia  
iura, sive publica, sive priuata, sive an-  
tiqua, sive recentia, sive rara, sive adi-  
ducta & que docte, & que grauiter tracta-  
uerit: in quo summa laus Aristonis si-  
stebat, vti sic intellexerunt Maria Ca-  
taneus in expositionibus ad eum P. Ru-  
tilius de ritis Iuris Consultorum in A-  
ristonis vita, & præcipue I. Robertus  
lib. 3. animaduers. cap. 22. qui super hac  
Pliniana interpretatione cum stomacho  
reprehendit Cuiac.

Cæteræ autem qua Husmanus in-  
nexit Paradoxo 9. & 10. aduersus Sena-  
tus Consulti Pegasiani existentiam, &  
autoritatem antiquā, plene cap. isto,  
& præcedēti disiecta sunt, alia autem  
ita apud me parni momenti dijudicā-  
tur, vt nec manu nostra digna villa  
fuerint, vel potius, vt inquit Schifor-  
deghor. lib. 3. tract. 7. quæst. 6. (de Hus-  
mano loquens) rissuum mouent inten-  
tius considerata, iuvatque ista tam la-  
te tractare, vt S. Consulti Trebellia-  
ni Pandectarū titulus altius penetra-  
tur

qui dignoscatur q, quo in respōlo ma- designatis locis vnu, vel alterū locum  
nus Tribonianī peccauerit, cū Cui.in- Pegasiani subodorauerit solum.

## C A P. V.

**Q**UÆSTIO discutitur per integrum caput, an quarta Pegasiana deducatur de fideicommissis particularibus; an de tñniuersalibus solum à num. 1. cum sequentibus. Autores, qui defenderint Falcidia pertinere ad fideicommissa particularia. 2. Fundamenta eorum anum. 3. Senatus Consulta Trebellianum, & Pegasianū hereditatis causa, non rei particularis præscripta fuerunt. 4. Heres cogi non potest adire propter fideicommissa particularia. 5. Nec quarta Pegasiana detrahitur ex respeciali, seu parte bonorum legata. 6. Explicatur l. si quis priore 29 D. ad S. Consultum Trebellianum. 7. Legis interpretatione effetum fuit, quod Falcidia extenderetur ad fideicommissa specialia, ne aliás cluderetur lex. 8. D. Pius legen Falcidiā extendit ad fideicommissa. 9. Ab exæquatione legatorum, & fideicommissorum argumentum desumitur. 10. Expenditur l. lex Falcidia 47. S. 1. D. ad l. Falcid. 11. Senatus Consultum Pegasianum interpretatione legis Falcidiae eam extendit ad fideicommissa particularia. 12. Sed ex sententia Cai. etiam ad tñniuersalia. 13. Pro hac sententia Synopsis Basiliconis locus expenditur. 14. Husmani opinio in lege Falcidia comprehensa fuerunt fideicommissi, aut interpretatione l. Consultorum, aut Prætoris fideicommissarij 15. Argumentum desumitur ex l. 1 D. ad l. Falcid. 16. 1. Contij aliud iudicium circa hanc extensionem. 17. Observatio ad idem ex l. 2. D. ad Senatus Consultum Trebell. 18. Autores qui contraria sententiam defenderint. 19. Quam sequitur autor. 20. Lex Falcidia delegatis tantum loqua fuit. 21. Extensio eius ad fideicommissa qualiter procedere debebat 22 23. Lex ista extensa fuit ad donationes causa mortis. 24. Et donationes inter virum, & uxorem. 25. Cuiacij, & aliorum error de extēsione huius legis. 26. Explicatur s. led quia inst. de fideicom. hered. 27. Quæ Pegasiana similitudo, & causa. 28. Quæ ab eius sanctione S. Consultiora sunt 29. Quæ Pegasiana, & Falcidiana quedam discrimina. 30. Necessitatis ratio, de extensione legis Falcidiae longe excluditur. 31. Lex non statim præuidet damna, aut eis medetur. 32. Iuris Consulti an habuerint potestatem ferendæ legis. 33. Argumentum ab exæquatione legatorum disoluitur. 34. Longa consideratione prosequimur s. sed quia 3 inst. de fideicom. hered. 35. Belloni, & aliorum interpretatio ad eum 36. Expenditur l. 2. S. quintus, C. de veteri iure enucleand. 37. Est facta 63. S. si cum suspectam 11. D. ad S. Consultum Trebell. 38. Fideicommissarius particularis, an cogere possit heredē adire. 39. Ratio deducenda quartam à fideicommissis particularibus. 40. Dissoluitur l. 1. D.

332 Paralipomen. & elect. Iur. Ciu. lib. IV. Cap. V.

ad Trebellian. 41. Etl. 1. ad l. Falcid. 42. Verbum do ad legatum evi-  
dicationis pertinet. 43. Et ad damnationis legatum. 44. Verba do lego  
idem significat, & quando. 45. Mos solemnis antiquus apponendi genera-  
le et verbum speciali. 46. Explicatur l. & omne 7. D. ad l. Falcid. contra  
Hofmanum. 47.

**V** AE præcedenti-  
bus capitibus non  
in accurate ( an fe-  
licitate tu diudica-  
bis ) tractauimus,  
fundamenta sunt  
ad quæstionem nostram: sed adhuc al-  
tinus aperienda sunt: & inquirendum,  
an de fideicommissis vniuersalibus so-  
lum; an de particularibus simul quar-  
ta deducatur Pegasiana , vel potius  
particularia fideicommissa ad quartam  
Falcidiam pertineant. Quæstio sa-  
ne hucusque dubia, tantorum que vi-  
torum vario voto difficilior: quam  
magis adgradior, quia quomodocumque  
iudicium nostrum labatur comi-  
tem erroris habebit: sic que magis a-  
pud doctos laps⁹ nostre remissior erit  
Fuerit ecquidem sententiae variæ: a-  
lij enim in eam conuenierunt, aperte  
Falcidianam quartam ad fideicom-  
missa particularia, nec ab istis Pegasian-  
am deduci: dabo aliquos huius opi-  
nionis sequaces, qui possem tantos? Si-  
mon de Pretis de interpretation. ultim-  
arum voluntatum libr. 3. interpreta-  
tion. 2. dubio 1. solution. 2. numer. 7.  
( qui sententiam suam exornat Bartol.  
Bald. Iason. Alexan. Socin. Ian. Paris.  
Crauet. Guid. Pap. Beroio, & alijs anti-  
quis) & postea dub. 5. solut. 9. num. 29.  
P. Gregor. lib. 42 syntagmat. iur. cap. 31  
num. 6. & 7. l. Parlador. sesquicent. quo-  
tid. different. different. 20. numer. 1. & 2.  
( qui refert Accuriam, Azou. Rolan-  
din. & Spinum huius sententiae auto-  
res) Guid. Pap. decis. Gracian. quæstion.  
466. vbi Ranchin. & eius additionato-  
res alios referunt: antiquorum plori-  
mos congerit Costa in cap. si pater 2. p.

verbo Trebellianæ, numer. 16. Bereng.  
Ferdinand. in repetition. l. in quartam 3.  
prefat. num. 6. Cardinalis Mantica de  
conect. ultimæ. volunt. lib. 7. tit. 2. num.  
6. & tit. 11. num. 22. Michael Gratus  
sententiarum, §. Falcidia, quæst. 3. num.  
2. Gaspar Schifordeghe. lib. 3. ad An-  
ton Faber. trattat. 7. quæstion. 7. Donell.  
lib. 8. commen. cap. 1 4. vbi Osuald. lit. A.  
qui in suam sententiam memorat Chi-  
plet. Peregr. Vulte. Mencha. quæ qui-  
dem communior interpretum fuit op-  
pinio, vt AE milius Ferretus agnoscit  
in Rubr. D. ad l. Falcidiam, num. 9. & in  
quam inclinare videtur Hoteman. in  
tractat. de quarta Falcidiana, bene A.  
Faber. lib. 6. com. cap. 3. & in rationali ad  
l. 1. D. de condit. indeb.

Quæstionem agnoscō valde an-  
cipitē, vereorque faturam: ita utri-  
que valida ducum, argumentorum q;  
manu circum septam video, ut utri-  
que semper obstat acies, nurquam  
que in alteram partem declinabit vi-  
ctoria. Cui ergo, & nos cōmittemur?  
vel sub cuius vexillis merebimus? an  
ne tantum sperabimus, vt nostro ad-  
uentu altera profligetur acies? absit,  
vt tanū de me affectē, hoc saltim so-  
lum, vt numerum faciat, vel quod ma-  
ximum sit, aduentus noster auxilium  
aliqd inferat, vt ergo quæ æquior,  
& insitior pars fuerit, appareat: consi-  
derabo utriusque rationes, & funda-  
menta. Pro sententia eorum quos su-  
pra dedimus, & qui defendunt Falcid-  
ianam quartam de fideicommissis  
particularibus deduci, sequentia vidē-  
tur secure expendi. Primo nam Seua-  
tus Consulta Trebellianum, & Pega-  
sianū hereditatis causa in vniuersum  
non;

4 non vero reis specialis prescripta frequunt l. i. D. ad Senatus Consultum Trebellianum. sed quia cum sequentibus inst. de fideicommissar. hered. 16 ge que probant cuncta ea, quae antecedentibus capitibus contextumus: si enim de fideicommissis particularibus s. Consulta ista loquuta non fuerint, quomodo quarta Pegasiana ad capertinebit? sed in S. Consulto Trebelliano immorandum est, ut pote quod nullam detractionem inne hexit, sed immo in Pegasiano, quare fidicommislorum authore; quod e: quidē de causa illam inuenit, ut beneficio eius homines alicerentur ad aedendas hereditates, dolens aliter inaditas relinqui; in tantum, quod ab eius autoritate instituti compellerentur per Praetorem adire (ut latè, & laboriose hanc Senatus Consulti partem, aliaque non vulgaria eiuscap. 3. & 4. sup. adserimus) quid ergo ista commune habent, cum fideicommissis particularibus? præcipue si in ea consideratione sifas, non posse cogi institutum heredem adire propter fidicommisla particularia l. nam quod 14. §. quare 6. iñ sequentibus, D. ad S. Consultum Trebellianum, quod satis aperte innuunt l. cogi 16. §. inde quartitur 3. & alie, D. eodem titul. cessat ergo S. Consultum Pegasianum in illis, vii Simon de Praetor, & Osuald. Illegitus in predict. locis, ratiocinati verunt. Hęc autem in tantum vera sunt quod si bonorum pars alicui relista, vel legata fuerit, non in illa bonorum parte Pegasiana detractione sit l. mulier 22. fin. D. ad Trebell. quia tunc legatarij loco h. beetur l. quotiens 13. C. de hered. inst. l. si quis sernum 8. §. fin. cum l. seq. D. de leg. a. vii ad id ipse Guid. Pap. eiusque additionatores expendunt, & Franc. Husman. Parad. 8. ad l. Falcid. f. mibi 48. cui nec obstat l. si quis priore 26. D. ad Treb. in quo suppletur quarta Falcidiana instituto heredi ex certis rebus, quia procedit, quandoq; vni-

uersaliter alias simul institutus heres non fuerat, tuac enim in uno fundo institutus heres universus consideratur l. i. §. si ex fundo 4. D. de hered. inst. ita elegintet explicat Franc. Hotoman. 1. tom. variar. quast. de quarta Pegasian. P. Matthæus innotis ad Guid. Anton. Pichard. in §. sed quia 3. inst. de fideicommiss. hered. à num. 40. cum sequentib Angel. Perus insonell de hered & Falcid. §. si vero expressim, Rolandin. 1. per flor. in rubr. 29. num. 12. Michael Graf. sententiarum, §. Falcidia quast. 5. Couarruas in cap. Raynuntius, §. 1. Mantica de coniunct. ultim. volumi. lib. 4. tit. 5. art. 7. num. 18. (qui alios plures referunt) liquet ergo, quātam Pegasianam nūquam pertinere posse, nec deduci ex fideicommissis particularibus, cum solum S. Consultum istud additionē heredis meditatum sit, & eius ea sola cura fuerit, nec fidicommisla particulaaria curauerit, ut inde duōione quarta, aut incoactione Praetoris: ergo necessario eorum limitatio ad Falcidiā legem pertinebit, & de sua erit iurisdictione ea restringere, & (ut inquit) de fulcare: quod satis invenire videtur, dict. l. si quis priore (de cuius legis interpretatione grauitus in sequentibus capitulo laborabimus) alias enim in § fraudem legis Falcidiae totam testator hereditatem exhauste posset fideicommissis particularibus, si ab eis quarta Falcidiana deduci non posset, cū è recta iuris prudentia videatur eam deductionem ad S. Consultum Pegasianum non pertinuisse, quod inconveniens nullus sane iudicij tollerabit (ut alias obseruamus lib. 3. sup. in interpretatione ad l. & fideicommissum loquentes de legibus Iulii, & Pappia) sed quid magis expressum? D. Pius legem Falcidiā ad fideicommissa extendit, teste Paul. lib. 11. questionum in l. finis 18. D. ad l. Falcidiam, ita ut quamvis lex ista delegatis loquuta fuerit, tamē per extentionem D. Pij, iam in fideicommissis

missis particularibus, ut pote in legatis, libertatem testandi restrinxit. Sed immo si non ita expresse, ut per constitutionem D. Pij esse etum fuit, tamen sub umbra id voluerunt iuris conditores, quando primam legatorum, & fideicommissorum fecerunt exequationem, quae ab Ulpiano referitur in difficultate responsu l. 1. D. delegat. 1. tunc enim inter alios casus, seu species, in quibus legata exequata fuerant fideicommissis, illud praeceptum habebatur, ut lex Falcidiam ad fideicommissa specialia pertinexat, ne alias lex illa illud deretur relictis fideicommissis impune ultradodrantem: quam exequationem a chunc esse, sicut agnoscunt Osvald & alii, quos ipse refert, & Ferretus sup. Broxius d. §. sed quia, num. 2. & sententia Parador. dict. differentia 20. A. Faber dict. lib. 6. connect cap. 3. Franc. Husman. dict. Paradox 8 ad l. Falcidiam de iure Osvald. & P. Gregorius conjectoram desumunt ex l. lex Falcidta 47. in §. unico, D. ad l. Falcidiam, ad confirmandam sententiam istam, nam cum in eo Ulpian. respondeat legatarium fideicommisso granatum legis Falcidiae beneficio ut non posse, inferunt a contrario, licere heredi ex fideicommisso particulari quartam deducere Falcidianam, alias enim si sic acciperetur Ulpian. frigeret, denegans legatario, quod nec ipsi heredi licebat: sed Chisletius, & alii, quos ex C. Suald. supra dedimus, Costa dict. cap. si pater, verbo, Trebellianus, num. 16. A. Gouean. in rubrica, D. ad l. Falcid. num. 15. Schifordegher. dict. tract. 7. quæst. 7. in ea sunt opinione, quod quamvis lex Falcidia ab origine non restrinxerit fideicommissa, tamen postea S. Consultum Pegasianum 1. gem interpretans Falcidiam, eam ad fideicommissa particularia extendit, & sic quarta Falcidiana ab eis deducitur: sed parua ista, cùm magnus Cuiacius non solum Pegasianum legem Falcidiam extendisse doceat ad

fideicommissa specialia; sed ad uniuersalia, mouentur que non leviter ex l. 1.  
 §. hodie 5. D. scilicet plus quam per legem Falcidam Hodiæ (inquit Ulpian.) sub simile aliiquid sit in fideicommissis, nam cum tibi hoc die sub lignet S. Consultum Pegasianum, demonstrare videatur Consultus legem Falcidiam (de qua sermone facit) interpretationem fecisse, & extendisse S. Consultum illud ad fideicommissio quia non semel fuit sententia, sed quoiesceratque; fuit occasio, adseruit eam, ut pote in l. 1. D. deleg. 1. & inst. 2. C. commun. deleg. & lib. 1. quæstion. Paulini l. filius familias 18. D. ad l. Falcid. & lib. 18. obsernat. cap. 4. & in Paratilia, C. ad S. Consultum Trebellian. quæ sententia placuit. Facio enatio. cap. 1. iur. cent. 6. quæst. 2. & Francise. Broxius in §. sed quia, inst. de fideicommisso hered. & nolite doctissimo I. Paraxæ in ocio quadrimestri ad l. Inst. & Papp. nn. 15. & alijs, quos refert, & sequuntur A. Richard. in §. 3. inst. de fideicommisso hered. num. 35. & Chisletio de iure fideicommiss. lib. 2. cap. 8. & inde suscipiantur omnes quartam Pegasianam appellari in iure Falcidiam, ut sepius fundamentum istud prosua sententia erigit, & extollit Holman. dict. Paradox 8. quæ confirmari videtur sententia ex lib. 4. synops. Basil. tit. 1. cap. 8. 4. cuius hæc sunt verba. Εαπ' οινηρης των γυναικων των ανδρων τελευται τε δομισαρεντας ελανται απερπαταδιης κατατεστομηγατα αποκατασθιη πεπτατων απαλιστε, id est: si vivi uxori donauerit, vel uxori viro, morte donans confirmatur donatio, & quoniam in hoc fideicommissi est imitatio, per Falcidiam fit detractione, duo ergo Synopsis nobis demonstrat, vnu Falcidiam ex fideicommissis deducit alterum ad imitationem fideicommissorum ex distinctionibus coningalibus Falcidiam quartam desumit: ergo subest in his verbis primo quartam ex fideicommissis Falcidiam deducit

fuisse

fuisse ad legatorum exemplum: secundo ad fideicommissorum formam ex donationibus inter virum fuisse deducata: unica ergo Falcidiana quarta fuit in legatis, & ex interpretatione, postea in fideicommissis, siue ex testamento, vel ab intestato, donationibus causa mortis, & donationibus inter virum, & uxorem, ut ex prescriptis constat, in quo maxime nititur Husman. dict.

<sup>15</sup> Parad. 8. ex mente legis Falcidiæ comprehensa fuisse fideicomissa, aut ex interpretatione I. Consultorum, Praetorum, qui de fideicommissis cognoscebant: idque obtentum fuisse, aut tempore Tiberij, Caligula, aut Claudi, nec Vespasiani tempora expectanda, longiora enim fuerunt, quam patetur iustitia, veritas, & æquitas populi Romani, in contrarium enim nullam rectam inueniri posse rationem sensit, cum eadem ratio in fideicommissis sit, quæ in legatis datur, ad quod expendit l. i. D. ad l. Falcid. ibi: *Vt eam petuniam, eas que res, quibus que dare legare volet, ut ex larga interpretations viriusque verbi dare legare, non solum legata; sed continetur fideicomissa: ad quod optimum est responsum Pauli in l. 1. §. 7. D. ad l. Falcid. ibi: Omne quod ex bonis defunctis erogatur referunt ad hanc legem, nam leges non solù expectant res præsenies, sed & futuras, l. non est nouum 26. l. ideo 27. D. de legib. & sic lex Falcidia fideicomissa ex æquitate rationis expedita, & si: in eadem l. i. hæc inseruntur verba, dum ita deretur legetur neminius partem quartam hereditatis ex titulo heredes capiant, quæ verba, & ratio, ex omni parte fideicommissis congruit. A qua sententia non multum recedit A. Contius lib. 2. sub eo. let. cap. 4. Conciens legem Falcidiam ad fideicomissa extenta fuisse toto illo, quo i. excucurrit tempus, à latrone legis Falcidiæ ad S. Consultū Trebellianum, & inde astuetos I. Consultos legi, vocasse quadrantem Fal-*

cidiam. sed non leviter præter fundamenta hic congesta roborari videtur hæc sententia ex principio legis 1. D. ad S. Consultum Trebell. explicito (inquit Vlpia.) tractatu, qui ad fideicomissa singularum rerum pertinet, transcamus nunc ad interpretationem S. Consulti Trebelliani, cum ergo præcedentes proximiores que tituli de lege Falcidia fuerint, et si cuius plusquam per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur, & ad istos retulerit fideicomissa Vlpianus in verbis datis, sensit ergo fideicomissa specialia pertinente ad Falcidiam legem aliter Trebelliani S. Consulti copularet, & immisceret tractatu: Quis ergo istis consideratus, & per penitus non certum ducet legem Falcidiam ad fideicomissa particularis pertinuisse, vel universalia (ut existimat Cuiac.) siue per extensionem iuris prudenti, aut constitutiones Imperatorum, vel S. Consulti autoritatem id effectum fuisse.

Sed quamvis hæsitantia locū nullum videantur permittere proxime dicta, id ex aliquorum iudicio ita censeri potest, non è nostro, aliorumque plurium, qui constanter in ea opinione fueront, legem Falcidiam, nec ad universalia, nec ad specialia pertinuisse fideicomissa: siue ab origine, siue per extensionem quamcumq; sed utraque fideicomissa è provincia Pegasiam fuisse. Sic feruntur in diuersas partes humana iudicia! conspirarunt denique in hanc sententiam grauissimi, & iuris prudentissimi viri, utpote Accurs. Angelus, Aretin. Ladoticus Romanus, Raphael Fulgosius, Raphael Cumanus, Socin. Petrus Mathesian. quos refert Emanuel Costa dict. cap. spater, verb. Trebellianiz. d. G. num. 19. Emilius Ferretus dict. Rubrica, D. ad l. Falcid. à num. 11. cum sequentibus, qui Doctores Scientes in ea opinione fuisse refert, latè Faquinus lib. 5. controvers. cap. 12. per totum, Fran.

Luanus

Duaren. in commentario ad tit. D. ad l. Falcid. cap. 7. & lib. 2. disputat. anniu. cap. 10. A. Augustin. in tractatu de legib. & S. Consultis in Pegasiano. Franc. Hotoman. in tractatu de quarta Pegasiana, & in commentario ad dict. §. sed quia 3. in ist. de fideicommiss. heredit. vbi Theophil. & Obertus Gifan. & melius nos- ter A. Pichard. (qui alios dat) num. 50. atque Äguinar. Baro ibidem, & in manu lib. ad Pandectas lib. fol. m. 208.

Hil sunt qui huic opinioni adsidēt, quam si feliciter, & exacte defendis- sent, fortasse eternam inter possuisse est pacem inter doctos: multoties enim 20 expertus sum, inde contrarias opinio- nes oriri, quia solum in discutiendis illis, libat illas interpres, aut solum tangunt, aut nō alte ab origine persuos tramites querunt. Mea ecquidē fuit sententia quartam Pegasianam deduci, tanta de fideicommissis vniuersalibus quam de particularibus, cui uno cur- su fundamēta substruemus; & destrue- mus contrariæ. Certum enim est legē Falcidiā loquutam fuisse de legis tantum, nec ullum verbum in ea fuisse 21 de fideicommissis, patet ex l. 1. D. eodē tit. & ex his que c. 1. huius lib. in prin- cípio, præscripsimus, nam cum lex illa lata fuerit per annos ab urbe condita 711 aut 712. aut 713. aut 714. ut cap. eodem, ex vario chronologico iudicio descri- psimus, non potuit quocumque horū tempore Falcidia fideicomissa, sine particularia comprehendere, & limi- tare, nam multo post Augustus Cæsar anno videlicet ab urbe condita 750. aut 751. aut per alios proximos istis annos (ut laboriose inuestigamus lib. 3. c. 3.) sequissimum vnum, vel alterum ex e- pluri præstitit, quibus fideicomissa Populo Romano in necessitate præ- tandi redigerentur, & cum legis Fal- cidiæ lator Falcidius postea adserat fideicommissorum necessitatem præ- sagire non posset, planum est, nec meminisse, nec potuisse in legislatione

de illis præcauere, perspicuū ergo est à suo origine Falcidianam quartā ad quæcumque fideicommissa pertinere non potuisse, vt ergo postea lex ista Falcidia ad fideicomissa pertineret, 22 & extenderetur, necessario id efficiē- dā erat, aut rescripto Principū, aut Iuris Consultorum interpretatione, aut moribus populi Romani, sed nihil tale eorum exhibent nobis contrariæ opinionis assertores, nec ullus vñquā interpretum, nisi sub falsa suggestio- ne ex iure civili probauit: credemus ne sua virtute, nec ab aliquo prouectā legem Falcidiā fideicomissa ad pre- hendisse? quam monisti osum, & fabu- losū id esse! semper enim protesa lex 23 fuit, aut interpretatione morum po- puli Romani, aut Iuris Consultorum sive Principum Romanorum rescrip- tis. Per apium habemus exemplum in legibus Iulia, & Pappia, quæ dum in- hiberent solum hereditates, & legata, neque fideicommissorum memine- rint: interpretatione iuris conditorū ad fideicomissa, & donationes causa mortis extensa fuit, l. & fideicomissum 24 37. D. de leg. 3. (quod & nos latius ex- gimus dict. lib. 3. cap. 3.) sic similiter cō- stitutione D. Seueri, multo post tem- pore, lex Falcidia ad donationes cau- sa mortis protensa fuit, l. 2. C. de dona- tionib. causa mortis, l. s. mortis causa s. C. ad l. Falcidiā, l. cum pater 77. §. 2. D. de leg. 2. l. 1. §. si quis s. D. quorum legato- rum, quod agitum est à cunctis iuris interpretibus, vt pote Hotomano in disputatione de quarta Falcidian, fol. mi- bi 5. Cuiacio in Paratitla D. ad l. Falcidiā, & in notis ad Iul. Paul. lib. 3. cap. 5. in princip. & lib. 2. quest. Papin. ad l. ita stipulatus 15. D. de verborum obligat. & lib. 8. obseruat. cap. 4. & lib. 13. respons. Papin. in l. quod bonis 15. D. ad l. Falcidiā. & lib. 1. quæst. Paul. in l. filius familiis 18. D. eodem tit. & in prælectionibus ad l. 1. D. de legat. 1. & ad titulum, C. ad legem Falcidiā in prologomen. ad eum titulū, Di- dacus

datus Coeurrus. ad rubricam de testa-  
mento. 3. part. numer. 20. Francisc. Bal-  
duini. ad principium, institut. de lege  
Falcid. 10. ann. Corral. ad L. vbi ita do-  
natur, D. de donationibus causa mortis,  
numer. 13. Anton. Gouean. lib. 2. va-  
riarum, cap. 20. numer. 3. Et in rubrica  
ad legem Falcid. num. 13. Petrus Gre-  
gorius lib. 40. syntegmat. iuris. cap. 2.  
numer. 4. Francisc. Raguell. in com-  
mentario ad l. vnicam; C. quod legatio-  
rum, Anton. Faber decaaa. 43. error. 3.  
numer. 11. Doneli. 8. commentar. cap.  
24. vbi Osuald. lit. B. Synopsis Basil.  
lib. 47. tit. 3. cap 39. Francisc. Husn. an-  
dici. Paradox. 8. Galpar Anton. The-  
sauf. disputation lib. 3. question. Forēs.  
question. 33. per totam: Stephan. Gra-  
tian. disceptation. Forēs. cap. 247. nu-  
mer. 16. Matiençus in l. 7. tit. 10. libr. 5.  
Recopilat. glos. 2. numer. 43. Michael  
Gratian. de successione. §. Falcid. quas. 8.  
Eodem modo ex interpretatione  
iuris Consolitorum eadem proten-  
sa fuit lex Falcidia ad donationes in-  
ter virum, & uxorem morte confr-  
matas, l. in donationibus 12. C. ad l. Fal-  
cid. l. quod bonis 15. §. ex donationib. 5.  
D. cod. tit. l. cum hic statut 32. §. 1. D. de  
donationibus inter virum, & uxorem,  
explicari Francisc. Hotoman. Cuiac.  
Corras. Gouean. Matiençus in locis  
proximatis, D. Gothofred. in his le-  
gib. Synopsis. Basil. dict. lib. 41. tit. 1. cap.  
84. vbi optime obseruat Carol. Lab-  
batus fol. m. 128. Similiter que in alijs  
casibus lex Falcidia viget à princi-  
plo in ea non comprehensis, quo-  
rum aliquos examinabimus in se-  
quentibus capitulis: & cum hæc ita  
se habeant, nec responsum, rescrip-  
tum, constitutionem inveniamus  
quorum aliquo civili modo lex Fal-  
cidia fuerit ad fideicomissa, sive  
vniuersalia, sive particularia exten-  
sa, qua ratione ad docere aedebimus  
Falcidianam quartam, vel de fideicō-  
missis particularibus, vel de vniuer-

salibus deduci? nisi solū nostra volū-  
tate velimus extensionē contineri.

Quod enim Cuiacius multis in

locis, & cum eo alijs docuerunt Sena-

ius. Consultum Pegasianum legem

Falcidiā ad quæcumque fideicomis-

silla extendisse, somnium (pace tan-

ti viri loquac) merum est, nam cum

verba ipsissima Senatus Consulti

iniquitate ten̄poris, seu (quod mal-

le) Triboniani perierint, & eius vni-

cum habeamus testem Iustinianum,

qui deponit quartam intentione suā;

idest Pegasiām; nec Falcidiā per

Senatus Consultum extentam ad fi-

deicon misla: cui tantum imagina-

tia conjectura p̄tualere poterit, ut

autoritatem tanti testimonij despi-

ciamus, in hac re vici, & singula-

ris. Nec illis verbis Cuiacius vti po-

test dicit, h. sed quia 3. it. situt. de fidei-

commiss. heredit. Senatus censuit, ut ei

qui regatus esset hereditotim restitu-

re per ināluerū quartam partem re-

tinere, asque ex lege Falcida ex legatis

reinere conceditur, non enim Iusti-

nianus referit constitutio Senatum

ex fideicommissis legem Falcidiā

deduci, sed quod accepta ex quarta

Falcidiana similitudine, cuius lucro

provocantur ad adeundas heredita-

tes heredes, sic similiter suam Sena-

tus Consultum inuenierit quartam

Pegasianam, ut pr̄mio illius faci-

lies invitarentur instituti: ( de qua-

rum quartarum similitudine infra

latius) quæ verba, sine intollerabili

violentia aliter accipi non possunt

ut bene accepit Francisc. Husman.

vbi supra, Cuiacij tacito nomine in-

terpretamentum reiciens, satis hoc

explicat Vopian. dict. inst. 25. §. is qui-

rogans in quo docet institutum vi-

tra dodrantem grauatum restitu-

re ex Senatus Consulto Pegasiano,

vel deductâ quartâ parte, subdivi-

sione scilicet ( ut supra interpre-

tatus fui hoc libro ) sentiens ex

eo Senatus Consulto quartam de-  
29 duci, pro qua sententia totum iuscla-  
mar, in quo nihil frequentius inne-  
nitur, quam ex Senatus Consulto Pe-  
gasiano, v. l. (ex repositione Triboniani) Tribelliano quartam deduci:  
vnde ergo ista extensio à Cuiacio  
inuencta? sed intro eamus naturas  
deductionum istatum, & inuenie-  
mus diuersas, contrarias, & inani-  
30 cabilles: in Falcidiana enim compa-  
tantur, quæ solum heres cœpit iure  
hereditario; in Trebellianica nō solū  
quæ iure hereditario, sed quæ alio  
titulo accepit, veniūt. *l. in quartā 91.*  
*D. ad l. Falcid. vltra per Senatus Con-*  
*sultum Pegasianū quarta accepta in-*  
*terponebant stipulationes illæ de-*  
*damno, & lucro communicando pro*  
*ratâ inter heredem, & fideicommissariū,*  
*quæ exprimit Iustinian. dict.*  
*§. sed quia, cum sequentibus, Ulpian.*  
*vbi supr. dict. tit. 25. (& nos late supr.*  
*cap. 3.) quis autem tales stipulationes*  
*in Falcidiana quarta legit, vel audi-*  
*uit in tota nostra iuris prudentia? dis-*  
*tinctæ ergo, & diversæ deductiones*  
*sunt, & si ex Cuiaci sententia solum*  
*Falcidia lex esset extenta ad fideicommissa,*  
*vtraque deductio, tam ex legati-*  
*bus, quam ex fideicommissis esset ea-*  
*dem in omnibus, & per omnia, vt uti-*  
*que est illa, quæ deducitur de dona-*  
*tionibus causæ mortis, & inter virū,*  
*& yxorē, & ex legatis: aliæ que sunt*  
*dissentientiæ, quæ colligi facile à Fa-*  
*bro poterūt *dict. lib. 6. conicellur. cap. 3.**  
*& alijs iuris interpretibus, quos ple-*  
*na manu nos sequentibus capitibus*  
*dabimus, qui quidem Anton. Faber*  
*contradicit Cuiacio, quatenus l. Fal-*  
*cidiā voluit extentam ad fideicommissa*  
*vniuersalia: & merito, fortissi-*  
*ma enim argumenta sunt, quæ hu-*  
*imodi extensioni obstant, imò om-*  
*nimodo expellunt eam, cum si sine*  
*affectu rem expendas, inuenies ex-*

tensionem inuestigare, sine lege;

sine ratione, & autoritate certa ab antiquitate deducta.

Ex q̄ib⁹ recta ratione colli-  
gimus, legem Falcidiā, quæ pri-  
mum delegatis loquuta fuit non in-  
ueniri extensam constitutione res-  
cripto, aut interpretatione aliqua  
ad fideicommissa vniuersalia, seu  
particularia: & multo minus exten- ;  
sionem probabilem necessestis ra-  
tione, eo quod n̄ sic extenderetur ad  
fideicommissa particularia eludere-  
tur Falcidia, cum liberum esset te-  
statori titulo fideicommissi vltra  
dodrantem relinquere. Nam cum  
legislatione Falcidianæ, multo que  
post tempore fideicommissa non  
fuerint esse necessaria, illud incon-  
veniens, n̄ inquam in consideratione  
esse potuit. Animaduertere enim  
debemus latam fuisse legem anno A.  
V.C. 172. parum minus aut magis: &  
fideicommissa (exemplis ab Augus-  
to datis) cœperunt esse necessaria in  
persona Lentuli anno 370. aut 371.  
(vi supra scripsi) nec tum constitu-  
tione expressa ab Augusto, sed quod  
populus Romanus sumpto ab Augu-  
sto exemplo, incepit paulatim ne-  
cessitatē fideicommissorum obedi-  
re, uti expresse colligitur *ex principio*  
*institat. de fideicommiss. hereditat.* &  
nos obseruauimus latius infra hoc li-  
bro *ad l. 2. D. delegat. 1.* ita ut nece-  
ssario credere debeamus multum tē-  
poris spatiū pro lapsū fuisse,  
quovsque plene, & omnino popu-  
lic consensu necessitas fideicommis-  
sorum stabilita fuerit: præcipue in  
re, in qua n̄ in dies dabatur occa-  
sio, comprobandi morem, & in-  
troducendi necessitatem eorū:  
nam quamvis fideicommissa fre-  
quentia fuerint: non ita ut de die in  
diem ea offerretur occasio, & sic po-  
pulus Romanus plene incontinen-  
præ-

præcauere non curauit, tollereque illud, usque ad Vespasiani Augusti tempora ad quæ ex computatione nostra 70. plus, aut minus anni pro lapsi fuerunt: dum enim adseritur fideicommissorum necessitas ab Augusti exemplis, ea que in tuo populi consensu comprobatur, & inconveniens in populo consideratur, non in aliud eucurrit temporis 70. annorum, quamvis contrarium existimatuerit Francisc. Husman. Neque enim de momento ad momentum, statim que leges remedia adserant præiudicijs, damnis, in conuenientibus Reipublicæ, sed multoties, cum illis per magna tempora transit Res publica, illa que patitur, donec aperata eorum experientia, aut omnino eis medetur lata lege, aut interpretatione declinat: certissima huius veritatis præmanibus exempla habemus, cum leges Julia, & Pappia solum legata prohiberent, & certa eorum legum illusio esset, si extenderetur ad fideicommissa: non antea scimus leges illas ad fideicomissa, & donationes causa mortis extensas, iuris Consultorum interpretatione, quam tempore Iulij Pauli, qui sub Alexandro floruit dict. l. & fideicommissum delegat. sic ipsa lex Falcidia ad donationes causam mortis tracta constitutione Seueri fuit, & interpretatione iuris Consultorum tempore eiusdem Alexandri (vti ex autoritatibus præscriptis colligitur) respecta ergo quanto longiora tempora fuerint prolapsa à principio, & origine usque ad harum legum extensionem, quam in Senatus Consulto Pegasiano, & lege Falcidia fuerunt. Imo brevius Senatus Consultum insurrexit, & ad similitudinem legis Falcidie suam ordinavit quartam, adiungitandos homines ad additionem, & fideicommissorum resti-

tutionem. Maxime si his addas, quod quamuis Consulti non habuerint legem ferendi potestatem, vti aduersus Anton. Fabru, & Schifordegherum strenue defendit amicos noster Carranca de part. designat. c. 2. §. 1. illustration 13. section. 2. à num. 220. cum sequentibus, & ipse agnoscit Francisc. Husman. dict. Paradox 8. tunc que interpretationes ex mente, & verbis legam deducebantur, id enim erat officium interpretandi, non autem libere constituendi: potestas enim ea erat legislatorum, vti grauius docet Donellus 2. commentarior. cap. ultim. & penult. ubi Osvald. latè Duaren. lib. 2. disputation. cap. 10. nositer D. Ioann. Parexa ad l. Iuliam, & Pappiam, à num. 12. Francisc. Husmannus, & Carranca supra, mirum esset, nec super fuisse responsum aliquod huiusmodi interpretationi, vti in donationibus, & alijs rebus inuenimus, præcipue cum fideicomissa non in frequentia in P. Romano fuerint, necessario ergo existimare debemus nunquam obtinuisse interpretationem talem, nec Tyberij, nec Caligula; nec aliorum Imperatorum tempore, vti conjecturauit Francisc. Husman. alias enim si ea pars præoccupata foret ab interpretatione Consultorum in vanum procederat Vespasiani temporibus Pegasianum, quibus etiam satis fit Contij conjecturæ dict. lib. 2. sub. cap. 4. quam iam impugnauerat Osvald. ad Donell. lib. 7. commentarior. cap. 21. lit. D. Anton. Pichard in §. 3. institut. de fidei. hereditat. à num. 32. hæc ergo cuncta satis excludunt inconveniens, quo contrarie sententiae interpretes connituntur, necessitate illa l. Falcidiæ ad fideicomissa particularia ex interpretatione protracta fuisse, cū statim sine mora aliqua, quod agnouit Senat' constituit, & aboluit inco-

ueniens Senatus Consulto Pegasiano lato, ita ut ei debetur, attribuatur que quarta, & deductio illa, non interpretationi iuris Consultorum lege in Falcidiā ad fideicommissa particularia protrahentium.

Sed eodem modo debilissimum est argumentum, quod ab exequatione legatorum dict. l. 1. D. de legat. 2. contrarij interpres delimum, debilissimum ecquidem est, nam quamvis Vlpiani tempore in aliquibus casibus exequatio legatorum erat, plurima adhuc remanebant discrimina inter legata, & fideicomissa, alias enim inviti constitutione multo postea Iustinianus communia faceret (vñ legimus in l. 1. & 2. C. communia de legatis), quod cum ita sit, nec nobis demonstrent exequationem esse factam legatorum, ad hoc vt Falcidia de fideicommissis destrahatur, remanentibus adhuc tempore Vlpiani tantis discriminibus, qui in hac parte exequationem admittimus? Alijs multis fundamentum istud oppugnat Æmilius Ferretus ad rubric. D. ad legem Falcidiā annum. 20. cum sequentibus. Quæ cuncta quidem stricto iure non ferunt extensionem legis Falcidiæ ad fideicomissa, siue particularia, siue universalia: quod præcipuum in hac questione fundamentum iudico: sed an autem ea extenta fuerit lex ad fideicomissa ab intestato, ex dict. l. filius familias 18. D. ad leg. Falcidiā, non est disquisitio ea questionis nostra: sed quomodo cumque sit, aptiori loco cam exigemus.

Sed quantum fundamentum istud, nostra quæ sententia adstruetur, si subiçiamus magnam expressam que Iustiniani autoritatem in dict. 5. sed quia 3. institut. de fideicommiss. heredit. in illis verbis? Ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum re-

linquantur eadem retentio permissa est, quodfundamentum Æmil. Ferretus dict. rubric. D. ad l. Falcid. numer. 21. ineluctabile, & deploratum, à quo nemo sanus explicare se posset, dicit: & corrupti esse iudicij, qui verba ista retorabant alio: id ideo quia Socin. Iason. antiqui que alij, atque nouiores, virois Berengar. Ferdinand. in repetitione ad l. in quā artam 3. præfatione, num. 6. Osualdus scilicet, alijque ab eo relati condocebant, non scripsisse Iustinianum ex singularibus fideicommissis quartam deduci Pegasiānam, suisse permissum; sed simpliciter nulla præhabita relatione, dixisse, eadem retentio permissa: innuentem, iam ante Senatus Consilium Pegasiānum à lege Falcidiā suisse, sed præter quod Bolognet. in rubric. D. ad legem Falcid. cui ad hanc nosfer Anton. Pichard. dict. §. sed quia heredib. num. 50. non leui brachio eam audacem interpretationem disiecerit: nec non Andr. Faquin. dict. lib. 5. controversialium iur. cap. 12. despiceritque Æmil. Ferretus, ubi proxime, & cum his alij sane in huius §. interpretatione considero, atque miror illorum contumaciam, qui semel suas sententias conscriperint, quam modicus invita ratione, & iuris civilis autoritate eas retineant, & propugnant: si enim nosfer Iustinianus vñica contextura scripsit, permisum suisse heredibus ad eorum in citamentum quartam Pegasiānam deducere ex hereditatibus quas restituere grauati erant ex Senatus Consulto, Vespesiāni facto temporibus: subsequenter que subiçit, ex singulis quoque rebus per fideicommissum relicitis eandem retentionem suisse permisam: quis iudicisani defringet contexturam, & relationis historiā sectione tam improba? ut prima pars ad Pegasiānum refe-

referatur, & altera ad legē Falcidiā: quod si sic interpretibus debachari licet, heu quam incerta hauriretur doctrina à iuris civilis monumentis: ita ut facili manu quidquid hucusque ab eis traditum est, retorqueri in aliā partem licet. Quantum enim tō quoqne tō eadem, dicit. §. sed quia, commiscant, & coniungunt priora posterioribus quasi Iustinian. diceret, ut pote enim retinere quartam licet hereditate ex hereditate, eadem retentio permissa est ex singulis rebus: si enim eadem, cur non Pegasiana, de qua sermonem instituit Iustinianus? Et malunt contrarij interpretes dividare in permissione illa subintelligendam legē Falcidiā, de qua nec verbum ullum ad hanc rem, solumque tracta ad similitudinem fuit, quam Senatus Consultum Pegasianum, de quo cunctus est sermo, & in §. & in titulo: cum saltim super foret titulus, sub quo iacent verba, ut quando in eius hæsitantia sisteret, ad eum referremus: sed præter quod ista apertissima sint, nec in medio cursu clarius Phœbus alluet: ab errore interpretes in errorem, ut frequentissimum est, delabuntur, nam præsupponunt ex singulis rebus fideicommissi retentionem esse permisam à lege Falcidia, quod nos varia argumentorum serie hoc capite apertissime oppugnauimus. Et nihil feliciores fuerunt Ripa, Bellon. & alij, qui versiculum nostrum accipiunt de singulis rebus in fideicommisso universalis comprehensis, contra quos iā coiuerunt Costa, ubi supra verbo Trebellianicæ, num. 16, Andre. Faquin. dicit. cap. 12. Anton. Pichard. in dicit. §. sed quia, num. 50. & sic pro nostra sententia aperta est autoritas Iustiniani, cui nunquam satis congruum responsum dari poterit. Sed ipse Iustinianus: si non ita expresse; saltim aperte supposuit veram esse sententiam nostram in enarratione, quam facit de-

compositione digestorum in l. 2. §. quintus 6. C. de veteri iure enucleando, 37. in illis verbis, cumque nihil tam peculia- re fuerat, quam ut legatis quidem legis Falcidiæ narratio fideicommissis antea Senatus Consulti Trebelliani singulis li- bris virique eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est, di- stincte ergo dijudicarat Imperator tractatum legis Falcidiæ titulis dele- gatis applicandum fore, & fideicom- missis Senatus Consultum Trebellia- num, id enim est si singulis libris viri- que eorum applicatis, & quamvis Amilius Ferretius ubi proxime partui fa- ciat huiusmodi fundamentum, quia legati appellatione fideicommissum speciale continentur, & alijs rationi- bus, quæ in hoc capite coniuncta ia- cent: tamen semper apud me magni momenti erit, cum falsissimum sit sub legati nomine fideicommissa ve- nire (de quo integrum secundum li- brum conteximus) minusque fa- ciendus Francisc. Husman. dicit. Para- dox 8. qui Iustinianum falsitatis ar- guit in illis verbis, omni verecundia deposita, sed quid respondebunt aduersarij Gaij responso in l. Facta 63. §. se cum suspectum 11. D. ad Senatus Co- 38. sultum Trebellianum, in quo cum res- pondisset Consultus, heredem legis Falcidiæ beneficio aduersus legata- rios usurum, non tamen id probat be- neficium in fideicommisso particu- lari.

Sed non deducemur ab incepta opinione, eo quod ut in principio 39. præcensuimus, fideicommissarius par- ticularis, vel partis bonorum legata- riū institutum cogere non possint hereditatem ad ire, sicque deficere videri præcipuum Senatus Consul- ti causam Pegasiani, quia hoc refut- sime in his personis constitutum est, nam cum æquitatē præoculis nostriū ius civile habeat, censet iniquissimum fo- re, propter fideicommissariū par-

ticularem, & legatarium heredem institutum compelli adire, nam sic eveniret, quod immunis ab oneribus hereditariis fideicommissarius iste suo fideicommissio frueretur, & legatarius suo legato, cum in eos, nisi in successores viuensales, actiones hereditariae non intententur l. fin. C. de hereditate actionib. & sic compulso heres succumberet, vel saltim subiaceret grauaminibus hereditariis, quod summe iniquissimum esset: quam rationem eleganter Hermogenian. praestitit in his verbis, dict. l. nam quod 14. §. non omnis s. D. ad S. Consultum Trebell. neque enim aequum est, ad hoc quem compelli ad ire hereditatem, ut emolumenatum quidem hereditatis refundat, ipse vero oneribus hereditatis obstrictus relinquitur. Senatus enim Consultum Pegasiunum rigorem illum compellendi inuitum ad aditionem temperansit, transferens per suas stipulationes actiones hereditarias in fideicommissarium, alias enim quis non tyrannum & insolens Senatus Consultum appellaret: quæ similis in solentia, & tyrannis inueniretur in fideicommissario speciali, seu legatario impune cogente ad aditionem. Adde ultra, quod cum Senatus Consultum heredibus compulsionem prescriperit aduersus iuris civilis strictas regulas, merito exceptione institutus excludere poterit fideicommissarium rei certæ, & legatarium, quantumvis partis bonorum, quod de illis non loquutum fuerit Senatus Consultum: & alia ratione legatarium, quia Senatus Consultum solum fideicomissa, non legata agnoverit, sed præmaxima illa ratio est, quia ex legatarij, vel fideicommissarij aditione confirmatio testamenti non datur, vii multis exornat noster doctissimus D. Melchior Valentia lib. 1. illustrum iuris tract. 1. cap. s. numer. 3. & sic præcipua Pegasiuni causa defecit, quod invitauit Lycro

quartæ institutos, ne inaditæ relinquerentur hereditates, optime ad has rationes Donell. lib. 7. comment. cap. 22. & ibi Osuald. lit. C. D. Berengar. Ferdinand. in repetitione in quaartam 3. prafat. num. 4. cessat e quidem in utroque compulsionis ratio; sed non de ducendi 40 quartam ex fideicommissis particularibus quando ipse institutus sua que sponte hereditatem adire decrevit, quæ res longe dissimilis est, cum præmio à Senatu constituto fruatur, & patiatur propter illud molestias, onera, quæ ex grauatis hereditibus ingruunt. Leuissimum etiam est, quod ex l. 1. in principio, D. ad Trebellian. ad 41 uertarij elicunt, cuiusdocte respondent noster Anton. Pichard. dict. 5. sed quia, num. 5. Faquin. dict. cap. 12. Agnoscit tamen superesse disputatio nem, & cognitionem multarum legum, quærum aliquas hoc capite dedimus, & plures dabimus in hoc libro, quæ appetere demonstrare videntur legē Falcidiæ ad fideicomissa pertinere, sed cum acrem longam que disputatione requirant investigationes earum, rei 42 cas in sequentia capitula, ea ei im est, præcipua nostra disquisitio, postquam alia præiaceperimus fundamenta Falcidiæ, & Trebelliani, in quibus facilius imponemus notionem per ardui tractatos earum, quod te monitu volui doctor, ne iudices, incosulto nos eas præterire.

Solum iam superest, ut satisfacimus verbis legis Falcidiæ in l. 1. D. eodem tit. ibi: dare legare volet, & infra ita detur legetur, ex quibus tentabat Franc. Hulman. legem Falcidiæ de fideicommissis loquatam fuisse, vel saltim tē dare adiectū in illa legatis, velcisse ut præter legata quidquid aliud in testamento detur, de eo quarta Falcidiiana deducenda sit, & sic ex mente legis fuisse fideicomissa comprehensa, quamvis tunc temporis necessaria non fuissent. Sed quam incerta

in certa consuetudina sit fundatum  
Husmani ex illis verbis, præterea, quæ  
capite isto prægesimus, facile quicunque  
iudicabit, si animaduertat tibi de-  
bet ad legatum vindicationis referri;  
vñi præcessimurant D. Gothofredus  
innotis ad eam legem, Aeguinari. Baro  
in manu libris ad s. partem Digestorum  
lib. 5. fol. mibi 201. nam tibi dare sole-  
ne fuit in legato vindicationis, Vlpianus  
in fragmentis tit. 24. ibi: Per vin-  
dicationem his verbis legamus do, lego, ca-  
piro sumico, sine habeto, Gaius lib. 2. insti-  
tit. 5. l. Paul. lib. 3. sententiarum tit. 6. §.  
in mortis, l. nonnquam 5. 2. D. de condi-  
tion. & demonstrationib. l. Stichum 15.  
D. de manumis. testament. l. in singulos 8.  
D. de annuis legatis, cum alijs pluri-  
mis. Sed nunquam mihi hæc senten-  
tia placuit, quia tibi lego absolute scri-  
ptum quodcumque legatorum ge-  
nus comprehendit, ut per quam no-  
tiissimum est, & præcipue acceptum  
in legato vindicationis I. Paul. dict.  
lib. 3. sententiarum tit. 6. §. 3. Gaius dict.  
titul. 5. dict. l. nonnquam, dict. l. Sti-  
chum, dict. l. in singulos, & sic non dis-  
criminis ratione tibi dare adiectum  
fuit tibi legare: præterea verbum do  
acceptum legimus in damnationis le-  
gato I. Paul. dict. tit. 6. §. in mortis tem-  
pus, dict. l. huicmodi, dict. l. Stichum, l.  
Quintus 7. l. legatum 17. D. de annuis le-  
gatis, cum alijs, Gouean. in commentario  
ad hanc legem. Verrucius, & Caluin.  
in suis lexicis, in verbo do felicius con-  
ciperunt verba ista do, & lego in no-  
stra lege l. idem significare, sed origi-  
nem moris gemmanti verba, non  
expresserunt, fuit ecquidem antiquorum  
præcautio, præcipue in legibus  
ferendis: necnon & in alijs actioni-  
bus, ut verbo propriissimo rei, vel a-  
etius apponenteretur aliud generalissi-  
mum, ut ab omni parte præcaueretur  
lex, seu dispositio, ne cauillatione el-  
luderetur, vel deduceretur in quæ-  
stionem: sic in dict. l. 1. D. ad legem Fgl-

cidiam, scribitur detur legetur, cum enim de legatis lex loqua fuerit ( ut iam scripti) verbo proprio legis legetur super additur detur, quod quamcumque præstationem conunet, a more isto dicit originem responsum  
Pauli in l. si quis ita zo. D. de anno, &  
argento legato, ibi: Pxor meum mundum,  
ornamenta seu quæ censu cause parci, do  
lego, l. Stichum 39. D. de statu liberis, ibi:  
Stichum Atsio, do, lego, Vlpianus in  
fragmentis, titul. 24. §. 3. & quod subdisiunctine exemplum traddidit  
Gaius dict. titul. 5. §. 2. illum seruum ti-  
bi do, aut lego. Similis est clausula te-  
stamentaria, quam interpretatur  
Scæuoi. in l. Lucius 88. de legat. 2. Si  
quid cuique liberorum meorum dedi, aut  
donavi, aut in usum concessi, aut sibi ad-  
quisiui, aut ei ab aliquo datum est, aut  
relictum est, id sibi præcipiat, sumat, ha-  
beat, Paul. in l. I. sape 53. D. de verborum  
significatione, ibi: Et cum dicimus, quod  
dedi, aut donavi viraque continemus:  
generalis enim est terminus tibi dedi,  
& sic præponitur donationi, legato,  
& alijs præstationibus, ut pote in re-  
ceptioni formula dare, facere, præsta-  
re, & similiter Paul. dict. l. I. sape, ibi:  
Quod eum dare facere oportet, tibi liberatus 37. ibi: Dare, facere, præstare de-  
bet, l. Julianus 13. §. idem Julianus 6. De  
de actionibus, §. sic itaque discretis, co-  
dem titul. cemalijs plurimis, quibus  
hanc formulam illustrant Cuiac. in  
commentario ad l. exempto, §. 1. D. de a-  
ctionibus empt. do. Et. Ioann. Coriolanus  
dict. §. omnium, numer. 8. & dict. §. sic ita-  
que discretis, à numer. 1. cum sequenti-  
bus, eruditissime Barnar. Brisson. lib. 5.  
formularum fol. 415. cum sequentiibus,  
quæ antiquitas multis, quæ in infinitum ex crescere exornati, & illus-  
trari posset, & facile quicumque qui-  
bit, si antiquas formulas, & monu-  
menta respectet. Stabit ergo ex  
formula præcautionis simili in le-  
gem Falcidia scriptum esse detur  
X 4 legetur

legetur, per diuinorum, nā quamvis hæc obseruantia plerumque procedat ab elegantia dicendi, vel exornationis gratia, vt diu obseruavit A. Gel. lib. 13. no&lt;. Aucti&lt;rum, cap. 23. id magis poetis & oratoribus adaptarem, quam antiquis legibus, in quibus semper superaddita leges verba in assecratione legis, & præcautionem. Non ergo ex verbis legis Falcidie, nec ex eius mēte (si respectas tradita supra) fideicommissa, nondum accepta lationis tempore, comprehensa fuerunt: & quomodo cumque postea ad ea extensa, cū statim quo consensu certo populi stabilita fuerunt, S. Consultum Pegasiatum præscriptum fuit, quod ex eius-

nem, quam ex mente, & necessitate sortiri poterat (vt in alijs legibus obtinuit) impediuit. Nec inconsideratione aliqua esse cuiquam poterit responsum, quod magnificet Husman. 47 ex d. l. 1. §. & omne 7. D. ad l. Falcid. quia in eo §. & in antecedentibus, & subsequentibus solum Consultus tractatnō de titulis, & iuribus quibus bona testatoris relictæ fuerūt; sed quod detrahatur Falcidia de quibuscumque rebus erogatis in testamento, siue alienæ siue testatoris sint, siue incorpore constet certo, siue incerto, siue pondere numero mensura consistant, ut ususfructus, aut nomen, quod disimile est.

## C A P. VI.

**D**ifferentiae aliquæ offeruntur quartarum Falcidiæ, & Pegasi, à num. 1. Prima à nomine. 2. Secunda ab origine. 3. Quarta Pegasiæ dicebatur commodum S. Consulti, sicut Falcidiana Falcidie. 4. Tertia differentia à causa. 5. Quarta quia Falcidia ad legata; secundus Pegasiæ, quia ad fideicommissa. 6. Quinta in deductionis modo. 7. Sexta in temporis consideratione, quoad deductionem. 8. Septima in iure deductionis. 9. Octana in obligatione. 10. Nona in iure. 11. Decima in computatione viriusque quartæ. 12. Plurima congeruntur responsa in quibus videtur Falcidia deduci de fideicommissis particularibus, & universalibus. 13. Refertur interpretatio aliquorum ad ea. 14. Et refellitur. 15. Quæ fuit Cuiacij, & aliorum. 16. Et A. Contij. 17. Et Hugonis Donelli. 18. Et Francisc. Husmani. 19. Quæ nostra? nomen, Falcidia, pro qualcumque deductione sumitur. 20. Et non solum quartæ, sed dimidiae aliquando. 21. Et sic prolatum simpli- citer pro Pegasiæ accipitur in multis responsis. 22. Ad deducendam Pegasiæ norma, & regula tradebatur à lege Falcidie. 23. Nouiter intelligi- tur titulus, si cui plusquam per legem Falcid. 24. Lex Falcidia compe- rebat, quando testator ipso in testamento absolute, aut specialiter ad signa- bat quartam. 25. Explicatur l. si legatus 30. D. ad S. Consultum Tre- bell. 26. Ex l. exasse 28. §. fin. D. eodem. 27. Et latel. qui ita 66. eodé- tit. 28. Ex prælegatis Falcidia deducitur, utilissimum sane caput, pro plu- rimorum iurium intellectu, noua quererum observatione.

**C**VM præscripta in hoc libro pro- miscuerimus de lege Falcidie, &

S. Consultis Trebelliano, & Pegasi- no, proferamus nunc in mediū diffe- rentias

rentias aliquas, vel præcipuas quartæ Falcidianæ, & Pegasianæ, ut inde subministremus I. Consultorum responsa, quæ videntur quartam Pegasianam appellare Falcidianam; istamque deduci de fideicommissis universalibus, & particularibus in quo non levem laborem subibimus, si altius introire certamen non per horrescimus. Accedamus ergo ad discrimina. Et prima à nomine discriminamus quartas, 2 alia enim à lege Falcidia Falcidiana, alia à Pegasiano S. Consulto Pegasiana (seu Trebellianica postea ex Tribonianis suppositione, vel transformatione, ut diximus cap. 4. supr.) agnoscitur discrimen in toto iure civili ex separatione titulorum de lege Falcidia, & ad S. Consultum Trebellianum. §. sed quia cum sequentib. inst. de fideicommissis hereditat. l. Tertia 86. cum alijs plurimis D. ad l. Falcidiæ, l. subemus 6. C. ad S. Consultum Trebell. probant Francisc. Hotozman in tractatib. de quarta Falcidiana, & Pegasiana, Berengar. Ferdinand. in repetition. ad l. in quartam 3. prefatione, num. 4. à nomine eisdem recte differentia desinuntur l. si idem, C. de codicilli. l. à nullō, C. de ferijs, l. diuinis, C. de frumento, Alex. lib. 11. Nicolas Euteranus in locis legalibus in loco ab Ætimo. log. 4. sed discrimen istud longius examen requirit (ut dixi) acuetur in posterioribus subsequentiibusque capitibus. Secunda, ab origine eodem, nam Falcidiana à lege Falcidia: Pegasiana à S. Consulto Pegasiano, quidquid nubes offundat Husmanus, arenasque oculis iniiciat, iam enim Phæbo rationis nubes dissoluimus, & abstersimus arenas: & adhuc inuoco Iustinianum, licet suspectum ipsi, omni fide maiorem testem, dict. §. sed quia, & Vlpian. 4. in l. si sponsus 5. §. si quis rogatus 13. D. de donationibus inter virum, & uxor. ibi: Omisso Senatus Consulti commode, ad quæ Vlpian. verba se per horruisse facetus Husman. Parad. 8. ad l. Falcidia,

sed magis ego ad eius sententia sonū, nam comnodum Senatus Consulti dicitur quarta, sicut quarta Falcidiana comnodum legis Falcidia in liberis 9. D. ad l. Falcid. l. 2. in fine, D. si quis aliquem testari prohib. obseruat Brison. lib. 3. de verbis significatiōn. verbo. Commodum, Pichard. in §. 3. inst. de fid. hered. num. 86. Costa in capit. si pater, de testam. 2. part. verbo, Trebellianica, numer. 24. Broxus dict. §. 3. num. 1. sed cur non per horruisse Cenonis rescriptū, seu constitutionem in l. subemus. C ad §. Consultum Trebellianum, ibi: Ut omnibus modis retenta quarta pro autoritate Trebelliani S. Consulti, & aliorum Imperatorum in l. 1. & in l. si pater fideicommissum 3. & in alijs legibus eiusdem tituli: potuitque etiam despicere, aut praecaverre alia iuris Consultorum responsa plena manu data à nobis, cap. 4. sed maxime I. Paul. lib. 4. sentenciarum cap. 3. ibi: Cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset. Tertia à causa nam lex Falcidia fauore publico introducta est, ne inaditæ relinquerentur hereditates, ut aduersus plures defendimus, cap. 2. sup. non sic S. Consultum Pegasianum introduxit quartam præcipuo rei publicæ fauore, sed heredum quibus subuenire voluit l. 1. §. 4. D. ad §. Consultum Trebellianum: nam cū heredes eos S. Consulto cogeretur adire hereditates, præcipuus ille fauor publicus cessabat, succurrerit ergo deductione heredibus eorumque fauor in conspectu fuit, vii docte considerauit Alciat. lib. 5. Paradox cap. 19. vide sis Schifordegher. lib. 3. tract. 7. quæst. 5. licet secundario, & fauor aliquis publicus resulset ex Pegasiana quarta, cum heredes cōmodo eius ad audeādā hereditatē etiam pronocetur d. §. sed quia, & sic videretur eandē causam in S. Consulto interuenisse, quæ in lege Falcidia interuenit, tamen si altius consideremus, magis heredum fauor, quam Republicæ in consideratione fuit,

quia adiutoris publica ratio iam fuerat ab eodem S. Consulto præoccupata, heredes institutos cogente, & sic non tam eius rei causa; quamvis in beneficium, & incitamentum heredum, ut sic adirent libentes, nec ad remedium coactionis, durum ecquidem, perueniretur, quod(ni fallor) verissimum est, animaduersione que dignum pro predictorum iurium sententia, interpretatione, & concordia. Quarta, quia lex Falcidia adlegata pertinet; Pegasiā autem ad fideicommissa vniuersalia, siue particularia uti capite præcedenti defendimus. Quinta, incertarum rerum deductione, quod scilicet

6 in l. Falcidia, antequam heres quartā deducat, præ eximantur æs alienū, funeris impensa, & pretia manu missorum, § fin. inst. de lege Falcidia: in Pegasiā autem nihil horum, sed cuncte onera in fideicommissarium transferunt l. 1. D. ad S. Consultum Trebellianum, l. fin. C. hoc tit. (ut nos diximus sup. cap. 3.) & prater ordinarios dict. locis explicat Donell. lib. 7. comment. cap. 30. atque Osuald. annotis ad eum, cap. 28. eiusdem lib. lit. B. & Franc. Hotoman. in tractatib. de quarta Pegasiā. & Falcidianā. Sexta, inde deductione legis

7 Falcidiæ mortis tempore attenditur quantitas patrimonij, ita ut quamvis postea medio illo tempore usque ad deductionem creuerit, vel decreuerit hereditas, augmentum illud, vel diminutio lucro, vel damno legatorum cedat, nam suam quartam deducet heres, sine consideratione augmenti, quod ultra habebit: vel diminutionem à legatariis accipiet, prorata illis legata diminuens, l. in ratione 30. l. in quantitate 76. D. ad l. Falcidianam,

8 quantitas 2. inst. eodem tit. Iecus est in Pegasiā: nam quantitas tempore restitutionis perpenditur, ita ut si bona hereditaria creuerint, augmentum cōputetur in ea; si cōtra, scilicet decreuerint decrementa diminuanteā, & pro-

quātitate tūc existentiū honorū deducatur l. malter 22. §. si heres 2. l. deducta 58. §. cum ante m. 6. D. ad S. Consultum Trebellian. Sepuma differētia in aper- 9 to est, & à fundamentis capitibus præcedentibus subiectis, deducitur, videlicet quod Falcidianam deductionem iure institutionis heres deducit; Pegasiā autē eo, quia grauatus est heres, restituere hereditatem, aut partē, aut aliquam rem, l. 1. D. ad l. Falcidianam principium inst. eodem, l. 1. D. ad S. Consultum Trebell. §, restituta, cum sequentibus, enīst. de fideicommissis hered. Accurs. in his locis, Berengar. Ferdinand. dict. l. in quartam prefat. 3. num. 4. nam quān- 10 uis Pegasiā institutus deducat, id procedit à restitutionis grauamine: nā & S. Consultum Trebellianū ad suc- cessiones ab intestato pertinet, l. 1. §. hoc autem S. Consultum 5. D. ad S. Consultum Trebell. quod axioma in sequētibus nos exigitus. Octaua, in lege Falcidia heres semper obnoxius re- manet oneribus hereditarijs, forte quia actiones hereditariæ aduersus legatarios intentari non possunt, l. fin. C. de hered. actionibus: Iecus autem est in Pegasiā, & Trebelliano: nam per horum Senatus Consulitorum autori- tatem in fideicommissarium transfe- rebantur actiones, nec nisi pro modo deductionis quartæ heredes teneban- tur dict. l. 1. ad S. Consultum Trebell. di- clo §. sed quia (de quo nos latius sup. ca- pit. 3.) & explicat latius Berengarius Ferdinand. dict. prefallition. 3. numer. 4. Nona, Falcidiana quartā expresse in lege Falcidia præcautafuit, ita ut, prohibuerint testatorem ultra dodrātem legare, quartam que iure heredi- tario reseruauerit instituto, dict. l. 1. D. ad l. Falcid. At verò S. Consultum Pe- gasiā nihil tale sanxit; prohibuit, & reseruauerit, sed solū permisit, gra- uatum heredem posse deducere quar- tam ex fideicommissis dodrantem ex- cedentibus, ut colligitur à Justiniano dict.

d § sed quia, ibi que obseruat Balduin.  
num.2. & alij differentia sequenti rese-  
rendi. Decima, in cōputatione vtriusque  
quartæ consistebat, nam in Alci-  
diana, quod iure hereditario captum  
erat imputabatur; in Pegasiana autem  
quidquid capiebatur aliud l. in quartā  
9. D. ad l. Falcid. quod discrimine cō-  
mani voto ab omnibus interpretibus  
acceptum est, ut pote Alciat in rub. ad  
l. Falcid. & lib. 6. Parad. cap. 4. B. rēgar.  
Ferdinand. dict. pr̄f. 3. num. 4. Duar-  
ren. in commentar. ad tit. D. ad l. Falcid.  
cap. 8. & lib. 2. disputat. cap. 10. Nicol.  
Euerard. in locis legalibus loco 34. de Fal-  
cidia ad Trebellianicam, num. 6. Franc.  
Hotoman. dict. 8. sed quia seq. 3. vbi Bal-  
duin. num. 2. & Cberius Gitan. ibidem  
Guid. Panciroli. lib. 2. Thesaur. var. lect.  
cap. 105. Donell. lib. 7. comment. cap. 30.  
Anton. Faber. in rationali ad l. 1. D. de  
condit. indeb. & libr. 6. con. capit. 3. & 4.  
Schifordegher. lib. 3. tractat. o. quest. 6.  
noster Anton. Pichard. in §. 1. inst. de  
lege Falcid. à num. 11. Roland. à Vall. 1.  
tom. cons. 27. num. 4. discutit Ferretus in  
rub. ad l. Falcid. à num. 20. quidquid  
expresso errore alia existimet. Ita  
sufficiunt differentiæ, vt cognoscamus  
vtriusque deductionis naturas, longa-  
que discrimina: omittio alia, aut quia  
controversa; aut quia nostroconami-  
ni prescripta superabundent, tu vide  
Berengarium Ferdinand. sup. Roland.  
à Vall. dict. 1. tom. cons. 27. num. 18. Æ-  
mil. Ferretum, & Alciat. in rub. D. ad  
l. Falcid. & alios iā citatos Alciat. res-  
pon. 63. num. 3. Roland. 1. part. Florū  
in rub. 29. de Falcidae detraction. nu. 4.  
Anton. Fabrū 2. err. decad. 26. err. 10. n.  
8. cum seqq. & 1. tom. decad. 11. error. 6.  
num. 4. Guid. Panciroli. lib. 2. capit. 105.  
Thesaur. var. lect.

Sed quartum illud discriminē, quo  
Falcidiā defendimus, ad legata per-  
tinere; Pegasiānam autem ad fideicō-  
missa, magis obstringit: nam quamvis  
fere nullus nostrorūm interpretum

denegare audebit, cum totum ius nos-  
trum proclameret, & cuncta quæ hoc  
lib. congregimus nosterque pr̄sertim  
Iustinian. dict. 4. 3. cum sequentib. inß.  
de fideicōm. hered. Vlpian. in fragmēt.  
tit. 2. Iul. Paul lib. 4. sententiarum tit.  
3. tamen ingentem difficultatum tē-  
pestatem erigit, quod non vno solum  
loco legimus, sed pluribus Falcidiā  
sea legem Falcidiā de fideicōmīs-  
sis tam vniuersalibus, quā specialibus  
deduci, quæ ad manum habeo respon-  
sae uerba rescripta, tibi offero, nam si alia  
occurerint forte interpretatione do-  
nabis, ex sententijs, & doctrinis, quas  
pr̄stiterimus his responsis: quæ sunt  
accipe in vultuarie, l. coheredi, §. 3. D.  
de vulgar. l. filius familias 18. l. Tilia 86.  
l. pater filium 54. l. fiberes 90. l. Dini Scue-  
rus 89. l. is cui 31. D. ad l. Falcid. l. 1. &  
2. 3. l. si ut alleges 11. C. eodem tit. ad l. Fal-  
cid. l. cum filio 11. D. delegat. 1. l. vnum  
67. §. 1. D. delegat. 2. l. si spōsus 5. §. signis  
rogatus, D. de donat. inter vir. & vxor. l.  
Papinian. 8. §. vnde si quis 11. & §. memi-  
nisse, D. de inofficio testamento. l. si patro-  
nus 20. §. 1. D. de donationib. l. parentem 19.  
D. que in fraudem credit. l. 1. §. hodie, D.  
si cui plusquam per legem Falcid. l. in tes-  
tamento 12. C. de testament. milit. l. 1. §. se  
is qui quedraginta 17. l. inde Neratius  
19. l. cogi 10. §. idem Macianus 9. l. si quis  
priore 9. l. deducta 58. §. 3. l. mulier 22.  
§. 2. l. si legatus 30. l. ita tamen 27. §. quod  
si Macianus 10. l. si paroni 55. §. 2. l. si eius  
65. §. fin. l. qui ita 66. D. ad Trebell. l. in-  
bemus, C. eodem tit. l. 10. C. famili. bercis-  
eund. l. Lucius 78. §. maritus 14. D. ad  
Trebell. l. 9. §. 5. D. de iur. & fact. ignor. §.  
3. inst. quibus modis testamen. infirme-  
tur, Vlpian. in fragment tit. 25. I. Paul.  
lib. 3. sentēt. tit. 8. Synops. Basilicon, lib.  
41 tit. 1. cap. § 4.

Hinc varias sententias inueni-  
erunt interpres nostri, vt tantæ, tam  
continuae repetitæ que difficultati lu-  
cent adhiberent: nam Æmil. Ferret.  
ad rub. D. ad l. Falcid. à nu. 4. Æquin.  
Baro

Baro in manualib. ad Pandect. lib. 5. fol. 208. Franc. Duaren. in commentario ad titulum D. ad l. Falcid cap. 7. & libr. 2. disputat. cap. 10. Franc. Hotom. indisputat. de quarta Pegasiana in principio, & multo illes alibi, Costa in cap. si pater 2. part. v. i. bo Trebellianica, nu. 23. Oberius Gisarius dicit. sed quia, inst. de fideicommiss. hered. Gaspar Schistordeger. lib. 3. tract. 7. quast. 1. in eam opinionem conuererunt, eadem causa Falcidiam appellari Pegasianam, quia utilitatis causa, & exemplo à Falcidia arrepto Pegasiana sancita fuerat: à quorum sententia Franc. Baldwin. non recedit, qui dicit. sed quia 3. nu. 2. docet etat xpstnws Consultos nostros loquitosuisse, ex similitudine, quam cum Falcidia Pegasiana habet. Sed nū  
**35** quam hæc sententia animo insidere potuit, nam similitudinis ratione nū quam tantum iuris conditores patrare potuerunt, vel audere, ut quartarum deductiones tantis distantes intervallis confunderent, sine iusta & quæve ratione, aut causa; imò notorio periculo errorum, quos commixtio ista in recta iuris civilis doctrina ingenerare, seu inferre posset: revise, quod in simili argumento digessimus, ut aliud similem expelleremus errorem sup. lib. 3. cap. 2. quibus sane commotū spero nostræ cœluræ te acquieturum.  
**36** Cuiacius lib. 8. obseruat. cap. 4. existimat, idèò iuris Consultos inde tractione Pegasianæ legis Falcidiæ meminisse, quia per Senatus Consultum Pegasianum protracta fuerata ad quæcumque fideicomissa vriversalia, seu particularia, quem sequutus fuit noster A. Pichard. dicit. §. 3. inst. de fideicom. heredit. numer. 38. & in ea sententia fuisse Duaren. Baronem, Hotoman. Costā que refert, sed falso imponit, ut ex proxime dictis constat, verius refert P. Gregor. lib. 42. syntagm. iur. cap. 34. num. 5. Broxum dicit. §. 3. inst. de fideicom. hered. nn. 1. I. Parex ad l. Iul. & Pap.

num. 15. Sed hanc Cuiacij, iislorumque sententiam non ambigue ( n̄ nostris facile de mulceor) conuicimus capitulo proximo, omnimodo huiusmodi extensionem denegans legis Falcidiæ ad 17. fideicomissa. Subtilius Anton. Concius lib. 2. subcessiarum lect. cap. 4. ex cogitauerat legem Falcidiam de fideicommissis distractam fuisse à tempore, quo fuerunt esse etia necessaria usq; ad Vespasiani imperium, quo imperante Senatus Consultum Pegasianum sanctum fuit, indeque remansisse iuris Consultis memoriam nominandi saltim legem Falcidiam in fideicommissis: præcipue cum exolum esset Pegasianum iuris conditores: sed proximo capite iam refellimus doctissimum virum ratione, argumentis, & autoritate Osualdi, atque Anton. Pichardi, Hugo Onelli. lib. 7. com. cap. 21. lit. D. eo vocari Falcidiam quartam Senatus Consulto Pegasiano in dictâ, quia primo Falcidiana constituta fuit, quæ conjectura omni ratione deslituitur: nam si res ex omni parte dissimilis est, nec conuenit fere in aliquo cum Falcidia, nisi quod quadrans uterque sit, nullus & quem causam iudicabit Consultis fuisse, ut sic rerum diuersarum communicarent nomina. Necne F. ac. 19. Husmanum feremus prorsus abnegatum paradoxo 8. ad l. Falcid. Senatus Consultum Pegasianum, iam cū Schistordehero capite præcedenti derissimus, & tantam audaciam extirpavimus. Denique hoc communī voī à nostris interpretibus acceptum est, iuris Consultos quartam Senatus Consulti passim Falcidiam vocitasse: prius iam datos, hoc axioma simpliciter agnoscit Tobias Nonnius in princip. inst. de fideicom. hered. num. 13. (qui refert Portium, & Accursium) P. Fran. Linglois ad 50. decisiones Iustinian. decis. 24. quast. 2. num. 2. (qui Bartol. refert) Roland. à Valle 1. tom. cons. 27. no. 2. I. Menoch. de edipis. pess. rem. 2. n. 26. In

In tanto discrimine tentabam si rō  
ad Falcidiā in prægestis responsis accipe-  
remus magis pro deductione quacū-  
que, quam proprie pro Falcidia legi;  
nam ab illa quarta Falcidiana aliæ de-  
ductiones fuerunt appellatae Falcidiæ;  
& sic certus dō drās nepotibus à Theo-  
dōsio alijs que Cæsaribus cōcessus Fal-  
cidia nuncupatur, l. si defunctus 4.C.  
Theodosian. de legitimis hereditatib. ibi:  
Quod si hic defunctus, de cuius bonis lo-  
quimur, habebit ex filia nepotes, sed præ-  
terea filios non habebit, sed quid præferri  
nepotibus possint, habebit agnatos in qua-  
dam Falcidiā, & in dōdrantem nepotes  
iure succedant: ad hoc nomen adiunxit  
Seneca lib. 2. cap. 4. ibi: Hac itaque curā  
habebit, si grata estimari, quæ præstabitis vo-  
tes, ut beneficia sua illibata, vt integrā  
ad eos quibus promissa sunt, perueniant,  
sive vīla (quod aiunt) deductione, idest,  
fine vīla deducione Falcidiæ, en Falcidius beneficiorum: sic quarta qua ex-  
cluditur quis ab in officiis quærelā  
Falcidia dicitur l. Papinian. 8. §. quarta  
p. §. meminisse 14 D. de inofficiis testam.  
l. quā nū er 31. C. eodem, sic quarta le-  
gitimaria filiis designata, & taxata,  
Falcidiā nuncupatur Auth. vt falcido-  
na constitutiones nouell. 46. in præfatione,  
ibi: ἡ ἀντίθετη δύναμις τούτη  
ζεῖ. Καὶ χρήτορ φαλκίδων, εἰ τοῖς πα-  
τέροις γνωσταῖς πατέροις, idest. Et  
ex quanticis uncijs reputari oporteat Fal-  
cidiam, quam filijs parentes relinquent, &  
in Auth. de immensis donationibus, no-  
well. 92. in princ. præfationis. οὐ τα πεπ-  
τά φαλκίδην, τις ἐκεῖνος διαπ-  
οικει, idest. Illius parte decreuimus, &  
sit in authēs. unde si parentis, C. de inoffi-  
ciis. testamen. hoc nomen obseruatum  
est, ibi: Quisque tantum feret ex heredi-  
tate nomine Falcidiæ, quantum poteras  
ante donationem deberi, Julianus Patri-  
civs, & antecessor urbis Constantino-  
politanæ, sive interpres, sive collector  
nouellarum constitutionum Iustinia-  
ni in constitution. 34. idem nomen re-

tinuit cap. 314. ibi: Omnes tam masculi  
quam foeminae decedentes si unum filium  
babeant tertiam partem substantiae suae  
relinquant Falcidiā nō in nomine, & constit.  
37. cap. 104. ibi: Hoc autem quod de Fal-  
cidia deductione loquitur constitutio in  
liberis locum habet, quibus & pars Falcidiæ  
debetur, similitet pars quæ filiabus  
reservabatur à bonis prædutoris patris  
teique Iesæ Maiestatis condemnati  
Falcidia dicebatur l. quisquis 5. §. ad fa-  
lia 3. C. ad l. Iuliam Maiestat. hinc cla-  
ram accipit lucem Constantin. Harmen.  
lib. 5. Prompt. tit. 9. in princip. Φαλ-  
κίδας λέγεται πάρα τῷ νομῷ, οὐ τούτο  
κοινό τεος πργ. ματος εἰς τὸ μετεχόον  
πονον μέποτα τετών οὐκέτω τοπ μετε-  
χοτων εἰς αὐτοδιδατας. Falcidiā in in-  
tis corpore dieitur, cum ex requipiā cō-  
muni, cuius plures sunt participes, pars alii  
quaenique horum qui in ea communicat,  
datur: vnde Scholion antiquum subi-  
cit, η ἐπ φαλκίδιος ο συντελεῖ εἰς ε-  
πιν οὐκοτοις ιερέδακαλέ, γραφεται δε  
αρσενικὸς φαλκίδιος, η οὐδετερός τὸ  
φαλκίδιον ασετις ιερός ιερός, εἴτε  
que Falcidia, quod vulgo μέρισα partem  
appellare solent, offerunt autem Graci, nō  
nunquam masculos genere ο φαλκίδιος  
interim neutro τὸ φαλκίδιον, quasidixi-  
ris ξεπιδιόν hoc est, particulam. Falcidia  
ergo nō tam in vīlo iuris pro legi Fal-  
cidia accipitur, quā pro destratione,  
seu parte de falcata, in quo sensu, non  
abnegarem derivationem à falce, vt  
ex aliquorum sententiā refert proximū  
Harmenopuli Scholion datum  
in subsequentibus verbis, & Sypon-  
tin. ad 2. epig. Martial. spectacul. fol. mi-  
hi 172. Sed verius iudico ad similitudi-  
nem Falcidiæ has nominatas Falcidiæ  
sive Falcidianas deductiones, vt iam  
præscripsimus, cap. 1. hoc lib. num. 2. &  
nunc addo Ioann. Barclaium, qui 2.  
part. Sui Euphorionis Lusinini, dum  
ineptias castigat barbarorū hominū,  
cunctæ eruditioñ experitum, & varia  
dementiarum exempla recenset inse-  
rie

rit hoc, & irridet his verbis. *Hic Falcidiam legem, quod in star falcis legata res cindere volebat appellatam, quas agnoscunt denominaciones erudite Franc.*  
*Hototian. in disputat. de quarta legittim. fol. mihi 11. & quest. 43. illustrum*  
*quest. Anton. Continus lib. 2. subres. cap.*  
*4. num. 2. Franc. Broeves in §. 3. iust. de*  
*fideicom. hered. Nicol. Bellonus in prin-*  
*sipio eiusdem tit. num. 13. Æmil. Ferre-*  
*rus in rub. D. ad l. Falcid. num. 4. Andre.*  
*Alciat. in eadem rub. num. 7. Anton. Fa-*  
*ber 2. tom. error. decad. 36. error. 4. num.*  
*16. I. Caluin. lexico iur. verbo Falcidia,*  
*Bart. in Autb. de immens. donat num. 1. 3.*  
*4. Azo in nouell. de hered. & falcid. nu-*  
*mer. 6. P. de Castro in l. 1. num. 10. D. ad*  
*l. Falcid. Michael Gras. recept. sentent.*  
**S** Falcidia in princip. num. 2. Cui. in l.  
 inbemus, C. ad Senatus Consultum Tre-  
 bell. Sed quid magis? in taotum Falcidi-  
 a pro quacumque deductione sumi-  
 tur. vi non solum ad quartam; sed ad  
 dimidiam partem referatur: Julian. an-  
 tecessor dict. const. 34. ibi: *Sin autera ul-*  
*tra quatuor sint, dimidiam partem substi-*  
*tiae paterna habeant, vi in hoc casu Falcid-*  
*ia lex dimidiam partem continet, id est*  
*sex uncias substantiae defuncti, non null. di-*  
*cta 18. cap. 1. obseruauit A. Alciat. in an-*  
*tiqua lectur. ad rub. D. ad l. Falcid. num.*  
*3. non mirari ergo debemus, si quartam*  
*fideicommissorum iuris Consulti Fal-*  
*cidiam nominauerint, maxime eo tē-*  
*pore quando inter se tantam affinita-*  
*tem legata, & fideicommissa contra-*  
*xerant. Subiice his, non coniecturam,*  
*sed a pertam veritatem, quæ valebit*  
*quemcumque contumacem animum*  
*adducere, nam cum ipsi iuris Consul-*  
*tis Senatus Consultum Pegasiandum*  
*odiosum fuerit (vt capitibus præcedē-*  
*tibus, & subsequentibus dicemus) ope-*  
*runtque eius stipulationes, facilius cre-*  
*dimus, quartam ab eo Senatus Con-*  
*sulto in iestam denominasse Falcidiā,*  
*siquidem & alias longe remotas, nul-*  
*lo que induetas odio sic denominarūt,*

quid ultra? si Quæstor Tribonianus, seu  
 Justinianus, cum de abolitione Pegas-  
 iani egit, & translatione in Senatus  
 Consulti Trebellianū Pegasiā nomi-  
 men abrāvit, Falcidiat que reposuit,  
 cum idem non erubescat fecisse in Se-  
 natus Consulti Pegasiā nomine (vt  
 in p̄eecedentib. capib. diximus) nam  
 quamvis replices, transfusso Senatus  
 Consulto Pegasiā in Trebellianū,  
 & omnibus locis isto reposito, & no-  
 men Trebellianicæ reponendum esse,  
 non obseruit: nam cum Falcidiat no-  
 men solemne esset apud iuris Consultos  
 faustum que nomen, in quacumque  
 quartarum deductione, non mirabi-  
 mur si id, & fideicommissis applie-  
 rit nomen Falcidiat, non Trebelliani-  
 cæ, quod receptum nō erat, nec in Pā-  
 dectarum libris scriptum inuenimus,  
 (vt cum multis iam obseruani hoc lib.  
 6.) cum nec quartam Senatus Consultum Trebellianum induxerit, licet in-  
 uentionem ei tribuat l. 1. 3. & 8. C. cod.  
 tit. & alia responsa sup. cap. 4. congesta,  
 sed id ex repositione Trebelliani pro  
 Pegasiā (vt iam latius animaduer-  
 sum) facinore Triboniani patratum  
 fuit. Ex his liquet multa adhuc super  
 esse respōsa in iure nostro, in quo si-  
 mplex nomes Falcidiat pro Pegasiā  
 quarta accipiendum sit, cum receptū  
 (vt hic animaduerti) in populo Ro-  
 mano snerit, quamcumque detractio-  
 nem Falcidiā nuancipari, exp̄issa  
 est l. 1. §. inde Neratius 19. D. ad Senatus  
 Consultum Trebell. ibi: Restituere totam  
 hereditatem, non deductā Falcidiā, ver-  
 ba testatoris sunt, vi probes loquendi  
 formulam idest, non deductā quarta Pe-  
 gasiā, hoc voluit testator, l. mulier 22.  
 9. si heres 2. ibi: Summo et Falcidiā, D.  
 eodem, idest, quartam, quam supra di-  
 xerat l. § eius 64. § fin. ibi: Erit Falcidiā  
 locus, idest, detractio ni l. coheredit 41. §.  
 quod si heredem 3. D. de vulgar. pupillar.  
 ibi: Salua Falcidiā, l. cum patet 77. §. Ti-  
 tio 34. D. de legat. 2. ibi: Falcidiā com-  
 pensa-

pensioni sufficere, l. vnum ex familia  
67. §. 1. D. eod. ibi: Si Falcidia quaratur,  
& sic tu mi lector, si haec tibi arrident  
(vt spero) potest in alijs obseruare res-  
ponsis, & conseruare.

Sed adhuc in tam abstrusa notio-  
ne praecepta ista sola non sufficiunt,  
occurrent alia, & plura responsa, quæ  
legem Falcidiæ in fideicommissis ad-  
mittere evidenter, sed animaduerte ex  
obseruatione antiqua deducende Pe-  
gasianæ ea formulariâ verbâ procede-  
re: nam cū Falcidia lex fuisset præor-  
ta, & ad eius exemplis Pegasiana fuisset  
instituta, norma & regula præsi-  
gebatur ad deducendam Pegasianam;  
23. & vi ex Senatus Consolto Pegasiano  
restituetur hereditas, si lex Falcid-  
ia locum haberer, id est grauatus es-  
set institutus restituere hereditatem,  
ultra modum in legatis à lege Falcidia  
ad signatum, præfixumque, id est ultra  
dodrantem: iti quod si lex Falcidia lo-  
cum haberet in legatis, tunc ex Pega-  
siano restitueretur hereditas quarta  
que detrahetur Pegasiana; si secus  
id est alias lex Falcidia locum non ha-  
beret id est grauatus nō esset restitu-  
redodrantem ultra, tunc ex Trebellia  
no exercebatur restitutio. Vnicum  
huius regularis formæ, seu computa-  
tionis testem habemus Domitium Vi-  
opianum tit. 25. de fideicommissis. verba sunt  
is qui rogatus est, alij restituere here-  
ditatem, lege quidem Falcidia locum non  
habent, quoniam non plus, puta, quam  
dodrantem restituerer rogatus est, ex Tre-  
belliano. Senatus Consolto restituit, ut ei  
& in eum dentur actiones, cui restituta  
est hereditas; lege autem Falcidia inter-  
ueniente, quoniam plusquam dodrantem,  
vel etiam totam hereditatem restituere  
rogatus sit, ex Pegasiano. Senatus Consol-  
to restituit, vel deducta parte quarta ip-  
sequi scriptus est hereditatem restituit,  
& in ipsum actiones conseruentur, is autem  
qui recepit hereditatem, legatarij loco ha-  
beatur, refert etiam Cuiacius in nosis

ad I. Paul. lib. 4. sentent. 3. in principi-  
Franc. Hotoman. in §. ergo, inst. de fidei-  
commissis hered. enunciation. 1. & nos  
obseruamus sup. cap. 3. Hinc præcla-  
ra expenduntur responsa, quæ ad hu-  
ijsmodi rationem, & regulam legis  
Falcidiæ Pegasianam deductionem  
librant dict. l. coheredi 4. §. quod si heredem  
3. D. de vulgar. in fin. ibi: Citra Fal-  
cidia rationem debetetur, l. cum filio fa-  
miliæ 11. D. de legat. 1. ibi: Habita ra-  
tione legis Falcidia, l. pater 14. D. ad l.  
Falcid. ibi: Admissa compensatione dotis  
in Falcidiaratione, l. Pater 54. ibi: Sed  
hac ratione nemo in Falcidiaratione quicquid  
quam ducet. D. ad l. Falcid. l. si patroni  
55. §. 2. D. ad Senatus Consultum Trebel-  
lian. ibi: Quartam enim Falcidia iure si-  
deicommissarius retinere non potuit iure  
Falcid: a, id est ratione, & regula, l. pa-  
trem 19. D. quæ in fraudem creditor. ibi:  
Omissione Falcidia, l. 2. C. ad l. Fal-  
cid. in principio l. 3. C. eodem, ibi: Ad eam  
videlicet modum quem lex Falcidia pati-  
tur: na præcautione non turbaberis,  
si legem Falcidiæ in fideicommissis  
inueneris. Hinc forsitan primus obser-  
no, quod cum Pegasiana ad formam,  
& regulam legis Falcidiæ deducere-  
tur, merito acceptum fuit edictum il-  
lud scilicet plusquam per legem Falcidiæ  
licuerit legatum esse dicitur, l. 1. §. hodie  
5. §. sed & legatario 13 l. videamus 5. D.  
eodem, sic cui plusquam per legem, sic in-  
tellego l. 13 cui 5. 1. D. ad leg. Falcid. ibi:  
Propter conditionem aliorum fideicom-  
missorum, vel legatorum legis Falcidia  
causa pendebit: causa, id est ratio, & co-  
putatio, nam si illa ratio, quæ indedu-  
cenda Falcidia adhibebatur, similiter  
obseruabatur in Pegasiana, edictu il-  
lad præcautionis si cui plusquam per  
legem Falcidiæ Pegasiano merito ap-  
plicatur. Sed quomodo cumque sit, si-  
ue ex interpretatione iuris Consolto-  
rum, siue ex constitutione O. Piij, de  
qua in l. filii familias 18. D. ad l. Falcid.  
extensionem edicti iam prænouerunt  
Cui,

Cuiac. in commentar. ad l. 1. D. delegat.  
1. & in l. 2. C. commun. deleg & libr. 8.  
obsernat. cap. 5. Gothofred. dict. legib.  
Æguin. Baro in manualib. ad Pandect.  
lib. 1. fol. mihi 207. Cland. Chislet. libr.  
q. de iure fid. cap. 3. doctissimus Mel-  
chior de Valentia tit. 3 ill. tract. 5. cap.  
vlt. num. 24.

Multoties cum viderent testato-  
res, in restitutione fideicommissi he-  
redem institutam retentum quar-  
tam, ipsi aut certis bonis adsignatis,  
25 concedebant: aut absolute eam in tes-  
tamento prætribuebant, quo casu iu-  
re legit, aut quod certius est, præle-  
gati præcipiebat trientem illum in-  
stitutus, pro qua reali deduictione ma-  
gis Falcidia lex competebat, quā Se-  
natus Consultum Pegadianum: cum  
istud tunc habebat locum, quādō nul-  
la designata quarta, testator rogabat  
heredem restituere, aut totam her-  
editatem, aut supra dodrantem eius, §.  
ergo, in l. de fideicom. hered. (diximus  
sup. cap. 3.) ex quibus secure intellige-  
tur difficile alias responsum in l. Titia  
80. l. si heres 90. D. ad l. Falcid. ibi: Quo-  
niam quod ei pater familias dare voluit  
legis Falcidia commodum præstat: sic  
etiam rescriptum Seueri, & Antonini  
Cocceio Campano mislum, quod in-  
scrutit Marcellus in l. si quis priore 29.  
D. ad Senatus Consultum Trebell. ibi: Vt  
contentus rebus sibi datis, aut suppleta  
quarta ex lege Falcidia, hereditatem res-  
tuat. &c. quod transludit Iustinian. in  
§. sea & si quis 3. inst. quibus modis testa-  
men. in fir. l. dedicato 58. §. 3. D. ad Tre-  
bell. ibi: Acceptis centum, hereditatem ro-  
gatus restituere totam pecuniam iure Fal-  
cidia percipere videtur, l. 1. §. si quis qua  
dringenta 17. D. eodem. l. si heres 125. D.  
de leg. 1. l. filium 5. §. sed & si portio, D. de  
leg. præstand. l. si vt allegas 11. C. ad l. Fal-  
cid. ibi: Ceteris que speciebus pro Falcidia  
præcepit esse contentam, auxilium Fal-  
cidia, quod imploras apud suum iudicem,  
non prohibet flagitare, l. quotiens 10. C,

familia herciscund. l. 3. §. cum Pollidius,  
D. de usuris. Ex his non insubtiliter 26  
accipies l. legatus 30. D. ad Senatus Con-  
sultum Trebell. ibi: Sed vt reuersus domis  
siputauerit sibi expedire commode Fal-  
cidia, vel testamento vtatur: disiunctio  
enim expositiva est (de qua nos plura  
lib. 1. cap. 12. & aliqua hoc lib. cap. 3.) sub  
disiunctive commodum Falcidiae, seu  
testamentum, positum fuit, quasi Cō-  
sultus diceret, vtatur commode Fal-  
cidiae scilicet bonis pro quarta sua in  
testamento adsignatis, id est in subie-  
cta materia commodum testamenti.  
Ex nostra etiam sententia accipiendus  
est Africanus in l. ex aſſe 28. §. fn. D. ad  
Senatus Consultum Trebell. nam ex an-  
tecedentijs patet, quadrantem institu-  
to resternatum fuisse, ad illum enim lex  
Falcidia pertinet. Maiorem hæritan-  
tiā nobis imponit Paulus lib. 2. fidei-  
commissorum in l. qui ita 66 D ad Sena-  
tus Consultum Trebell. nam litera res-  
ponsi non indicat quartam instituto 28.  
designasse testatorem, & aperte de fi-  
deicommisso testamentario loquitur,  
& tamen lege Falcidia institutum vsu-  
rum respondit: Terruit sane respon-  
sum, sed nihilominus lucella aliqua,  
non bene distincta, nec satis obscura  
ēcūt nos ad veritatem: duo enim ibi  
instituti fuerunt, & alter sub conditione,  
sic heres eius adiicit, coheres nō  
libens, sed compulsus adiicit, dubius inde  
an institutus, qui non coherens fuit, le-  
ge Falcidia vni posset, & respōdet pos-  
se: fuit sane instituto præseruata quar-  
ta à testate re, qui inter coheredes di-  
uisit hereditatem, utrique sua portio-  
ne adsignata, quā aliter cum fideicom-  
missum testamentarium esset, & quod  
magis est, ut uersale, ad legem Falcidi-  
am, pertinere: inde ei im angeba-  
tur dubitus: nam cum instituisse her-  
udem, & reseruasset portionem sub-  
conditione, sic heres eius adiicit, res-  
ponsum est ut posse lege Falcidia, quā  
nisi coheres coactus adiicit, in illis  
enī.

enim verbis, in quibus consistit responsum usi potest legi. Falcidia aperiē demonstrator, quā siūlū fuisse de qua rā reseruata à testatore, quā ex legē Falcidia est, & pro ea datur, ut grauis simis responsis hic cōfirmanūt: plerūmque in nostro iure à responsione auspicamur quæstionem, sic (vti alias obseruauit) fragmenta mutila, & truncata sunt responsorum. Inuit & sententiā nostrā inscriptio: nā Paul. lib. 2. fideicom. loquuntur fuit de rebus aliis quibus specialiter heredi designatis, vni colligitur ex l. s. à me 29. D. ad l. Falcid. cum ergo conjecturā à verbis, ab inscriptione à iure conveniant, quisfere poterimus. Deducimus ergo ex his ad legem Falcidiā pertinere deductionem, quam ad signatam ab ipso testatore heres institutus recepit, nam cum iure prælegati accipiat, vt pro-

xima responſa probant, non est mirū si Falcidiā ad commodetur, cum ex prælegatis deducatur Falcidia dict. l. Titia 86. l. Nescennius 22. D. ad l. Falcid. 29. l. à coheredib. 17. C. eod. tit. l. ex facto 35. §. 1. D. de hered. inst. docent Cui. libr. 6. responſ. Pap. ad l. heredi 15. D. de his quibus, vt indign. & d. l. facto, & in l. 125. de leg. 1. & lib. 9. resp. Pap. in l. deducta, q. nummis ad S. Consultum Trebell. & libr. 13. resp. Pap. ad l. quod bonis 15. §. fideicōmissum, D. ad l. Falcid. Æmilius Ferret. in rub. D. ad l. Falcid. num. 31. Manticā lib. 9. de connect. vlt. vol. tit. 14. n. 19. D. Gothof. d. l. coheredibus 17. & sic posuerunt sub hoc respectu iuris Cōsultū meminisse legis Falcidiā in fideicōmissis vniuersalibus, seu particularib⁹, quod dignum animaduersione iudicio, sed tamen ut nostra compleatur disquisitio, animū aduerte ad sequētia.

## C A P. VII.

**D**isputatur D. Pij constitutio, qua lex Falcidia ad successiones ab intestato extensa fuit à num. 1. cum seqq. Qui eā agnoverint, & tractaverint. 2. Lex Falcidia successiones ab intestato cogitare non potuit. Nec S. Consultū Pegasianum. 4. Nei Trebellianum. 5. Causa extēsionis D. Pij 6. Disquiritur ratio, qua tantum temporis id facere P. Romanus ceſauerit. 7. Vnde Contij aliorumque iudiciorū satisfit. 8. Sed cur lex Falcidia, & nō Pegasiānum inductum fuit. 9. Intellectus aliquorum in l. filius familias, D. ad l. Falcid. 10. Lex Falcidia nunquam pro Pegasiana quarta capitū. 11. Traditur ratio, qua Pegasianum non extensum fuit. 12. Stipulationes Pegasiani ambages, & circuitus odioſiſunt. 13. Lex Falcidia acceptior fuit. 14. An Trebell. in fideicōmissis ab intestato acceptum fuerit? 15. & Pegasiānum 16. Ad id expenditur l. recussare 6. §. meminisse 6. cum seqq. D. ad S. Consultum Treb. 17. Vnde grauiſ consideratur difficultas. 18. Sentētia certa datur ex constitutione D. Pij. 16. Cui. & Gothof. notantur. 20. Restitutio ex Trebell. siebat, cū quarta à testatore designabatur, vel reseruabatur in testamēto. 21. Trebell. dabatur in fideicōmissis ab intestato. 22. Secuserat Pegasianū 23. Inde explicantur l. 3. & 5. C. ad S. C. Treb. 24. 25. Et l. si quādo dies legati cedat. 26. Et d. l. recussare, §. 1. & 2. 27. S. C. Pegasianū in una coactionis parte semper gratū fuit, & pertinuit ad fideicōmissa ab intestato. 28. 29. Sed cur nō quo ad detractionē quartæ. 30. Late explicatur Vlp. d. l. recussare, §. 1. & 2. 31. Et l. cogi 16. §. idē Macianus 9. D. ad S. Consultum Trebellianū. 32. Fideicōmissa in dubio accipiebā-

zur de illis, qui ab intestato relinquebantur. 33. De hac inductione D. Pij 4<sup>3</sup>  
liqua responsa intelliguntar. 34. 35. Explicatur Synopsis Basiliconis. 36.  
Curiosa animaduersio in l. i. testamento 12. C. de testam. milit. 37.



ED quamvis non integratam, quam proximo capite regulā adseruimus, futurā multis, sperarem: ut tanta obstantia responda sedarentur, tamen inique (mea sententia) facerem, si illi adquiescerē quoad cuncta iuris responsa, quæ legem Falcidiā videntur accommodare fideicommissis: multa enim sunt in quibus proprie lex Falcidia stat, sed que iure non improprie, vel (ut ita loquar) trahitur. Et primo utiliter pro multorum iurium cognitione, & ut ad alia æquam sternamus viam, ad gredior D. Pij constitutionem, quæ lex Falcidiā ad successiones ab intestato extensa fuit propter fideicomissa: cuius constitutionis monumentum reliquit I. Paul. lib. 11. question. in l. filius familiæ 18. D. ad l. Falcid. ibi: Dixi, legem Falcidiā induc tam esse à D. Pio etiā in intestatorum successionibus propter fideicomissa, D. enim Antoninus pius cum multa de iure sanxisset, ut in eius vita reficit I. Capitolin. inter alias (quorum multa adhuc in iure Pandectarum nostro sūpe iudicata sunt), adserente sic I. Rebaro lib. 3. variar. cap. 10. dum Antoninorū differentias inquirit) celebrem constitutionem condidit, quæ legem Falcidiā ad successiones ab intestato propter fideicomissa viliter induxit, quam quidem libentes agnoscunt nostri iuris interpres, Alexander, veluti, dict. l. filius familiæ, I. Cui. in Paratil. D. ad l. Falcid. lib. 3. questionum Papin ad l. ita stipulatus 115. D. de V. O. & lib. 8. obseruat. cap. 4. & lib. 11. quast. Paul. d. l. filius familiæ & in commentario ad l. I. D. de legat. 1. A. Gouean. in prafation. ad tit. D. ad l. Falcid. n. 15. & Vbesembeq. ad eundem nam. o. Franc. Hulman. paradox. 8. ad l.

Falcid. fol. mibi 34. A. Continus libr. 2. 1. subces. lect. cap. 4. Franc. Duaren. incom-  
ment. ad tit. D. ad l. Falcid. cap. 5. A. Ri-  
chard. in pralect. addict. l. 1. D. de leg. 1.  
cap. 12. A. Faber 2 rem. err. decad. 30. cr-  
ror. 4. num. 9. & in iuris prudent. Papin.  
titul. 11. princip. 9. illation 5. Olusid.  
ad Donell. lib. 7. com cap. 21. lit. D. Fran-  
Hotoman. de quaerita Falcid. fol. 3. Gal-  
par Anton. Thesaur. decis. Pedem. 141.  
num 6 (quis sic intelligendus est) Mel-  
chior de Valentia. lib. 1. illus tract. 3. n.  
11. Claud. Chislet. deportionib. 6. 17.  
Cūm enim lex Falcidia solum quasi  
præculis habuisset legata, ea que in  
modum certum redigisset, quæ cum  
nisi in testamento relinquī non pos-  
sint, §. præterea, inst. de fideicomis. be-  
red. successiones ab intestato cogitare 3  
non potuit, ac per consequens fidei-  
comissa ab intestato relictæ, quæ nec  
tunc temporis erant necessaria, vt ibi  
ne senserunt Paul. de Castr. d. l. filius  
familiæ, Vbesembeq. vbi sup n. 6. & A.  
Faber d. illat. 5. eadem ratione intesta-  
torum fideicomissa immunita per-  
manerant à S. Consulito Pegasiano,  
quod solum fideicomissa testatorū  
comprehenderat, teste vno Iustinia-  
no 10. §. sed quia. inst. de fideicom. hered.  
nam alias in vanum Antoninus legem  
Falcidiā induxisset ad fideicomis-  
sa ab intestato. Quid autem S. Consul-  
tum Trebellianum? solum illud actio-  
num translationē ex testamēto præ-  
criperat, nec deductionem aliquam  
curauit, excogitauit ve, l. 1. D. ad Sena-  
tus Consultum Trebell. breccusare 6. §. 1.  
D. eodem. §. restituta, inst. de fideicomis.  
sar. hered. cum ergo lege aliqua, vel  
Senatus Consulto, aut iuris Consul-  
torum interpretatione, quām non ha-  
bemus, fideicomissa ab intestato nulli  
moderationi obnoxia manerent, sen-  
tiens consultissimus Cæsar D. Piussie  
fraudari

6 fraudari Falcidiā legem, s. que Cōsultum Pegasianum, remperavit illa deductione triensis, inducens adeo bono publico, salutarem legem Falcidiā: ne alias tituli fideicommissi abintestato, ultra quadrantem (quod tunc temporis fieri poterat) relinqueretur, sed  
 7 qualiter P. Romanus tantam temporis demoratus fuerit, ut ad fideicommissa abintestato legem Falcidiā extenderet: nam à tempore quo D. Augustus ex exemplū præstuit, à quo fideicommissa exorsa fuerunt necessitatē in persona Lentuli usque ad D. Pij tempora transactū fuit ultra 140 annos, vñ compérimas sup. lib. 3. toto enim illo tempore fraudi subiacebat lex Falcidia, aut S. Consultum Pegasianum, cum ultra quadrantem, aut legari aut fideicommissi poterat titulo fideicommissi abintestato: quod  
 8 magis dignum animaduersione iudico contra A. Contij aliorumque iudicium, qui ferre non poterant fideicomissa nulli deductioni subesse usque ad Vespasiani tempora, & sic illo inter medio tempore Falcidiā, de quibuscumque fideicommissis deductam fuisse: coisubtiliter iam respōdimus sup. hoc lib. cap. 3. & sane adhuc apud me semper firma manerentia, sedet que animo, ratiū reportis prolapsum fuisse, donec consensu certo populi fideicommissa necessaria stabilita fuerant, nam paulatim ea necessitas introdicta fuit princ. inst. de fideicom. hered. & denique quo usque necessitas legis agnoscitur, eique congruū remedium adhibetur, & quantum multoties legislator cunctatur! respice tamen quæ d. c. expendimus, & non miraberis legis Falcidiā extensionem tandem in suspēso fuisse, quovsque D. Pius sanxerit eam, & indexerit.

Sed saunter requiret aliquis, atq; ultra, si Pegasiana de fideicommissis deducitur vniuersalibus, atq; specialibus, & tanquam fideicommissorū

provincia S. Consulto Pegasiano subiaceat, debuit D. Pius non legem Falcidiā, sed S. Consultum Pegasianum 9 inducere ad fideicommissa abintestato. Nisi forte malius, legem Falcidiā (de qua in constitutione D. Pij sit mentio) subintelligendam Pegasianam, quod vili fuerunt Aluericus d. 10 filius familias, & A. Picard. d. l. 1. D. de leg. 1. c. 12. agnoscere, cum frequenterissimum in nostro iure reperiāmus Falcidiā pro Pegasiana ex congestis iuribus capite superiori, sed nihilominus propriæ lex Falcidia fuit, quam D. Pius ad fideicommissa abintestato induxit, non Pegasianam, nam quamvis aliquando in iure nomina ista promiscētur (vñ & nos nec abnuimus capite præcedenti) non tamen lex Falcidia pro S. Consulto Pegasiano sumpta fuit, nec vñquam ικταφρον̄ similem inueni apud iure Consultos nostros: cum enim Falcidia abutimur pro Pegasiana, magis tē Falcidia pro parte, & deductione sumitur, quam pro Falcidia lege, ut capite præcedenti probauimus; non sic quando lex Falcidia expræfle designatur, & eo nomine abuti volumus pro S. Consulto Pegasiano: hoc enim inuisum est, nec tollerandum, vñ prædocuerunt Osuald. ad Donell. lib. 7. com. c. 30. lit. C. & Schiffordegher. lib. 3. tract. 7. q. 6. Legem ecquidem Falcidiā D. Pius ad fideicomissa abintestato extendit, non S. Cōsultum Pegasianū, ex ratione in præcedentibus iam à melibata, quod scilicet S. Consultum Pegasianum, eiusque stipulationes odio habuerint ipsi iuris conditores, vñ Iustinianus ipse testatus in d. sed quia 7. inst. de fideicom. hered. l. 2. §. quintus 6. C. de veteri iur. enucleand. quas circuitus, & ambages idem vocavit in autib. de heredib. & Falcid. cap. 1. ἡ μάλιστη ἐφίμων ἀπερ τῷ τρέψαντιον μὲν δέγματα διδόνει 13 κανεὶς ἵπποι τοιάτερ φεδεικομητοὶ οὐχ χαρεῖ τὸ πρηγαβίδιον πε-

modis pio*docto* certis*ad* ex*commissis*: Et  
maxime apud nos, qui Trebelliano sola  
dogmatis dedimus in iuribus fideicommissis  
locum, Pegasianam circuitiones odio ha-  
bentes, & expellentes (quo loci *ris* na-  
pro*res* merito Haloader ambagis ver-  
tit*ipse* ecquidem Pegasianus, teste  
eodem Iustiniano dict. §. 7. captivas  
stipulationes vocavit quod in his ver-  
bis, sine dubio respexit Iustinian.) uti  
Pichard. Baldwin. Gothofred. & alij  
ordinarij dict. §. 3. exemplis illustrant,  
& Claud. Chiffet de iure fideicom. lib. 4.  
ap 8. conduceit que A. Faber 2. tom. err.  
decad. 27. cest. 1. num. 17. lex ei quidem  
Falcidia planior, & tenuior fuit, quae  
14 minquam institutum heredem re, &  
effectu, nomineque ab obligationibus  
dimouit hereditariis, rectis iuris con-  
seruatis principijs: & per consequens  
fauorabilior: Roland. à Valle tom. 1.  
conf. 27. num. 4. Alex. 1. vol. conf. 67. nu-  
m. 3. Anton. Corsetus in tract. de Trebel-  
lianis. §. 1. num. 3. Fran. Porcellinus in  
tract. de inventar. cap. 6. num. 12. Ex qui-  
bus rationibus effectum fuit, ut semper  
per lex ista extenderetur ad donatio-  
nes causa mortis, ad donationes inter  
virum, & uxorem, non vero Pegasianum.

Sed adhuc constitutio D. Pij in va-  
num viderut extendisse legem Falcidi-  
am ad fideicommissa ab intestato, eū  
Senatus Consultum Trebellianum, nō  
solum in fideicommissis in testamen-  
to, sed ab intestato reliquis obtinevit  
locum, & recusare 6. §. meminisse 1. &  
antea in L. 1. §. hoc autem Senatus Cōsul-  
tum 5. l. Lucius Titius 78. D. ad Senatus  
Consultum Trebell. §. præterea 10. in 8. de  
fideicom. hereditatib. sed obex iste pa-  
ram nostrum sisteret cursum: nam si  
intelligeremus in iuribus istis proprie  
Senatus Consultum Trebellianum,  
quod solum actionum translatiōnē  
curabit, non deductionē trientis: dis-  
solueremus, id magis constitutiōnē  
D. Pij effectu per legis extensionem

Falcidiam, ut à fideicommissis ab intestato triens Falcidianus deduceretur; 16  
sed Senatus Consultum Pegasianum  
etiam in huiusmodi fideicommissis in-  
sedit, Pegasiana que quarta ab eis de-  
ducitur, uti non ambiguo Cæsarum  
certa probant rescripta, utpote Im-  
peratores Carus, Catin. & Numer.  
in l. si per fideicommissum 3. & A. A. Dio-  
cletianus, & Maxim. int. & sine scriptu-  
ra 1. C. ad Senatus Consultum Trebellian.  
& in l. fin. C. quando dies legatis cedat: nā  
quamvis post D. Pium imperium ob-  
tinuerit, sanc Pegasianam agnoscunt  
in fideicommissis ab intestato reliquis:  
quamquam enim in rescriptis Sena-  
tus Consulti Trebelliani mentio fiat,  
sub intelligere Pegasianum debemus  
ex constitutione Iustiniani ab rasum:  
Trebellianum enim nullam intenit  
quartam; sed Pegasianum solum: &  
sic quotiescumque trientis deductio-  
nem in rescriptis, respōsive legitimus,  
quamvis sub Trebelliani nomine, sem-  
per Pegasianum intelligimus (vii cū  
multis obseruanimus supra cap. 4.) Ca-  
sares ergo isti, qui post D. Pium longe  
imperium obtinuerunt, Senatus Cō-  
sultum Pegasianum in fideicommissis  
ab intestato evidenter attribuunt, &  
eius autoritate ab huiusmodi fideicom-  
missis quartā dedeci. Ipse Vlpianus,  
qui sub Alexādro floruit, pro certo idē  
supponere videtur dict. l. recusare 6. §.  
meminisse, cum § sequent. dum Trebel-  
liacum in fideicommissis ab intestato  
admittit, & cogi posse necessarios he-  
redes absentesque respondit, propter  
quod necessario Pegasianum ibi sus-  
cipere debemus, cum istud, non au-  
tem Trebelliacum compulsionem  
intulerit: & sic liquido apparere, per-  
tinuisse, vel extentum tuisse Senatus  
Consultū Pegasianum ad fideicommissa  
ab intestato. Ex quibus ingens pas-  
citur difficultas, nam si D. Pius legem  
Falcidiam ad fideicommissa ab intestata  
induxit, in vanum id effectus, si virru-

se propria, aut extensione iuris Consultorum Senatus Consultum Pegasianum ea præoccupauerat: conuincitur ergo ratio Gouani dict. l. filius familias, aliorumque interpretum iam datorum, id est, D. Pium, adserentium, legem Falcidiā ad fideicomissa extendisse ab intestato, quia ad illa, nec Falcidia, nec S. Consultum Pagasanū pertinuerat, (quod & nos capite isto præposuimus) si autem hæc ratio vera sit, & si ex iusta necessitatis causa D. Pius Falcidiā induxit, quid quæso in causa esse potuit Cæsaribus, & Vlpiano, qua Pegasianum Senatus Consultum in fideicommissis admittant ab intestato, qui necessario aut obliuionis, aut mendacij coarguendi veniant: quorum utrumque, aut aduersus D. Piu: aut aduersos Cæsares istos, magnumque Consultum Domitium Vlpiatum, multum detrahit iuris autoritati.

Mirum est, quantum me hæc iuris difficultas torserit; & in cruciauerit nam si iuris interpretes consulo, quietissime subtilem video: si amicos, supercilij eritis musitate: aut graui silentio immanem difficultatem commirari: forte felicioribus ingenij ridentibus angor noster, sed cum instituti nostri, atque innati moris sit, verum ingenue profiteri: sic in præsentiarum facio, ut latum animadvertisam doctissimos: eorumque doctrinam nos expeteremus; in hisque angustijs ambire; tamen ut doctrina eorum doceat, & cœseat, & quum duxi nostrum iudicium eis supponere. Probo Pauli senten-

<sup>19</sup> tiā, & autoritatem, D. Pium legem Falcidiā ad fideicomissa ab intestato induisse, nec de illis quidquam Senatus Consultum Pegasianum somnis, nec contrarium deduci ex his rescriptis inimice obstantibus. Præter-

<sup>20</sup> reo primo Cuiacium, & Gothofredum, in eis concurrere legem Falcidiā & Trebellianum docentes: quicum-

que diuidicabit, quam indigna tantorum virorum sententia sit, vt quod nec in ea refellenda immoraremur, digni: Idem Cui.lib. 11. quest. Paul. dict. filius familias accipit dict. l. 3. de lege Falcidia ex D. Pij constitutione: tu in ea leges Senatus Consultum Trebellianum, quid ergo istud cum lege Falcidia, & constitutione D. Pij? alijs vaie scđant elegansimum responsum, & loco ~~restitutio~~ restituere, reponunt retentio, alijs, institutio, vt apud Cui. intentiones lib. 18. obseruat. cap. 3. qui Græcos notat in hypothesis constitutione. Ego autem obseruo, multoties Romanos antiquos in fideicommissis cōstituendis grauasse heredes suos hereditatem restituere, vel deductam quartam, vel loco eius, bonis aliquibus aut designatis ipsis, aut relictis, l. Titia 36. D. ad l. Falcid. l. si quis priore 29 ad Trebell. cum alijs latiori tractatu expendens ita vt libera quartā instituto maneret, hoc in casu hereditas restituebar ex Senatus Consulto Trebelliano: nam tunc Pegasianum habebat locum, quando ultra quartam quis grauatus restituere erat hereditatem, vt obseruaui, cap. 3. ex §. ergo, inst de fideicommissar. hereditat. & ex Vlpiano infragmentis tit. 25. §. is qui rogatus. Hoc ergo Senatus Consultum Trebellianum, quamuis eiusverba hereditatem testamentariam cōprehendisse videantur l. 1. D. hoc tit. tam in fideicommissis ab intestato obseruabatur ex interpretatione iuris Consultorum, qui fauorabiliori interpretatione hoc Senatus Consultum prosequunti fuerunt, indubitanter colligitur ex d. l. 1. §. hoc autem S. Consultū s. & ex dict. l. 3. & ex dict. l. recusare, §. 1. & ex alijs iuribus iam præscripsis: in hoc ergo casu, quando triens suus præseruatus à defuncto fuerat, & ex Trebelliano restituebatur hereditas ab intestato, D. Pius legem Falcidiā non extendit, nec necessariū fuit, nec

etiam S. Consultum Pegasianum, cum legitimus suā quartam haberet, & sic primum & incitam ētām ad adiunctionem. At vero cum Pegasianum minus fauorabile, immo odiosum fuerit I. Consultis accepium (vt hoc cap. & alibi dixi) quamvis solum de testamentarijs si-deicommissis lōquuntūm fuerit, nō inuenimus I. Consultos tractasse interpretatione eius extensionē ad fideicōmissa abintestato, ultra trientem legitimorum relata; quæ cum Pegasianū, nec lex Falcidia, nec I. Consultorum interpretatio comprehendisset, Consultissimus Cæsar D. Pius Antoninus agnoscens Pegasianum, legemque Falcidiā facile fraudari à testatoribus, titulo fideicōmissi abintestato suas ultimas voluntates disponentibus, extendit, & induxit (per rationem supra traditam) non Pegasianum odiosum, sed gratam Falcidiā legem, vt de illis suum etiam trientem legitimū heredes, huiusmodi fideicōmissi grauati, deducerent. Ex his patet ingressus ad l. 3. & s. C. ad S. Consultum Treb. nam cum in illis legitimū, retenta quarta, missi fuissent restituere hereditatem: restituunt eam ex S. Consulto Treb. quod semper in eo casu viguit, non ex lege Falcidia Antonini: non ex S. Consulto Pegasiano, vt hic animaduerti, & sic ex eodem S. Consulto Trebelliano retinēt quartam, defuncti speciali voluntate reseruātam, quod quidem expressum est d. l. s. ibi: Designauit velle successionem obtinere, vsque ad dodrantem: testator enim se ad aquans sentētia s. Consulti Pegasiani (sic intelligo eiusdem scripti verba ibi: Quantum penes eos sententia Senatus Consulti relinqui p̄cepit: ideo enim sententiam dixit, quia Peg. sianum solum de fideicōmissis testamentarijs lōquebatur, & solum sententia demonstraverat, quæ abintestato relinquebantur) voluit legitimos restituere hereditatem, vel successionem obtinere usque ad dodrantem. Sic etiam secure interpretamur l. 3. nam cum Zoticus, & alijs legitimi heredes rogati fauientur s̄que ad dodrantem, vel retēta quarta Republicæ hereditatem restituere, ipsi que restituissent integrā hereditatem quodam errore facti, vel alia ratione integra hereditas ad Rem publicam percosset: quarta, eiusque fructus hereditibus legiūmis restituidebet terror g. C. ad l. Falcid. utibene Accurſ. interpretatur dict. l. 3. & sentit Hugo Donell. in commentario ad eam, & hoc c. ex S. Consulto Trebelliano, quod tu quoque Imperatores subiiciunt, abintestato quoque locum habere: subiecta verba ad differentiam Pegasiani positā sunt, & vt quæſtioni fideicōmissi abintestato ipſis proposita se adæquarent, & sic quartam, quam legitimis reseruauerat defunctus, Republica restituere debet, fructusque quartæ, per Senatus Consultum Trebellianū, quod obtinebat locum in hoc casu: nā quamvis legitimī fructus quartæ interim perceptos non restituant l. in fideicōmissaria 18. D. ad Senatus Consultum Trebellianum, tamen si fideicōmissarius restituat quartam, debet etiam fructus eius restituere, qui, si bonis legitimī fructi essent, ad ipsos pertinēbant, vt dominos rerum: vt optimè explicat Donell. ad eandem l. 3. a num. 3. cum ergo hic ex Senatus Consulto Trebelliano restitutio fit abintestato, necessario intelligere debemus rescriptum loqui de specie illa unica ipſi Senatus Consulto post Pegasianum referuāta, quando non ultra dodrantem heres grauatus erat d. q. ergo de fideicōm. hereditat. hoc enim officium boni interpretis est ex suis principijs penetrare iura, maximē ostendere iuris prudentiæ, in qua rescripta, & responsa Ibrebiora Delphicis oraculis prodierunt; alias enim cœcta interpretationes suberti, ut pote dubitatoriae possent. Lex autem finalis quā-

do dies legati cedat parum nos remoratur, cum successor i saluā fore quartam, solum rescriptum sit, nec ex quo titulo, an ex Trebelliano, vel Falcidia addatur, & secundum ante dicta, accidere potuit; quod si ultra quartam fideicommissum sit, ex Falcidia Antonini: si intra eam, ex Senatus Consulto Trebelliano: quod cum rescriptum non expresserit, saluā remansit quartā legitimā ex altero duorum, secundū qualitatem questionis.

Sed actius nos circumstaret Vlpianus dict. l. recusare, §. 1. & 2. D. ad Senatus Consultum Trebellianum, qui circa Pegadianum respondere videtur, resoluens, ab intestato Senatus Consultum locum habere, uti gratius expendimus sup; sed primum nos, aliud agentes, aduersus non levē diffūcultatem responsi dict. cap. 3. praten-tans virumque Senatus Consultum concurrere, quando compulsus institutus adibat hereditatem, ita ut quārumvis compulsionē ex Senatus Cōsul-to Pegadiano fieret, tamen restitutio ex Trebelliano fieri poterat. Cum ergo Vlpius. Senatus Consultum abintestato habere locum firmat, Trebellianum intelligimus; & Iudicium scriptis dict. §. 1. hoc Senatus Consultū, Trebellianum scilicet, ad Pegadiani discrimen, sensus ergo dd. §§. 1. & 2. est, quod cum explicaret Vlpius. Senatus Consultum transcriptum in l. 1. D. eod. (uti dict. §. 1. animaduertit Gothofred. & ex responsis antecedentibus colligitur, inquit ergo Consultus, Senatus Consultum, quod de testa-mentis scriptum fuerit, verius esse, eo quo iure vlos fuisse, ad intestatos ( seu in testatorum, ut legit A. Faber infra referendus) quoque successores perti-nere: sive legitimi, sive honorarij sint. Postea subditar §. 2. (licet renuant A. Faber, & Schifordegheus) in quo alia disquiritor questione, an Senatus Consultum idem ad filium, & necessarios

heredes pertineat (institutos scilicet: uti recte A. Faber accipit lib. 7. coniect. cap. 7. & Gaspar Schifordegheus lib. 2. tract. 2. que §. 9. nam in testatorū quæstiōni satis ample responderat Cōsul-tus, in dict. §. meminisse) mouebant dubita di rationem, quæ hinc inde quasi incerto iactu concitant Faber, & Chi-fordegheus, ubi proxime, atq; Oswald. Higelin ad Domell. lib. 7. commentar. cap. 22. lit. A. & Chifflet lib. 4. de iure fidei-commis. cap. 3. & alij præter antiquos: & ut à verbis colligimus responsi (nō nunc acerbi disputationem subimus, maiori examine, amplioraque tempore dignam) respondit Vlpius. ad filium, qui in potestate est, & ad ceteros ne-cessarios pertinere hoc Senatus Con-sultum (Trebellianum scilicet, de quo loquitur) in tantum, quod compelli possent hereditatem adire, seu immis-cere se hereditati ex Senatus Consul-to Pegadiano: sic deinde restituere ex Trebelliano, ut insinuate Consultus videtur: non tamen negat ex Pegadiano restitutio fieri posse (ex dictis et. 3.) sed quia Consultus eam arreple-rat quæstiōne, quatenus ad necessarios Trebellianum pertinere posset, resti-tutionem intelligimus illi attribuisse, & Pegadiani compulsionem. De insi-niatis ergo §. 2. loquitur: insinuat verba, insinuat Pegadianum; insinuant §§. sequentes, & præstata ratio, quia in §. me minisse intertestatorum contiouer-sia satis resoluta. Sic ergo nostra senten-tia stabit, Senatus Consultum Pegadianum ad fideicomissa abintestato, nō pertinuisse, nihil Vlpiani his respon-sis obstantibus, & ideo legem Falcidiā ad fideicomissa abintestato inducta fuisse à D. Pio.

Sed quamvis non aliena ratione, iure q̄tē ciuilī h̄c forte videretur ali-cui non in docto, vt sane me dispu-ante visa fuerint; tamen iudicium meum non erubescam profiteri: scilicet Se-natus Consultum Pegadianum in

28 vna eius parte semper grata, semperque accepta, & necessaria, iuris Consultos antiquos recepisse, seu extendisse interpretatione quoad fideicommissa ab intestato. More oris ta equitatis ratione, quæ semper mihi præ alijs autoritatibus valuit: & cui vni omnino deditus sum. Papinianus enim, ceterique iuris Consulti, quod præmaxime in hoc Senatus Consul-to odio habuerunt, stipulationes illæ fuerunt, captioæ plurimum, plurimū que valentes ad fraudes, iurgia, lites que, ut supra hoc capite diximus ex dict. §. sed quia 7. inst. de fideicomissar. hered. & alijs monumentis iuris ciuilis; non sic in coactione erat, quæ cum nullum instituto damnum inferret, sed solum intenderet voluntatem testatoris ad adimplementum, idque perēre fideicommissario, summe accepta fuit, non solum in hereditatis nomine, sed in peculijs, bonorum, patrimonij, facultatum, aliorum quorumcumque ve, ita ut si quis rogetur restituere quidquid harum rerum sub quocumque nomine, locus fuerit Senatus Cō-sul-to Pegasiano, l. nam quod 14. §. fin. cum legibus sequen. ibus, D. ad Senatus Consultum Trebell. quæ satis Pegasiani acceptionem demonstrant, imo excūsto Pandectarum iure aperte colliguntur semper, & ubique coactionis vim attestante, & approbante: cum ergo cogebatur institutus adire hereditatē, cessabant stipulationes, quo in casu vtrumque Senatus Cōsultum Trebellianam, & Pegasianum concurrebat, & simpliciter transferebantur actiones dict. §. ergo o. inst. de fideicomis. hered. (vii & nos diximus cap. 3.) mirū non est si interpretatione Consultorū ad fideicomissa ab intestato Trebellianam extentum fuerit, quod & Pegasianum sic acciperetur in eius coactionis parte: quod & iustissima ratio ne effectum fuit, ut sic magis ad impletentur fideicomissa, quorum tantus

favor in iure ciuili passim inuenitur, & vt similiter instituti cogebatur, congerentur etiam legitimi: ne aliter fideicomissa ab intestato evanesceret: nam quamvis hæc ratio inducere potuit Consultos, vt detractione quartæ Pegasiānum extenderit, temor aban-tur eos captioæ illæ stipulationes, quæ pro rata de damno, & luero cōmunicando interponebantur interheredes, & fideicomissarios, & sic D. Pius legem (vt dixi) Falcidiam exten-dit pro quartæ deductione ex fideicō-missis ab intestato, quam ipsi facerent. poterant (vt cum doctissimo Carrançā supra resoluimus hoc lib.) hæc sententiam (nisi violenter eū seducimus) probat Vlpiān. dict. l. reenfāre 6. §. 1. & 2. nam cum in §. 1. Senatus Consulū, respondisset, ad in testatorum succes-siones pertinere, siue legitimā, siue suc-cessores honoriarij essent, subditus §. 2. sed & ad filium, qui in potestate est, hoc Senatus Consultum locum habet, & in ceteris necessarijs, vt à Pretore compellantur miscere se hereditati, sic desnde restituere, tanquam sub vna contextu-ra Vlpiān scribit, Trebellianū ad suc-cessores ab intestato pertinere, & spe-cifice ad filium in patria potestate cō-stituum, ad ceterosque necessarios heredes, vt compellantur miscere se hereditati: quæ compulso nō nisi per Pegasiānum siebat, & sic cum de heredum ab intestato compulsione tracte-tur, non aliter effici potuit, quam si ad eas successiones Pegasiānum pertineat. Addo his, in toto eius tituli tractu à lege & usqne ad hos paragrapbos legis 6. cum sequentibus, de compulsione, & cō-sequenter de Pegasiāno agi, vnde me etiam compellit coniectura ad existi-mandum dict. §. meminisse, ex senten-tia Julian. tò hoc Senatus Consulū, in-telligamus Pegasiānum scilicet, nō vt per omnia Senatus Consulū accip-eremus ad successiones ab intestato pertinere, nam eari sententia in exclus-dit

dit D. Pij constitutio; & alia capite isto præmissa, sed quatenus de coactione agitur enim est scopus; tractus seu tractatus illius, & sic claudit orationem Consultus dicens in §. 1. & 2. hoc Senatus Consultum pertinere ad intestatias successiones, ut à Prætore compellantur, non ergo ad effectus alios, & sic εμφασις hoc, aptior Pegasiano redditur, quam Trebelliano, nam plerūq; iuris cōditors hac, vel simili nota indicant Senatus Consultum Pegasiānum, ut diximus cap. 3. & 4.

Cum ergo obseruauerimus legem Falcidiām ex D. Pij constitutione ad fideicomissa abintestato in datum fuisse, & Senatus Consultum Pegasiānum in ea coactionis parte ad eādem pertinuisse: nouam accipiet lucē 32 Vlpiani responsū alias difficile in l. cōgi 16. 9, idem Macianus 9. ad Senatus Consultum Trebellianū. In quaestione illa, quando duobus, vel pluribus rogatus fuerit heredita cōfessi restituere, sic cogēte aliquo adire heredem, an falcidiæ beneficio vñ possit in eorum portionibus, qui coactionem nō desiderauerunt. & in summa ex Mæciani sententia respondit Vlpianus, heredem beneficio legis Falcidiæ non vñsurum, si fideicomissarius integrā hereditatem sibi restituti cōfesset: sive autem partem solam sibi competentem, in aliorum portionibus id obtinebit: nā quamvis Anton. Fabr. decad. 31. error. 1. & alij plures existimauerint dict. §. idem Macianus de fideicomissa testamentario loqui, contrarium tamen censeo, cum expræsse Mæcianus proponat quaestione, an si heres poterit legis Falcidiæ beneficio vñ in fideicomiso, quod quidem ex cōstitutione D. Pij ad fideicomissa abintestato pertinebat, nam si solum meminisset Falcidiæ, facile admittere possemus iudicium Fabri, cum protractione congrue sumi posset. Sed nunquam licuit legem Falcidiām pro-

Senatus Consulto Pegasiāno accipi, nec id aliqua ratio suadere potuit, vii cum Osvaldo, & Schifordeghero supra probauimus, præmaxime cū in dubio securius sit, fideicomissa abintestato accipi, quam testamentaria, vt Claudius Chisletius intrat̄as de iur. fidei- 33 com. nocte prædocuit lib. 2. cap. 2. ex l. final. C de codicill. l. quia autem D. si quis omis causa testamen. sic similiter Senatus Consultum Pegasiānum, quod ex præsse in coactione istius§. subauditur, in eodem fideicomisso abintestato accipiendum. Præter considerationē datam, mouent ad id coniendū verba illa: Et cū hodie hoc iure vitimur, vt totum transeat ad eum qui coegerit, in quibus Pegasiānum demonstrari ex multorum sententia probauimus cap. 4. & 3. sed forte respectu alio potuit Consultus ista scribere, vt demonstraret: hodie illos eo iure vti, scilicet Senatus Consulto Pegasiāno in fideicomisis abintestato, quod cum ex interpretatione effectum fuerit ερφατικῶ sani- maduertit. De hac ergo lege Falcidia, inducta à D. Pio ad fideicomissa abintestato expræsse accipitur l. 2. D. si quis aliquem testari prohibuerit, & difficile Pauli responsū dict. l. filius familias 18. D. ad l. Falcid. in quaestione illa, quādo filios familias rogavit patrem, vt peculiari suum castrense Titio post mortem restitueret, de cuius respon- sū interpretatione, præter antiquos or- dinarios, egerunt I. Cuiacius libr. 11. quāst Pauli ad d. l. Anton. Contius libr. 2 subseq. lect. 4. Osuald. ad Don. lib. 7. cōment. cap. 21. lit. D. anxi A. Faber in iuris prudens Papin. lib. 11. princip. 9. illat. 5. Anton. Pichard. in præcōt. ad l. 1. D. de leg. 1. cap. 12. & in commentario ad tit. inse. quibus nō eō permis. facer. ses- tamēs ū. in princip. num. 74. quorum au- toritati multum deferens abinterpretādi labore excusat̄ur. De eadem D. Pij constitutione intelligitur l. 2. §. fin. D. de iur. cod. l. nam aperitum ibi est si- deis

dei commissum ab intestato. Sic etiam interpretor I. Paulum lib. 3. sententiar. tit. 8. exhaustalegatis, aut fideicommissis, vel mortis causa donationibus hereditate, auxilio Falcidia institut⁹ heres quadrantem retinere potest, fideicomissa enim hic ab intestato accipienda sunt, ad quas lex Falcidia extensa fuit ex cōstitutione D. Pij, nam præter quod sic licet interpretari, & inter iura amici- tiam constituere, l. sed & posteriores, l. non est nosum, D. de legib. cap. eum expedit, de elect. lib. 6. subiectum exemplū de donationibus causa mortis satis interpretationem firmat, ad quas lex Falcidia, ut pote ad fideicomissa ab intestato extensa fuit, vt multis probauimus supra: Paulus ecquidem de modis, ad quos pertineat Falcidia, & exhaustiri possit hereditas, loquitur, præstans sententiam, ex illis quadran- tem retinendi posse. Eadem via synop- sis Basilicon. ducenda est, lib. 41. tit. 1. c.

**36** 84. in verbis, quas iam dedimus, dict. cap. 5 recipe latina, si vir uxori donane- rit, vel uxori viro, morte donantis confir- matur donatio, & quoniam in hoc fideicomis- si est imitatio, per Falcidiā sit detrac̄tio. Nullus dubitat quimde fideicomissis ab intestato loquatur, nā velut sane te- stamento ista relinquentur, & sustinē- tur, sic donationes inter virum, quas morte confirmantur absque ullo te- stamento, l. sed si mors 13. l. cum hic sta- tus 32. cum suis §§. D. dedonat inter vir. & specificē in §. 1. ibi: Quasi testamen-

to sit confirmatum, quod donatum est, & sicut de hoc fideicomisso Falcidia de- trahitur, sic de donatione coniugali, in his enim donatione fideicomissi est imi- tatio, insinuans tacite ad exemplū fideicomissi ab intestato extensā tuis- se Falcidiā ad donations coniuga- les, quam quidem extensionem fece- runt iuriis Consulti (vti iam obseruauī sup. dīl. cap. 5.) ad idque inducti fue- rū, & permoti inductione ista D. Pij, qua protenta lex Falcidia fuit ad fidei- commissa ab intestato, quod dignum animaduersione est pro cognitione huius antiquitatis: forte an non ullibi vestigium altius impressum appare- bit, quam in hoc Basiliōnis loco. Cū ergo hæc ita se haberent, & Senatus Consultum Pegasianum pertineret ad testamento, iure ciuili scripta, ad quas, propter odium eius, restrinxerunt iu- ris Consulti, cum decore obseruo loquutos fuisse Cæsares Philippos in l. in testamento 12. C. de testament. milis. rescribentes in testamento militum, & in legatis, & fideicommissis legem Falcidiā cessare, non enim ex præ- scripta ratione ad ea testamenta Pega- siana quarta pertinere poterat, cum militaria testamento iure gentiū magis constat, quam ciuili (vt obseruauim- us in fr. ad l. 2. D. delegat. 1.) nam ad mentionem legati, & fideicomissi subiectam Falcidiā, & Trebelliani re- lationem inuenio in l. successores 16. C. ad l. Falcid.

## C A P. VIII.

**L**ONGA interpretatione ad gredimur. ita tamen 27 §. quod si Maxius 10. D. ad Senatus Consultum Treb. à num. 1. cum sequentibus questio responsi à num. 2. Et dubitandiratio. 3. Accur- sij, & antiquorum suppositio 4 Iuris Consulti non omittunt præcipuas suo- rum responsorum causas. 5. Institutus ultra, quod à testatore agrept, gra- uari non potest 6. Quando quartæ institutas ceseatur renunciare. 7. L. fin. C. ad l. Falcid. expenditur 8. Acceptans hereditatem cum sua causa cense-

tur facere. 9. Altera suppositio Accursij, Bart. &c aliorum reiicitur. 10. Officium interpretis quale esse debeat. 11. Recta interpretatio animi. 12. Trebellianum de proprijs hereditatibus loquutum fuit. 13. Et similiter Pegasianum 14. Casus dict. 1. 27. §. 9. 15. In adiunctione hereditatis quasi contrahitur. 16. Explicatio nostri §. quod si Mævius, à num. 17. Iuris Consulti in deducione quartæ quæ sermæ soliti sint respondere: 18. D. Pius multa circa fideicommissa constituit. 19. 20. tñ etiam relatum est. 21. Ande iure ciuilidue quartæ possint dedaci. 22. Cum heres alienam hereditatem restituere grauatur aliena in præstationis obligatione est. 23. Qui acceptat, seu adiit hereditatem, cum sua causa censemur id facere 24. Dignum animaduersione caput, per quod nouam legis Falcidæ inductionem introducimus.

V C C E D I T Iulia-  
ni responsum lib. 40.  
Digestorum int. II. tra-  
men. 27. §. quod si Mæ-  
vius 10. D. ad Senatus  
Consultum Trebellia-  
nam, in quo L. Pij etiam constitutionē  
subodoramus, per quam lex Falcidæ  
ad alterius generis fideicomissa pro-  
tenta fuit: cu[m] eius yoster labor incon-  
iectura nitetur, sed du[et]a apellucidis  
inris cuiusvis fontibus, demonstrabo sal-  
utem, inuisam adhuc, & obscurā, præ-  
cauendam à dōctis, & illustrandam:  
quod solum si consequitus fuerim,  
consequutum non parum meputabo.  
Julianus ergo quæstionem proponit  
2 duplicitis fideicomissi, si videlicet te-  
stator Mævius rogauerit heredē suum  
hereditatem restituere suam, & Titianam  
aliam, quā Titius ipsi heredi re-  
liquerat: & si sponte institutus Mæ-  
vianam hereditatem adierit, Consul-  
tus responderet, heredem legis Falci-  
dæ commode usurum, & quartam  
partem hereditatis retenturum Mæ-  
vianæ, ita ut dimidiā, & quartam ex  
3 fideicomisso restituat. Dubitabam,  
quid sibi veller Julianus cum legem  
Falcidam his fideicommissis adcom-  
modaret, cum in hoc, & antecedenti  
responso de fideicomisso testamen-  
tario loqueretur, quod quidem ad Pe-

gasiani Trebelliani que prouinciam  
pertinebat: lex autem Falcidæ si cum  
delegatis, & per inductionem D. Pij  
de fideicommissis ab intestato (ut capi-  
te precedens scripsimus) loquuta fuit,  
& suum quadrantem præscripsit, &  
Julianus signate legis Falcidæ quartā  
demonstrat in illis verbis, uteris legis  
Falcidæ commodo, ita ut salua verbis  
fide, non possumus audere illa retor-  
quere aliò. Etsi vitramque Mævianæ  
& Titianam hereditatem institutus  
restituit, qui solum quartam Mævianæ  
hereditatis retinet, & non simul  
Titianæ? nam cum vitramque resti-  
tuat, aut ex lege Falcidæ, aut Pegasi-  
ano Senatus Consulto utriusque here-  
ditatis quartam retinere debebat, cū  
cuius omnis, quod restituit, vel grau-  
tur heres, quarta ei salua superesse de-  
beat. Nam quod Accursius supposuit  
Mævianæ hereditatis quartam exce-  
dere valorem Titianæ hereditatis, &  
sic eam debere restituere, nec grau-  
ari, ultra quod accepit, plane diuinato-  
rium est, nam quamvis Bart. Alueri-  
cus, Paulus de Castro, Alexander, &  
ali⁹ antiquiores eam probaberint, nec  
vestigium nullum in responso inueniēt,  
quo Juliani eam fuisse sententiam sub  
odorent: Consultus enim absolute in-  
quit adita hereditate, quartam Mæ-  
vianæ hereditatis retenturum: addunt  
ecquidem nouum responsum respō- 5  
so

so Juliani, nācum ea futura erat p̄cipia responsi causa in qua iniitī Cōsultus debebat, qui omitteret? non utique Papinianus fecit in l. cum pater 77. S. Tito 32. D. deleg. 2. & Sc̄euola in l. Lucius 78. §. maritus 14. D. ad Senatus Consultum Trebell. sic etiam eadem mōfideratio exprimitur in l. quod bonis 25. §. cum fidei commissum 4. & in l. mulier 22. §. si heres 2. D. ad l. Falcid. nec quidquam magis in ritul. de lege Falcidi. & Senatus Consuleo Trebellian. frequentius reperimus, quā iuris Consul̄tos deductionis causas, & rationes dedere, si dubitatio sit, quādo, & qualiter quadrans deducēdus esset: cū ergo ibi institutus viram que hereditatem restituere gravatus Mæuiānā quartam solum deducat: quæ est illa iniquitas, quā vna contentus quarta, & dimidia & quartam partem Mæuiānā hereditatis, & integrum Titianā amittet? cum principium certissimum sit, institutū v̄tra quod à testatore accepit, grauari non posse dicit. l. Lucius, §. maritus, l. Imperator 70. §. si certum 1. & §. cum quidam 2. D. de leg. 2. & id sane lex Falcidia, & Senatus Consultum Trebellianum prouiderunt, cum nec ipse testator p̄tjudicium aliquod Falcidianæ detractioni afferre non potuit, dicit. §. maritus, l. quod bonis 15. §. 1. & recte, D. ad l. Falcid. ( vtilius diximus cap. 2.) Neene quia sponte adiuit institutus, argumentum sumemus aduersus eum, iuri suo renunciasse, & plenam fidēm defuncto p̄stiuisse? ex l. potest 71. D. ad l. Falcid. l. qui totam 45. D. ad Senatus Consultum Trebell. l. si spōsus 5. §. si quis rogatus, D. de donationibus inter virum & uxorem: hoc, tantum ab est, verum fuisse, quod imōsi institutus reapse p̄stiterit legata integra eratore facti, adhuc suum trientem iep̄tere possit, l. error 9. C ad l. Falcid. l fin. eodem titul. l. regula 9. §. si quis ius 5. D. de iuris, & facti ignorantia, Nicolaus Valla question. 1. de reb. dub. necessariū

enim erat, quod heres volens, & sciēs sibi detractionem competere, adhuc vi plenam fidēm defuncto p̄staret, integre per solueret legata, & fidei commissa, restituereque hereditatē, alias enim sc̄iū Falcidiam, Pegasianam repetere posset: sic etiam capite p̄cedenti interpretati fuimus l. 3. C. ad Senatus Consultum Trebell. sed quod magis dignum animaduersione erat, ante Iustiniani constitutionem de qua in l. fin. C ad l. Falcid, quam postea controuersiam s̄p̄uit Imperator Iustinianus constitutio ne sua dicit. l. fin. quæ si recte considerentur, longe latere que statuunt, aditione hereditatis simplici institutos non visos fuisse legi Falcidiæ renunciasse, quanto magis & si specialiter id p̄cauisset, adhuc dubitaretor de validitate cautionis: sed in nostro iure nihil magis ordinariū passim reperimus, quam institutos post aditionem suos trientes integrē depositentes audiri, qui non in nostro §. quod si Mauius? Eo enim ipso, quod adiit, & acceptauit hereditatē, p̄sumitur, cū sua causa, iure, & qualitate heredem adiisse, & acceptasse, id est reseruato legis Falcidiæ iure sibi competenti arg. l. 2. D. ad Senatus Consultum Trebell. l. nam absurdum 7. D. de bonis libert. l. cum queritur 16. D. de administrat. int. cum alijs plurimis, quæ ad rem istam cōgerunt A. Tiraquella de retract. conuent. in fine à num. 5. l. Pa. Surd. 1 tom. consil. 52. à nu. 40. cum seqq. Stephan. Gratian. 4. tom. disceptat. Fōrens. cap. 769. num. 25. & antea cap. 717. num. 17. & latissime noster Velascus in Axiomatibus iuris lit 2 num. 26. qui in numeros referunt. Quod autem Ac cursius, Bartol. Alexan. & alij antiqui 10. comminiscuntur, nescio quid detrētis fructibus ex Mæuiāna hereditate collectis, & compensandis cum Titiana hereditate, ita vi Mæuiānus triēs eiusque fructus super fuerint Titianæ hereditatis afflitioni, bone Deus quis

quis talia feret in Juliani respōso, nec  
fructus in folium unum adumbrantib;  
istis suppositionibus heu quātūm pul-  
cherrima ſcēda a uite ſponsa, & indig-  
nus redditor interpres, cum ſic nec  
curemus alitudoinem eorū penetrare,  
& ſuperficiem apparentem adſpi-  
ciamus: nam p̄atet quod in computa-  
tione fructuum ſuper addi multa ne-  
cessario ſint, quæ hic conſiderat Alex.  
& interpretes in l. fideicommissaria 18.  
cum ſais 9. D. eodem tit. ad Trebell. quæ  
ſi noſtro reſponſo adiçere velim⁹,  
aut Julianum abſcisse reſpondiſſe di-  
cemus: aut integrum reſponſum reſ-  
poſto ſuper addere, & ſupponere in-  
terpreti licere, ſatendū ſit: euīs al-  
terutrum, ſeu utrumque indigne nos,  
& contra maiestatem iuris prudētia,  
auderem⁹ ſateri. Non diſſicior, ad in-  
ſtam, & a qua in interpretationem of-  
ficiūm interpretiſſe eſſe, aliquando ſub-  
intelligere aliqua necessaria, vt ani-  
madiuerit Gifanius ad l. 8. S. fin. C. de  
hered. inst. ſed id quando a: à verbis,  
abordine, à titulo decentiſſime licet:  
& quando ipſa ratio quaſi manu-  
nos ducit ad illud ſupſtruendum; ſed  
non tantam licentiam attingere debes-  
imus, vt noſtra propria auſoritate, ſine  
verborum aliqua facultate, aut conie-  
cta nouam, & integrum hypothe-  
ſum adiçiam⁹ reſpoſto, veluti in hoc  
Juliani, ſimpliſter inſtituto Mæui-  
naꝝ hereditatis qua: tam tribuentis: in  
ſuper addimus qua: tam Mæuianaꝝ  
fructus eius eiusdem fuſſe aſtimatio-  
nis, quam Titianam hereditatē: p̄-  
cipue quando ſi id ita foret, doberet  
necessario Consultus, reſponſi autor,  
ipſus exprimere (vt ſu: praediximus) vt  
legitime reſpondere: tunc ergo noſ  
tanquam ſuperfectare cauſas non po-  
ſamus, & malo omniſe diuinare. Sed  
quid ſibi voluit Julian. in illis verbis,  
dimidiā, & quartam ex fideicommisso  
reſtituere, vi: ego intelligo, & colligi-  
tur ex proximiſis aperie, ex fideicom-  
misso Mæuianaꝝ hereditatis: dixerat  
enim, quartam Mæuianaꝝ hereditatis  
inſtitutum reſtitetur, & ſic addit, di-  
midiam, & quartam ex fideicommisso  
reſtitutur, Mæuiano ſeſilicet, quo  
integrum as compleuit, & ad quātūr  
cuſ non in reſtitutionis mētione Ti-  
tianam hereditatē non comprehē-  
di: in principali resolutione reſ-  
poſti videtur omittere, cum indubi-  
tatum ſit, ex §. antecedenti, & ex eadem,  
§. 10. Tidianā hereditatē reſtitutur  
heredē: debuerat ergo Julianus aper-  
te ſuo loco reſpondere, aut integrā  
hereditatē Titianam, aut etiam di-  
midiam, & quartam eius reſtitutur  
heredē. Quocumque latere in troſ-  
piciamus reſponſum, cum plāno ſin-  
ceroque in terpretem iudicio, appa-  
reſdurum inacceſſibile: atque patrum  
amicabilis ingressus: quæ cuncta ſane  
me impulerunt, vt altius riuaſer reſ-  
poſam, & verum eius theſaurum e-  
ruerem, cominanem que ſtudioſis fa-  
cerem.

Vt autem noſtrā aperiāmus ſen-  
tentiam, recto que trāmite illa deri-  
uetur, ordiāmū rem à §. Trebellianum  
8. eiusdem noſtri legiſ ita temen 27. In  
eo ergo Julianus certam doſtinam 12  
p̄figit: ſenatus Consultum Trebel-  
lianum p̄ſcriptum fuſſe de heredi-  
tatiſbus proprijs reſtatorum, quas ipſi  
heredes ſuos rogaunt reſtituere, id eiā  
probatur ex l. ex factō 17. cum §. 1. D. ad  
Senatus Consultum Trebelli filius fami-  
lios t. 1. 4. 9. quid ergo 7. D. deleg. 1. quod  
ſatis de monſtrant ſenatus Consulti  
verba inſertā in l. 1. ad Senatus Consul-  
ti Trebelli. Idem etiam in ſenatus Co-  
ſulto Pegasiāno adſerendum eſt, quod  
ſolum de proprijs reſtatorum her-  
editatiſbus loquuntur fuerit, non vero  
ſpecialem p̄ſcripterit, vel cogita-  
uerit caſum, quando reſtatores alienas  
hereditatiſes heredes ſuos reſtituere  
rogaunt, quod ſi Pegasiāni verba ſu-  
perforent, ab eis indubitanter docere-  
mur,

mur, sed adhuc è vestigijs eius satis colligimus, ut pote à Justiniano in §. sed quia, cum sequentibus, tñst. de fidei-commissar. hered. l. vel omnia 15. ibi: sua l. cogi 16. ibi: Quidquid habeo, & si fortunas meas & si substantiam meam, & si peculium meum, §. 1. eiusdem l. ibi: Ex hereditate bonis ve meis, §. cum quidam 7. D. ad Senatus Consultum Trebell. & alia plura eiusdem tituli, quæ de cōpulsione, & deductione trientis lo-quuntur, quorum auctor Pegasianum fuit: sic etiam coniçimus ab Ulpian. tit. 25. & à Julio Paulo lib. 4. sententia-rum, tit. 3. Hæc fuit dubitandi causa di-eta l. cogi 16. §. sed & quis, & in l. ex far-cto 17. & in nostra l. ita tamen, §. Trebel-lianum 8. cum sequentibus, D. eodem isti-nam si proprias, & alienashereditates Trebellianum, & Pegasianum com-prehendisset, quid quæsolcrupulus du-bitandi remaneret: & in vanum inter-pretatione subueniretur.

Cum ergolulianus dicit. §. Trebel-lianum 8. regulam certam præscripsi-set: Senatus Consultum Trebellianū locum habere, quando quis suam he-reditatem heredem suum rogauit re-stituere, subiicit in §. subsequenti, quod 25 si Mævius suum heredem rogauerit Titij hereditatem, à Titio suo heredi-relictam, restituere, ipseque heres ad-eat hereditatem Mævij, debere fidei-commissum restituere; id est Titij he-reditatem, non magis quam si legatus à Titio relictum ipsi heredi Mævius restituere grauatus esset, hoc autem 36 in aditione hereditatis Mævianæ viti-tur: nam quasi contrahere videtur he-ress cum testatore sub cōditione fidei-commissi præstandi, & adeudi, & re-stituendi hereditatem Titianam l. cō-pater 77. §. Titio 31. D. de leg. 2. §. heres quoque s. inst. de obligat. qua ex quasi cō-tract. nascuntur l. 5. §. heres quoque, D. de obligat. & actionib. Vnde legitime in-fert Consultus, quod si suspectam in-situtus Mævij hereditatem dixerit,

cogendus non sit hereditatem adire Titij, tunc enim quasi contractus ces-sat.

Postea in nostro §. quod si Mævius 10. ubi citaliam speciem, à præcedē-17. ti dependentem: quod si Mævius, & suam, & Titij hereditatem rogauerit heredem suū restituere, illeque spon-te adierit hereditatem, legis Falcidiæ commodo eum usurnum, respondit: & quarum partem Mævianæ hereditati-s retenturum: dimidiam & quartā ex fideicommisso restituentem. Ego autem, ni cōiectura, & recta apud me ratio fallit, existimo deductiones duas trientum in hypothesi præsentī præ-stare Julianum, vnam respectu her-editatis Titij, eamque ex l. Falcidia: al-teram Mævianæ hereditatis, eamque ex Senatus Consulto Pegasiano, & sic illa verba intelliguntur, uteris legis Fal-cidia commodo: & partem quartam Mæ-vianæ hereditatis retinebis: nam alterū Consulto dicere sufficeret, vel desig-nare commodum legis Falcidiæ, vel partis quartæ retentionem, ut plerū-que sic soliti fuerunt respondere Cō-sulti, vt in l. si sponsus 5. §. si quis rogatus 18 25. D. de donat. inter vir. ibi: Omisso Se-natus Consulto commodo, l. cogi 16. §. idem Mævian. 9. ibi: Falcidia beneficio vti, & in vita tamen 27. §. 2. ibi: Nullum com-modum ex testamento consequitur, l. file-gatus 30. ibi: Commodo Falcidia, vel tes-tamento vtiatur, l. 1. §. denique 18. ibi: Nec tamen quartam restituere fideicom-missario permittitur, l. 4. ibi: Nec quartā commodo heres in restituzione vtiatur, l. ex aſe 28. §. ad Senatus Consultum Tre-bell. denique si laboriose varia iuris Consultorum responsa perquiras in nostro iure ciuili, præcipue in titulis de lege Falcidia, & ad Senatus Con-sultum Trebellianum, ordinariū fuil-se Consultis inuenies alteram clau-sulam arripere, vel locum esse legis Falcidiæ commodo, vel aliam similem, aut quartam heredibus præstare, quo-

- enim vendit illi exuberantia verborum, uteris legis Falcidie commodo, & quartam partem Maniana hereditatis retinibus: referuntur ecquidem singula singulis, lex Falcidia ad Titianam hereditatem: quare etentio ad Mænianam ipsius etatibus Manianam hereditati non scriptis, nisi raro, aut nunquam tate exemplum in Pandectis invenies, sed ut cognoscetur discrimen, Pegasiānam quartam de Maniana hereditate deditandam, non de Titiana, quam iam legi Falcidie attribuerat. Dautē Pius multa circa fideicomissa, & legem Falcidiām lāxit vī colligi licet ex l. 9. §. 5. D. de iuris. & fact. ignorant. l. 1. §. si coheredis 14. D. ad l. Falcida. apud Julianum, §. fin. nām quod 14. §. 2. l. ex facto 17. §. fin. l. sic cui pāre 31. §. 1. D. ad Senatus Consultū Trebelli. l. fideicomissa 11. §. 1. & 2. D. de leg. 31. fideicomissa 1. 23. §. q. rotis 21. D. de fideicommiss. libertatis. l. post legatum 5. §. & Falcidia 19. D. de his quibus ut indignis, cum plurimi alii nostro iure ciuii sparsis, sed præcipue quod obseruantios est, legē 20. Falcidiām induxit ad casus fideicommissorum in Senatus Consulto Pegasiāno non compræhensos, sic capite præcedenti extensionem illam tractavimus leges Falcidie ad fideicomissa ab initio, & quantum ad alia diversæ qualitatis fideicomissa, quibus probemus inductionem, aperta nō super fuerint verba, subodoramus tamē ita fuisse à Iolijs Pauli responso in l. filius familiā 18. D. ad l. Falcidiām in illis telicissimis verbis, bono iuris prudentie relatis, dixi legem Falcidiām inductam esse à D. Pio, etiā in intestatorū successionibus propter fideicomissa, animaduertas quālo tū etiam, quasi Paulus aperte scribat ad alios casus præter fideicomissa, & successiones ab intestato D. Pium legem Falcidiām indexisse: quis dubitat adierbium etiā semper relatum esse rei alterius, alias que species supponere l. natu, D.
- deleg. 3. vti ad eam obseruantū sup. lib. 2. cap. 2. cum ergo odio suo Pegasiānu suis primiuis cancellis restringetur, & contra Falcidia lex gratia, & favore suo ad alios casus, quam in ea compræhensos protenderetur (vti capite præcedenti inuestigauimus) certa coniectura duco, D. Pium legem Falcidiām extendisse ad specialem casum, quando testator heredem suum rogabat restituere hereditatem ab alio ipso relictam heredi, qui in Pegasiāno compræhensus non erat. Hoc non obscure in §. quod si Manius, probat Julianus, nam cum in §. Trebellianum 8. præscripsisset Senatus Consultum Trebellianum habete locū, quādo hereditatem suam rogauit testator restituere, subjicit quæstionē quid obseruandū esset, quādo aliam, vel suam & alienam restituere institutum gravauit, & responderet heredem sponte ad eundem hereditatem legis Falcidiæ commodovis trahi, per extensionem scilicet D. Pij (si nostra coniectura fallit) in hereditate aliena, videlicet Titij, de qua loquitur Julianus. Nec te turbet, quod in §. 8. Trebellianum nominet nam eadem ratio in vitroque Senatus Consulto est, & in hoc titulo, ex repositione Tribonianj, plerumq; Trebellianum pro Pegasiāno capitulū, vī in præcedentibus capitibus passim obseruāui, ita ut multoties, de quo Senatus Consulto loqueretur, diuinare nō possumus: sic ergo stat sententia nostra, legem Falcidiām per extensionem D. Pij ad hereditatem Titij pertinuisse, ex qua quarta Falcidiāna detracta, heres institutus dodrantem cæterū hereditatis Titij restituit. Hinc ambiguū aperitur responsum, quod cum Julianus respondisset, heredem legis Falcidiæ commodo usurum, & consequenter demonstraverit dodrantem cæterum Titianum restitutū, mea statim loquens in Maniana hereditate, subiicit dimidiām, & quartam

ex fideicommisso, Mæuiano scilicet, restitutorum: nam cum plene respōsum traddidisset in Titiana hereditate, nec potuit (si decorēamamus) nec necessarium fuit, de fideicommisso Titiano aliquid subdere, sed solum se conuertere ad Mæuianam hereditatē, quod quidem reliquum erat: alias exprimere debebat aliquid de hereditate Titij, demonstrans, integre, aut saltem dodrantem eius restituendum fore. In illis enim verbis *dimidiam*, & *quartam ex fideicommisso restitues*, nunquam Titianam hereditatem integrā cōtineti, aut subintelligi censeo, nam deductionis manifesta verba excludunt restitutionem integrā; nisi manis, deducta quarta ex lege Falcidia à Titiana hereditate: & quarta retenta à Mæuiana ex Pegasiano Senatus Consulto, dimidiam & quartam heredem institutum ex fideicommisso restituturum: dimidiam, & quartam scilicet ex Titij hereditate, & aliā quartam & dimidiam ex Mæuij: ita ut quomodo documque verba illa accipiamus nostra subsistet sententia: quartam Falcidiā de Titij hereditate deducendā, & quartam Pegasianam ex Mæuij: ceterum que dedodrantem vtriusq; hereditatis ex fideicommisso restituendum: sic planum & æquum stat responsum, & placatur difficultates, quæ contra illud aliter intellectum fortier, & semper obstarent. Minoris momenti erit obstaculum, quod opponere voluerit alius, videi ex sententia nostra institutum duas ab una hereditate quartas deducere, cum quāvis à principio Titij hereditas, & Mæuij distincte fuerint, tamen posteaquā Mæuianam heres adiuit hereditatem, tanquam vtramque confundit, & cōiunxit, & unus as reputari debeat, quod Julianus insinuare videtur dicit. S. quod si Mæuius, dum compellendum esse heredem Titianam hereditatem responderet, si Mæuianam adiue-

rit. Nam quamuis alias multum difficultatis habeat, unde iure civili quartæ duæ possint deduci, & affirmatiā partem gravissimi interpretes, infra referendi, defenderint, cuius rei nunc disputationem suspendo, tamen non difficulter in Pandectarum iure duplices deductiones ab uno esse inneniretur concessæ, cum proueniunt diverso iure, titulo, & respectu, ut colligilicet ex l. pater 14. l. quoties 68. D. ad l. Falcid. l. quamquam 10. C. eod. iit. l. Papinius 8. q. meminisse, D. de inofficio. testament. & plurimis argumentis probat tractantque hanc quæstionem Franc. Hotoman. illustrium quæst. 48. & capite sequenti, in interpretatione ad capit. Raynaldus de testamentis, Cui. lib. 8. obseruat. cap. 3. D. Goihofred. in l. 3. S. 112 Pomponius 2. D. ad Senatus Consulatum Trebell. Anton. Gomez in l. 3. Taur. à anum. 79. cum sequentibus, l. Parlador. lib. 1. rerum quotid. cap. 11. Andreas Faquin. lib. 5. controvers. cap. 2. Angel. Mathaeius de via, & ration. iur. lib. 2. cap. 25. per totum, Osuald. ad Donell. lib. 7. comment. cap. 30. lit. I. & alii plures ab istis relati, & congesti: qui omnes ut ab eius fundamentis colligere licet, sine difficultate aliqua nostris adsentirent: & quamvis aliqui eorum duarū quartarum deductionem negent: ferrent tamen in Juliani responso, quartam Falcidianam à Titiana hereditate, & quartam Pegasianam à Mæuiana deduci: nam asses distincti sunt, & hereditates, propter quod magnū illud inconveniens Hotomani, & aliorum cessat, dicentiū vna deducita quarta impossibile esse deduci aliam, quia ex prima deductione integer as nō remanet, & quarta quæcumque ab integrō esse deducenda sit. Nam præter quod Faquineus huic argumento longe satisfaciat, seu conetur, hic cum distincti sint asses Titij, & Mæuij ab utroque integer triens, & simul sine impossibilitate, deduci potest, nam quamvis

quamvis instituti respectu eius obligationis aditione contractæ altera hereditas ab altera dependeat ; non tamen confusæ omnino sunt ; sed distinctæ : & sic (ut inquit Julianus) una restitui potest huic ; & altera alijs, cum suo virtusque iure uniuersali. Titijs enim hereditas solum in 23 præstationis obligatione est, & tanquam conditionis adimplemento, sub qua Mænius instituit heredem, non vero in confessione, quæ dari nulla via potest: non magis, quam si heredem Mænius rogauerit legatum, seu fideicommissum ipsiheredi ab alio testatore relictum præstare, & restituere, ut in §. 9. Julianus docet, quis tunc enim confusionem daret cum iure uniuersali hereditatis; sed solum obligationem præstationis. Ex quibus cunctis prouenit, nullam posse reddi rationem, qua negemus duos trientes simul deducendos, vnum à Titij hereditate: alterum à Mænijs; sed illud non leviter mouet, testatorem iubentem suum heredem alienam Titij hereditatem restituere; indubio voluisse, cum sua causa, & iure insito à lege faciendam restitutionem, id est triensis deductionem, quæ ex D. Pij extensione legis Falcidæ ad heredem pertinebat: hoc enim ius ordinarium, ut cum sua causa qualitate, & iure insito res ad alium transire, perapte, & quasi in terminis probat Celsus in l. 2. D. ad Senatus Consultum Trebellianum, final. D. de noni operis nunciatione. l. si connenerit. 18. §. si fundus 2. D. de pignorariiia actione, quod axioma innumeris responorum ; & interpre-

tum autoritatibus cumulavit. Velascus in suis axiomatibus lit. R. numer. 76. cum sequentibus, dum enim testator expresse non cauet, ne institutus alienæ hereditatis quartam deducat, vel integrum restuat, recte trientem, sibi à lege competentem dedicere poterit, dict. l. cum pater 77. §. 31. de legat. 3. & similiter hæres, qui acceptauit, seu adiecit hereditatem volens Titianam restituere, presumendum est; id voluisse salua lege Falcidia, & conservato illo iure, quod à lege in eius favorem insitum erat (ut supradixi) satis enim fuit ipsi heredi una contentus quarta, ceterum Titij dödrantem restituere, & ipsi testatori id imperasse, quin imò integrā hereditatem restituere Titij, & suam etiam Mænijs, unica sola eius quarta retenta: nam quamvis triens Mænius posset restitutio Titianum præcedere assenti, id non confissit, nec credimus præcessisse, alias qualiter tam ingentem, & præcipuum rationem Consilium omittet, ut dict. S. Titius: hæc pro Juliani responsu nouiter, ut spero expeditissime sufficiat, docti dijudicabunt, annos meliora senserimus, an alijs: nam in re Mehercle coniecturali antiquitatis penitus absulet, & Tribonianus audacia sepius, solum contentus sum animi nostri fundamenta proponere nostri que iudicij rationes, ut amatores veritatis dijudicet, si nos iustis causis in hanc nouam sententiam descendemus: quæ magis capite sequenti confirmabitur, in quosimiliter nouam tentamus fortunam, ex inductione D. Pij.

## C A P. IX.

**A**N lex Falcidia extensa fuerit ad testamenta captiuorum per integrum caput, an Senatus Consultum Pegasiandum ad ea testamenta per tinuerit. 1. Condicio vera hominis in captiuitate decedentis. 2. Lex

Falcidia ad ea testamenta pertinuit. 3. Sed quare non Senatus Consultum Pegasianum? 4. Seruus verus est, non ciuis Romanus ab hostibus captus. 5. Non potest fideicommittere. 6. Cornelia lex à Cornelio Sylla Dictatore est lata. 7. Leges priores ad posteriores trahuntur, & è contra. 8. Lex Falcidia tracta est à iure Consultis ad l. Corneliam testamentariam. 9. Ecce cur non Senatus Consultum Pegasianum. 10. Explicatur l. filius familias. 18. D. ad l. Falcid. 11. Et l. 1. §. 1. eodem tit. 12.

**B**EA via, quam proximis duobus capitibus subodorauimus ad constitutionem D. Pij: quasi manuducimus ad speciem aliam, non cognitam ab interpretibus, quos ego riderim, cum ad eam indecessus revoluerim plures; nescio an si forte aliis præuiderit, & præsudauerit. Sed esto, quod ita sit, non idem tamen vano forte timore à viarecedam, cum sic aibò ad sanctæ iuris prudenterias, religionemque contenderimus. Singularis ergo species est in testamentis eorum, qui capti apud hostes deceperunt, quæ quidem lex Cornelia testamentaria confirmat l. lege Cornelia, cum vulgatis 12. D. quis testamenta facere possunt. Dubitamus equidem ansi Pegasianum Senatus Consultum ad ea testamenta captiuorum pertinuerit? & pertinuisse videbatur, quia lege Cornelia testamentaria eorum, qui in hostium potestate deceserint, perinde confirmantur: ac si hi, qui eafuissent in hostium potestate, non peruenissent, & hereditas ex his eodem modo ad unum quemque pertinet, verba Iuliani sunt dict. l. lege Cornelia 12. l. lex Cornelia 28. D. de vulgari. cum ergo perinde habeatur, ac si in ciuitate captivus deceperisset, nulla ratione effici poterat, Senatus Consultum Pegasianum ad ea testamenta non pertinere, vnde Vlpianus lib. 35. ad Sabin. in l. in omnibus, D. de captiis, & postlimin, reuersis, respondet in omnibus

paribus iuris eum, qui ab hostibus reversus non est, quasi tunc decesse videri, cum captus fuit, quod adstruit idem Julianus in l. bona 22. D. eodem titul. Fictio ecquidem Cornelia na tanta est, vt in omnibus captum decesse constitut in ciuitate, ac per consequens dubitari non potest, quim institutus quartam Pegasianam deducere possit, tanquam à testamento eius, qui ciuis Romanus, & in ciuitate Romana ultimum diem clausurit: sed quid, non habemus Iuris Consultum Paulum expressum huius rei autorem in libr. singulari ad legem Falcidiam in l. 1. §. 1. D. ad legem Falcidiam? ita sane est, audi verba, & probabis: Lex Falcidia, etiam ad eos, qui apud hostes moriuntur, propter legem Corneliam pertinere videtur, quod ea lex perinde eorum testamēta confirmat, atq; si in ciuitate deceperissent proper quæ fictionē lex Falcidat, & omnes testamentariae pertinent. Si ergo lex Falcidia, & omnes testamentariae ad ea testamenta pertinent, similiter & Senatus Consultum Pegasianum, quia in hac parte nulla congrua discriminis ratio adsignari potest; & quia Senatus Consultum sine quæstione inter testamentarias leges numerari debet, namque nulla certa ratione excludi potest à testamento captivi, ita ut heres restituere rogatus hereditatem, non deducere posset Pegasianam ex fideicomisso, perinde ac ex legatis potest, quæ sane fundamenta quæcumq; sane doctissimum, & subtilissimum

virum

virum tenere possint, ut in ea sententia sista.

Sed quamquam fortissime ista vrgere videantur, tamen altius mihi rem istam scrutanti contraria sententia insedit: nam rectius meo iudicio existimo, ad testamenta captiuorum, lego Cornelia confirmata, non Pegasianum, sed legem Falcidiam pertinuisse, quando testator, qui postea captius fuit, heredem suum rogauit restituere hereditatem, idque sic esse. Qum fuisse constitutione D. Pij: expressus est, sine hæsitantia aliqua I. Paulus in l. filii familias 18. D. ad legem **Falcidiām**, in cuius responso substruximus præcedentibus capitibus alia plura, & noua: cum ergo Paulus quæstioni ardua respōdere adgressus fuisse, scilicet ut heres pater quartam deducere posset, si rogatus esset à filio familias, qui militauerat, peculiū suum Castrense Titio post mortem restituere, & respondeat legem Falcidiām induitam esse à D. Pio, etiam in intestatorum successionibus propter fideicomissa, subdatque statim in proposita quæstione, nec hereditatem esse: nam cum peculium apud patrem remanet, non iure hereditario obtinetur, sed adhuc ius pristinum dūtet, & peculium sit (quod ego latius explicabo *infra in commentario ad l. 2. D. de legat. 1.*) delet statim obiectiōnem, quæ à similitudine obijci poterat, in his verbis: *Nec huic contrarium est, quod in testamento eius, qui apud hostes decessit, exercetur Falcidia, nam fictio legis Cornelia, & hereditatem, & heredē facit: sed me non dubitare, quim debet id quoque indulgeri legis beneficium, &c.* expressa ergo verba Iulij Pauli sunt, in hoc testamento captiui non Pegasianum; sed legem Falcidiām exerceri: nec r̄d **Falcidia**, simpliciter prodetractio ne sumenda est, & sic pro quarta Pegasiana, vi cū Anton. Pichardovoluerunt aliqui inpræ-

lectione ad l. 1. D. de legat. 1. capit. 12. & quod grauior error est, Pegasianā intellecterit in inductione D. Pij, nam apertissime conuincitur ex his omnibus, quæ proximis capitibus dedimus: certum enim est Paulum perspicue sensisse in testamento captiui de lege Falcidia: nam antecedentia, & subseq̄uentia verba commostrant, dum legis Falcidiæ meminetint, nunquam enim lex Falcidia pro Pegasiana sumitur (vt iam obseruauit) & si in præcipua responsi parte, quando pater restituere grauerit peculium, & in inductione D. Pij (quod sumpsit argumentum Paulus) deducitur lex Falcidia: idem intelligere debemus in arguimento subiecto Corneliani testamenti, ut argumentum legitime obstarerit. Sed expiessa eiusdem Pauli verba sunt, ibi: *Sed me non dubitare, quim debet id quoque indulgeri legis beneficium: r̄ id quoque legis beneficium, relativa sunt ad præcedens, proximumque obiectum, quod de testamento captiui præposuerat Consultus, ut veluti in illo testamento præstatatur Falcidia & exercetur, sic in isto filiis familias, qui militauerat, eiusdem legis beneficium exerceatur. ex quibus liquet, legem Falcidiām obtinere locum in testamento eius, qui apud hostes decessit.*

Sed queret quicumque, vnde sic obtentum sit, legem Falcidiām non Senatus Consultum Pegasianum obtinere in fideicomisso vniuersali testamento Corneliano relicto, cum legis Cornelia fictione omnes testamentariæ leges sustineantur, quod nostri capitulis præcipuis scopus est, ego autem ex sequentibus deduco. Nam considerare debemus, captum ab hostibus, dum eorum potestati subiaceat, seruum verum esse, nec ciuem Romanum nuncupari deberi, l. eos qui a l. postlimijs cum alijs, D. de capi. & postlimi. reuersi. & sic nec potest

facere testamentum, l. eius qui 8. D. qui testamenta facere possunt, nec proprie suos heredes habet, sicutnum aut filium i<sup>l</sup>lege Cornelia 12. D. eodem, nec hereditatem propriam relinquere, l. 3. §. 1. D. de verborum significacione. quia seruus est, & quod magis dignum animaduersione est, nec potest fideicommittere, l. in bello 12. §. codicilli 5. de captiis. & postlimin. reuers. cum ea potestas iuris gentium sit (de quo late agimus supra hoc libro) Senatus Consultum Pegasianum, quamvis eius propria non habemus verba, subuestigamus, fuisse expresse loquutum de ciue Romano ad fortam, & similitudinem legis Falcidiae, ut inquit Iustinianus in §. 3. inst. de fideicommissis. hereditas. quæ sub expressa ciuis Romani mentione sancita est, ut videre licet in l. 1. D. eodem titul. ibi: Quicumque ciuis Romanus post hanc legem rogat am testamentum faciet, & sic ergo Pegasianum testamentum captiui comprehendere non potuit, immo expressis exclusit verbis, dum de ciue Romano meminit: maxime si animaduertamus legem Corneliam testamentariam praescriptam fuisse a L. Cornelio Sylla Dictatore, & Consule cum Q. Metello anno a V.C. 673. vti referunt Francisc. Hotoman. Anton. Augustin. I. Calvin. Paulus Mantius in tractat. de legibus, Ioann. Rosin. libr. 8. antiquit. Roman. cap. 18. & alijs: quo quidem anno Sylla dictator factus fuit, tribunorum plebis potestatem minuit, & omne ius legum ferendarum ademit, vt ex verbis epitomatoris Liuij referimus lib. 89. lex autem Falcidia anno a V.C. 711. aut per illa excurrentia tempora praescripta fuit, Senatus Consultum Pegasianum Vespasiani temporibus, multo ecquidem postea, vti perspicuum est. Hinc nascitur legem Falcidiam, & Senatus Consultum Pegasianum, non potuisse comprahendi in lege Cornelia, vtpote quæ longissi-

mis spacijs constituta fuerunt, nec lex futura diuicare potuit: & similiter lex Falcidia, & Pegasianum non respxisse videntur legem Corneliam, quia cum illa de ciue Romano loquerentur, & testamentum lege Cornelia confirmatum captiui, & serui sit, non ciuis Romani; videbatur Falcidia, & Pegasiano testamentum Cornelianum exclusum: nec nouiores istas leges ad illam antiquam Corneliam trahi posse, cum non solum similitudinem non haberet, sed contrarietatem, l. ideò quia 27. D. de legibus, sed tamen cum non sit nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur, & e contra, ad priores posteriores, l. non est nouum 26. cum sequentibus, quas do triana, & exemplis illustrant Aeguinari. Baro in commentario ad eas, Cuiac. lib. 4. quæst. Paul. ad d. l. 26. Iac. Rebard, cap. 1. ad legem 12. tabull. Donell libr. 1. commentariorum, cap. 13. esse etum fuit, vt per interpretationem Iuris Consultorum, quorum præcipuum officium respondere, & interpretari erat, vt Deo volente, dicemus ad titulum, D. de liber & possib. Lex Falcidia posterior tracta est, à iuris Consultis ad legem Corneliam testamentariam, & alia similiter testamentaria leges, vt sic recte intelligimus Paulum dict. l. 1. §. 1. D. ad legem Falcidiam, in qua præmaxime necessaria interpretatio fuit, quia Cornelia de captiuo, & seruo erat, Falcidia de ciue Romano: sed cum captiivus lege Cornelia ciuis Romanus fingeretur, merito ad salubrem & piissimam legem lex Falcidia extenta fuit interpretatione Iuris Consultorum, quasi id legum latores volunt, & sic Paulus pertinere videatur inquit. Dices, sed quia non Senatus Consultum Pegasianum ad Corneliam legem tractum fuit, & id egerunt Iuris Conditores: sed idem perquirere poteras de fideicommissis ab intestato: de restituendis alienis hereditatibus, ad quæ

quæ lex Falcidia protenta fuit, nō Pegasianū (vtrī præcentibus capiūbus laborauimus) sc̄tio eadem est, quā p̄ficitur ibi longius, odiū sc̄licet Pegasiani in stipulationib⁹, quas super trientem heres, & fideicommissarius celebrabant, propter quod Iuris Cōsulti odio habuerunt: nec interpretatione aliqua iuxarū, s̄bāque propriis naturæ originis tribus reliquerunt; contra Falcidiæ fauor iurepublico introductæ tantum effecit, vt nō solum ad donationes causa mortis inter virum, & uxorem extenta fuerit, sed cōstitutione D. Pij progressa fuerit ultra terminos suz Provinciæ ad fideicomissa ab intestato sc̄licet, & alienæ hereditatis: quod cum ita sit, & quum erit, vt ad testamenta Corneliana credamus ex eadem ratione à P. Pio inducatur fuisse Falcidiā; aliter quis adduci poterit, in tam vasto iuris civilis pelago non superflue responsum aliquod ad Cornelianā Pegasianum extendens, aut vestigium saltim, in quo id sub vestigio reponemus: ego mehercle grauerit hæreo: Mihi autem hanc legis Falcidiæ inductionem non subobscure videtur I. Paulum demonstrare in dict. l. filius familiæ 48. D. ad l. Falcidiā, quam de Falcidia D. Pij totam

intelligo, & deducenda in peculio filij familiæ, & in testamento Corneliano; ea fuit per apta argumentorum series, & sic quamquam captiuo omnium iura, perinde ac si in ciuitate decessisset, conserventur: & omnes testamentaria leges pertineant ad eū, testamētum que eius; non sic Senatus Consultum Pegasianum erat, quod habere locum non poterat in Corneliano testamento, propter rationem p̄ficitam, in quo sensu primus, & feliciter forte, accipio Pauli verba dicit. I. 1. §. 1. ibi: Quæ tamen possint locum habere nam præter Goueani, Cuiaci, & antiquorum coniecturas, & casus, ad quos verba retulerunt: congruere illis verbis potest Senatus Consultum Pegasianum, cum subiectamateria Falcidiæ exposcat, illique affine Senatus Consultum, quod habere locum non poterat: tūm quia deslitutū interpretatione Consulorum erat, sine qua extensione gaudere non poterat cum fere ē r̄t̄b̄q̄ āris esset: tūm quia D. Pius ea ratione motus lege in Falcidiā induxerat ad testamenta Corneliana. Quæ si supra subtilitatē alicui subtiliora visa fuerint, & ludat ipse, forte fors felicior alludet, & nos & ludemur docebimurque.

## C A P. X.

**C**ommentarium ad difficilissimum Ulpiani responsū in l. 2. D. de legat. 1. à capite isto usque ad finem libri. 1. Fideicommittens debet habere testamenti factiōnem. 2. Hæc potestas de iure non de facto intelligitur. 3. Expenditur l. t. §. in filijs 6. D. ad S. Consultum Trebel. 4. Dubitandi ratio ad dict. l. 2. num. 5. Argumenta cōtra nostram legem fideicommissam ab intestato potest relinquiri. 6. Legatum secus, quod non potest relinquere nisi qui facere testamentum possit. 7. Necessitas sine qua  $\textcircled{e}$  neceſſarium ad ætūm qualiter consideretur. 8. Necessarium pro parte,  $\textcircled{e}$  pro parte non, non conueniunt, non magis quam testati,  $\textcircled{e}$  in testati causa. 9. Cause non permiscentur, nec à separatis fit illatio. 10. Ut fideicommissa iure testamenti valerent, testamenti factio requireretur. 11. Expen-

duur l. ex ea scriptura 29. D. de testamento cum alijs. 12. Et reg. omnia  
 201. D. de reg. iur. 13. Hinc disquiritur, an si aliquis fideicōmittere possint,  
 qui non habeant testamentifactionem, & an deportatus, à n. 14. Deporta-  
 tus omnibus actionibus ciuilibus, & ciuitate Romana exstus fuit. 15. Mor-  
 tuu ad similatur. 16. Non potest testamentum condere. 17. Nec heres institui-  
 ciuliter. 18. Ab intestato succederenō potest. 19. Ad hoc ratio A Fabri datur,  
 & refellitor. 20. Ratio nostra, quod ex l. 12. cap. proximus agnatus voca-  
 tur ab intestato. 21. Qua lege agnatis solis defertur successio. 22. Agnationis  
 pomen, & successio ciuilis est, non naturalis. 23. Et seq. Ad struitur lectio  
 in §. fin. inst. de legit. agn. tut. 24. Deportatus capax est earum rerum, quae  
 in iure naturali consistunt. 25. Et sic utili actio ne experiri poterit. 26. Et  
 vendere, emere, locare, & alios contractus iuris gentium facere: & qualiter.  
 27. Matrimonium qualiter deportatione non dissoluatur. 28. Intesta-  
 mento ratione vestiarij, victus, & necessiarium rerum legatum datur.  
 29. Ad id certaratio præstatur. 30. Legatum vsus fructus in singulos annos  
 deportatus non capit, & quare. 31. Serui relietti ad custodiam templi capiūt  
 legatum alimentorum ex sua persona. 32. Sextantem ad extremam inopia  
 subleuandam relinquebat lex deportato. 33. Deportatus qualiter humana  
 interpretatione succedat ex Senatus Consulto Orphianio: Unde exordimur  
 interpretationem desperative responsi Vlpiani in l. 1. §. qui operas 6. D. ad  
 S. C. Tercylian. à n. 34 per plures. Successio ex S. C. Orphiano, & alijs na-  
 turalis est. 35. Senatus Consulta partes sunt iuris ciuilis. 36. Expenditur in  
 oppositum l. 1. §. capit. 8. D. ad Tercyl. 37. Refertur interpretatio Græ-  
 ci interpretis, quem alijs sequenti fuerūt. 38. Sed refellitur. 39. Et alia Accur-  
 si, quæ & Cui fuit. 40. Similiter reiicitur. 41. P. Faber triplici interpreta-  
 tione succurrit, & prima, n. 42. Secunda 43. Tertia. 44. Sed nos noua inter-  
 pretatione tentamus fortunā in immāni difficultate, à n. 45. Deportatis ali-  
 quādo non proscribebantur bona, & tunc ex Orphianio admittebātur. 46.  
 Aequitatis naturalis vis in nostro iure. 47. Naturalis successio etiā obum-  
 brata iure ciiali naturalis consideratur. 48. Humana interpretatio d. §. qui  
 operas, explicatur. 49. Coniectura, deportato reseruata fuisse bona, d. §. qui  
 operas. 50. P. Fabri interpretationes quare displiceant. 51. Vers. fin. d. §.  
 qui operas, noviter explicatur, & illustratur. 52. Deportati filij certa por-  
 zio reseruabatur a lege. 53. Materna bona ex successione filij pleno iure, &  
 antiquo adquirebātur patri, in cuius erat potestate. 54. Filij quo sensu dicū-  
 tur esse in potestate deportati. 55. Alijs subtilis consideratio d. vers. fio. 57.  
 Deportatus, cui reseruata fuerūt bona, nō adquirit materna filij. 58. Explica-  
 tur d. §. capit. à n. 59. Proscriptio bonorum in deportato ius ordinariū e-  
 rat. 60. Ex testamento militis deportatus capere potest. 61.

**M**IROR, quod raro, aut nun-  
 quam antecessoris nostri per tra-  
 uerint hoc difficile Vlpian. respōsum  
 in l. 2. D. de legat. 1. Difficile eequidē t  
 iudicō

judico, in investiganda eius recta ratione. Quomodocumque sit, ex hoc Vlpian. responso adseritur principiū apud omnes certum, fideicommittentem, debere habere testamentum faciendi potestatem: quod & comprobatur idem Vlpian. auctor nostræ l. in l. 1. cum § 5. seqq. D. de leg. 3. & in fragmentis, tit. 25. §. 4. agnoscunt principium istud Bart. Bald. P. de Castro, Aluericus, Alexan. Alcianus, Ias. Duaren. in commentarijs ad nostram l. Pereg. de fideicom. art. 1. à num. 7. l. Cui imprelöt. ad nostram l. & innotis ad fragmentum Vlpian. Fulanus Constantin. in enarrationib. ad princip. inst. de donationib. num. 22. Donell. lib. 7. comm. cap. 16. vbi Osuald. lit. A. A. Faber 2. tom. err. decad. 43. err. 5. num. 15. & err. 6. num. 9. Angel. Matheac. de legat. & fid. cap. 1 num. 2. A. Pichard. in §. Serinus autem 6. inst. de hered. instruend. num. 21. P. Faber lib. 2. Semest. cap. 13. 3 fol. 170. Hanc potestatem testandi de iure intelligimus, veluti si sit ciuis Romanus pater familias, nec captius ab hostibus, nec depositatus, nec incertus de suo statu, nam si de facto potestatem non habuerit testandi, veluti si degat ruri, quod loci numerus testium integer non sit, nec tabellio, tabullæ ve ad describendum testamentum, nō dubitamus quim recte huiusmodi testator potestatem iuris non facti habeat, & fideicommissum relinquere queat, sic intelligitur Vlp. d. titul. 25. ibi: Licer non fuerint. ex præfusæ est Paul. in l. consiuntur 8. §. codicilli 2. D. de iure codicill. ibi: Non tamen hoc ita intelligimus, ut exigamus potuisse eum eo tempore quo scribit eos codicillos, testamentum facere, quid enim, si sufficientium testium facultatem non habent? sed si iure testamenti factiōnem habuit, & ita interpretantur interpres nostri responsi verba, ibi: Testandi ius habent, id est potestatem de iure, non de facto, vti Bart. & Bald. ad nostram l. & Alcian. nn. 3. P. de Castro n. 2. Donell. d. c. 17. vbi O-

suald. d. lit. A. A. Faber d. err. 6. n. 10. P. Greg. lib. 43 syntag. sur. c. 1. n. 5. Hoc etiam ex præf. voluit idem Vlp. in l. 1. §. iv filij 6. D. ad S. C. Treb. in quo filius familias miles, quia de castrensi peculio testari potest. princip. inst. de milit. testans l. fin. C. de inoffic. testamen. id est in fideicommissum relinquere posse, & Senatus Consulto Trebelliano esse locum (scio varijs emēdationibus esse discussum responsum illud, vt videre licet apud A. Gouean. 2. V. c. fin. G. Schifordegher. lib. 3. 2. rati. 7 q. 9. Sed forte congruentiori loco, & nos cum laborem subibimus) patet ergo potestatem testandi considerari ad hoc, vt quis fideicommittere possit, non vero requiri testamentū perfectum, & (vt nostri alias dicunt) actuale, & ea fuit præcipua nostri responsi causa; nam cum fideicommissa, sine testamento vlo-  
lo possint ab intestate relinquere (vt in-  
fra dicam) dubitabatur apud Vlpianū  
an fideicommittens necessario habere  
debet testamēti factiōnē, & respon-  
det Consultus, testandi ius habere de-  
bere, nam si ita non interpretaremur,  
sequeretur inde immanis error, vt non  
posset nisi in testamento legitime cō-  
fecto fideicommissum relinquere.

Sed semper mihi difficilissima fuit  
investigatio rationis ad hoc responsum, &  
nam cum fideicomissa ab intestate  
possint relinquere, quim fideicommit-  
tens vllum testamentum condat, ita  
vt in testatus moriturus possit rogare  
eum, ad quem bona sua, vel legiti-  
mo iure, vel honorario pertinere in-  
telligit, vt hereditatem suam totā, para-  
tem ve eius, aut rem aliquam alicui  
restituat (vt verba usurpem Iustiniani  
in §. præterea 10. inst. de fideicommis. he-  
reditatib. l. 1. §. hoc autem s. l. Lucius Ti-  
tius 78. D. ad Senatus Consultum Trebell.  
Vlpian. in fragment. dist. iii. l. 25. S. 4.  
l. 3. C. ad Senatus Consultum Trebell. cū  
alijs pluribus, quæ congerit Gothofr.  
& ordinarij institutionum Scholiastræ

dit. §. praterea, nō necessaria, imò impertinens censeri debebat testamenti factio. Si enim Consultus hanc necessitatem imponeret testamenti factio-  
 nis, volenti legatum relinquere, libe-  
 7 tissimus ferrem, nam cum legatum  
 non nisi testamento possit relinquere, ut  
 ipse Iustinianus discrimē agnoscit in-  
 ter legatum, & fideicommissum dict.  
 § praterea, & Vlpian. dict. tit. 25. §. 8.  
 merito legare non posset, nisi qui tes-  
 tamentifactionem haberet. Atverocū  
 totum contrarium in fideicommissis  
 sit, quia non egent testamēto vlo, sed  
 voluntate abintestate; nulla congruens  
 inueniri potest ratio, qua cōiungamus  
 distinctos actus, & omnino insepara-  
 biles faciamus. Necessaria ecquidē est  
 testamēti potestas ex Vlp. sentētia ad  
 Relinquendum fideicommissum, sed  
 hæc necessitas sine qua (ut inquiunt  
 Philosophi) quorsum tendat, quid o-  
 peretur, in fideicommissis nescio, cū  
 abintestate relinquantur: nam quod  
 necessarium ad actum experimus, est  
 illud, sine quo actus expediti non va-  
 let, nec perfectus esset Aristotel. lib. 4.  
*Metaphys.* cap. 5. Cic. ad Trebatium, I. Cæ-  
 sar. Scang. de subtilitate ad Card. exer-  
 citat. 254. latè lul. Siren. lib. 2. defato, c.  
 6. & 7. hoc autem in fideicommissis  
 adaptari non potest, cum sine testa-  
 mento valeant τὸ γέγονον ἀπεγκατάθηκε  
 οὐδὲ πέπλαται αὖτε, οὐδὲ εἴσεσθι, le-  
 cundum Aristotel. lib. 2. *Metaphys.* cap.  
 5. idest. Necessarium enim non contingit  
 aliter, & aliter se habere, quod enim  
 necessarium insit in actum, pro par-  
 te considerari necessarium pro par-  
 te inutile, & nihil operari, nec recta  
 philosophia, nec ratio patitur. Sane  
 in nostra iuris prudentia hoc ita com-  
 paratum est, ut necessaria ad actū iu-  
 dicentur illa, sine quibus actus expe-  
 diri non possit, l. 1. §. 1. D. si ususfruct.  
 petat. l. 2. D. deturisdict l. 3. §. 3. D. defer-  
 uit rust. præd. cum alijs multis, veluti  
 consensus in cōtraclibus; verba in sti-

pulationibus: testamentum in legatis,  
 sine quibus hæc res constare non pō-  
 sunt. Cum ergo causa testati tam di-  
 uersa, quam: ux magis sit; imò omni-  
 no contraria, innicemque repugnans,  
 l. ius nostrum, D. de reg. iur. non possunt  
 sic contraria conuenire simul in codē  
 subiecto, ut ex aliquibus Aristotelis  
 locis probauit P. Faber dict. l. ius nos-  
 trum, ita ut fideicommissum pro par-  
 te testati successione; pro parte intes-  
 tati indigere videatur: quorsum hæc  
 repugnantium concordia? ius nostrū  
 saltim eam non patitur. Vnde merito  
 Venuleius scripsit int. permisceris 52. D.  
 de laudis. pos. causas nūquam esse per-  
 miscendas, quia sic differentias rerum  
 colligimus, ut inquit P. Gregor. lib. 3.  
 art. mirab. cap. 14. num. 9. ac per conse-  
 quens inseparatis de uno ad aliud nū-  
 quam inferri, ut cū alijs exornat Ma-  
 th. Gribald. lib. 1. de rat. fud. c. 8. prop-  
 ter quod cum fideicomissa separantur  
 à testamento, vñ & multis proba-  
 uit Alciat. in nostral. 1 num. 3. & quia  
 sine eo relinquere possint, separantur e-  
 tiam à legatis, quia non potest nisi tes-  
 tamento legari, nec à legatis poterit  
 inferri ad fideicomissa; & similiter,  
 nec à testamenti factione, cū quan-  
 hil ista commune habent. Si enim ut  
 relinquenterunt fideicomissa testa-  
 mento, & ut iure testamenti valerent  
 Vlpianus scripsisset, testatorem debe-  
 re habere testamenti factioem, id pē-  
 quam consonum cuncto iuri civili es-  
 set, nam cum testamento reliqua fidei-  
 commissa non valeant; nisi testamen-  
 tum subsistat, eo que subuerso non de-  
 beantur, §. 1. inst. de fideicomis. hered. l.  
 ex imperfecto 23. D. de leg. 3. l. si quis te-  
 stamento 81. D. de leg. 2. l. eam quam 1. 4.  
 l. si veritas 23. l. ex testameno 29. C. de  
 fideicomis. necessario ad relinquenda  
 fideicomissa iure testamenti, ius etiā  
 testandi debebat habere testator, quod  
 innuere videtur I. Paul. in l. ex a scrip-  
 tura 29. D. de testamentis, in qua respō  
 dit

dir, peti non posse, nec ea quæ fideicōmissorum verba haberent, ex ea scriptura quæ ad testamentum faciendum parabatur, si nullo iure testamentum perfectum esset, in illis enim, nullo iure, & defecetus ex potestate testādi cōprehenditur, quod & admittit titulus quæ testamenta facere possunt, sub quo iacet responsum: sed hæc sententia utilliter, & expressæ probatur, ex l. 1. §. 1. D. de leg. 3. vbi si filius familias, vel servus fideicommisserint testamento, fideicōmissum non valet, quia ipsud testamentum defecit ex potestate testantis, sed id optime probavit Papin. in l. coh. redi 40. §. 1. D. de vulgar. in fideicōmissio à filio impubere instituto relicto, vel quando verba precatia impuberem aetatem egrediuntur: Quaïto (inquit Consultus) locum habebunt, si patris testamentum iure valuit alioquin, si non valuit, ea scriptura, quam testamentum esse voluit, codicillos nō faciet, nisi hoc expressum est, ad quod iuris principium reducēda est lauoleni re-

13 gula in l. omnia 201. D. de rer. iur. omnia quæ ex testamento proficiuntur, ita statum capiunt (sic legit Gitanus infra referendus), si initium quoque sine virtute ceteris, & initium relicto P. Fabri intellectu, ad potestatem testatoris referendum est, id enim est principium, & initium in testamentis, ut docte intelligit I. Rebar. in hac regula, & insinuat Oberius Gitanus in commentario de regul. iur. lib. 2. cap. 8. In hoc ergo legata conueniebant, & fideicōmissa testamento relicta, ut non nisi ab habente potestate testandi relinquantur, ut ex præscriptis patet, sed quando ab intestato fideicōmissa relinquuntur, indebitè testamenti factionem in fideicommitente requirimus.

14 Sed inquiramus, an possint in iure nostro inueniri aliqui, qui fideicommittere possint, quamvis testamenti factionem non habeant, nam si inuenierimus eos, aut actum erit de res-

ponso Vlpiani, aut interpretatione subueniendum est ei. Et si quis aliquos, qui fideicommittere potuerunt, quāvis nō habuerint testandi ins procerio habeo. Atque primo se offert deportatus, cui (nī vehementer fallor) potestas fideicommittendi fuit. Ad quod obseruo (ne videamur sine notitia iuris præcipitanter agere) deportatum omnibus oclionibus civilibus omniq; civilitate Romana exutū fuisse, l. sunt 15 quidam 17. §. 1. D. depænir, l. 1. §. hi quæbus 2. D. de leg. 3. l. sed si hac leg. 10. § sed si per pœnam 6. D. de ius vocand. l. 1. C. de heredib. inst. nam cum per deportationē ciuitas Romana amitteretur, ad peregrinitatem deportatus redactus, ita vi superstes sit ei solū libertas, ius que genuum, non mirari debemus, si deportatum dicamus nudū fuisse omni re civili Romanorum, probant prædicta iura, & l. inter pœnas 6. D. de interdict. & releg. l. 2. cum §. 1. D. de pœn. §. 1. inst. quibusmodis ius pat. pot. soluit. com alijs, quæ præscriptis locis congerit Gothofred. & explicat, atque etiā Vacon. lib. 1. declarat 26. Cuiac. lib. 9. quæstion. Pap. ad l. si debitor 47. D. de fideicōmmissorib. D. P. Chumacer. disp. 11. D. Martin. Larriateg. lib. 1. sel. cap. 5. nū. 7. Donel. ad rnb. C. de testament. à num. 9. & lib. 2. com. cap. 26. & lib. 9. cap. 5. vbi alios referit Osuald. lit. R. A. Faber in rationabili ad l. si mandauero 22. D. mandat. & in teris prud. Pap. tit. 11. princip. 3. illat. 3. D. Melchior de Valent. lib. 1. illust. tract. 4. cap. 9. num. 6. in tantū quod mortuo deportatus in aliquibus casi- 16 bus ad similatus sit, §. 1. inst. quibus modis ins patria potestat. sol. l. 1. §. filium 8. D. de bon. poss. contra tab. l. si necem 4. §. se deportatus 2. D. de bon. liberorū, l. actiones 65. §. publicatione 12. D. pro socio, & colligitur ex l. ex ea parte 121. §. in insulam, D. de verbis obligationis explicat præter alios innumeros. Cuiacine lib. 14. resp. Pap. ad l. 11. de assignand lib. P. G. Kenies in commentario adl. Gallus,

¶ & quid sit tantum, D. de lib. & posth n.  
54. cum sequentib. (qui plures dat) O-  
ber, Gifan. in commentar. ad l. 1. C. de  
eadisc. collen fol. milt 200. & ad l. pen. 9.  
sed neque, C. de usufruct. Osuald. ad Do-  
nell. 9. commentar. cap. 5. lit. A. D. Ioann.  
Cathinac. disputat. 10 à num. 4. P. Fa-  
bes 2. Semest cap. 12. P. Loriotus de ap-  
cib. sur. tract. 5. axiomat. 3. A. Pichard in  
17 l. Gallus cap. 7 à num. 125. Hinc sit de-  
portatum non posse testamētū cō-  
cēdere l. eiusq[ue] 8. §. 1. & 2. D. de testam.  
l. 1. §. hi quibus 2. D. deleg. 3. Vlpian. in  
fragment. sit. 20. §. 14 qui cum extor-  
tis sit, nec ciuis Romanus, ut hæc res-  
ponsa docent, merito interdicta est ei  
testamenti factio, cum hæc solis ciui-  
bus Romanis competat, l. 1. D. ad l. Fab-  
ciām princip. inst. de testamen. §. fin. in-  
stit. quibus non est permīssum facere testa-  
mentum, Vlpian. dict. 9. 14. Lex enim  
Regia 12. tabul. qua testandi potestas  
concessa fuit, locum habuit, iusq[ue] ob-  
tinuit inter se los Romanos ciues, ita  
ut ni ciuis Romanus fuisset, aut ciuitate  
Romana donatus, ea potestate testa-  
mentaria perfici non posset, dict. l. 1.  
cap. 2. in Auth. de Nuptijs, obseruant in-  
terpretes in præscriptis locis, & præ-  
cipue P. Gil Ken. in commentario ad l. 1.  
C. de hered. inst. A. Faber in rationali ad  
l. legis 7. D. de legib. l. Clarus lib. 3. sen-  
tentiarum, §. testamentum question. 22.  
Donell. in commen ad dict. l. 1. & 6. com.  
cap. 17. vbi Osuald lit. A. Nec solum  
18 deportatus non habuit testandi ius, sed  
nec capacitatē institutionis, ita ut  
quod nec ex testamēto succedere po-  
tuerit dict. l. 1. C. de hered. inst. vbi la-  
tè P. Gil Ken. pluribus in locis, & præ-  
cipue num. 34. Hugo Donell. in eadem  
l. num. 4. id autem à præscripta proce-  
dit ratione, nam cum deportati  
nō essent, seu extorres exuti ciuitate  
Romana, & testamentaria succes-  
sio etiam lege 12. tabul. obueniat, nā  
quamvis à testamento deferatur, cum  
ea testandi potestas à lege 12. tab. iam

ante processisset, quæ testamentarias  
successiones confitauit, perinde est  
ac si lege illa prouenire hereditas, l.  
lege 130. D. de verbis significat, & sic  
merito deportatus in capax est suc-  
cessions testamentariæ. Ex eodem oriunt  
sonte deportatum ab intestato nō pos-  
se succedere, quod in nostro iure re- 19  
ceptum est, l. 1. §. vltim. & pœ. D. debo-  
norum poss. contratab. l. sine oem 4. §. sider-  
portatus. D. de bonis libert. l. 1. §. capi-  
tis 8. D. ad Senatus Consultum Tertillian.  
& sic potest intelligi. si qua pœna 7.  
D. de his qui sunt sui, vel alieni turris, do-  
cet Alexan. in l. 1. C. de hered. inst. &  
communem sententiam dicit 1. Cla-  
sus dict. lib. 3. sententiarum in §. testame-  
tum quaf. 22. Michael Grasus in tra-  
ctatu de suo. §. successio ab intestato, qua-  
stion. 6. P. Gil Kenius dict. l. 1. C. de hered.  
inst. institution. num. 4. & A. Faber in ration-  
ali ad l. 7. D. de legib. P. Faber lib. 2. See-  
meſt cap. 12. Ratio autem apud A. Fa-  
brom ea est, quia cum testandi ius à 20  
permisione legis procedat, verū enim  
est, quod nisi testandi facultas lege 12.  
tab. permitetur, ipso iure prohibita  
fuerat (vt infra dicemus) de portatus,  
& alij similes non habent permissionē  
à lege. Et sic etiam de successione ab-  
intestato, quæ permisua ex lege fuit,  
non tamen circa deportatos. Nunquā  
hæc mihi ratio placuit: nam eo ipso,  
quod lex testamenta, & successiones  
ab intestato permisit, nec expræsumē-  
tionē à testamento, & successione ex-  
clusit deportatos; sed generaliter ve-  
trumque permisit vnicuique, vt ex  
earum verbis patet, recto iure credere  
decebamus deportatos comprehēsos,  
aut ita indicare, ex eo, quod exceptis  
& exclusis à legum verbis non erant:  
nā firmior regula est prohibita, quæ  
non inueniuntur per legem, permissa  
censi, l. neccnon 28. §. quod eius 2. D. ex  
quibus causis maior. l. 1. §. 1. D. de testib. l.  
qui accusare 8. D. de accusat. pluribus  
extorres Velasc. in axiomatib. inst. liter.

P. 26. 20. Ratio ergo abeo principio,  
 21 quod adseruimus prouenit: nam cum  
 et successionem ab intestato vocantur  
 à lege 1. tab. agnatus proximior prin-  
 cip. inst. de legitima agnat. tunc princip. im-  
 plicitus de legitima agnatorum succes. Vlpia.  
 in fragment. ut. 26. de qua lege intelli-  
 gendus est Paul. in l. si quis posthumos  
 2. s. 2. D. de lib. & postb. t. pronunciatio  
 195. D. de verbos. significacion. verba  
 huic l. 12. tab. varie 1. gñatur apud om-  
 nes: vide Balduin. ad l. 27 & 28. 12 ta-  
 bul. Rosin. lib. 8. antiqu. Roman. & Tho-  
 mām Dēmpster. quicx Lipsio, Charō-  
 da. & alijs interpretibus recitat leges,  
 optime Gothot. ed. innotis ad fragmē-  
 ta 12. tab. 112. 20. Stephan. Vinādus P.  
 ghini lib. 3. ann. Cicer. 1. ad Herenium,  
 & lib. 2. de inuentione, & Faber libr. 3.  
 Semest. cap. 24. 1. Cuiac in l. coniunctio-  
 nem 20. D. de verbos. significat.) cum era  
 go successiones ab ini. statio lege ciui-  
 li Romanorum deferrentur, ut præ-  
 scripta probant, atque insinuant, t. lege  
 obuenire. D. de verborum significati. me-  
 nito non admittunt deportatus ad eā  
 successionem ciuilem, cum ciuili iure  
 ea exclusus sit. Adde his, lege ista, 2.  
 tabularum agnatis solis deferri suc-  
 22 cessionem, non vero cognatis, qui fe-  
 re iure illo incogniti erant, quodque  
 23 agnationis nemencivile est, sicut cog-  
 nationis naturale. §. fin. inst. de legitimi-  
 ma agnatorum iuicia, nam quamvis 20.  
 ciuitatis in aliquibus codicibus non in-  
 24 nenii affract Petr. Broxæus, seu  
 Martin del Rio in remisionibus ad dict.  
 §. finalē, & tenere videtur F. Broxæus  
 in cōmentario ad eundem, tamē vulgaris  
 lectio com. minor, & recepior est, &  
 eam agnoscunt antiqu. orum plurimi,  
 & nouiores, dict. §. fin. vt pote Oberius  
 Gifanius, Eguinat. Baro, Franc. Bal-  
 duin. A. Pichat. & alijs interpretes or-  
 dinarij, A. Faber in Iunisprud. Papin.  
 tit. 16. principi. illat. 9. Teophilus ve-  
 ro verius, & non ad patrum. Vñiūciū ri-  
 20. 20. exigit: Quoniam agnatio le-

gitimum est nomen: optime ex infra di-  
 cendas; sed sequentia eiusdem ver-  
 ba hanc lectionem mire adstroñt, ibi:  
*Quia ciuilis ratio ciuilia quidē iura cor-  
 rumpere potest.* &c. cum respectu ad ci-  
 uile nomen agnationis, quod anteadi-  
 xerat: iliquet ergo agnationis nomen  
 esse ciuile, & legitimū, vt intellexit  
 Theophilus, & à lege præoccupatū, sci-  
 licet 1. tabularum, vt interpretatur  
 Paulus in l. Iurisconsultus 10. §. cognati  
 2. D. de gradib. & affinib. & cum eo Acci-  
 cursius, Eguinat. Baro, dict. §. fin. &  
 Franc. Broxæus in §. quod autem de capi-  
 tis demin. nu. 2. &c. alijs institutiones in-  
 terpretes supradati, A. Faber dict. illat.  
 9. Fran. Hotoman. de gradib. cognati. in  
 vol. 1. var. disputat fol. mihi 250. 1. Re-  
 bard. lib. 5. var. c. 1. Oliverios Textor  
 in commentario ad tit. 3. de gradibus in  
 princip. à num. 12. optime I. Calvin. in  
 lexico suris, verbo agnati, bene Bartol.  
 in l. 1. §. capit. 8. D ad 3 Consultum Ter-  
 rylian. agnoscens successiones 12. tab.  
 delatas, ciuiles esse, quia sui, & agnati  
 vocantur; contra autem, quæ Senatus  
 Consultos, & constitutionibus diffe-  
 rentur, quæ naturales sunt (de quo in-  
 fra latius agemus) quatuor enim ag-  
 nati, & cognati, §. 2. inst. de legitimi-  
 ma agnati. ouel dict. l. iure Consultus 10. §. 2.  
 l. inter agnatos 5. D. vnde legitimi, sed  
 tamen quia iura de agnationibus, non  
 præcipue naturam conspexerunt, sed  
 magis decorem familiarum, & maiest-  
 atem populi Romani, nimirum ut  
 familias conseruarentur, & masculi  
 agnati, per virilem sexum descendentes,  
 honoratores sicut erant, quod & me-  
 dia iuris prudentia præcipue comple-  
 xa est, §. 3. inst. de legitima agnatorum  
 succes. & ibi notatis ab interpretibus,  
 ut opime præter alios iam supra da-  
 tos explicat Hotoman. dict. §. fin. inst.  
 de legit. agn. iuri. Indedicitur agnatione  
 ciuile esse nomen, & ut ait Theophilus  
 ratione tanquam ciuili iure, & lege  
 agnata fuerit agnatio ad successiones,  
 quod

quod cum ita esset, & ad agnatum proximum successiones ab intestato deferrentur, qui deportatus illam ciuitatem, & legitimam successionem capere posset ex supra traditis?

Hæc autem omnia indeportatio locum obtinent quo ad civile ius, & cuncta ea, quæ ex iure civili procedunt  
 25 per rationes in superioribus expensis late, sed omnino contrarium sentimus circa res illas, quæ in solo iure naturali gentium que nuntiuntur, quod solum indeportatio à deportationis poena redemptum fuit, solumque superfluit (ut supra diximus ex Iuris Consolati sententia, d. l. sunt quidam 17. D. de pœnis) inde proueniunt in iure nostro variae notiones, varix que sententiæ, quæ sic securissime capiuntur, scilicet deportatum utili actione recte se posse defendere in iudicio, quod ex præfæ colligitur ex lib. eas obligaciones 8. D. de capit. dim. l. Papinianus 20. D. de minorib. l. si mandauero 22. q. is cuius 5. D. mandat. l. rerum 25. D. rerum amotarum, quod confirmatur à contrario ex l. relegatus 14. q. qui ciuitatem, D. de interdict. & relegat. (inserita à Cuiacio in hoc titulo ex lib. 5 q. Basiliensis) probat cuiam l. in insula 3. D. de bonis damnat. congruit l. tutelas 7. q. ultim. & pen. D. de cap. min. namquamvis omnibus actionibus civilibus deportatus exutus iaceat, tamen utiles actiones, non tam directe ex iure civili, quam iure gentium, rationeque naturali multoq. prouenire, abunde probauimus supra lib. 3. cap. 9. cum ergo hæc actio utilis ad defensionem naturalem iedat, quis homini libero negare audebit? quam questione satis apud nostros interpretes ardua, eruditæ disquirit, multoq. inde relatis; Osswald. Iligerus ad Donell. lib. 17. com. cap. 4. lit. G. (quem secure cōsulere potestis) & Cuiac. dict. l. 121. q. in insulam, D. de verborum obligat Benedictus Pinen. lib. 2. cap. 10. num. 33. P. Loriotus de apactib. iur. tract. 17. axiomat. 5. Dua-

ren. incom. ad tit. D. mandat. cap. 2. I. Pascius enancioph. cent. 4. quæst. 87. Sic si militer iure naturali gentium que at tento deportatus potest vendere, emere, locare, & alios iuris gentium contra factus facere l. deportatus 15. D. de interdict. & relegatis, ita ut virili actione ex his contractibus agat, non directa, ne actione civili experiatur; explicat Cui in commentario ad l. ex ea parte 121. q. in insulam, D. de verborum obligat. Osuald. vbi proxime. P. Faber dict. libr. 2. Semest. cap. 12. A. Faber decad. 74. err. 28 q. I. Niellius disp. feud. 4. in Corollario & sic matrimonium deportatione non dissolvitur. l. i. C. dereputijs. l. sed simors 13. q. 1. D. de donat. inter vir. & uxore, nam quamvis iusta sponsa ex civili iure Romanorum non sit princip. inst. de nuptijs, tamen cum iure etiam gentium naturali que matrimonium consistat, remota civilitate Romanorum, in illo subsistet. l. i. q. 3. D. deruf. & iur. l. 2. D. de rit. nupt. princip. inst. de iure nat. P. Faber. & Niellius sup. Hæc autem insinuat solum, non tractasse sufficiat, aliaque plura præterire iuvat, quibus plenissime ius gentium deportatis adseretur.

Sed accedamus ad ultimas voluntates, quarum incapaci in deportatum non esse, in regentum attento, impensis conabimur probare, ut sic recto tramite ad disquisitionem nosiramperueniamus: an fideicommissum deportatus relinquere possit, & quasi viam fieri namus planam adeam rem. Et primo se offert, quod quamvis alias deportatus ex testamento nihil capere possit, tamen si ei vietus, visitarij, aut usum necessariorum causa aliquid sit reliqui, rescriprio Imperatoris Antonini capere poterit, probat mihi Marcianus tit. 5 q. Basiliensis, de interdictis, & relegat. in his verbis. Deportatus, neque hereditatem, neque legata capiunt, relinquuntur tamen eis testamento, quæ ad vitam, & alios usus necessarios sufficiunt,

sufficient, qui responso Græcus antiquus interpres subiecit hanc notam, & rescriptum Antonini, cù Vipianus Damascenus rogasset Imperatorem, ut sibi permittere cur matr relinqueret ad victu macestaria, & mact per libertatem, ut quædam sibi literet filio deportato relinqueret, Imperator Antoninus eis rescriptis in hunc modum. neque hereditas, neque legatum, neque fiduci commissam contra mores, & ius publicum huiusmodi personis relinqnere potest, nec conditio harum personarum mutari debet, quod vero pro rogatis, liceat vobis ultima voluntate eis ad vietus, & alijs usus necessarios sufficientia relinqueret, sive que ex hac causa relicta capere. Ex qua interpretis nota transtulit Cui. responsum 16. ad titulum, D. de iudicis & releg ut Gothofred. in illis additis legibus profiteatur, ipsiusq; Cuiac. lib. 10. questionum Pauli ad l. is cui 21. D. de alimen. & cibarijs legat. & libr. 6. obseru cap. 23. & quia Cuiac, Græcus que interpretis eam non habuerunt postulat, solis Tribonianus, alijs que compilatoribus concordam, disponendi ciuile ius, ideoque patul Martiani responsum facias, acepit. legatum pen. D. de capit. minut. dict. l. is cui 11. de alimen. & cibarijs leg. l. 3. D. de his que non scriptis habentur. Vide Synoplim Basilicon. lib. 10. tit. 54. Quibus certa redditur conclusio, relinquendi alimenta deportato, placuitque ex assertis responsis Accursio, Bart. & Baldo, dict. l. legatum, & eidem Bald. in l. si deportati 7. D. de leg. 3. Paulo de Castro dict. l. is cui, l. Cuiacio dict. lib. 10. quest. Pauli ad eandem l. & in commentario ad l. 121. §. in insulam, D. de verbis. obligat. Gothofred. dict. l. 3 & dict. l. is cui, P. Gilkenio in l. 1. C de hered. instituen. num. 37. Donell. lib. 8. commen. cap. 6. vbi Osuald. lit. F. Duaren. in commentar. ad titulum, D. de capit. minut. Anton. Fabro in rationali ad dict. l. legatum, & Egninario Baroni in eius commentario, & I. Petro Surdo in tractat. de alimen. tit.

i. quest. 17. num. 21. 22. qui alios dat. Rati nem autem redidit Modestin. d. l. legatum, ibi: Videlicet, quia tale legatum in facto potius, quam in iure consistit, quasi diceret, hoc legatum anni alimenti magis in facto naturali consistit, ut deportatus scilicet sustentari quest, quod naturale est, quam in aliquo cibili iure, ad cuius effectum considerari non debet: sic certo iudicio hanc Modestini expenderunt ratione Accursi. Baldus, Paulus, Gothofredus, Cuiacius, Cuiacius Baro, A. Faber, & P. Surdo. inde signatis locis, idem A. Fab. in iur. Papin. tit. 16. princip. 3. illation. 3. quibus fabet Franc. Hotoman. illustr. quest. cap. 41. Vnde procedit ideo legatum ususfructus in singulos annos capitis diminutione perire, quia ususfructus cum consistat in iure, merito quidquid iuris est, deportatio, capitis que diminutio abrumpit: secus autem quæ naturalia sunt, inquit nullum imperium habet, §. fin. inst. de legitima agnat. tut. cum alijs, quæ adducit Faber, qui sic interpretatur, l. in singulos 8. D. de annuis legat. & alij ante eum ex supra relatis. Sed quod mirum? Si huiusmodi legatum seruis relictum, qui ad custodiā templi relieti erant (de cuius observantia Gasp. Barthius agit lib. 10. aduers cap. 1. cum speciali mentione responsi infra referendi) quam tumulis ex sua persona incapacissimi sint, sustinetur in iure, cum nullum ius consideretur in eo, sed nudum factum naturale accipiendi alimenta, illisque fruendi, quorum capaces natura sunt, l. seruos 17. D. de alimentis, & cibarijs legatis, l. quod attinet 32. D. de regul. iur. quod sine dubio respexit Q. Symmachus lib. 10. epist. 34. Seruis testamento rum iusta commoda non negantur, quæ omnia à principio supra asserto procedunt ex dict. l. sunt quidam 17. §. 1. D. de penis, & quod magis dignum animadversione est, adhuc huiusmodi legatum capere deportatum ex testamento,

mento, quod totum ciuile est, tantum ergo præponderet naturalis causa secundum ea, quæ expendentur infra: sed nec hoc mirum censeridebet, quādo deportato sextantem lex referat ad extremam inopiam subleuandam;

*I.e. C. Theod. de bonis proscript.*

Sed cum Cuiacius in commentario ad dict. l. 121. §. in insulam, D. de verbis obligat, huiusmodi alimentorum le-

*discutit an deportatus matri possit sucedere ex S.C. Orphiciano?*

34 gamum matri relinquere deportatum posse scribebat, concludit, summo iure oinnes tenere Doctores deportatum humana interpretatione matri succedere, quod probat ex l. 1. §. qui operas 6. D. ad Senatus Consultus Tertylan.

Affirmat. ex. Occasio ergo audendi ex eo responso deducitur, ut assir memus humana interpretatione, id est iure naturali, & gentium deportatum matri succedere posse ex Senatus Consulto Orphiciano. Nec id vacare ratione videbatur: nam quamuis iure attento antiquo tabull. ab omni successione ciuili deportatus excluderetur, id in causa erat, quia ciuiliter ab illo iure successiones deferebantur, quod non sic erat in Senatus Consultis, alijs que iuri

ribus nouiorib. cum ab illis deferatur naturaliter, id est iure naturali inspecto, veluti matri, aut filio, non vero agnatis (quod nomen ciuile est, ut supra diximus) l. tutelas 7. D. de capit. min. L. iuris Consultus 10. §. inter 4. D. de gradibus, explicat Bartol. in l. 1. §. capit. 8. D. ad Senatus Consultum Tertylan. Anton. Pichard. in §. 1. inst. de Senatus Consulto Orphiciano. Franc. Broxus nam.

1. & 2. Atque etiam Aeguinari. Baro Franc. Balduin. Franc. Hotoman. Cuiacius, & alij ibidem, idem Cui. lib. 11. ad edictum Pauli in dict. l. tutelas 7. in eius rationali eleganter A. Faber obseruat, & Aeguinarius Baro, atq; impense eruditus P. Faber lib. 2. Semest.

*Propriet. obiectio ad superiora.*

3. 12. Sed si haec ferretur opinio, omnia supra iniesita fundamenta corruecent, in quibus procerio impossumus

nullam successionem ciuilem deportatum accipere possemus Senatus C. 6. 36.

sulta non pars minima sunt iuris ciuilis, §. constat autem, inst. de iur. naturali gent. & civil. Præcipue cum cognationes capitii diminutione, quia aut ciuitas, aut libertas amittitur, amittantur,

§. 6 inst. de capit. dimin. l. 4. §. fin. D. de gradibus l. ex facto 17. §. ex facto 5. D. ad S.

C. Trebellian. vti eleganter disquirunt, & docent Anton. Pichard. & Broxus

dict. §. 6. A. Faber in iuris prudentia Pa-

pinean. tit. 30. princip. 3. illat. 5. I. Cuiac.

dict. tract. 5. ad African. ad l. 23. D. debo-

nor. posses. P. Faber dict. lib. 2. Semest. c.

32. Misinger. dict. §. 6. & Gifanius ibi

Hotoman. in §. 4. de legit. agnat. ent. na

effectus sane cognationis, veluti suc-

cessio, deportatione tollitur. Nulla

ergo humana interpretatione natu-

rali, quæ innititur in cognatione, co-

sequi possumus, ut deportatus, seu re-

capitalis damnatus matri ex Senatus

Consulto Orphiciano possit succede-

re. Sed quomodo cumque haec resili-

ret, non longe à dicto §. qui operas, id est

Vlpian. contrarium respondit nō sub-

obscuris verbis: deportatum, docēs, ad

successionem matris ex Senatus Con-

sulto Orphiciano admittendum non

esse, in eadem l. 1. §. capit. 8. D. ad Sena-

tus Consultum Tertylan. Enanciophanes

autem Græci inter pres, seu quicum-

que ille fuit, innotis ad lib. 45. Basilius

tit. 2. & lib. 60. tit. 5. 4. in l. deport. hoc

Vlpiani responsum interpretatione

adgreditur, quod si sumum ius spe-

ctetur, deportatus matri succedere nō

possit; secus autem manu interpretatione,

quod si impl. citer videtur ag-

noscere A. Augustin. in tractat. de legi-

bus, & Senatus Consultis verb. Or-

phicianum, Cui. dict. l. 121. §. in insulam,

D. de verbis. obligat. Nicol. Bellon. lib.

4. supp. cap. 4. nn. 2. & nouissime erudi-

tus D. Nicol. Fernand. de Castro in

praelect. ad l. vnicam, C. de gladiat. numer.

13. quæ quidem hominis Græci in-

terpre-

*Loyotur 1. 58.  
ad Taty li. 2. 24. 5.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*6.*

*Reportat ad auth.*

- interpretatio p̄nī à doctis, qui p̄penerint pr̄scriptia, sicut, cum nulla ratione humanitatis ratio subsistat, nisi cuncto iure civili funditus everso. Unde cum in tantum se erigat difficultas,
- 40 tantumque intenti constanter obsteret, Accusatus innotis ad eum §. humanam interpretationem tentat referre non ad rei capitalis damnatum, sed ad eum qui mercedis causa, ut pugnaret cum bestijs, operas suas locauerat, qui (ut inquit P. Faber d. cap. 12.) adhuc ciuis Romanus post locationem remanet, quem quidem sequitur fuit Bart. dict. §. 6. & 8. & quod magis est, magnus iuris magister Cuiacius d. tract. 5. ad Africanum d. l. 13. D. bonor. posse & incōmentar. ad l. 12. D. eodem in de bon. possessionib. Quæ merito displicuit Jane
- 41 coniectura P. Fabro dict. cap. 12. nam sub vna contextura, & relatione ad utramque hypothesim humanam interpretationem Domini Ulpijan. refert, quæ sine violentia intolerabiliter scindi non potest. Quid ergo int̄ tam in manu difficultate, inde solubiliter nodo tentabimus? cum impense doctus, & eruditus P. Faber post ingērem crucis, & disquisitiones cum eruditissimis habitas Iuris Consultis, ut mentem suam à tam cæco carcere vindicaret, duodecimum, & decimum tertium longissime cœtexuit caput in lib. 2. sermest. ut iaceret certa legitima que fundamenta ad sphingos istius superandam arceat, quod tripliciter tentauit via, dict. cap. 13. Prima fuit ut emendaret responsum, & legeret damnatus atque restitutus, vel sic sine conjunctione damnatus restitutas es̄t, sed cum remedio; istud antiquæ lectioni multis codicibus comprobatae repugnet, & ipsi que Basaliconi Græco in quo damnatus, neq; restitutus dicitur, non debemus amplecti, & ideo ipsi met P. Fabro displicuit. Propter quod securiori remedio ipse tantæ difficultatis succurrerit, quod quamvis capitalis
- 42

reidamnatus dicatur ille, qui ciuitatem, vel libertatem amittit, aut vitam, tamen multoties accipitur de eo, cui vita, ciuitas, & libertas salua permaneat, veluti de condemnato publico iudicio, quo famæ, dignitatis, pecuniarum, & relegationis pœna condemnatus punitur, quod eruditissime P. Faber probat, multis hinc inde conductis: unde est, quod de cœue Romano in utroque casu Ulpijan. actiendus veniat, de eo scilicet, qui operas suas ad pugnandum cum bestijs locauerat, & de illo qui rei capitalis damnatus erat, aut fama, dignitate, fortunis, & religione: nam cum isti cæterorum ciuium iure, & privilegijs properter infamiam in multis non fruantur, dobitabatur an ex Senatus Consulto Oratianio matri succedere possent, cum expresse huiusmodi conditionis homines vocati non essent, nec à Principe restituti honori, famæ, & dignitati forent: ideoque ad successionem isti maternam non admittebantur, cū quasi nec ciues Romani in multis nō aestimarentur, quod latiori, & elongatiōri stylo P. Faber prosequitur, sed tamen humana interpretatione ( inquit Ulpijan,) placuit ad successionem admitti. Tertia P. Fabri interpretatio fuit, quod cum in causis criminalibus pœnæ ex maiori parte arbitriariæ sint, potuit aliquis in causa rei capitalis, id est, quæ capitale merebatur pœnam, condemnari non legitima rei capitalis, per quā aut vitæ, aut libertatis, seu ciuitatis amissio imponeretur, sed arbitria mitiori alia, à qua libertas, aut ciuitas salua remaneset: & tamen eum rei capitalis damnatum dicemus, ex eo quod causa rei capitalis erat, licet non pœna reple fuerit capitalis, quo respectu, & coniectura, adhuc condemnatus rei capitalis ciuis manet, & consequenter humana interpretatione matri succedere, consule eruditissimum Petrum Fabrum, cuius funda-

2<sup>a</sup> interprtatio.  
Fab. ad. d. 5. 5.

44

fundamenta, nō diximus licere nobis transferre, cuique obvia, ne paginas videremur completere extranei voluntatione laboris.

**45** Faresor sane, sic spe nostra desperatum esse Vlpiani responsum, quod in tanto periculo quæcumque evasionis seu solutionis tabula, naufraganti animo gratissima sit, sed post ingentem cruciatum, quem libetere sub hoc tortore passus fui, proferam confessionem tanquam reus iudicij, & animi nostri: nam post tres Fabri tentatas vias, non indignabimur lectorem, si vnicā nostram patesciamus, damus ei optandi iura in te per difficulti, quod non dignū despectu est. Non cōtemnimus insigne Fabri iudicia, quæ tam anxia, & insomni cura quæsivit, sed curamus solum, an si opinaciones nostræ divinēt minus, & adaptentur magis responso.

*Proposit' Anthony interpretatio ad d.*  
**46** Rei capitalis damnatis, seu deportatis sententia aliquando proscribebantur bona, aliquando nō; in modo eis relinquentur, quod utrumque nō ineruditate probo infra hoc libro cap. 13. Si autem non admittantur deportato bona, quæstio est an ex Senatus Consulato Orphiciano ad matris hereditatem admitteretur, & stricto iure non solitum esse admitti, docet Vlpianus dict. §. qui operas, quia cum deportatus esset, nec restitutus, non censebatur civis Romanus, & sic ex hoc Senatus Cōsulato, quod pars iuris civilis erat, ut iā præscripti, num. 36. supra agere nequibat deportatus, iurium incapax omnino ciuilium: & sic percipio verba illa Vlpiani ex Senatus Consulato Orphiciano ad matris hereditatem nō admittebatur.

**47** Sed tamen quāmuis sic obstante stricti iuris ratio, pro deportato stat æquior alia naturalis, quæ strictam multo favore, & ratione superat, & quæ in nostro iure semper præferitur, l. maiorem S. C. de patris, l. 1. §. si ego, D. si pars hereditat. petatur, l. placuit S. C. de iudicijs, nā cum ipsi hostium iam in quo, & bo-

no nitatur, l. 1. D. de iustit. & iur. & sic naturali ratione, l. cum ratio, D. de bonis damis. l. scire oportet 13. §. si enim 7. D. de excusat. tut. non mirū erit, si æquitatis ratio præferatur stricti iuris rationi. Illa autem naturalis ratio deportatio stat, quod cum successio ex Senatus Consulato Orphiciano, non ciuilis, sed naturalis sit, vt multis firmavimus supra num. 35. & iuris naturalis capax deportatus sit, vt etiā hoc capite diximus à num. 5. cum sequentibus, ex eo principio matris succedere potest: nec enim aliud ei obstat poterat, quam proscriptio bonorum, quæ in sententia cōdemnatus erat, sed cum ei reservata fuissent bona, equum & rationabile est ad successionem admitti, nam cum sententia ei indulxerit habendi bona potestatem, quis abnegavit non concessisse, & succedendi: cum ab uno indullio virumque ducamus: stat ergo in iure naturali successio; & sic quamvis civili iure obūbra, non tamen id in causa esse potest, quo minus admittatur deportatus, sic videmus in utile actione, quia quamvis in iure ciuali admissa sit, & ordine extraordinario iuris competat, nihilominus intēatur à deportato, ut manifeste probanimus supra num. 20. eadem ratione capit legatum ex testamento relatum in alimentum, nam quāmvis lege tuhc deferatur ciuali, sustineatur in causa naturali alimentorum, quæ quidem æquitatis ratione magis inspiciunt, quam appendix ille ciuilis, dict. l. scire oportet, §. si enim 7. D. de excusat. tut. §. fin. de legitim. agnati. Maior enim ratio elidit minorem l. si debuori in fin. D. de fidei. l. cui patto, D. de servis exportand. Et dignum magis trahit ad se minus dignū, l. quæ religiosis, D. derei vindicat. §. si in aliena §. littera, in l. de rer. diuis. Et sic causa illa sanguinis naturalis, in qua innitiuit Senatus Consulatum Orphiciatum reputatur præcipua, & ad se trahat ciuilem

uilem, quod latius dispergo capite se-  
quenti. Si enim indulgentia Principis  
bona deportato reseruata fuerunt, ea-  
dem indulgentia admittitur ad succe-  
sionem maternam, quia in bonis il-  
lud ius succedendi reseruatum intel-  
ligitur, quo rationis ductu defendi-  
mus dict. cap. 13. deportatum non ha-  
bere successorem fiscum quando bona  
ei non fuerunt proscripta, immo de  
illis fideicommissum relinquerere pos-  
se. Ab hac humanitatis, & pietatis  
ratione securissime intelligimus illa  
nostris responsi verba, dict. § quio-  
peras. sed humana interpretatione pla-  
cuit eum admitti, scilicet, humana interpre-  
tatione, id est ratione humanitatis,  
& pietatis deportato indolite a Prin-  
cipi, reseruante bona, & ratione æ-  
quitatis cum deportato: cui in con-  
trouersio iure fauetur: nam ea est pro-  
prie interpretatione, cum difficultas  
hinc inde datur, ratio hinc inde, ius  
strictum pietas & æquitashinc inde:  
tunc ex iuris civilis misericordia in-  
terpretatione piissima reo succurri-  
tur: optime, & apposite ad rem Her-  
mogenianus in l. 42. D. de penit., inter-  
pretatione legum pœnae molieri etiam sunt po-  
tius quam asperanda. Et sic humana in-  
terpretatione in successione matris de-  
portato subvenitur. Dices, unde colli-  
gis deportato bona reseruata fuisset?  
ex ipso, respondeo, contextura, & ra-  
tione responsi: agitur enim de depor-  
tati bonis, de successione: & sic nonde  
emissione civitatis dubitatio fuit, ea  
enim satis certa principiis iuris, & ip-  
so responso, cum Consultus supponat  
rei capitalis damnatum, nec resti-  
tuendum fuisset, circa bona ergo depor-  
tati superest disquisitio: & tunc in illis  
humana interpretatio datur, quod  
succedat: quæ humana interpretatio,  
sine rediculo absurdo ad civitatis a-  
missionem traheretur: nec aliunde  
considerari potest ad successionem;  
nisi quia indulgentia principaliter, non

fuerunt proscripta bona, cum ordina-  
rio iure deportatus, & bona, & ciuita-  
tem amittat, vt latè probodit. cap. 13.  
quorsum enim humana interpretatio  
indeportato exuto bonis, & ciuitate:  
termini enim habiles (vt nostri in-  
quinunt) supponendi sunt. *L. qui testamē-  
to 20. in principio, D. qd. testament. fac-  
re possunt, & ex verbis in resolutione  
responsi, & rescripti passim cognos-  
cimus questionem Consulto, seu Im-  
peratori, aut Pontifici propositam, vt  
iam notauit ex cap. 1. & glos. de appellatu  
qua enim sybilla penetraremus has  
fragmentorum latebras? per legitimi-  
mos ergo tractites, & quasi freno in-  
tellectum contineo, non aliter posse  
Vlpiani humanam interpretationem  
intelligi: nisi ex bonorum conserua-  
tione. Sane ea est obligatio boni in-  
terpretis in dagare, & inuestigare res-  
ponsa, seu potius hæc iura mutilata a  
Triboniano (ut alibi probauit) secun-  
dum possibilitem, & directionem  
iuris, & verborum qualitatem, aliter  
omne interpretis officium a iure ex-  
terminaretur. Vide, quælo, hic inpro-  
pria, & recta significatione verborum  
intellectum responsum, & certis iu-  
ris principijs adæquatum, quid aliud  
scrupulose censor a me exigere, seu  
extorquere conaris? nam quod in has  
angustias me compulit, & in opin-  
tionibus eruditissimi Petri Fabri  
frigerfecit, fuit consideratio illa, quod  
vix inferebat doctus vir verbis illis  
*rei capitalis dominatus, nec restitutus, non*  
intelligens indeportato, cum quasi  
forma ordinaria apud omnes sit, &  
certa demonstratio significandi eum.  
Fefellit sane Petrum Fabrum *ver-  
tulus finalis: idem erit dicendum:* &  
si hic filius in eius sit potestate, qui in can-  
sa supra scripta sit, posse eum ex Orphi-  
tano admitti. Nam cum filius in po-  
testate deportati esse non posset, du-  
ctus fuit, & quasi arrepius ea con-  
sideratione ad existimandum Con-*

um Vlpianum de deportato, non lo-  
 qui, cum imò iste versiculus aper-  
 te contrarium probet, & firmet ma-  
 gis interpretationem nostram: nam  
 si non de deportati filio loquere-  
 tur, ridicula & indigna tanto iu-  
 ris Consolto quæstio estet an filius ci-  
 uis Romanus admitteretur ad succe-  
 sionem matris. Vlpianus sane conso-  
 lat in hoc versiculo omni antiquita-  
 ti: nam cū præter quod deportati filios  
 in bonis paternis certam à lege por-  
 tionem præseruatam haberet (qua aug-  
 mentum varium accepit pro voluntate  
 Imperatorum), l. cum ratio 7. D. de  
 bonis dat. l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. l. 8. l. 9. cum alijs.  
 C. Theodosian. de bonis proscriptor. l. si de-  
 portatus 8. C. Justiniano eod. tit. de quo  
 latè Cuiac.lib. 6. obseruat. cap. 23. P. Fa-  
 ber ad l. 97. D. de regul.iur. ) & præ-  
 teream (inquit) legitimam portionem,  
 deportati filio reseruabant bona,  
 qua à successione matris, vel auia  
 fuerant profecta, vide insignem C. Ta-  
 citi locum lib. 13. Ann. loquitur de P.  
 Suillio in insulas Baleares deportato.  
 Igitur adempta honorum parte (nam filio,  
 & nepoti pars concedebat), eximebantur,  
 qua etiama, qua testamento matris, aut ani  
 acceperant in insulas Baleares pellitur:  
 qui locus optime illustrat nostrū Vi-  
 piani versiculum. Ratio autem ea du-  
 bitandi apud Consultum esse potuit:  
 nam cum antiquo iure etiam bona ex  
 successione matris quæ sita filio, patri  
 adquirerentur pleno iure, quod cer-  
 tissimi iuris est, l. qui in aliena 6. §. sed  
 & si 2. l. filius familias 92. D. de adquir.  
 hered l. 3. §. 4 de donat. inter virum, &  
 uxorem, l. 1. C. de liberis exhibend. argu-  
 ment. l. 1. C. de bonis maternis, vbi Accur-  
 sius, Gothofredus, & Cuiacius latè  
 probarunt, (quidquid in contrarium  
 tentaret Alciatus, cui Cuiacius lōge  
 respondit) dubitari poterat, an si patri  
 iam ea quæ sita bona comprehenden-  
 terentur in proscriptione, vel ad filium  
 perirent, & non comprehendendi

sentit Vlpianus. Hæc ratio expresse ap-  
 perit, Vlpianum non dicere in hoc  
 versic. filium in damnati potestate es-  
 se, vti P. Faber deceptus fuit. Consul-  
 tus enim de filio deportati loquitur,  
 qui tempore damnationis in potesta-  
 te eius erat, qua consideratione, docta  
 cum emphasi scripsit, quis in causa supra  
 scripta sit, id est in causa damnationis,  
 quo tempore in patria potestate erat,  
 non enim dixit eo tempore in potes-  
 tate parentis fuisse, post damnationem  
 & ante restituacionem: sed quamuis  
 adhuc eo modolo queretur, intellige-  
 dom erat de potestate patriæ ante dā-  
 nationem. Sic iostinat C. Tacitus in  
 verbis datis, & dict. l. 2. C. Theodos. de  
 bonis proscriptorum. ibi: In his enim etiam  
 si liberos damnatus habeas, l. deportato 8.  
 eodem: deportato si erunt liberi nepotes ve-  
 nient, & infra, quod si idem, & emancipa-  
 tos, & suæ potestatis filios, nepotes ve-  
 bauerit, beneficium tantum ad eos, qui in  
 potestate sunt, transferatur, l. 9. eodem,  
 ibi: Si tamen nullus suorum fuerit inven-  
 tus, & per totam legem, & fere per  
 totum titulum, quasi Vlpian. dict. ver-  
 sicul. diceret, filius qui in potestate de-  
 portati erat ad bona hereditatis ma-  
 ternæ ex Orphitano admittitur, quia  
 lex ei bona reseruavit, ut pote etiam  
 ipse deportatus pater matri suæ ex  
 Orphitano succedit, quia humanitas  
 Principis reseruavit bona: alte nunc  
 paritatem casuum expende, & ratio-  
 nem, & probabis intellectum nos-  
 trum. Sed adhuc fortissime his cun-  
 ctis obicere poteris, quod si Vlpianus  
 responsum contexuit in deportato, 56  
 cui bona proscripta non fuerunt, qua  
 ratio dubitandi esse potuit, quomi-  
 nus filius ad successionem matris  
 admitteretur ex Senatus Consolto  
 Orphitano, cessat enim proscripta  
 ratio, qua dubitationem stauimus,  
 quod cum materna bona patri filius  
 adquisisset, in aliquod fiscus præte-  
 xere poterat, quo illa etiam in con-  
 fiscatione

ficatione comprehensa viderentur. Fateor, actum esse de interpretatione nostra, si ea parte, *versuscul. finalis* duceremus, sed aliud longe volunt Vlpian. quod nec interpretes subodorati fuerunt. Nam cum deportato bona relicta fuissent, & successio materna obuenisset filio, quem tempore sententiae in patria potestate habebat, subtilis disquisitio obliterata fuit, an deportatus maternam successionem filij obtineret: nam cum indulgentia principalis ei reseruasset bona, per consequens, & potestatem adquirendi: nam ex principio nos admissimus supra deportatum ipsum ad matris suæ successionem: qui non ad uxoris ex persona filij, cum capacitatem adquirēdi Principis beneficium dedisse videatur? Sed contrarium tamen voluit Vlpian. & ut ego coniicio, subtili, & eleganti ratione: nā cum deportatus damnatione amiserit patriam potestatem §. 1. iniicit. quibus mod. ius patr. potestat. solu. l. fin. C. de sentent. pass. & restit. & rotus titulus D. eodem, & de interdict. & releg. deficit habilitas medijs, quo deportatus ad successionem matris filij admitti poterat: nam illa successio nō adquiritor capacitate naturali adquirendi, sed potestate ciuili, quam sententia amissit, sic docemus dict. cap. 13. infra, quod quamuis bona retineat deportatus; non ideo magis testamenrum iure Romanorum condere poterit, sed fideicommissum valebit relinquare iure naturali, quatenus in pudore eorum, qui rogabantur, consistit, longe aliud est, quod ipse deportatus ex Orphitanio matre suæ succedat, nā id non consequitur ciuili potestate, & iure, sed naturali, & humanissima ratione: ut latè explicuimus: in quibus quidem vera difficultas responsi sicut, quam hucusque interpretes, quos ego viderim, non percaluerunt. His sic à 59 restat iuris scientia deriuatis, parum

oberit idem Vlpian. dict. l. 1. §. capit. 8. D. ad Senatus Consultum Tertullian. in quo Consultus ipse statim, sine ambiguitate respondet, deportatum ad hereditatem matris non esse admittendum. Quis crederet uno eodemque loco tantum in his magistrum turpissime in tam contrarias sententias iturū fosset? cum nec in testatore quocumque, vel contrahente homine nunquā ad id persuadeamur, nisi evidentissima correctione mutauerit primam voluntatem, l. non ad ea 89. D. de conditione & demonstratione. Mihisane non multum difficilis villa fuit interpretatio; Vlpianus Mehercle responderat capitulis diminutione ex Senatus Consulto non perire delatas hereditates filio: qui limitat his verbis regulam. Nisi magna capitulis diminutio interueniat, qua vel ciuitatem adimit, vt putasi deponetur. (vel ut legit Hotomanus in §. 2. instit. de Senatus Consulto Orphitan. vel qua ciuitatem, sed quomodo cumque idem semper mihi cōstat) ne agat sane Vlpianus, successionem filio ex Senatus Consulto, si magna capitulis diminutio interueniat, qua ciuitas, & libertas amittitur, vel si media, qua ciuitas solum, veluti deportatione. Hic quamuis agat de successione deportati: non ita vi dict. §. qui operas, nam in hoc §. capit. devi capitulis diminutionis agit, & quatenus obster successionibus, vel non, & deportati enique minuit in ultimis limitationis verbis, ac dict. §. qui operas, totum responsum contexuit de deportati successionem humanissimam interpretatione, vel stricta admittenda, vel repellenda, vt nobis nō obtrudas, quod antea num. 50. diximus Vlpianum dict. §. qui operas, egisse de deportati bonis, non de pœnacinitatis & ideo coniiciebamus deportato suis se cōseruata bona à Principe. Sed qui cu mque considerauerit præfata Vlpianum verba dict. §. capit. agnoscer Consul-

tum loqui de deportato, cui iure ordi-  
nario, bona fuerunt proscripta, cum  
coniungat maximam, & medium ca-  
pitis diminutionem, quibus ciuitas  
libertas, & bona amittebantur: at d.  
§. qui operas, iungit deportatum cum  
eo, qui quamvis operas suas locavit,  
retinebat bona, & in multis alijs me-  
lioris conditionis erat, quam depor-  
tatus, vti iam probauit P. Faber dict. c.  
12. & 13. & tandem subiungit deport-  
tati filium: quæ coniecturæ aper-  
te monstrant, aliter considerandum esse  
deportatum dict. §. qui operas, ac dict. §.  
capitis. Præcipue dum si coniecturæ in  
contrarium non vrgent, semper in de-  
portato proscriptionem bonorum iu-  
re ordinario intelligere debemus l. l.  
per totum titul. D. de bon. damnat. l. l.  
relegatus, & per totum titulum, D. de in-  
terdict. & relegate. l. deportatorum 8. C.  
de pœnis, l. ea sola 97. D. de reg. iur. vbi P.  
Faber, cum alijs quas dict. cap. 13. dedi-  
mus: cum ergo Vlpian. dict. §. capitis,  
vno verbo limitationem dedisset re-  
gulæ, quis credet in illa, non intelle-  
xisse regularem casum deportationis,  
cum amissione bonorum, & non spe-  
cialem cum reseruatione? Denique  
sic iure nostro comparatum est, quod  
vt dixi, interpretis officium sit anxie  
cōcordias iurium inuestigare, & præ-  
maxime hoc loco, quando in eodem  
tractu, adhærentibus que confinijs cō-  
traria eiusdem consulti primo obtutu  
apparet sententia. Sic sane diudico,  
censeant docti, an ego proximior VI-

piano, quam alij, cuim indesperatissi-  
mare, & vires ingenij exsuperate, te-  
tasse solum glotiosum sit.

Sed redeo ad incepitam viam, qua  
iure gentium deferimus deportatum 61  
securum, nec omnino nudum, & ino-  
pem: siquidem præter illa, quibus iu-  
re illo hucusque vestitus deportatum,  
potent & miles ditare, sine insluen-  
do, sine legando, sine fideicommissio-  
ne ei, cum perquam certissimum sit, de-  
portatum capacem esse hereditatis  
legati, fideicommissi ex testamento  
militis, utpote alterius, qui iure gen-  
tium testanus fuerit, l. idem est 13. §. de-  
portati 2. D. de testamento milit. liberum  
enim concessit lex militibus arbitrii  
relinquendi quibuscumque personis  
ex voluntate sua l. ex testamento 5. C. de  
testamento milit. nam ab eo libero arbitrio  
prouentum est, vt possent conde-  
re testamenta milites non legibus ci-  
uilibus adstrictum, sed liberum, & sub  
amplissima potestate iuris gentium,  
cuius cum deportati capaces sint, quid  
ni vt ex testamento militari capere pos-  
sint? Explicant Franc. Connan. libr. 2.  
commentar. cap. 3. num. 9. Cuiac. ad l. 12.  
D. de bon. possession. in fin. Donell. lib. 6.  
commentarior. cap. 28. & lib. 8. cap. 6. Pe-  
trus Faber lib. 2. semest. cap. 13. P. Gil-  
Ken. in l. 1. C. de hered. inst. num. 38. A.  
Pichard. in princip. inst. de milit. testam.  
num. 17. præter alios plures in præ-  
scriptis locis, sed cum sequentia gra-  
uiori disputatione indigeant, huic ca-  
piti supersedeo.

## C A P. XI.

**T**OTA disputatio an deportatus fideicommissum capere possit ànum. 1.  
Fideicommittendi potestas an in lege 12. tab. testamentorum cōpre-  
hensa fuerit. 2. Satisfacimus argumentis, quæ pro contraria considera-  
mus lib. 3. cap. 1. ubi de interpretatione l. Pomponius 120. D. dever-  
borum signification. ànum. 3. Expenditur l. & fideicommissum 27!

D.

D. de legat. 3. Fideicommissorum causas non frequens in populo Romano primis temporibus. 5. Non potuerunt comprehendendi fideicommissa lege 12. tabullatum. à numer. 6. In quacumque iure qualiter consideretur imperium, etiam quando permittit. 7. Legatum legis modo quid apud Vlpian. in fragmentis. 8. Fideicommissa, cum precatua essent, non potuerunt pertinere ad l. 12. tab. quia imperium deficiebat. 9. Defectus potestatis ad facienda testamento, & quare homines habere non poterant. 10. Fideicommissa aliena, & peregrina erant à iure civili. 11. Fideicommissa iurisgentis sunt. 12. Fideicommissa tempore quo non erant necessaria deportato relinqui poterant. 13. Quamvis testamento relictæ fuissent. 14. Sed post necessitatem an deportatus capiat à testamento, & petere possit, à no. 15. Fideicommissa etiam necessaria effecta, permanerunt in iure naturali. & qualiter, nec iudicantur iuris civilis. 16. Augustus non expressa constitutione ea necessaria efficit, sed paulatim moribus populi id obtinetum est. 17. Ius naturale Senatus Consultis, plebiscitis, & rescriptis confirmatum, an naturale consideratur, vel civile. 18. Et quid si obumbretur ius naturale certis formalibus & solemnitatibus. 19. Testamenta quare iuris civilis dicantur. 20. Et stipulationes. 21. Post constitutionem Iustiniani de exequandis legatis, & fideicommissis, deportatus fideicommissum capere non poterit. 22. Sed certa distinctione verior sententia datur, necessitatem fideicommissorum civile eßet & iungentium à civili firmatum civile manere. 23. Necessitas in fideicommissis magis civilis iudicatur, quam in alijs actibus. 24. Nec fideicommissum in testamento relictum, civile iudicatur, & capit deportatus. 25. Actus naturalis. 26. In deportato fideicommissario non ideo potest considerari illusio & frustratio legis & pœnae, quia satis amissione ciuitatis, & bonorum plenitudo est. 27. Iuris iurandi remissio ex edicto Praetoris admittitur in testamentis militum, & fideicommissis, & inde nova consideratio pro sententia nostra. 28. Comparatio fideicommissi, & militaris testamenti. 29. Expenditur l. si deportatus 15. §. 1. D. de interdict. & re legat. 30. Et duo loca ex Basilicone, & Synopsi Basiliconis. 31. Manus Cuiacij agnoscitur in l. 16. D. de interdict. & re leg. 32. In iure civili certum responsum non inuenitur, quo incapacitas deportati detegatur circa potestatem accipiendi fideicommissum. 33. Responsa loquentia de tacito fideicommisso in capaci relichto de quibus intelligantur. 34. Sententia nostra intelligenda est in fideicommisso particulari, non vero uniuersali. 35. Explicatur Vlpian. in fragmentis, & regula illa, quod fideicommissum possit relinquere, quibus legatum dare possit. 36. Vide tamen caput sequens.

**I**C Vnctus noster labor huiusc apertus erit in perquirendo, an si deportatus fideicommissum capere pos-

sit, & ut certo iudicio sequamur veritatem, ab origine vestigatio- ne descendamus ad nostræ quæstio-

nis tempora. Testamentorum prima  
mater, seu origo fuit celebris illa *tex*  
*12. tab. à qua testamentorum iura cū-*  
*cta proluixerunt, ingēsque illa potes-*  
*tas testatorum ultra factum disponē-*  
*di de rebus suis (de cuius potestate, &*  
*principio plurimā, nec vulgarē men-*  
*tionem fecimus alibi) illa ergo lege*  
*indulgebatur cuicunque, ut ad libitū*  
*disponeret in ultima voluntate de bo-*  
*nis suis, sed non tamen fideicommissi-*  
*2 di potestas in lege illa contenta fuit,*  
*& expressa (nam quamvis hēc disqui-*  
*sitionem reieceramus ad 2. Paralipom.*  
*tomū, ère iudicauit hic præsumere) nec*  
*quid tale enumerat Pomponius in l.*  
*120. D. de V. S. cum responderet, latif-*  
*sima illa potestate, & hereditis institu-*  
*di, & legata, & libertates dandi, tutelas*  
*quoque constitutae facultatem attribu-*  
*tam. Quæ zero a recti iudicij interprete,*  
*necne li & fideicommittendi licentia*  
*lege illa comprehensa foret, omitte-*  
*ret Pomponius, cū fideicommissorū*  
*causæ tam ingentem provinciā in iure*  
*nostro sibi vindicarint, ut maiore eius*  
*parte occuperet, & teneat, ita ut plures*  
*iuris Consultorum (sic ardua, & diffusa*  
*res est) peculiares labores horū tra-*  
*statui mācipauerint? incuria ergo ir-*  
*remissibili Pomponius prætermiserat*  
*fideicommissorum mentionem, dum*  
*legē illam enucleat, & tradidit inter-*  
*pretationi. Nam quod nos antea ar-*  
*gumentandi ratione sup. lib. 3. c. 1. con-*  
*jectauimus, Pomponium d. l. 120 solū*  
*aliqua exempla institutionis, legati, li-*  
*bertatis, & tutelæ propostiſſe, non*  
*quod sciret fideicomissa in illa nō cō-*  
*tentia esse lege, sed quia exempla non*  
*legē coartent (ut in proverbio est) ſuf-*  
*ficeret; ſolum iudicauerit illa, quæ*  
*præscriperat, id ſane non in ēveritate*  
*est, cur enim magis princeps exēplum*  
*omittieret, & quod in uno etiā ſe cala-*  
*mo offerret dignitate ſua, & frequen-*  
*tia uſus? ſed cū exēpla, quibus fere ul-*  
*timæ circumſcribuntur volūtates, ex-*

poneret, fideicommissum omisit, quia  
non ē legis re iudicauit eſſe, nec ipſam  
attrinere, nec in illa fuſſe comprehen-  
ſum: hoc ſi verū amamus, ſedebit ani-  
mo recto, & ſano. Quid aliud? exten-  
ſione protraxit Paul. in l. & fideicomis-  
ſum 87. D. de leg. 3. fideicommissum ad  
legatum, ut legum Inlix, & Pappiæ  
ſubiaceret poenit ille, qui aduersus il-  
las egiffet, finique fideicommissio non  
poſſet, cum enim, tempore istarum le-  
gōm, nondum agnita fideicommissa  
ſi rent, quamuis lex Julia, & Pappia  
orbos, & cælibes priuaret capiendi ex  
testamento hereditatē, aut legatu: nō  
tamen mentionē fecerat fideicomis-  
ſi, quia ad testamentariaſ ſucceſſiones  
tunc non pertinebat; & ideo ne ellu-  
derentur leges, neceſſariuſ extiendere  
fuit (ut lōgo capite, felicitate forte, elu-  
cidauimus hec responſum Paul. lib. 3.  
*Paralipomen a Vnoſtrorū.* Si enim l. 12  
*tabull. fideicommissa forent cōprehē-*  
*ſa, maior eorum acceptio, & uſus in P.*  
*Romano foret primiſtēporibus, & fi-*  
*tantus, tamquæ ſtuquens eſſet, leges*  
*etiā Julia, & Pappia meminiffent eo.*  
*rū, à quarum mentione ſuperuacua l.*  
*Consultorū extenſio eſſet delegato ad*  
*fideicomissa. Procedunt ergo hæc*  
*omnia recto trahite deriuata, quia in*  
*testamentaria l. 12. tab. non fideicomis-*  
*ſa fuerunt contenta. Sed quod ma-*  
*gis animaduertendū eſt, illud ſcilicet,*  
*quod nec potuerunt comprehendifi-*  
*fideicomissa lege illa, niſi neceſſario*  
*ad præſtationem compellerentur he-*  
*redes: cum enim legis virtus præcipua*  
*ſit, imperare, vetare, permettere, &*  
*punire l. legiſ 7. D. deleg. ut inhibitad-*  
*clientiſtē mines, & permiſſa ſecten-*  
*tur, l. leges 9. C. eodem iit. Semper in le-*  
*ge imperium, & iuſſus in eſt: ſine quo*  
*nulla lex ſubſttere potest, nec tale 7.*  
*legis nomen mereri, verum enim ſit*  
*quod permittat, ſed permiſſio illa ita*  
*acciendi ſemper eſt, ut eam iuſſus,*  
*& imperium circumſtet, & committē-*

ter exemplum per aptum præmanibus habemus in hac testamentaria legge, quæ sane permisiva est, cum civi Romano testamentum facere permittat, qui quidem si nollet, malletque intestatus decadere, nullo iure civili ad faciendum testamentum cogeretur, & cum hæc lex eius naturæ sit, & qualitatis, tamen in ius nascitur, & eius autoritas ab imperio pender, cum tantum habeat, cum adimpleri iubeat, quod testator suo testamento legauerit, & disposuerit: en ius, en permissionem, sine quo ista ridicula foret: nam si factum testamentum nullum legis imperium ad effectum perduceret, quæso per Deum immortalem, quid innanius lege ista foret, & quid acerbius permissione ista? Hinc accipit lucem Vlpian. in fragmentis tit. 24 in principio (quod & nos prælibavimus dict. lib. 3. Paralip. cap. 2.) verba sunt, legatum est, quod legis modo, deest imperatus testamento relinquitur: nam ea quæ precatio modo relinquuntur, fideicommissa vocantur, quasi diceret, leg. iū est, quod modo legis relinquitur, quis autem modus legis est? imperium: nam sine eo nullum modum habebit lex, & si ne modoforet circa ea omnia, quæ testamento relinquuntur: quod minimum videbatur, cum testamentaria lex solum permetteret, nisi ex nostra interpretatione sic intelligeretur. Vnde merito Domitius Vlpianus infert, ea quæ precatio modo relinquuntur, fideicommissa vocantur, quasi expresse diceret, fideicommissa extra legem esse, quia nullius imperio subsunt, sed solum precibus reguntur, multoties innanibus, & quasi ventis traditis, unde & Anton. Faber in rationals ad dict. 17. subtilissime infert, fideicommissa, non pertinuisse ad l. illam 12. tab. testatorum, nec potuisse, ut ego addo, nam imperio legibus ablati, natura, & modus afferretur legibus, nec sic nuptiari possent, quid enim magis con-

trarium imperio, quam preces, quid magis oppositum? Vnde si legi 12. tab. adiungeremus fideicommissa voluntaria, diuersarum naturarum monstrum ederemus. Et sic intelligendus est l. Pacius cent. 1. quæst. 9. enancio <sup>11</sup> Falcid. quem sane non cepit Osuald. Ilingerus ad Don. lib. 1. comm. cap. 5. lit. B. Sed & in hoc lib. 4. supra, memini me ab oppositione Francisci Husmane defendisse hoc rationis scuto autoritatē legis Falcidia, non cogentis institutum adire hereditatem, quando ius, & imperium magnum in ea sit, ut in iusto testatore detrahatur, cuius causa lex Falcidia præscripta fuit. Liqueat ergo fideicommissa non legi 12. tab. antiqua fuisse contenta, nec contineri potuisse, quamvis enim in illa ingenti, latissima que potestate poterat videri comprehensum fideicommissum, reluctabatur eius natura (ut hic dicimus) ad hoc ut legi adæquare posset. Hoc autem ipsius legis effectu, & operacione evidenter appetit, cum enim homines strictis regulis iuris testari non possent, nempe quia voluntatum suarum iustam sententiam conferebant in tempus inhabile, in illud scilicet, quo testatores non futuri erant domini seruum suarum, cum per mortem in rebus humanis esse desierint, ac paria sint facere aliquid tempore inhabili, ac conferre in tempus in habile, l. 7. istio cum moriar 51. D. de usufruct. l. Stichus 39. D. de manumis. testamen. l. 4. C. de donationibus ante nuptias. Indenecessaria fuit lex 12. tab. quæ permettere tur testamenti factio ciuibus Romanis, & ratū haberetur eorum arbitriū, quod amplius redditum non erat, l. 1. C. de sacro sanct. Ecclesijs: ut ergo in fideicommissis hæc lex obtineret, obtineretur etiā quod fideicommissum ex voluntate disponētis præstaretur illi, cui relinquatur, quod quia id effectū non fuit, non alia causa esse potuit, quā quod lex testamentaria non curauerit,

nec agnoverit fideicōmissa. sed quid varia ratiocinatione grauamur, cum sententias iuris conditorum perspicuas habeamus, quibus fideicōmissa respondet aliena, & peregrina esse à iure ciuiili, neque quidquam legis in se continere, sed tota pendere à volūtate relinquenteris? Vlpian.titul. 25. in fragmentis sic loquitur. fideicommissum est, quod non ciuilibus verbis sed precatiue relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis profiscitur, sed ex voluntate datur relinquenteris. Iustinianus in principio inst. de fideicommissar. hereditatib. ibi: Quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Vnde merito obtentum est, & in eam à grauissimis viris itum est sententiam, fideicommissa in l. 12. tab. testamentaria cōprehensa non fuisse, Paulus de Castro in l. 1. D. de leg. 1. num. 3. & ibi Iason nn. 7. Cui. in dict. l. 1. idem Cuiacius lib. 2. quāst. Pap. ad l. 33. D. de stat.lib. Nicol. Bellon. in commentar. ad rub. inst. de fideicommissar hered. num. 2. Obertus Gifan. in §. 1 inst. ead tit. Anton. Faber 2. tom. err. decad. 44. eyr 7. n. 5. & in rationali ad l. 7. D. de leg. P. Gilken. in commentar. ad l. 1. C. de hered. inst. num. 27. Donell.lib. 7. commen. cap. 15. vbi Osuald. lit. D. qui alios dat,

Ex hoc certissimo principio profluit, veram esse sententiam eorū, qui existimatunt fideicommissa iuris gentium esse, vi potestate quae insola fide, & pudore rogati nitebantur, sine mixtura, & confirmatione, vinculo que aliquo iuris ciuilis, in qua quidem sententia fuit Nicol. Bellon. dict. princip. de fideicommissar. hered. num. 2. Cui. lib. 14. quāst. Papin. ad l. eius 34. 5. militia missus, D. de testamen. milit. Gifan. in commentar. ad l. bac consultiſima 21. in §. vlt. C. de testament. P. Gilken. in l. 1. C. de hered. inst. num. 27. P. Faber lib. 2. Se meſt cap. 13. Anton. Pichard. in §. servus autem, inst. de hered. inst. nu. 19. Donell. dict. lib. 7. comment. cap. 35. vbi O-

suald. lit. D. & cap. 17. Cland. Chiffetius de iure fideicom. lib. 1. cap. 2. ad finē, fidem enim seruare iuris naturalis, & gentium est, ut per quam vulgare est, ex l. 1. D. de constit. pecun. & alijs, quæ ad rem istam adducit Anton. Pichard. in princip. de fideicommissar. hered. num. 2. & Chiffet. vbi sup.

Quibus occurrit quæſtionis examen: an deportato relinquiri fideicommissum possit, de qua neutiquam dubitandum est, si primora fideicōmissorum tempora retrospiciamus, nam cum antequam fierent necessaria, non continerentur lege 12. tab. neque vilo iuris ciuilis vinculo, sed pudore præstantiū, & fide: ita ut vinculis iuris naturalis, & gentium solim tenerentur, quid quofo addubitate possem⁹ indeportatoriū personis iuris gentium unde quaque capacibus? Sic intelligendus sine controversia est Iustinianus dict. princip. inst. de fideicommiss. heredit. Vlpian. dict. sit. 25. & quod magis est, quamvis fideicommissum non solum ab intestato; sed in testamento relictū fuerit: quia tunc semper magis ex fide legatarij, seu heredis capere intelligeretur deportatus, quam ex testamētu vi, & autoritate, quæ nulla erat ad præstationem fideicommissi. Ita ut non lege tale fideicommissum venire procerio sit, sed potius ea fide, & pudore legatarij, atque heredis, & consequentiū iuregentium, arg. l. lege obuenire 130. D. de verber. significat. ut potest si ex testamento militis proueniret (ut supra diximus cap. 10 num. 61) hæc sententia ex ipso Vlpiano probatur d. iii. 25 in princip. & Iustinian. dict. princip. de fideicom. ibi: Quibus enim nō poterant hereditatem, vel legata relinquere, si relinquebantur, fideicommittebant eorū, qui capere ex testamento poterant hereditatem, quæ verba, cum de peregrinis Latinis Iunianis, & dediūtijs: nō vero de deportatis Franc. Broxus intelligeret, deceptus omnino aliquibus respō- sis

sis parum ab ipso captis, statim q; eno-  
 nandis: nihil faciendus est, & simili-  
 ter Guid. Panciroli. lib. 2. Thesaur. var.  
 lxxv. cap. 64. cum tum temporis, quan-  
 do fideicommissa nec necessaria erat,  
 solum iure gentium niteretur (vt plu-  
 ries dixi) denique hec nostra senten-  
 tia placuit Paulo de Castro, & Iasoni  
 dict. l. 1. D. de leg. 1. numeris supra de-  
 signatis, I. Guiacio in commentario ad  
 l. non est ambigendum 12. D. de honorum  
 poss. in fin. P. Fabro lib. 2. Semestr.  
 cap. 12. Anton. Pichard. in princip. de fi-  
 deicom. hered. à num. 29. Duaren. in l. si  
 mibi & tibi, § regula, D. de legat. 1.  
 Theophil. dict. princip. de fideicom. D.  
 Ioann. Parex. in ocio quadrim. 2. part. n.  
 12. Sed maior est difficultas, an cap-  
 te fideicommissum posset, postquam  
 necessitatis via ea cohonestauit Augus-  
 tus exemplo dato: quæ vt restius per-  
 cipiatur, & ad clariorem doctrinam  
 duce distinctione procedere debemus:  
 nam aut testamento, aut ab intestato  
 fideicommissum deportato relictum  
 fuerit: si testamento: haec sit iam major  
 erit, durior quereres, nam Baldus in l. si  
 deportati 7. D. de leg. 3. & omnes anti-  
 qui in dict. l. 1. C. de hered. inst. A. Faber  
 decad. 74. error. 8. Anton. Pichard. in §.  
 servus 6. inst. de hered. inst. præter alios  
 plures, testantur, fideicommissum de-  
 portato relinqui non posse testamen-  
 to, sed tamen si attento intuitu perp-  
 edamus causam, in contrariam inclino  
 sententiam, deportatum scilicet reli-  
 sum fideicommissum testameto ac-  
 cipere (& quod magis est) petere pos-  
 se. Id probare conabor ex recta iuri-  
 ratione, quia quamvis Augustus fidei-  
 commissa necessaria efficeret, non ta-  
 men effectus iuriis civilis attribuit, &  
 causas: adhuc tamen verbis precarijs  
 relinquebantur, non ciuibibus, & dire-  
 ctis, sed imò quibuscumque linguis  
 Graeca, Hispana, aliave, ut probabimus  
 ad l. 1. D. de legat. 1. Nec adhuc actione  
 ciiali petuntur ex testamento, vt pote-

legata, sed actione vtili, & extraordi-  
 naria, rei que persequitoria, & pecunia  
 178. §. actionis 2. D. de verborum significa-  
 tion. Vlpian. etenim dict. sit. 25. fidei-  
 commissa (inquit) non peti per formu-  
 lam, idest actionem ciuilem, vt lega-  
 tu, sed extraordinem vtribi explicat  
 Cuiac. & Duaren. in Apologia aduersus  
 Eguinariu[m] Baromem, §. 6. & nos di-  
 ximus sup. lib. 3. Paralipomen. latiusque  
 noster A. Pichard. in prælection. ad l. 1.  
 D. de leg. 1. cap. 5. à num. 22. Fideicom-  
 missa ergo non per necessitatis effec-  
 tum iuris civilis fuerunt effecta, sed  
 adhuc manserunt iuris naturalis, &  
 gentium: non enim illa adiecta qualitas  
 necessitatis transformauit fidei-  
 commissorum naturam, velati, quod  
 in testamento militis relinquitur, qui  
 cù iure g[ra]tiū naturalique testetur, nō  
 ideo minus desinunt esse necessaria,  
 carentque effectu testamento milita-  
 ri relitta (vt diximus cap. 10. hoc libr.  
 num. 61.) sic etiam omnes actiones v-  
 tiles, & extraordinarie, quæ cum non  
 à iure procedant ciuili, nituntur aliqua  
 causa naturali, & gentium & quaque,  
 certum quæ obtinent effectum (vt &  
 latius dict. cap. 10. asservimus) neque  
 enim necessitatis ratione induunt iu-  
 ris civilis naturam. Augustus autem  
 non expressa constitutione fideicom-  
 missa reddidit necessaria, sed in uno,  
 vel altero casu id constituit, ductus &  
 quietatis ratione, iniquum ducens, si-  
 dem præstitam defunctis, quorum a-  
 pud omnesgentes, præcipue Roma-  
 nas tanta erat religio (vt latius alibi di-  
 co) decipi, in quo tantum abest, quod  
 extra ius geniū processerit, quod imò  
 secundum illa rectissima iura, quibus  
 graue est fidem fallere, disposuerit.  
 Inde paulatim moribus populi Romani  
 effectum est, vt in necessitatem re-  
 digerentur fideicommissa, tantusque  
 eorum fauor creuerit, vt peculiarem  
 Magistratum meruerint, Iustinian. d.  
 princip. inst. de fideicom. hered. & prin-

cipio in istit. de codicill. ita ut fideicommissorum necessitas moribus est, ut plerique aliae res pade starū, quod respicere videatur. l. 16. D. de interdict. & re leg. in illis verbis (infra dispungēdis) suppositis à Græco interprete nec fideicommissum contra mores, in quanti sententiā inclinare videtur Guid. Panc. in Thesauro var. lett. lib. 2. cap. 64. & expressie Franc. Husman. Parad. 3. ad l. Falced fol. mihi 44. & sic intelligendus est Iustinian. in §. fin. inst. de fideicom. hered. ibi: Ideo D. Augustus ad necessitatem inris ea retraxit, scilicet præstito ab eovno, vel altero exéplo: vti post hæc scripta inveni Chisictium sic tenentem lib. 1 fideicom. cap. 3. Verum enim sit, quod aut Augustus expressa constitutione fideicommissorum necessitatem stabilierit: vel arrepto ab eius autoritate exemplo moribus P. Romani id paulatim processerit: quæ quam enim Principi implacita, mores que tacito populi consensu approbatæ partis iuris civilis sint, §. consit. in istit. de iur. natur. l. 1. D. de consit. Princip. Non tamen inde deduces deportatum capere necessitatis ratione, ex iure civili fideicommissum (quod maxime urgere videbatur) nam quotiescunque pars aliqua iuris civilis veluti Senatus Consultum, Plebiscitum, Principum placita, mores diuturni solum atri naturali, vel gentium effectu attribuerint, & ad implementi indulixerint necessitatem, sine alia civili formula, vel forma, legali que obseruantia; tunc magis ius gentium firmatur quam transformatur in aliam speciem (quod & præfirmauimus dict. cap. 16. num. 48.) vt iterum dicimus de testamenis militum, quæ necessitate, & effectu gaudent, sine aliqua iuris civilis forma, sic etiam omnes extraordinariæ actiones, & utiles, quæ solum in effectu consistunt, non formulis, ita ut in eis syllabarum errore non cadatur à causa (vti elaborauil. lib. 3. cap. 9.) & co-

pite precedensi) si autem ius gentium cooperiretur, & obumbraret aliqua iuris civilis pars formulis suis, suisque legalibus observationibus, transformatum in ius civile dicteremus, veluti in testamentis, quæcum inuentione iurisgentium sint, tamen ita in populo Romano ad ornata existunt legalibus dispositionibus, & solemnitatibus ut magis inter iura ciuilia connumerantur, quam naturalia, in qua sententia fuerunt eximij iuris interpretes congregati ab Osvald. ad Donell. libr. 6. commentar. cap. 4. lit. A. & GilKen. (statim referendo) vnde non mirum est, si deportatus ex testamento capere non possit, caperet utique ex ciuili iure, ut optime considerat Tob. Nonnius in princip. de testamentis, num. 8. Viglius in §. sed predicta ead. tit. num. 11. & antea las. in l. legisima, D. de paci. latissime P. GilKenius in l. 1. C de hered. inst. sicutiam cum pacta iuris gentium sint, dum innuditate remanent, cum remaneant propriissime in sua natura, merito deportatus pacisci poterit, & agere naturaliter ex illis (vt diximus. 10.) Sed tamen sive stiantur stipulatione aliqua, quæ civilissima est, abagendo ex illa, & celebrando illam, excludetur merito, cum iuris civilis incapax sit: expli- cant Coiac. in commentario ad dict. l. ex ea parte 121. §. in insulam, D. de verbor. obligat. Franc. Duaren. in commentar. ad titulum, D. de capit. min. Obert. Gifan. ad §. 1. iust. de fideicom. hered. GilKen. dict. l. 1. num. 7. & idem admittimus, si pacta in eodem contractus ingressu fuerint facta, quia cum ad haerentia illius vestita sint, non mirabimur, si iuris civilis dicteretur l. iuris gentium 7. §. quim imo s. D. de pact. in his enim, & similibus casibus merito deportatus excludetur: ex quibus merito rejiciendus est Fran. Conna. docens lib. 2. com. cap. 3. ius gentium, quamvis simpliciter à iure ciuili confirmetur, ciuile debere estimari, quem merito iam refellit Osvald.

Oswald ad Donel. 12 com. cap. 22. l. 2. A. vide Hotoman. in §. 4. const. de legit. ag-  
nat. tut. enunciat. 2. Vnde re etissima ar-  
gumentatione videretur deduci, deporta-  
tum fideicommissum capere, pete-  
re que utili persequitoria actione pos-  
se, quia Argentus, siue populi mores,  
non transformatarunt eam naturam, sed  
adseruerunt necessariam, plenumque  
præstiterent effectum, relictam tamē  
in loco pristino iare; si enim illis esse-  
cūm esset, ut modos sollemnes, verba  
que ciuilia fideicomissa obtinerent,  
& quod postea à Iustiniano obtinuum  
est, natura legatorum eis accomoda-  
retur, non in iure deportatio dene-  
gari possent, vt sentit Cuius c. dict. l. non  
est ambigendum 12. D. de bon. poss. in fin.  
Sed cum contrarium totum sit, &  
nihil aliud, quam firmitatem, & ne-  
cessitatem præstationis obtinerent,  
post illam adhuc remanserunt in iure  
naturali, quo iure deportatus capere,  
& petere poterit.

22

Sed hæc resolutio, sic amplissime  
accepta, non est secundum re etiam iu-  
ris rationem secura, distinctione certa  
veritas danda est. Verū enim sit, quod  
fideicomissa etiam necessaria es-  
sita in iure gentium consistant,  
quia præcatinis verbis relinqueban-  
tur, modo proprio illo, quo in voluntate  
hereditis commendabantur, non  
formulis ciuilibus aliquibus vestita,  
& id est non ciuali actione, vt legata,  
sed rei persequitione naturali petun-  
tur, vt ex Vlp. dict. tit. 25. & alijs supra  
diximus nro. 16. Sed illa adimplemen-  
ti necessitas moribus populi Romani  
introducta, sine questione iuris ciuilis  
est, cum mores iuris ciuilis certissima  
pars sint dict. §. constat inst. de int. natu-  
ral. dict. l. 1. D. de const. Princ. Hoc sensu  
dicimus plures actus iuris gentium  
else, sed firmitatem, eis attributam à  
iure, else iuris ciuilis (in quo sensu ve-  
ra esset Connani sententia dict. libr. 2.  
comment. cap. 3. Sed ille nec hoc distin-

ctionis sedere iuit, nec secura fundari  
menta sumpsit, vt merito cū Oswald  
notauerit.) Hoc videmus in successio-  
nibus inter matrē, & filium ex Sena-  
tus Consultis Tertyliano, & Orphi-  
tiano, quia quamvis huicmodi suc-  
cessiones naturales sint, tamen quia §.  
Consulta partes iuris ciuilis sunt, non  
potest deportatus succedere matrē,  
quia omni iure civili nudus iacet, l. 1.  
§. qui operas, D. ad Tertylian. vt longe  
scripti cap. 10. à num. 4. hor lib. Idem  
agnoscimus in constituta pecunia, quia  
quatenus pactum est, in iure naturali  
inititur, l. 1. D. cod. iit. dict. l. 1. D. de patt.  
& tamen Prætor abeo pacto certam  
debet actionem, & ceteri Prætorum e-  
dicta inter partes connumerantur ci-  
vilis iuris, dict. §. constat, id est actio de  
constitut. pecunia ciuilis est, totus iit.  
D. de const. pecun. l. legem 10. C. de patt.  
§. in personam & c. sequenti inst. de a-  
ction. uam cum pacta nuda nullam ef-  
ficacem obligationem producent,  
l. iuris gentium 7. §. igitur nuda, D. de pa-  
ctis, dict. l. legem, tamen firmitas illa à  
Prætore præstata dat efficaciam pacto  
constitutæ pecuniae, quæ sine dubio ci-  
vilis est, cum vltia terminos iuris genti-  
um operetur. Idem diuidico in alijs  
contractibus, qui nudo cōsensu, seu nutu  
constant, vt latissime scripti lib. 2. qui  
cū iuris gentiū sint, l. ex hoc iures. D. de  
inst. & iur. sed tamen cum ius ciuilis  
firmitatem, & efficaciam illis præsti-  
tent, iuris ciuilis indicantur, & de por-  
tatus ex illis non ciuiliter directo pe-  
tet, sed utiliter, quæ est naturalis actio,  
utrumque probauimus supr. cap. 10.  
Hæc autem ratio fortiori vinculo pro-  
cedit in fideicommissis, in quibus ne-  
cessitas præstandi apertiotem ciuili- 24  
tatem dat, nam cum fideicomissa in  
prece consistant non in mandato, non  
in dispositione directa, cū verbis pre-  
catinis relinquantur princip. inst. de fa-  
deicomis hered. nam quod relinqui-  
tur in alterius arbitrio nullam inducit  
obligat.

obligationem, l. sub hac 7. de obligat.  
& act. l. in vendentis 13. C. de contrahen-  
emption. vi scripsit Amay, lib. 2. obseru.  
cap. 3. num. 1. & 2. efficere necessarium  
quod voluntarium erat etiam ex dis-  
positione testatoris, excedere videtur  
terminus iuris naturalis, & voluntar-  
is defuncti modum, quod solum ci-  
tiale ius efficere potuit: quod in causa  
esse potuit, ut Augustus non aequum  
indicaret certa constitutione necessa-  
ria fideicommissa efficere, quamuis  
aliis temp publicam legibus firmauit,  
ut ex Dione prædiximus lib. 3. cap. 3.  
num. 41. voluit forte voluntati popu-  
li relinquiri, ut ad eam necessitate mor-  
ribus se constringeret. In aliis autem  
actibus, pactis seu contractibus iuris  
gentium præstationis certa voluntas  
datur, ad id se obligant homines, &  
ideo non mirum si civile ius præstite-  
rit firmitatem; sic etiam in successio-  
nibus matris, & filij: nam iure naturali  
ad eam vocabatur filius, ut dicimus c.  
13. num. 9. & cap. 14 num. 27. & econ-  
tra pietate, & commiseratione natu-  
rali mater ad successionem filij, l. scrip-  
pro 7. §. 1. D. statull. testam. nullæ exta-  
bunt. Sic ergo est, quod voluntas pre-  
caria fideicommissi, & voluntarium  
adimplementum heredis, in quo fidei  
habitæ obseruatio sistit, iuris gentium  
sit; at vero necessitas illa, qua in fideli-  
tas comprimitur heredis, & compel-  
litur ad præstationem meri iuris ciui-  
lis sit. Unde certa definitius ratione,  
deportato fideicommissum relinquiri  
posse, quatenus iuris gentium est, &  
sistit in propriissima naturali origine,  
& velit institutus præstare fidem de-  
functo; sin renuat, non quibit deporta-  
tus agere aduersus heredem, visibiles  
fideicomissa restituatur, ageret vni-  
que ex ciuili iure ad compulsionem,  
cuius omnino incapax est, non magis  
quam si ex Orphitano maternâ suc-  
cessionem deposceret, quam inutili-  
ter peteret, dict. l. 1. §. capit. 8. D. ad S.

C. Tertii Nec remore ruralique, quod  
testamento militari, quod iuris gen-  
tium est, necessitatis effectus à iure at-  
tributus sit, & tamen ab eo capit de-  
portatus, quia id condonat privilegium  
militare, & libertate standi facultas  
militibus indulta, vt scripsi cap. 10.  
num. fin. & cap. 13. à numer. 44. denique  
hanc sententiam ciuitatem in fidei  
commisi necessitate consistere pro-  
bat Vlpiian. in l. 1. §. 2. & 4. D. deleg. 3.  
vt accurate expendimus, & enodamus  
cap. 13. à numer. 46.

Nec ideò, quod in testamento re- 25  
lictum sit fideicommissum, dicemus  
ex iure ciuili capere fideicommissum,  
cum lege capi videatur, quidquid ex  
testamento proueniat dict. l. l. obuenire,  
D. de verbis signification. Nam nihil  
minus ex iure gentium capere de por-  
tatum dicimus, ciuitatem enim testa-  
mentum in ferre non potest, sed lex,  
quid enim prohibet quominus actus  
iuris gentium testamento inseratur?  
hoc non videmus in specie l. pen. D. de  
capite min. l. is cui i. 1. D. de alimen. & ca-  
bar. leg. l. 3. D. de his quæ pro non scriptis  
legentur, sup. cap. 10. expensis, & consi-  
deratis? in quibus alimenta illa, & alia  
necessiariorum usuum causa relinquiri  
possunt testam. & (quod magis est)  
legari deportatis, qui quamvis extor-  
xes sint, recte capiunt, quim obstat  
quod testamento relictum sit, nam cū  
in illis sola causa naturalis inspiciatur  
factum scilicet (ut iam expendimus d.  
cap. 10.) nihil interest, quod testamento  
relictum fuerit, illud enim magis sub-  
seruit ad comprobationem alimen-  
torum legati, aut fideicommissi, & ad  
præstandam autoritatem relictis, quā  
ad hoc vi fideicommissum ex eo ciui-  
litatem accipiat, & ius enim in testa-  
mento relictus, in abstracto, ut inquiūt 26  
consideratur, non in cōcreto cum te-  
stamento ad considerandam aetus na-  
turam, ut in exemplis proxime datis  
introspicimus; unde est, quod si usus  
fructus

fructus legaretus deportato, quia magis in iure, quam in facto consistit, ille capere non posset, ut & dicit c. 10. animaduertimus ex l. in singulos 8. D. de annuis legat. quæ variatio non consideranda est à testamento, sed à natura actus, & sic in testamento relictum fideicommissum capere deportatus potest, qui magis iure gentium capere intelligitur ex fide heredis, seu legatarij necessario testatori præstanta, quam ex iure civili, & testamento. Ex quibus satis sit Antonio Fabro 3. tom. err. decade 7. 4. err. 8. sententia fideicommissum deportatum ex testamento capere non posse, quia iure civili, & leg. 12. tab. eff. etiam fuit, ne intercederet defunctorum voluntas. Instabit fortiter, quod si sic datur locus fideicommittendi in favorem deportatorum, necessario eveniret legis illusio: ita ut 27 quod in institutione, & legatis capere non possent, fideicommissi caperent iure, quod tanquam inconveniens magni præiudicij omnino præcaendum, & extirpandum est, ut plurimi stractavimus lib. 3. cap. 3. Sed hæc præcautio in deportatis minime adaptatur, iustum, amplaque si tis subierunt pœnam amisione ciuitatis, & bonorum, aliorū que privilegiorum, quæ ciuibus competunt Romanis, saluum autem eis mansit ius gentium, cur ergo, & eo iure miseros homines defraudabimus, & pœnarum rigores extendemus ad hoc, ut civili, & naturali iure exuti omnino succumbant? quod quidem nec strictum, nec æquum ius nostri civilis ferre quit, immo contrarium omnino, semper proclive ad pœnrum temperationes, & pias interpretationes, in interpretatione, cum alijs vulgatis, D. de panis: tuoc autem præcautio illa maxime attendenda erat, quando omnino pœnarum illusio, & frustratio succederet: secus autem in satis iustis pœnis punitis (ut optime cap. 3. diximus) quæ quidem satis superque sufficiunt

cum certo tramite rationisducta sint. In præscriptorum comprobationem se offert P. Fabri acuta consideratio d. lib. 2. cap. 13. 3. emet. in Marcelli respo-  
sol. si à milite 29. §. 2. D. de testamento militi. in quo Consultus respondet iuri  
sue randi remissioni à Prætore in- 28  
ductam heredibus, & legatarijs, obti-  
nere locum in testamentis militum,  
atque etiam in fideicommissis, æqui-  
paratio ergo ista (inquit Faber) mili- 29  
taris testamenti, & fideicommissi in-  
ducit iure gentium fideicommissa cō-  
sistere sicut testamenta militaria, & ut  
ego addo, etiam post necessitatem fi-  
deicommissis præstitam, quod cum  
ita sit, si deportatus ex testamentomili-  
litis capere hereditatem, & legatum  
potest (ut cap. 10. diximus) qui non &  
fideicommissum à testamento pagani  
cum virumque eodem iure subsistat?  
eandem comparationem Paulus fecit  
in l. fin. D. de his quæ pro non scriptis ha-  
bentur. Senuens sine dubio idem quod  
Marcellus: sic obleruo in restituta lege  
deportatus, §. 1. D. de interdicto & re leg. 30  
ex lib. 60. Basilicon. iii. 54. à Cuiac. re-  
pondere Iuris Consultum Marcianum, deportatum à Præside sine Prin-  
cipi, & heredem existere, & legata ex  
testamento capere posse, non tamen  
fideicommissorum meminisse (ut de-  
ceptus A. Faber addidit tom. 3. err. de-  
cad. 7. 4. err. 8.) nam cum etiam post le-  
gitimam deportationem, & autorita-  
te Principis perfectam, possit depor-  
tatus fideicommissum capere, caute  
Iuris Consultus fideicommissi verbū  
omisit, ne à contrario argumentum  
deduceretur, non posse postea depor-  
tatum fideicommissum capere, unde  
ipsumet Marcian. in eod. lib. & titulo 31  
Basilicon. deportati (inquit) neque heredem  
neque legata capiunt, & in Sy-  
nops. lib. 60. sit. 54. non vero additur fi-  
deicommissum, ubi animaduertas 10-  
go, Græcū interpretē addidisse no-  
ram (ex qua I. Cuiacius cōposuit l. 16. 32  
D. de

D. de interdictis, & releg. vt iam scripti dicit. cap. 10.) falso que in ea addidisse verbum illud: neque fideicommissum cōtra mores Martiani enim, aut Imperatoris Antonini illa verba nō fuisse patet ex suo responso, & recta iuris prudētia, vt nos firmamus, propter quod p̄cāuendum est à Cul. dict. l. 121. §. 10. in insulam, D. de verbis obligat. & Anton Pichard. in rub. inst. de fideicom. hered. (auteritate Cuiac. decepto) existimantibus, constitutione Antonini factum fuisse, quod fiscus fideicommissum deportato relatum vindicaret, sine alio graviori fundamento, quam no[n] t̄x interpretis Græci, cum nihil tale, imò totum contrarium in iure ciiali reperiamus. Mirum est int̄ tam vasto iuris ciiali campo P. Romanis, in quo tam frequens deportationis erat pœna, fideicommissorumque postea tam frequens usus, non inueniri exp̄sum constansque responsum, quo deportato fideicommissum dari nō posse, probetur; imò contrarium apparere ex aliquibus, aperte que deduci ex legitima iuris scientia. Quotquot enim responsa inuenimus de tacito, vel aperto fideicommisso incapaci relinquenti in fraudem legis (plurima enim congesit Anton. Pichard. in princip. inst. de fideicommiss. hered. num. 7. & 8. & num. 21. cum sequentibus,) nec ullam de portati mentionem faciunt, nec insinuant: accipiēda enim sunt, vel de seruis pœnæ, vel de legi Iuliæ, & Pappiæ consumacib⁹, alijs ve, qui ex nouissimis iuris principijs capere non poterāt. Hoc tamen velim de fideicommisso particulari, non vero vniuersali: istud enim solum ciuitatibus Romanis, quæ sub Imperio P. Romanis sunt, & consequenter ciuib⁹ Romanis relinqui poterat ex Senatus Consulto Aproniano, l. omnis 26. D. ad Senatus Consultum Trebellian. l. cum alteri 26. D. de negot. ges. Vlpian. in fragment. tit. 22. §. 5. hoc autem nimis ea ratione procedit, quia

36

cum aut Senatus Consulto Trebelliano transferentur actiones in fideicommissariū, l. 1. D. ad Senatus Consultum Trebell. §. & Neronis 5. inst. de fideicommiss. hered. vel ex Senatus Consulto Pe- gashiano interponerentur stipulatio- nes, vel pro rata de damno, & lucro, vel emptæ, & venditæ hereditatis, §. quia cum sequentibus, inst. eadem iii. de fideicom. hered. (vñ nos late sup hoc lib. 4.) quæ omnia iuris ciiali p̄maxime sunt, nec cum deportato tractari possunt: idèo recto iure requirebatur, vt qui fideicommissum vniuersale capere posset. ciulis Romanus esset, vel ciuitas Romana sub imperio P. Ro- mani, nam ex eadem ratione fit, quod deportatus capere institutionem non posset, cum ea ciiali sit formulis ver- bis qui ciuib⁹ conscripta Vlp. infra- gmen tit. 21. l. 1. §. 3. D. de hered. inst. l. quiniam 15. C. de testament. & idèo in- ferri non potest de hereditate, vel fi- deicommisso vniuersali ad speciale. Denique non obstat data ab Vlpiano regula tit. 25. in fragment. qua prescribit posse fideicommissum illis relin- qui, quibus legari: vnde cum deporta- tus legatum capere non posset, vt & nos hoc capite, & præcedenti agnouimus, videbatur dicendum, nec fideicom- missum; sed hæc regula præterquam non sit certa, nec absoluta, vt idem Vi- pian. dict. tit. statim subiecti, cum Latini Iuniani, quamvis legatum capere non possint, possunt tamen fideicommissum, & alij vt sequentibus capitibus adseremus, & in istopatet, tamen non ita intelligēda est, quod nō possit fidei- commissum dari, nisi illi cui legari po- test; sed longe aliter; affirmatue scili- cet, quod qui legatum possit capere, possit etiam fideicommissum, quod maxime diuersum est: nam cum lega- tum capere nō possit, nisi ciuiis Ro- manus sit, multo magis ille capere fi- deicommissum poterit, quod & de- portatus, & alij non Romani ciues ca- piunt,

piunt. Explicat Pickard. in §. seruus 6.  
inst. de hered. in §. num. 22. & Claud.  
Chisie Et. de in re fideicom. lib. 1. cap. 2. in  
§n. tamen in complementum huius  
questio[n]is, restat durum disquisitio-  
nis certamen, l. si deportati 7. D. de leg.  
g. quod ita graue eit, ut solum spe &  
culum mereatur, & in quo aperte no-

stra sententia adstruitur. Cū haec om.  
nia ex recta iuris ratione deducamus  
in fideicommissis, etiam iestamēto re-  
lictis, facilius à quocumque proba-  
buntur in fideicommisso abin-  
testato relicto, cum tunc  
minus ciuitatem  
sapiant,

## C A P. XII.

**A**D questionem precedentis capituli, quod deportatus fideicommissum  
capere possit, expenditur l. si deportati 7. D. de legat. 3. ¶ per in-  
tegrum caput super eius recta interpretatione controvenerint, à num. 1.  
Difficultates aduersas responsū proponantur à num. 2 Rogerij interpreta-  
tio. 3. Viviani, quem multi sequuntur faciunt. 4. Bartoli ¶ aliorum. 5. Baldi. 6.  
Pauli de Castro. 7. Saliceti. 8. Fulgoſi. 9. Donelli. 10. Osualdi. 11. Cumani. 12.  
A. Faber serui capacitatē ex fisco accipit, sed refellitur. 13. Alia longe di-  
uersa interpretatio Fabri, à num. 14. A. Pickardi quæ 15. Autoris sententia  
¶ interpretatio. 16. Capacitas serui à domino est, ¶ sic à deportato. 17.  
Restitutio deportati in ciuitatem odiosa est, ¶ quid continet. 18. Retro-  
tractions ¶ fictiones A. Fabri propter acquisitionē fisci imaginariae sunt.  
19. Capacitas acquisitionis in tempore, ad quod retrotracciō fit, dari debet.  
20. Iusta causa semper infictione requiritur. 21. Ius heredib. questum fidei  
commissi pro non scripto, non debet auferri per fictiones fauore deportati.  
22. Nec fauore fisci: caduca odiosa. 23. Explicatur l. 86. §. cum seruus,  
D. de legat. 1. ¶ ibi qualiter pendeat status serui legati. 24. Legatum ¶  
stipulatio serui legati qualiter consideretur hereditate iacente. 25. Hę Fa-  
bri ratificationes non adaptantur d. lege si deportati 26. longe enoda-  
tur l. de hereditate 9. §. quid autem, D. de Caſtreñi. pecul. à num. 27.  
Pater qualiter possit legare seruum peculij Caſtreñis filij. 28. Et libertatē  
dare. 29. Sed quid si filius in testamento de isto seruo disposuerit? 30. Sed  
quid si filius ab intestato moriatur? 31. Si in testamento libertas à patre  
data seruo peculij, an sustineatur? 32. Et quid si ab intestato? 33. Pro liberta-  
te datur certa ratio in utroque casu. 34. Tempore medio, quo instituti her-  
edes à filio deliberant, legatum seruo peculiari datum an pertineat ad patrē,  
qui ex illo testamento capere non poterat, an ad heredes. 35. Et quid si ser-  
uus stipulatus fuerit? 36. Verecundia paterna quid? 37. Resoluitur quæſtio,  
quando pater ex testamento adquirere non poterat. 38. Applicatio Fabri d.  
§. quid autem ad l. si deportati reiicitur. 39. Retorquetur contra Fabru.  
40. In d. l. si deportati id sò ad fiscum pertinet fideicommissum, quia pertii-  
nuerat

nuerat ad deportatum. 41. Inde alienare poterat seruum deportatus, & con sequenter fisco priuare fideicommissio. 42 Seruorum adquisitiones erga dominos iuris gentium sunt. 43. Verba viuo testatore d. l. si deportati, declarantur & expenduntur. 44. Sic si deportatus restituitur, ad ipsum plene fideicommissum pertinet. 45. Quam quæstionem principalem Vlpianus discusserit d. l. si deportati. 46. Versiculus. Similes d. l. si deportati declaratur, remissive. 47.

**D**IV, multūque fuit, quo Domitiij Vlpiani respōsum in l. si deportati 7. D. de legat. 3. exercuit feliciora ingenia, & varijs interpretationibus per secula varia adgressi sunt strenui nostræ iuris prudenter duxes, laces suntur isti grauiter inde, quod deportato concedat Domitius seruū, cui fideicommissū fuerat relīctū, quod ad fiscū pertinere affirmat, cū imò ad ipsum deportatū pertinere respōdendū erat, cum fideicommissorum capaces sint, aut si non capaces, pro non scripto debebat haberi. 7. 10. 2. 11. D. de his quæ pro non scriptis habentur: & si ad fiscum, qua ratione eum fraudare poterit, alienatione viuo testatore facta: & quid simortuo? & qualiter restituto ipsi fideicommissum attribuitur? cum ea quæ ab ultima voluntate procedant, in suspenso esse, nō possint, l. fin. D. commun. præd. cur autē restitutionem fideicommissum expectauit? multum ergo lucis requirit abstrusum hoc Vlpiani laberyntum, & multi tentarunt ingressum, sed nec inuenierunt redditum, Nullus ergo mirabitur, si & nos filo rationis subeamus idē periculum, forte & nos Thesea felicitate adsuperos evolabimus; sin contra, in gloriam supererit ausus, & certamen, quod ut felicius succedit, referamus aliorum interpretum vias, vt fugiamus invias velutii, & deperditas. Rogerius antiquus interpres conjectauit deportationē à Preside factam Principem non compro-

basse, argumen. l. deportatus 15. §. 1. D. interdict. & relegat. sed merito eum iam reiecit Accurs. in nostra l. quinihi lo felicior intravit eam, cum nec præsenserit grauiorem eius difficultatē. Nec Vmiani, vel quicumque ille sitca suum formator, & dispositor, cum delegato accipiat, quo nihil absurdius esse potest, in quo errore (quod maxime mirandum est fuit) Bartol. & P. de Castro in commentario ad eam, Alex. & aliq. antiquorum in l. 1. C. de hered. inst. & Connan. lib. 2. commen. cap. 3. numero 10. & Osvald. in loco infra referendo, quo inuoluti, iam nihil rectum exco gitare potuerunt ad interpretationē responsi. Sed tamen Bartol. in l. depor tati, capacitatem domini ad personam serui, tunc esse respiciendam quando dominus capax est: secus autem quando non est capax, quia tunc magis persona attendenda: & reapse idem voluit in l. 1. C. de hered. inst. quem conse quenti fuerunt Bald. Angel. Paul. de Castro, & Alexan. in ead. lege 1. & denique P. Gilken. in eadem l. nu. 46. Sed mirabitur, quicumque respexerit ex diametro contrariam rectæ iurisprudentiæ interpretationem tantis viris placuisse, nisi forte (vt opinor) ad idcōpellat difficultatis vis: non deniq; digna est censura nostra, quando iam cōtra eos insurrexerint Iason dict. l. 1. & num. 3. (qui tamen nihil certū firmat) Franc. Connan. lib. 2. com. cap. 3 numer. 10. A. Faber decad. 7. 4. err. 8. Cuman. d. l. si deportati, & Eduard. Caldeir. lib. 4. war. lect. cap. 3. num. 336. Baldus autem 6.

in nos et al. si deportati, alitei agit, si de-  
 commissum seruo deportati relictum  
 fisco adquiri, quia deportatus capax  
 non erat, cum seruus esset in dominio  
 deportati: securus autem in dominio al-  
 terius, quia tunc ille fideicommissum  
 adquireret. Sed ratio ex præscriptis cap.  
 2: infra, quibus capacitem probauimus  
 deportati fideicommissum habé-  
 di, & accipiendi ex testamento, conin-  
 citur, praterquam alia difficultiora in-  
 terpretamento obstant, quæ animad-  
 uertere quicunque poterit. Paulus de  
 Castr. in eadē l. si deportati, dicit eā ab  
 spe, quod fiscus deportati bonis frui-  
 turus sit in morte; idque sustineri fidei-  
 commissum, vel (ut ipse inquit) le-  
 gatum, cui reapse conuenit Albericus  
 ibidem. Sed contra eum iam præiuenerūt  
 Alex. in b. 1. C. de hered. inst. num. 2. &  
 A. Faber dict. decad. 74. error 8. Salice-  
 tus dict. l. 1. Intelligit tempore testamē-  
 ti deportatum non fuisse, sed postea,  
 quod magis explicat Franc. Connan.  
 & sequitur dict. cap. 3. num. 10. nec non  
 amplectitur P. Gu Ken. ubi sup. num. met.  
 46. sed diuinans sane ad responsum Vl-  
 pianī, & merito disiecit Alex. dict. l. 1.  
 Osvald. ad Donell. 6. commen. cap. 17. lit.  
 V. Anton. Faber dict. err. 8. Anton. Pi-  
 chard. dict. 8. seruus autem 6. inst. de he-  
 red. inst. num. 17. Feremus ne Ful-  
 gosij solutionem dict. l. 1. Sane merito  
 eam infra mault Alex. dict. l. 1. quæ  
 nulla ex parte Domitio Vlpiano adap-  
 tari potest: quid Hugonis Donell. di-  
 ctio cap. 17 (qui cum Paulo de Castro  
 conuenire videtur) quando suo assi-  
 duo se etari displicuit Osualdo Ille-  
 go d. lit. V. & merito? Quid quod ipse  
 Osuald. excogitat? sustineri scilicet  
 legatum, cœu subconditione tacita, cū  
 ipse capere poterit, vel alij adquirere, in  
 quo ipsem et Osuald. libi diffidit,  
 quid ego? quando video integrum co-  
 ditionem interpretem, quasi vi &  
 armis in responsum inuehere. Minus  
 place: Camani, quam sequitur AE-

duard Caldeir. dict. cap. 3. sanc incon-  
 gruens contextuæ responsi.

Anton. Faber varijs in locis su-  
 perare difficultatem responsi adgredit-  
 tur, varioque rationum ariete op-  
 pugnare, is autem libr. 12. coniect. cap.  
 fin insue, pertine: e ad fiscum fideicom-  
 missum, affirmat, seruo deportati re-  
 ligatum, cui dominus serui per de-  
 portationem fuerat effectus; unde ca-  
 pacitas serui ex fiscali capacitate res-  
 picienda erat, & æstimanda. Sed sua-  
 uissime à subtilissimo interpretum  
 quærerem, qua ratione dominium ad  
 tribuat serui fisco, quando deportatus  
 potest alienare: si ergo id deportatus  
 efficere potest, & emptori domino fi-  
 deicommissum adquiri potest, non  
 fiscus, sed deportatus serui dominus  
 necessario indicandus erit. Non fixit  
 pedem subtilissimus vir in subtilissi-  
 mo responso, qui cum præscriptam  
 in suis coniecturarum libris tribuif-  
 set, aliam longe diuersam interpreta-  
 tionem sequitur in decad. 8. error. 4.  
 num. 6. in qua cum Saliceto, & Franc.  
 Connano conuenit, deportatum ante  
 deportationem, scilicet alienable ser-  
 uum, cui fideicommissum relictū, de-  
 portatione sequuta, iure eo ad fiscum  
 pertinere, sed non alio indigemus op-  
 pugnare, præter Alexandrum, &  
 Osualdum supra datos, quam ipsomet  
 A. Fabro, cui ea sententia omnino dis-  
 plicuit (nescio, an si quod & fuerit sua,  
 meminisset) dicta decad. 74. err. 8. Is er-  
 go error. 8. & 9. per nimia acumina,  
 & fictiones, magis à se noue existima-  
 tas, quam antique à iure Consultis as-  
 feritas, nodum dissoluere querit, &  
 investigat anxius, & dum veritatē in-  
 uenire cruciatur, involuitur affectiori-  
 bus laqueis, quam quibus à Domitio  
 Vlpiano tenebatur, quos cum rumpre-  
 te iam parem, dum offero palæstræ in-  
 terpretationem nostram: idèo hic su-  
 persedeo confictui cum doctissimo  
 viro. Denique nouissime noster An-  
 ton.

<sup>109.</sup> Pichard. in dict. §. seruus, num. 20. cum sequentibus, eximio errore responsam accipit, singulariter in ea specie, quando ab intestate fideicommissum fuerit relatum, in ea enim est opinione ab intestato deportatum capere posse: secus autem ex testamento. Sed non animadvertisse constulti verba, circumque dicere licet (quæ de testatore expressam faciunt mentionem) qui in eam iuit interpretationem. In qua etiam sententia interpretator eundem Anton. Pichardum postea fuisse in rub. inst. de fideicommiss. hered. num. 37.

Tanto ergo interpretationum cumulo, & nostrum lapidem adiucere nemo nos mirabitur, quid magis culpa attribuendum erit, quam cum tantus doctissimi viris nos errasse? minor ergo culpa, & pena apud doctos erit: hos curo, hos veneror, non in detractionem pronos, & iram. Nostra autem interpretatione ad Domitij Vlpiani responsum dict. l. si deportati, non frigide a nobis insudata, inde procedit, <sup>116</sup> quod fideicommissum testamento, legitime condito, deportatio possit relinquere (vti proximo firmavimus capite examine longo) neque ultum in patentissimo iuris civilis campo (ut suspicor) iuris Consuli responsum inueniri quibimus, quo magis nostra sanctiatur sententia: sic ergo apud nos stat, capere deportatum fideicommissum ex testamento posse, stabilitq; donec alius meliora attulerit. Hinc sit deportatu seruo fideicommissum relinquere posse, <sup>117</sup> quia dominus fideicommissi capax est, aliter enim fideicommissum inutile redderetur, & haberetur pro non scriptor seruus enim cum ex sua persona incapax sit, capacitatem ex testamento accipiendi a domino habet, quæ certissima regula iuris civilis est, *l. si mibi, & tibi 12. §. regula 2. D. de leg. 1. l. si minus 31. l. si aliena 43. §. 1. D. de hered. inst. §. in extraneis sicut de hered. qualitat. &*

differentia, quæ capacitas tribus temporibus conspicitur, aut testamenti tempore, aut mortis testatoris, aut tempore quo fideicommissum cedit, *d. §. in extraneis.* Unde si deportatus fideicommissi capix non esset his temporibus, nec ad fiscum pertinere posset fideicommissum, veluti, qui nullo horum tempore servi dominus fuerat, aliter cur deportatus seruum alienare posset? nec adipsum deportatum, postea etiam restituendum: cum similiter incapax fuerit tribus temporibus: & quamvis restitutio ea omnia, quæ deportati fuerat deportationis tempore, si plena est, restituat, non tamen ea quæ nunquam habuit, restituere, *arg. l. si §. fin. C. de sent. passis, & restit. nam sequeretur, quod eodem tempore deportatus, nec ciuis Romanus esset, & esset, quod absurdum est, maxime cum restitutio, quamvis ab indulgentia Principis procedat, odiosum sit (vt alibi obseruauit ex l. 14. C. de penit. & ex l. Papinianus 20. D. de minorib. & alijs apte ibi consideratis, cum remittui penas legitime impositas existens in Republica sit) satis est ergo, quod deportatus bona recuperet restituzione, quæ ante deportationem habuerat: non tamen ea quæ nunquam fuerunt sua, nec ei cesserant, sed alij cuius legitime acquisitum iam erat, à quo auctri iniquum quicunq; iudicabit, uti considerat Don. lib. 2. com. cap. fin. Anton Gomez 3. tom. var. cap. 13. num. 39. & in l. 1. Taur. nu. 11. quod qualiter intelligendum, loco insinuato explicatur: quibus expresse conuincitur Anton. Faber dict. decad. 74. err. 8. contrarium docens. Replicat autem Anton. Faber, quod cum deportatus restituitur, aut fiscus in bonis deportatis succedit, adquisitio fideicommissi, seruo deportati relieti, retrotransbitur ad cessionis fideicommissi tempora, cum solum in suspenso fuerit fideicommissi adquisitio, non veterius validitas, ad quod expendit *l. si* <sup>118</sup>*

ibidem 80. § cum servus, D. de legat. 1.  
& l. de hereditate 19. §. quid autem, D.  
de Castris. pétulio (quibus parunt eius  
sententia firmatur) facile ecquidem  
est retroactiones fingere, & fictio-  
nes retrorahere leuitate ingenij, &  
adgustum; sed difficile multoties iuri-  
bus adaptare, recteque iuris pruden-  
tiae rationi. Non capio ergo, quo An-  
ton. Faber iudicio adquisitiones istas  
fideicommissi retrorahat in fisco, &  
deportato ad diem, quo fideicommissum  
redit à tempore, quo vobis resti-  
tuitur, & alter succedit; cum illo tem-  
pore, ad quod retroactio redit, nec  
deportatus ex sententia sua fideicom-  
missum capere posset, nec fiscus etiā,  
cum adhuc dominium servi, per-  
quem adquiri fideicommissum debe-  
bat, non haberet: si enim econtra sie-  
ret, ad tempora successionis, & resti-  
tutionis, tolerabilius foret: minus que  
continetur absurdum. Sed cum vide-  
ret Anton. Faber capacitatem fidei-  
commissarij considerandam esse tem-  
pore, quo fideicommissum cedit, &  
aliter adquisitionem fieri non posse,  
constituit sic facere ex regnl. dict. §. in  
extraneis. Sed similiter debebat con-  
stituere in fictionibus, & retroactio-  
nibus capacitatē tempora præseruari,  
20 ut in postlimio, & lege Cornelii vi-  
demus: si is qui pro emptore, D. de vſu  
capioni lib. cum vulgatis, dict. l. de heredi-  
tate: ita ut semper retroactiones fiāt  
ad tempora quo quis capere poterat:  
solus tu mi Anton. Faber in capaci-  
tatis tempus elegisti: id forte cum  
vndique tenebaris, nec satis tuta ces-  
sionis fideicommissi, nec restitutionis  
deportati, & successionis fisci iudica-  
res, elegisti meo iudicio, ut aliqua par-  
te, tanquam è vinculis, acumen tuum  
erumperet; peruersus tempus. Ultra,  
21 quam in statu causam in fictione, &  
retroactione ista inuenisti? nam ad  
hoc ut retroactio, fictioque aliqua  
introducatur in iure, semper iusta, pia,

&qua que causa, & necessaria à no-  
stris iuris conditoribus preæstimate  
fuit l. postlimium 39. D. de capti. &  
postlim. reuer. videri licet in postlimi-  
nio, & lege Cornelii, ex fauore co-  
rum, qui pro Republica mortem op-  
petere parati erant, vel oppeterunt,  
& dict. l. de hereditate, §. pater 3. D. de  
castris pecul. fator libertatis, & quum  
parentis votum, iustaque successio, ve  
& tu ipse agnoscis lib. 7. coniect. cap. 3.  
quo enim colore quasi mentiretur ius,  
nisi ut ad id impelleret fauor & quissi-  
mus, causaque iustissima; nec ne simi-  
lem & quamve causam in fictione Fa-  
briana inuestigare poterimus? imò  
iniquam sane, & Republicæ insalu-  
tarē: nam quod perfectionem istam  
deportatus lucraretur fideicommissum,  
si alijs accipiendi iure à lege pri-  
uatus esset, iniquum sane esset, cum  
eius restitutio odiosa sit, & summa  
exitialis Republicæ: nam si sic elude-  
rentur poenæ, prouocarentur homi-  
nes ad delinquendum: quibus adde, ut  
perniciosior & stimetur res, auferri per  
fictiones istas ius legitimū heredi-  
bus quæsitum, ad quos fideicommissum  
pertinebat, eo quod deportatus  
ex Anton. Fabri sententia incapax es-  
sei, cum pro non scripto haberetur, l. 3,  
cū suis §§. l. 4. D. de his qua pro nō scriptis  
habentur (quod maiori explicatione  
indigeret) interim vide Donell. lib. 6 cō-  
memor. cap. 17. Petrum Gil Ken dict. l. 1.  
C de heredib. instituen. num. 40. cum se-  
quentibus. à quibus accipietis alios. Per  
pende ergo, fictionis, & retroactio-  
nis causas, iniustas, exitiosas Republicæ,  
& heredibus præjudiciales. Nec  
maior fauor in fisco inueniri potest, ut  
fauore eius, regulis iuris abruptis, fi-  
deicommissum competens heredi ac-  
cipiat: verum enim sit, quod eximij  
fisci fauores fuerūt quoad alia meritis-  
sime in iure dcereta; sed tatus nūquā ita  
habitus est, ut perfictiones inuita lu-  
ris prudētia ius alteri legitime quæsitū  
2 2  
2 3

aferre posset, cum immo caducorum obseruantia ita antiquis iure Consulatis odiosa habita fuit, quod & varijs modis illud erent, ut refert Iustinian. in l. 1. C. de caducis tollend. & quod magis est, ipse Cæsar Iustinian. in eadem l. §. hoc autem, priuatorum commoda ei anteponat (de quo & nos latius lib. 3. & sic retrotractiones fauore patris, quas dicit l. de hereditate, cum alijs infra referendis, in peculio cas trensi filij admittuntur, nisi inferatur præindictum filio, peculij ex constitutionibus domino) defecit sane causa, & æqua ratio, qua Fabrianæ fictiones, & retrotractiones subsistere possint.

24 Nam quod infert ex dict. l. 80. §. cum seruus, D. de legat. 1. plane ineptum est, in eo enim Consultus respondit, serui legati statum, & quæ personam eius 25 attingunt, in suspenso esse: nam si legatarius repulerit à se legatum, nunquam eius fuisse videbitur; si non repulerit, ex die adiutæ hereditatis eius intelligitur: & sic quod seruo legatum, aut donatum fuerit, ipseque stipulatus, interim dum legatarius delibera, aut pertinebit ad heredem, aut ad legatarium, secundum distincti nem præhabitam. Sed hoc legitimata ratione procedit, quia seruus iste semper (quomodo cumque consideretur) apud dominum capacem remansit, & ex cuius persona adquirere poterat, nam aut ante aditam hereditatem adquisiuit seruus, quo vacabat hereditas, ipsamet personæ vicem igerū, cui seruus hereditarius adquirit, l. si is qui pro emptore, D. de usucaptionib. l. in eo 33. §. fin. U. de acquirend. rerum domin. cum alijs, aut heres adiuit hereditatem, per additionem factus dominus rerum fuit hereditariarum, & consequenter serui legati: nam quamvis à die mortis hereditatem cessisse, & legatum dicimus: id procedit ex potestate legis 12. tabularum, testamentariæ ad continuationem dominij à testatore in hę-

redem, & legatarium, ne aliter, & cuicunque vacantes res hereditarias liceret adprehendere: & similiter seruus legatus non legatario; sed heredit adquireret, quod iniuriam continere videbatur, cum iam testator eum seruum legatario reliquisset, l. à Tito 64. D. de fortis, uti præter alios ipsem Anton. Faber explicat lib. 7. coniect. capit. 3. pendet utique status serui, non conditio, quia servilis in quo- cumque casu est, ut ipse docet Anton. Faber in iuris prudentia tit. 21. princip. 7. Sed utique adquisitio pendet, quis scilicet heres an legatarius seruum ha- buerit, & ea quæ interim ipse adqui- sierit; sed validitas legati, & adquisitio- rum à seruo nunquam in suspensō fuit, nec esse potuit: nam semper seruus subdomino capaci fuit: nam si ve- ritatem amamus, heres fuit, si fictio- nem cessionis, immo magis dispositio- nem legis, legatarius. At vero dict. l. si deportari, à primo ad ultimum hæc 26 cuncta deficiunt: nam seruus nun- quam subdomino capaci est: nam ex sententia Anton. Fabri, non est deportatus: nec ipse fiscus, ut ipse agnoscit, & Vlpiān. insinuat, cum deportatus seruum alienare possit: unde validitas fideicommissi suspendenda erat, do- nec aut deportatus restitutus esset, aut fiscus succederet, aut emptor emeret, hoc non patiutur Iuris prudentia, de- funditorum actibus similem suspensi- nem denegans, l. fin. D. commun. prædio- rum (ut latius secundo tomo scribo) sed nec tempore cessionis fideicommissi adquiri potest, quia seruus dominos capaces non habuit, quæ capacitas illo tempore consideratur, dict. §. in extra- neis, ergo aut dicendum est, pro non scripto fideicommissum deberi ha- beri, & si hoc nec Vlpiān. nec A. Faber admittunt, fuisse deportatum fideicom- missi capacem.

Quod autem dict. l. de hereditate 27  
§. quid autem, versut. secundum quod

D. de castrensi peculi. infert Anton. Faber, magis est, ut nobis occasionem præbeat enodandi difficile Triphoni- ni responsum (quem laborem, & ipse Anton. Faber iam subiuit in iuris pru- dentia Papinian. titul. 1. princip. 6 illa- tion. 17.) in quem post hæc scripta incidimus) quam ex eo firmum aliquid deducere queat, quo suam interpre- tationem, sententiamque adserat, imo nullo m gravius in iure civili inueniri potest, quo fortius oppugnetur. Sed ut vtrumque consequamur, enodatio- nem responsi, & oppugnationem Fa- bri, rem altius, utiliter pro iuriis pru- dentia, repetemus. Ita quodammodo residet peculium castrense apud pa- trem, ut possit seruum filij sui castrē- sis peculij legare, quod tamen sub ea conditione, & qualitate procedit, ut viuo patre filius mortuus sit: tunc e- enim firmatur, & consistit plene lega- tum, nam si filius iure suo non vtatur, id est, disponat de peculio castrensi, iu- re speciali retrotractio in iure fit, qua- si pater dominum retro serui habue- rit, cum testamentum cōdiderit, quod quidem expresse probat Vlpian. in l. seruum filij 44 D. delegat. 1. & in l. pro- ponebatur 9. D. de castrensi peculio, ibid. Sed cum nihil de peculio decernit filius, non nunc obvientre patris, sed non esse ab eo profectum creditur, denique si seruo filij castrensi libertatem patre adscripscerit, moxque filius viuo patre defunctus sit, non impeditur libertas, cu si filius patris super- auixerit, impediatur libertas, l. ex castrensi- si 18. §. 1. dict. l. de hereditate 19. §. pater 3. D. eodem titul. nam si superauixerit fi- lius, plenum, & æquum est, non po- tuisse, nec debuisse patrem, iure con- cesso filio defraudare, & innanire eū, tunc enim aequitate defacta esset re- trofictio, in qua alias, filio præmortuo nitebatur, videndum l. Cuiac. in com- memoratio ad dict. l. seruum filij, & noster Anton. Pichard. in §. non solum, instit. delegatis à num. 19. cum sequentibus,

qui alios refert. Hinc provenit arcta quæstio si pater libertatem dederit 29 peculij castrensis seruo, & testamen- to suo liberum esse iusserit, & intesta- tus filius familias præmortuus fuerit, moxque pater, grauiter apud consul- tos disquerebatur in vtramque partē, ut videre licet apud Trophoninum lib. 18. disputation. dict. l. de hereditate, §. pater 3. & contra libertatem oppo- nebatur, non posse dominium servi a- pud duos insolunt esse, & quod ex Adriani constitutione si ius peculia- rem seruum posset manumittere: ita ut si pater & filius manumisissent ser- uum testamentis suis, nō dubaretur, quim ex testamento filij seruus liber- tam acciperet, quæ quidem præ- maxime impugnare videbantur liber- tam à patre concessam; sed incon- trarium propugnabant eam, quod si filius iure sibi concessa in dispositio- ne serui non vteretur, nec testamen- to, vel alia ultima voluntate, eo non vteretur, eosque ius paternum cessa- uerit: ita ut si intestatus moreretur, quasi quodam postlimini iure retro- fingatur seruū habuisse (vt supra di- ximus) & sic posuisse seruum liberra- te donare, quod quidem mire conue- nit cum dict. l. seruum filij & dict. l. pro- ponebatur, & dict. l. ex castrensi, §. 1. Pro- cedit Triphoninus in §. quid autem 5. (omitto §. non tamen 4. qui ad nostram quæstionem non attinet) in quo gra- vius difficultatis discriminandis disputatur: quid autem inquit Consultus, si filius testamentum fecerit, & de peculiari 30 seruo disposuerit: non tameneius sit adita hereditas. Videtur enim defec- se qualitas, & cōditio præcauia sopra ad hoc, ut legatum seu libertas pecu- liaris serui subsisteret, scilicet vt præ- moriat filius, & iure sibi concessa non vtatur, & quamvis id conceda- mus, præmortuum fuisse filium, ut colligimus ex contextura respon- si, continuata à dicto §. pater, vsque

ad istum , ut sic non obstat , dicit . l .  
*proponebatur* , saltim obstat , quod  
*filius disponuerit* seruo . Inde enim  
acute exigit Triphoninus , difficile es-  
se affirmare cōtinuūrum in pātrē , post  
mortē filij , peculiū castrēsis dominiū ,  
adhoc ut fictionis , retrotractionis que  
iure libertatē seruo cōcessā defendā-  
mus : mediū enim illud rēpus , quo de-  
liberāt heredes , iuriq; deliberandi tri-  
buitur , imaginem , & vmbram succe-  
sionis præbet , & præmonstrat , quo  
retrotractionis ius , in quo libertas ni-  
titur , impeditur , alioquin enim , ni sic  
impediretur retrotractio , imo à mor-  
te filij statim ad patrem daretur , & ad-  
mitteretur , proueniret absurdum in-  
tolerable , quod necessario dicendum  
est , dominium serui ad filium à pa-  
tre prouenisse , quod nimis falsum est ;  
cum imo iure speciali à constitutionib;  
habeat , vel prouenisse à patre ad  
heredes institutos , quod similiter dici  
non potest , cum filij heredis sint , nec  
testamentorum ratio patiarur , ut ab  
alio , quam à testatore hereditiarum  
rerum dominia instituti heredes acci-  
piant ; vnde necessario sequitur , dum  
deliberant heredes , in pendentī pecu-  
lij castrensis dominia fuisse , ut in alijs  
casibus ius admittit , & sic non potuis-  
se à morte filij in patrem continuari ,  
& rationem sustinendā libertatis de-  
fecisse . Cum hæc Consultus eximio  
acumine disputasset , subiicit qæstio-  
nem , cuius dissolutio apræcedentis dis-  
putatione pendebat : *Secundum quod*  
(inquit) *difficile erit expedire , si dū de-*  
*liberant heredes , dies cesserit legati seruo*  
*dati istius peculij testamento eius , ex quo*  
*pater nihil capere potuisset , an id ad ip-*  
*sam pertineat , cum utique ad heredem fi-*  
*lij pertineret , sed cum hæc inseruisset ,*  
*revertitur Consultus statim ad incep-*  
*tæ qæstionis examen , & trutinam , ad*  
*illam scilicet quando filius , sine testa-*  
*mento , vel cum testamento decesse*  
*rit , & subdit , faciliter tamen delibera-*

*serui delibera* *rio est in specie in qua in*  
*testatus filius decesse proponitur , quasi*  
*diceret , cum filius moritur intestatus ,*  
*nec iure suo usus fuit , ita nullum in-*  
*terfuerit impedimentum , quominus*  
*retrotractio fiat , facilius respōdi , pos-*  
*se libertatem seruo datam sustineti*  
*posse , quod conuenit responsis supra*  
*iam datis , in quibus libertas , & lega-*  
*tum ex ista retrotractione subsistunt ,*  
*& statim Consultos alterius qæstio-*  
*nis delibera* *tionem adgreditur , quando*  
*testatus filius decepit : non est ergo*  
*ratio respondendi , competere libertatem ,*  
*eo tempore datam quo non fuit in domi-*  
*nio patris , sentit ergo consultissimus*  
*vir nullo modo , nulla que via inueni-*  
*ri posse , qua defendatur libertas à pa-*  
*tre seruo peculiari concessa , quando*  
*testatus filius decepit : non enim in*  
*dominio patris retrotractionis iure*  
*seruos vaquam fuit : nam cum post*  
*mortem filij mox pater fuisse mor-*  
*tus , ut dicit . h . pater præponitur : &*  
*dominium peculiarum rerum in-*  
*pendenti fuisse , dum heredes in-*  
*stituti deliberabant : accidit , quod*  
*pater nunquam serui pecularis ha-*  
*buerit dominium , pendebat utique (ut*  
*Triphoninus inquit) ut ex facto here-*  
*dum retro fuisse patris , vel non fuisse*  
*diceremus ; ita ut si adissent , nunquam*  
*fuisse patris ; sin contra , crederetur pa-*  
*tris fuisse : at iam cum deliberarunt*  
*heredes , pater præmortuus erat , &*  
*sic nunquam dominium pecularis*  
*serui apud patrem fuit , & consequē-*  
*ter rationem respondendi non fuisse ,*  
*competere libertatem , eo tempore da-*  
*tam , quo non fuit in dominio patris . Sic*  
*eleganter ista verba capio , in qua sen-*  
*tentia conuenit Consultus cum Vl-*  
*piano , Mæciano , & Papiniano in res-*  
*ponsis relatis ; sed tamen quamvis ita*  
*Triphoninus sentiret ex vera Juris*  
*prudentia : tantus amor , favorque con-*  
*seruandæ libertatis ipsum arripuit ,*  
*ut in ytroque casu , quando filius*  
*testa-*

testatus, vel intestatus decessit, respōderit cōseruandam fuisse libertatem, verba, quibus responsum Claudit, sunt favorabilem tamen sententiam contraria in vitroque casu non negamus, tē enim in vitroque casu, sic intelligo, cum Alberico, Accursij despesto errore, & aliorū, quos iple insinuat, ad diue: sas species verba retulisse, & despesto A. Fabri iudicio totam hanc ultimam legis partem Triboniano adsignantis, Nec Tryphonini sententia, seu aequitas vacat suo iure, & ratione, nam eo

- 34 ipso, quod filius testamentum fecerit, & heredes instituti non adierunt, censendus est, quasi in testatus decessit, in testatus enim non solum dicitur, qui testari noluit, vel non potuit, sed cuius hereditas adita non est, ut longe docent Calvin, Verrucius, & Horoman, in suis lexicis, ac per consequens non suo iure, re quidem & effectu, vsum, vt sic in amicitiam reducamus l. Cōsultum nostrum cum Vlpiano dicit. l. seruum filij, & dicit. l. proponebatur, ut runcidamus iure suo vsum filium familias, quando testamentum eius adiunctione confirmatum est, quod & in alijs casibus obtinet, vt statim subiectiemus: quid autem hic propter eximium fauorem libertatis, cuius causa, & ipsa iuris principia aliquando abrūpuntur? s. fin. inst. de donat. nam quamvis, dicit. l. proponebatur, de huiusmodi libertatis datione fiat mentio: non tamen nisi in casu quo filius superuixit patti, quā autem tunc in præiudicium filij non improbaretur? non autē Cōsultus loquitur, quando præmortuo filio cum testamento: tamen eius hereditas adita non est, qui nostra quæstionis scopus est. Et quæ prænotasse in cœllarium fuit, vt verā apisceremur interpretationem d. vers. secundū quod.

Hæc omnia per grasse necesse fuit, vt aperiretur eximius A. Fabri error, & vera versiculi interpretatio d. l. de hereditate, s. quid autē s. vers. secundum

quod (cuius verba, iam sup. dedi) in quo difficile (inquit Tryphoninus) esse expedire, illo medio, quo instituti deliberaūt heredes, si seruo peculiari legatu esset in eo testamento, ex quo pater capere non poterat (poterant tamē instituti heredes à filio in peculio cōsiderati) in legatum pertineat ad patrē. Ad quod obleruo, Papin. in d. l. filius familias 19. §. 1. D. de castrorum peculio, cā trahisse questionē, an patri adquiratur, quod seruus peculiaris stipulatus est, vel ab alio accepit, interim, i. medio illo tempore, quo instituti heredes deliberauit, & ex rectioris prudentia respondit, ad patrē pertinere nō posse: nam cum eo tempore, quo deliberauit heredes, dominium servi in suspense sit, eo quod imago quædam successiois sit, & alia obstant, vt consideravimus sup. d. §. quid autē, pater nunquam servi peculiaris dominus fuit; unde per eum acquisitionem habere nō poterit: quoad autem institutos heredes in suspense acquisitione est, si ipsi hereditatem adeunt, vel non: nam vt iste seruus hereditarius, ipsis non intelligetur hereditarius, nec aliquid adquisisse, sed tamen pite, & ex vetercūdiapartē, i. obseruantia, quæ patri exhiberi debet in rebus filij, contrarium constitutum est, vt ad patrem acquisitiones istæ pertineant iure pristino illo, quo peculium castrense ad patrem pertinet, quoties filius non disposuerit de eo, ita vt semper credatur apud patrem resedisse (vt statim dicam) & sic retro habuisse, ac per consequens seruum peculiarem, quidquid fuerat stipulatus, vel aliter accepit, adquisisse parenti, cuius s. vers. cœlū, A. Fab. dicit. illation. 17. Triboniano immerto adtribuit, cum ex vera iuris prudenter merito constet. Idem ipse met Papinianus constituit, quando aliquid peculiaris seruo legatur, vt quamuis adquisitione in pendentī sit, dum deliberauit heredes, tamen testamen-

to omisso, & non adeuntibus institutis legatum ad patrem pertinet, retro enim habuisse seruum creditur, & retrotrahitur adquisitio: nam si ius patris consideraretur tempore, quo cedit legatum, pater habere non posset, cum eo tempore in potestate seruum non habeat, immo dominiū in pēdenti si (vt nuper diximus) ex delibera-tione heredum: & si legatum adquireretur peculio, vt pote hereditati, eueniret, vt eo tempore, id est quando mortuus est filius familias, ad quod hereditates retrotrahuntur, non posset patri adquiri, quia tempore mortis filij familias pater dominus non est ex ratione data, nec est aliqua persona, ex cuius capacitate possit seruus adquirere peculio: non heredes instituti, quorum dominiū in pēdenti est, & si omisserunt testamentum, nulla retrotractio ex eorum personapotest fieri: ac sic deuenimus ad eum statum, quasi nunquam fuerint in rerum na-tura: non pater quia tunc temporis do-minus nunquam fuit: non peculum, quia istud non retrotrahitur, vt here-ditas: ergo necessaria est retrotractio, & vt nō adquiratur peculio legatum, vi pote adquiritur hereditati ad hoc, vt pater possit adquirere legatum. Vide Albericum in commentario ad hāc legem, & Cuiac. lib. 27. quæst. Papin. ad l. se seruus 18. D. de stipulat. seru. qui sa-tis expresse hæc explicat, A. Fab. d. illa-tion. 17. Hæc ergo sententia Papiniani (sic colligiunt ex dict. l. filius familias, quidquid Cuiaci, ubi proximic, VI-piano adtribuat, & Triboniano Faber) fuit Vlpiani, & aliorum inris Consul-torum, quos ipse refert, qui satis plane, perspicue, & distincte confirmat, vt in l. in eo. 33. D. de adquit. rer. domin. & in l. proponebatur 9. D. de Castrens. pe-cul. apud quos, serui dominium, & ad-quisia ab eo retrotrahuntur ad tem-pus, quasi semper pater dominus fue-tit serui, & peculij. Hæc autem omnia

speciali procedunt fauore, ex verecū-dia, & obseruantia paterna, vt inquit Papinianus dict. l. filius familias, q. r. & vt interpretatur Qui. vbi proxime (per-<sup>37</sup> uerse à Fabro percepta, ubi supr.) quæ ab omnibus exhiberi debet, quotiesde iure patris disceptatur: præcipue res-pectu peculij castrensis, quod tam annexum est iuri paterno, vt sem-per apud eum resedisse videatur, nec ab eo fuisse profectum, nec iure here-ditario post filij mortē habere, dict. l. proponebatur, l. 1. §. 15 qui bona 22. D. de collatione honorum, l. filius familias 18. D. ad l. Falcid. Viglius in princiz. quibus non est perm. facer. testamentum, optimè Synops. Basilicon. quæ sic intelli-gitur lib. 57. tit. 2. cap. 1. ΕΑΥΤΟΣ πατιω-ΤΙΚΟΥ πάνθλιον τὸ πατέρος μη εἰπω-ρα. τὸ πατέρε μη διατίσεμεν χωτὸς αφε-το γιετας κληρονομος των δέ ταράτ-τη παιδος κληρονομεύετων κληρονομος γι-νεται, id est: si castrense peculum pri-mi remanserit apud patrem, filio quidem sine testamento defuncto, pater non sit heres, sed eorum tamen heres fit, quibus filius heres fuit. Ex his patenter aperitur in-terpretatio, dict. §. quid autem vers. secundum, quod in specie proposita quæ-do, dum deliberabant heredes institu-ti a filio, legatum seruo peculiari ad-scriptum fuit ex eo testamento, ex quo pater capere non poterat: nam veri-simum est, seruum adquirere non po-<sup>38</sup> tuisse legatum patri, quiccumque te-pore eius capacitas queratur: nam si tempus quo cedit legatum, inspicimus, seruos duplii incapacitate tenet: v-na, quod tunc temporis dominum nō habeat patrem ex successionis imagi-ne, quæ dum deliberant heredes, osté-ditur, vt supra diximus ad dict. §. quid autem: idque magis patet ex his, quæ supra considerauimus: nam ea ratio-ne retrotractiones fauore patrum in-uentæ fuerunt, quia tempore adquisi-tionis serui peculiaris parentis domi-ni non habebantur: altera, quod pater,  
a quo

à quo capacitatem dicebat habere ser-  
vus, ex testamento capere non pote-  
rat: & si retroactionis iure antea fuisse  
dominum patrem supponamus, ea  
retroactione non delet incapacitatem,  
& semper obstat, quod ex illo testa-  
mento capere non poterat, sicut ex pre-  
se Tryphoninum sensisse patet, & ip-  
se Faber agnoscit, dicit error. 8. & Cu-  
iac. ubi proxime. In hanc ergo digresio-  
nem compulit, vel nos dissecit Ant.  
Faber, qui dicit error. 8. & 9 præcipuum  
assumpsit fundamentum ex dict. l. de  
hereditate, & tanquam Amphionea ly-  
ra inde duces scopulos, vt erigeret  
interpretamentum ad dict. l. si deporta-  
ti: laborauimus ergo, vt euelleremus  
eos, ne alius in illis hæteret, vel subter-  
latentibus illidetur: scribit ergo Fa-  
ber, alterutrum euenire necessarium  
esse, vt deportatus restituatur, vel nō  
restituatur; restituto ipsi fideicom-  
missum cedat; sin aliter, fisco: vnde ab  
initio certum est futurū esse, quod vel  
fisco, vel deportato fideicommissum  
adquireretur. Et consequenter nihil  
esse, quod impedit, ab initio valere,  
nec in suspense esse dici possit, quem  
admodum in specie dict. l. de heredita-  
te 19. 8. quid autem, vers. secundum quod,  
in quo agitur de legato relicto seruo,  
qui in unum casum capacitatem habe-  
bat ex heredibus, scilicet institutis à  
filio in peculio castrensi, licet non à  
patre, qui ex tali testamento, in quo  
relictum fuerat legatum seruo pecu-  
liari, capere non poterat, vt iam expli-  
cui, nam, secundum Fabru, vt aliquid  
possit esse in suspense, necesse erat da-  
ri casum aliquem, in quo, nechui, nec  
isti legatum adquireretur, qui in lege  
deportati, non inuenitur: ita vt sum-  
ma eius interpretationis sit, à princi-  
pio certam fuisse validationem lega-  
ti, nec in suspense fuisse, cum necessa-  
rio, vel fisco, vel deportato adquieren-  
da foret. Hæc qui cum quæ respexerit,  
quam obuersa iuris prudentia fuisse,

restat que rationi facile cognoscet: nā  
si deportatus vino testatore aliena-  
rit secundum Vlpiianum dict. l. si depor-  
tati, nec ad ipsum restitutum depor-  
tatum, nec ad ipsius fideicommissum per-  
tinebit, vt ipse agnoscit, nec argumē-  
tum, in quacumque formas, partesve  
se vestar Anton. Faber, diluere potest.  
Quid autē si mortuo testatore? quod  
dificillimum ipse agnoscit err. 9. tan-  
dem rumpit transformationū facies,  
& aperto bello in iuris prudentiam  
(quid faceret terris obsecrus, & vndis)  
audet profiteri, pertinere fideicom-  
missum ad deportatum restitutum, &  
eo non restituto, ad fiscum, vt sic dici  
possit, nunquam fideicommissum in  
suspento fuisse. Sed quoniam Faber,  
si ipse deportatus incapax est ex per-  
sona sua, & fiscus nondum habeat ser-  
ui dominium, & emptor adquisierit,  
iam cum cessat fideicommissi dies,  
cur istud fideicommissum pro nō scri-  
pto habesset alias enim suspendis illud  
contra certissima principia iuris ex l.  
fin. commun. pred. quod subterfugere  
absurdum nequis, quamquam plurimis  
latibilis utaris. Et ex foto tracta-  
tu l. de hereditate, quem hic tua causa  
locupletem dedimus, nihil firmum  
pro tua sententia elicere vales, cum  
illud ius speciale sit aduersus regulas  
iuris, patet in a verecundia subnixum, vt  
iam demonstrauimus: necne ille favor  
indulgetur deportato, & pati passu,  
cum patre ambulabit? nullus ecquidē  
feret, nec ab illo iure speciali trahere  
argumentum quisquam poterit ad spe-  
ciam aliam non tali privilegio soful-  
tam, l. quod vero 14. cum sequentib. D.  
de legib. Præcipue cum dict. versic. se-  
cundum quod, expresse agnoscatur le- 40  
gatum seruo peculiari relictum ex te-  
stamento, à quo patet capere non po-  
terat, non pertinere ad ipsius patrem,  
quid minus in deportato, vel fisco, cū  
secundum sententiam Fabri deporta-  
tus incapax sit fideicommissi, & fis-

cas dominium non habeat? Ex qua ratione in specie d. l. de hereditate, l. filius familiæ, & alijs, è recta iuris prudentia responsum est, legatum non posse patri adquiri seruo peculiari relictum, quia tum temporis, cum cedit legatum, ex successionis umbra pater in domino seruum non habet, cui fictionis iure succurrimus ex paterna verecundia, quæ cum in fisco non admissa sit, nec talia proponat Vlpian, non extenderemus ad cassus non permisos, & (ut supra diximus) benignitatis non subsistat ratio, & denique d. vers. seruus peculiaris adquirere poterat, quia hereditarius erat, ut pluries diximus; at dict. l. si deportati, nullam reperimus personā, ex qua desummat capacitatē seruus. Cetera autem, quæ Faber excoquiat, parvū momenti sunt, nec indigent oppugnatione nostra, in qua logius quam pars est processi, ut ex tempore dict. l. de hereditate, cum alijs aggredereimur, & extirparemus falsissimum interpretamentum.

Redeo ad nostram interpretationem dict. l. s. deportati, in quo adscrivimus: idè fideicommissum pro non scripto haberri, quia deportatus accipiendi fideicommissum etiam capax est ex testamento, quod indubitatum supposuit Vlpianus in hoc responso, aliter enim qualiter ad fiscum pertinere posset, nisi prius deportati fideicommissum fuisset? nam cum post deportationem, ex aliquo iuris gentium contractu, cuius deportatus capax est, seruum adquisisse (vti apud melioris notæ interpres incomerto est) quo respectu deportati seruum Consultus nominavit; idè ad fiscum pertinet, vñ aliter si pro non scripto haberetur, si aliquis emiserit, si ipse restituitus fuisset, planum est ex recta iuris ratione, & ex ipsissimis Vlpiani verbis, non potuisse ad fiscum pertinere; pertinet ergo; quia deportati fuit, & quo iure potuit esse deportati, nisi quia

deportatus fideicommissi capax erat, & ea capacitate fideicommissio fruebatur. Inde est, quod possit seruus, & in consequentiam fideicommissum alienare deportatus: nec ne id posset, nisi quia iure proprio valet? ita sane est, cuia in d. in alijs casibus (quos hic digerere in animo nō est, ne noīrā concertatio nimium excrescat) in fraudē fisci alienationes prohibeantur, l. deportati 15. D. de interdict. & relegatis. Hic autem non in fraudem fisci venire presumitur, cum iure gentium emptio, & venditio aliquaque naturales contractus permissi sint, dict. l. deportatus. Nec quisquam extimare debet, quod Faber dict. err. 8. non iter, & aduersus se ipsum ex cogitatione inter alia, fideicommissum deportato per seruū adquiri non posse, quia per seruū adquisitio iuris ciuilis erat, ad quod probandum inducit, §. item vobis, inst. per quas personas cuique adquiratur, l. seruus ventante 62. D. de verberum obligation. l. etiā iniuris 32. D. de adquir. rerū dom. à quibus talia non obtinebit, cum solū probent per seruos, in quorum potestate sunt, dominis adquiri. Sed qui obtinebit, cum inconcuso principium sit, adquisitionem seruorum erga dominos iuris gentium esse, quod constanter, & non ambigue probat l. §. 1. D. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. 5. §. 1. D. de stat. hom. ibi: Ex ancillis nostris nascentur, agnouit Baro dict. l. 1. §. 1. Donell. lib. 2. commen. cap. 9. & ipse A. Faber in iuris prod. Pap. tit. 7. part. 3, adiūcta illat. 2 & illation. 5 confutat. 1. qui aliter fieri posset, si seruitutes ex iure gentium descendēant? l. 4. §. 1. D. de stat. hom. l. manumissiones 4. de iust. & iure, §. 1. institut de iure pers quid enim magis iuris gentium conuenit, quam qui possidentur, nihil possideat l. seruus 24. D. de acquirend. pess. l. sic euenerit, D. ad l. 1. ul. de adult. §. item vobis 3. inst. per quas pers. nasci que adquirantur, ipso enim iure, quod seruitutes inuenit, esse etum est,

ut quid serui possiderent, pertinueret ad eos, in quo<sup>rū</sup> potestate sunt, quis enim hominum seruos dominantes patereatur, qui tam in famis, & ab iest & conditionis sunt, ut mortuis computati sint: cum hoc ita verum sit, nihil ergo aliud nobis Vlpianus proponit, nisi quod fidicommissum seruo deportatu relatum pertineat ad fiscū, is enim finis acquisitionis deportati est, ut omnium quæ deportationis tempore deportatus acquisiuit, fiscum hæfedem habeat in pecuniam irrogata & condemnationis, tantum enim protenditur: l. 2. C. de bonis proscriptorum (de cuius ratione capite seq. latior ero) id tamen limitat Vlpianus duabus meritis simis speciebus, idest, si ipse deportatus alienauerit testatum vino testatore: tunc enim ademptorem fideicommissum pertinebit, quia dominus serui innenitur tempore, quo fideicommissum cedit: id enim attentissime Vlpianus scripsit, *vino testatore, nam si deportatus post testatoris mortem alienasset, & postquam fideicommissi dies celserat, seruum non pertineret ad emptorem, cum iam remanserit apud deportatum, & consequenter successionis iure pertineret ad fiscum, & in eo sisseret ex dict. l. 2.* Altera, seu secunda species est, quando ipse deportatus restitutus fuit, ad ipsum eoque quidē pertinebit, plene restitutum, fideicō-

**44**

missum: cum per restitutionem desinat fiscum habere heredem, in modo siple na à Principe fuit indulta bona, à fisco præoccupata, auferat, l. 1. C. de sententiā pass. & restitut. Ita ut quod præcipiat Vlpianus in hoc responsō trahauerit, non illud sit, deportatum ad 46 quire potuisse, & capacē esse fideicommissi seruo relieti, de quo non dubitauit, sed quod quamvis fideicommissum fere ut in fisco sista, ut pote legitimo deportati herede, nihilominus dari cassus, in quibus nō ad fiscum pertineat, veluti si alienauerit deportatus (quod maxime notandum est) vel si restitutus fuisset. Vide qualiter vetū vero consonet, & quam suadis veritas sit, quamque placida via feratur, non toruosa, aspera, & irremedabili, quæ illi spinis, & scđpis ictus incellerit. Fas est. Ex his omnibus patet ergo fideicommissum deportato relinqui posse. Nec obstat § similis i. etiādem legi si deportati, de cuius interpretatione consule Pichardum in princip. de fideicommissar. hered. num. 38. & ea quæ nos lai distractabimus, cap. sequenti, quo nostra sententia magis, ac magis confirmabitur. Ex quibus deduces etiam ab intestato deportato fideicommissum relinqui posse, cum tunc etiam alienum à iure civili sit, & planum sit iure gentium similiter consistere fideicommissum.

## C A P. XIII.

**Q**VANDO deportatus fideicommissum relinqueret posse, à num. 1<sup>o</sup> per integrum caput. Deportatus post deportationem bona adquiret. 2. Sine publicatione bonorum multoties deportatio profectebatur. 3. Præcipue apud bonos, & pios Principes. 4. Illustrator Iunenalis. 5. Explicatur Spartan. eius antiqua lectione retinetur. 6. Imperatores pīj recusabant aliquando suum nomen in rationalibus scribi circa publicationem bonorum. 7. Imperatores qui frequenter publicationem bonorum darent. 8. Ratio propter quam deportatus ab intestato fideicommittere poterit. 9. Propter successio-

successionem fisci negarunt potestatem fideicommittendi deportato. 10. Sed  
 hanc ratione causa sit. 11. Et plenius, à num. 12. Fiscus tunc succedit deportato  
 quando ei bona proscripta fuerunt, secus si reseruata. 13. Successio fiscidatur  
 in consequentiam irrogatæ publicationis. 14. Non aluce donatur. ea so-  
 la 77. D. de reg. iut. 15. Aliud argumentum pro nostra sententia. 16. Pœna  
 amissionis civitatis ad commissationem pro deportato inducitur. 17. Ex-  
 penditur l. deportatus 15. D. de interdict. & re legat. 18. Illustratur l.  
 4. Tauri. 19. Pro nostra sententia etiam animaduertitur l. 8. §. 1. D. dete-  
 stamen. 20. Et l. cum ratio 7. §. fin. D. de bonis damnat. 21. Et No-  
 uella Iustiniani 134. cap. fin. 22. Et autor l. 2. C. de bonis proscript.  
 ubi explicatur Lampridius. 23. Difficultas ex l. si mandauero 22. §. is  
 cuius, D. mandat. in medium proponitur, à num. 24. Coniectura cum Ho-  
 romano an correctus fuerit noua constitutione Seueri. 25. Referuntur, qui  
 se ferint, dict. §. is cuius, non de deportato loqui. 26. Sed rei sciuntur, à na-  
 27. Per publicationem solam bonorum damnatus etiam relegatus ciuiis Ra-  
 manus remanet. 28. Cui directa mandati actio competere debebat. 29. Am-  
 yæ responsio sentientis utilem actionem ciuilem esse. dependentis que dict.  
 l. si mandauero, §. si hi quorum 3. D. mandat. 30. Pignus seu alia bona,  
 que in subhastatione a creditoribus venduntur in dominio debitoris rema-  
 nent. 31. Debitori competit actio directa mandati, si mandauerit illa bona em-  
 mere. 32. Infertur l. epistola 52. §. 1. D. de paet. 33. Mandatum consistit  
 si propria mandatarij res emi mandetur. 34. Quando utilis actio mandati  
 competit 35. Optimæ ratio directæ mandati actionis, dict. §. si hi quorum,  
 36. Dominium à sententia transfertur in publicatione bonorum. 37. Ex quo  
 elegantes iuris formulæ obseruantur. 38. D. §. is cuius, de deportato loqui-  
 tur: (t) argumentum. 39 Verba, non sequitur fiscum, explicantur. 40.  
 Prætoris peregrini cognitio inter quos. 41. Utiles actio non ciuilis est. 42. In-  
 terpretes qui acceperint dict. §. de deportato. 43. Ex testamento militum  
 quod capit deportatus, in eo non habet successorem fiscum, ubi de acuta in-  
 terpretatione l. si deportati 7. §. 1. D. de legat. 3. à num. 44. Cuiacij eme-  
 datio reij itur. 45. Considerationes pro hac sententia dict. §. similes. 46.  
 Miles deportatus propter delictum militare potest testari iure militari de  
 rebus castris. 47. Interpretatio ad l. 1. §. 2. cum sequentibus, D. de  
 legat. 3. 2 num. 48. Ciuiliter fideicommittere deportatus non poterat, secus  
 naturaliter. 49. Non testari, utrumque dupli ratione. 50. Noua, (t) subtili  
 interpretatione illustratur dict. l. v. §. si quis plane 5. à num. 51. Argumē-  
 ta contra responsum: confertur cum §. 1. à num. 52. Quare fideicommissam  
 aseruo, (t) filio familias relictum, si manumissi decesserint, tacita voluntate  
 sustineatur. 53. Sententia autoris ad dict. §. si quis plane, anu. 54. A quo  
 constanter probatur deportatum iuregentium fideicommittere potuisse. 55.  
 Qui postea ciuitatem restitutus, nec capite minuitur: (t) adhuc iuregentium in fi-

deicommissam stat. 56. Testamentum militis non irritatur capitis diminutione. 57. Romanus cuius potest relinquere fideicommissum voluntarium, etiam post necessitatem moribus induetam. 58. Difficultas contra dict. §. si quis plane. 59.



Vñ hucusque, his tribus commixtis capitulis egimus, fundamenta altissimi, seu legitima fuerunt, vñ cognosceretur fideicommissorum natura, & origo, & quod ius circa ea deportatus haberet, ex cuius rei tractatu multum lucis, cognitionis que assertur ad peregrinos, & alios, qui quamvis testamenti ius non habeant, fideicommittere posse conatur, vi per hos legittimos tramites inuestigemus, quæ fuerit Vipiani sententia in nostra l. 2. quā enucleandam suscipimus. Sic ergo desideratum locum obtinimus, quod securius, post tantam concertationem defendere poterimus deportatū posse fideicommissum relinquere. Ad quod vi semper venerata iuris prudētia procedamus, obseruo, capacem esse deportatum habendi bona post deportationis pœnam irrogatam: sed sub distinctione, in qua ingens fundatum iacio: nam aut potest habere bona, quæ post deportationem excōtractibus iuregentium adquisiuit l. deportatus 15. D. de interdict. & relegat. l. si deportati 7. D. de leg. 3. (quam præcedenti capite interpretari sumus) veluti etiam quod ex testamento militum adquisiuit, vel si quid vestiarij alimētorum ve causa er legatum est (vii diximus cap. 10.) ita docent Accursius in dict l. si deportati, Paul. de Castro ibi num. 7. Cuiacius in l. 121. §. in insulam, D. de verborum obligat. I. Paccius cent. 5. quæst. 87. P. Faber 2. Semest. cap. 13. Amay. lib. 1. obseruat. cap. 11. numer. 33. Caspar Barthius lib. 39. aduersar. cap. 14. I. I. ips. ad Tacitum lib. 6. Annal. num.

70. Osvald. ad Donell lib. 17. comment. cap. 4. lit. G. cū alijs plurimis. Aliquando autem, cum tali temperamēto procedebat sententia, ut aliquis deportatur, vel cunctis bonis, vel eorū parte deportato relistis, l. relegatus 14. §. fin D. de interdict. & relegatis, ibi: Quā rinitatem amisit, & bona derinet, vñibus actionibus tenuetur, sic insinuat l. si adempis 5. C. de sententiam passis, & resistentis, ibi: si adempis bonis in insulam deportatus l. 1. C. de fideiussorib. (Quam in relegato accipit P. Faber in reg. 97. D. de reg. iur.) l. si qua milii 40. §. 1. D. ex quibus causis maiores, vbi D. Goithofred. & A. Faber in rationali ad eum, & in rationali ad l. 16. D. de in ius vocand. & 2. tom. err. decad. 46. ert 4. nro. 2. Cui lib. 15. obseruat. cap. 35. Osvald. ad Donell. lib. 17. comment. cap. 4. lit. G. Caspar Barthius dict. lib. 39. aduersar. cap. 14. Imò apud aliquos, p̄cipue bonos, & p̄ios Principes, se remita habuisse scimus: quod frequenter sine proscrip̄tione bonorum præscriberetur de portatio, aut salutem eorum parte relicta, recusabatur que fiscum augeri expri matis bonis, ex quorum obseruatione intelligendi sunt antotes antiqui, & illis nostra illustrāda sententia: Tacit. lib. 13. Annal. Igitur adempia bonorum parte (nam filio, & nepis pars concedebatur, eximebantur que etiam, que testame to matris, aut avi accepérant) in insulas Baleares pellitur, & lib. 3 ibi: Mox Scan to, qui filiam ex eagenuerat, datum, ne bona publicarentur, & eod. lib. aqua ques & igni interdictum, bona cum publicari deberent, ne publicarentur, Statu grata factum. sic intelligendus est Seneca in consolatione ad Helviam, cap. 13. Me quidem quoties antiqua exempla respexi;

paupers

paupertatis vti solas ijs pudet, quoniā quidem eō temporū luxuria prolapsa est, vt maius viā scūm exulum sit, quā olim patrimonium principum fuit, sic imperante Amonino Pio, publicatio (vī Capitolum in eo referi) bonorum rarior, quam unquam fuit: ita vt unus tam iū proscribetur affectata tyrannidis reus, hoc est, Attilius Tatianus, Senatu puniente, à quo consciens requiri vētuit filio eius in omnibus semper adiecto, & sic apud eundem Capitolinum, Marcus Antoninus philosophus, fisco in causis compendij nunquam iudicans fuit, ex hoc eleganter intelligitur Iuuenalis Satyr. 1. cū respectu ad Sen. locum.

*At hic damnatus inani  
Iudicio, quid enim sales infamia nu-  
mis?*

*Exul ab octava Marins bilit, & fruitur  
Dijs*

*Iratiss.*

Expressior est Sueton. in Iulio Cæsar. cap. 42. Pœnas facinorum auxit, & cum locupletes eo faciliter se obligaret, quod integris patrimonij exulabant, partidas (vt Cicero scribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit, sed pulcherrime more suo Cl. Claudian. de 4. consulat. Honor.

*Nulla nobilium cades, non crimina vul-*

*go  
texuntur, patria mestus non truditur e-  
xul,*

*Impia continui cessant augmenta tributū  
Non infelices tabulae: non hæsta refixas  
Vendit opes auidas, emptor non voce cita-  
tur,*

*Nec tua priuatis crescent araria dam-  
nis.*

Ex quo bonorum Principum exemplo Ioan. Baptista Egnatius innotis ad *Ælium Spartian. in Adriano*, emenda- bat sic difficilem locum statim cursum fiscalem instituit, reponens, inhibuit, sen- su tali, prohibuisse Adrianum ad conciliandam sibi famam boni Principis, ne fis- cus acerbius pecunias exigeret, quod abo-

nis Imperatoribus cautum sape legas, verba Egnatij sunt: sed emendationē merito iam erudite duo viri correxerūt, Marcell. Donatus, & Claud. Salmas. in dilucidationibus, & notis ad Spartianum, in tantum ergo multi piissimi Principes confiscationes abhorrebat, 7 vt si quando legitima foret, & appro- barent, nollebant suum nomen in ra- tionalibus scribi, vt nunquam fuisse autores bonorum proscriptionis ap- pareret, lique hoc ex C. Theodos. in l. 11. de bonis proscript. Sic ergo apud antiqam Romā res ferebatur, vt mol- toties, & frequentissime apud bosos, & pios Principes bonorum publica- tio non sequeretur deportationem, quod & præseruarunt antea Thomas Dempfher. Paralip. ad Rosin. lib. 7. cap. 36. Baptista Egnatius, ubi proxime, Lip- sius ad dict. lib. 6, Tacit. num. 70. & cum Accursio, Bald. Aretin. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 2. contrarium autem fecit Iulius Cæsar in Sueton. dt- tho cap. 42. Tyberius apud Dionem lib. 56. & apud Tacitum lib. 6. Sylla apud Apian. 1. bell. ciu. latè Alex. Neapolitan. lib. 3. dser. gen. cap. 23. alijque Imperatores publicationem, & proscrip- tionem bonorum damnatis impo- nentes.

Duobus ergo modis, & causisbo- 9 na potuerunt deportati habere: cum ergo hoc ita se habeat, sine ausu adse- rere poterimus, deportatum abinten- tato fideicommissum relinquere pos- se: nam cum iuris ciuilis fideicommissa non sint, nec aliquo, ad eorum sub- sistentiam, testamento indigeant, nec dispositione legali, que in testamen- tis necessaria fuit (vti aduersus A. Fab. prædocuimus sup. cap. 11.) nil obstat quominus deportatus relinquere pos- set: eo principio, & ratione, qua capte- re fideicommissum ex testamento pa- gani; hereditatem, & legatum ex tes- tamento militis, utiliter excontraicti- bus agere iuregentium, & quoscum- que

que cōtractus naturales celebrare posse (quæ quidem proximis capitibus elaborauimus) eodem ergo filo rationis dicitur, ut in his omnibus, quæ iuris gentium sint, sicut deportatus adquirere potest, possit alienare (quod probauimus dict. c. 10. & 11.) & fidei-committere, naturaliter scilicet, non ut necessitas illa præstationis (de qua late cap. 11.) cum civilis sit, in eo fidei-commisso detur, & quāuis hoc argumentum non adaptetur in aliquibus speciebus; tamen hic nulla diuersitatis ratio dari potest, de adquisitione ad dispositionē: nam cum iure gentium inuentum esset, ut omnes suæ posteritati consulerent, & ultra fatum de rebus suis disponerent (vti dicam ad reg. Catonianam) l. cum ratio 7. D. de bonis damn. quid impedimenti esse potest, quominus deportatus codicillis, in quibus non iusta; sed precaria voluntas datur, ut Cui. optime docet in l. 1. & 3. D. de testamentis, roget aliquem, sine vllationi solemnitate, ut restituat rem illam Tito, & sic solammodo iure gentium permiso disponat (cum & c. 14. in fin. posse deportatum iure gentium testari probem, quando ei bona in sententia reseruata fuerunt) nā quod lex testamentaria civilis permisit ciuibus Romanis, ut disponerent de rebus suis, ultra fatum, & in tempus inhabile, id etiam iusgentium consulebat hominibus, vt omnes etiam agnoscent, qui testamentum iurisgentium esse ab inuentione, docent, de quo late P. Gil Ken in l. 1. C. de hered. inst. à num. 5.) & siccum deportati, non possent legge civili in successores bona transferre, transferent tamen iuregentium, quo ultra mortem disponere de rebus suis hominibus permisum est: nulla enim gens fuit tam barbara, quæ successores non amauerit, & elegerit: distinctione autem erit in obligatione adimplimenti, quæ iure civili efficacissima est, secus naturali (de quo forte aliqua

cap. fin.) & in forma testamenti, ut plenus distinguo, cap. 14. seq. sic Donell. in rubr. C. ad titulura de testament. probauit fidei commissum de portatum relinquere posse, quia iuris gentium est, cuius capax deportatus est, sed maiori examine sententia indiget: nā Tobias Nonnius in princip. de testamentis, num. 10 P. Faber 2. Semest. cap. 13. Petr. Gil Ken. in l. 1. C. de hered. inst. num. 17. sentiant, fidei commissum relinquere 10 posse deportatum: nisi in fraudem legis patraret, cum fiscum necessarium heredem habeat, l. 2. C. de bonis damnatum, quod agnoscent Cuiac. lib. 6. obseruat. cap. 23. l. Pacius Cent. 4. quest. 87. D. Gothof. ed. in l. si mandauero 22. §. isciuius 5. D. mand. ubi A. Faber, Osuald. ad Donell. lib. 17. comment. cap. 4. lit. & D. D. Franc. de Amay. libr. 1. obseruat. cap. 11. à num. 32. & in l. 4. C. de iure fisci lib. 10. nu. 34. (qui alios referit) P. Faber in commentario ad l. ea sola 97. D. de reg. iur. Franc. Connan. lib. 9. com. cap. 4. num. 6. & Paul. de Castro, & antiqui in dict. b. si deportati. D. de legat. 3. Hæc fortius obstat difficultas, quæq; terruit interpres, ut in nostrā nō irēt sententiam, sed cursum meum, ut quod destinavi, contendam, non remorabitur: nam quamvis Alexandri constitutio effectū fuerit, quod necessarium 11 heredem in bonis post deportationem adquisitis, deportatus habeat, saltim recta iuris prudentia hoc consequemur, potuisse eius autoritate iure gentium fidei committere, ni principalis constitutio fiscalem successionem invenisset: atque separabilem rem esse fidei committendi potestatem à testādi iure: nam in consideratione esse nō potest, quod postea nouiter Alexander constituerit in bonis de portatis successorem fiscum, ut plerumque Principum constitutiones ad strictam disputandi rationem insuper habentur.

Sed parua ista, & Asylum forent, quando vndique consideremur à iure, 12 sed

sed libertimus, quietusque parat campus, quo deferre nostræ vexilla sententia, cum omnium pace, poterimus: inde ergo ducimus agmen, quod Alexandri constitutio, solum successorem filium constituit, quando integre publicationem bonorum deportatio secundum arripuit, si autem deportatio nuda fuit; nec gravior effecta nulla bonorum proscriptione, sine hesititia censeo, fiscum non saturum heredem in deportatione bonis, sed ipsum met de portatum aliquo iuri gentium modo, fideicommissi veluti, in vita & in morte disponere posuisse. Cōmouēt me ipsius legis verba, & ipsius legislator, quæ satius demonstrare videntur: illa sunt. Deportati, nec earum quidem rerum, quam post pœnam irrogatam, habuerint, hereditate habere possunt, sed haec publicabuntur. Si ergo abrogata pœna bona illis preservata fuerunt; nec adquisierunt post pœnam (vi. Alexand. inquit) quidquæ so dubij esse potest, quo intrepide non assumeremus, deportatos fideicommittere posse, aliterve iure gentium disponere, cum non habeat successorem fiscum? ex rescripto enim Alexandri, & grauissimorum interpretum iudicio, bona, postea à deportato quæ sita, publicantur, in consequentiam irrogatione iam publicationis magis, quā deportationis, & sic intelligendus est Anton. Faber decad. 7. err. 8. & expesior D. Franc. de Amay. dict. l. 4. C. de iur. fisci, num. 32. nam cum deportati bona publicata fuerint, filioque proscripta, abstulisse quodammodo videatur sententia potestatem, integrum habendi bona, deportato, indignumque successore rediisse, quando nudum à numero suorum ciuium exegit, & sine ciuitate exulare non misera est: securus autem quando relictis bonis, solum ciuitate sententia priuauit deportatum, quod videtur satis expresse innuere Hermogenian. in l. ea sola 97. D. de reg. iur. ea sola (inquit Consultus) deporta-

tionis sententia auferit, quæ ad fiscum pertenient: nam præter exempla quibus illustrantur l. Rebard. & Fab. & alijs in ea ordinarij interpretes, & Obertus Gifan lib. 2. de reg. iur. part. 2. cap. 12. præsenti declarari potest, ut si proscripta non fuerint bona deportati; nec ad fiscum pervenerint, non intelligatur deportationis sententiæ abstulisse, & consequenter semper deportati 16 fuissent, & de illis disponere posse: nam si quod de iure erat, quod deportationem bonorum proscriptio committaretur, l. 1. de bon. damnato. l. relegatus 14. §. 1. D. de interd. & releg. sententia benignitate temperatum est: iunc cū magis vindicta offensi, & satisfactio Republicæ in reum ardenter instabat, quanto & quius admittere debemus in successione, ut possit libere disponere de bonis, nec eum priuare solatio, quod pro morientibus piissime ius gentium inuenit in solarium mortis, l. 1. C. de sacro sanet. Ecclæsijs? quādo delictum victima deportationis satisfactum est, & peregrinus, exulque à patria, patrijs que laribus nouam, inaccessibilem, barbarem que sedem quætere com pulsus est, heu quam iustior causa, ut aliquali solatio deportatus si de commissi, faci munus impletat! & quæ in ipso fere crimine retinuit, sane in morte, denique iā punitus, quasi retineat, & præferat? Quis enim ferret acerbissimæ constitutionis extensionem, & interpretationem mollissimam à nostro iure pœnis addictam obdurari, contra receptam iurispietatem? l. interpretatione, D. de pœnis, l. factio 155. §. 2. D. de reg. iur. vii. in hanc rem plurimus est noster Gabriel Velascus in axiomatib. iuris lit. P. num. 52. cum sequentibus, ita si Alexandri constitutio fuerit præscripta, quando bona publicata fuerint, trahamus illam in uitæ iurisprudentia: et si bona deportato re lista fuerint? Nostram sententiam insingari videtur in Martiani responsō 18

in l. deportatus 15. D. de interdictis, &  
relegat. (quod Cuiacius restituit ex li-  
bro 60. Basil. titul. 34.) in quo cum Co-  
sultus respondisset, iure gentium pos-  
se deportatum vii, & sic vendere, lo-  
care, conducere, permutare, fœnus e-  
xercere, & cætera similia, & postea  
qua sita pignori dare, subiicit, nisi in  
frandem fisci, qui ei mortuo successurus  
est, ea obliget, priora enim bona, quæ publi-  
cata sunt, alienare non potest, expresse er-  
go respondit, in frandem fisci aliena-  
re non posse deportatum, quæ depor-  
tationis tempore adquisuerat, cum  
fiscus ei successurus sit, nam illa etiam  
bona, quasi iam (improperie) à tempo-  
re condemnationis publicata fuerunt,  
& postea in existentia (proprie) pu-  
blicabantur (vt parum per dixi) in qua-  
tione expresse mititur dict. l. 2. C. de  
bonis proscriptorum, ibi: Sed ha publica-  
buntur, in quo sensu sic intelligenda  
est nostra lex patria Tauti, ibi: Salvo de  
los que por el tal delito fueren confisca-  
dos, ò se vieren de confiscar, ò aplicar à  
nuestra Camara, ò à otra persona alguna,  
loquitur etiam de morte civili, in cō-  
sequentiā ergo publicationis primæ  
prouenit, vt etiam quæ tempore mor-  
tis habuit bona, publicas enīr, quid  
est ergo, quod Martianus referit, priora  
enīm bona, quæ publicata sunt, alienare  
non potest, nam id parum difficultatis  
habebat: quis enim ad dubitaret de-  
portatum posse publicata bona aliena-  
re? sed hoc voluit significare, denegans  
alienationem bonorum deportati,  
quæ tempore condemnationis  
habebat, & adquisierat usque ad tem-  
pus mortis, quod quando deportatus  
publicationem bonorum passus non  
erat, posset, sine timore fisci, & in vita,  
& in morte alienare, & de eis dispo-  
nere modo aliquo à iuregentiū per-  
missio, quam regulam secum tacite  
constituisse Marciānus, liquet. Sub  
ista consideratione pro nostra senten-  
tia optime expendes l. 8. D. de testa-

ment. ibi: Bona quoque, quæ tunc ha-  
buit, cum damnaretur, publicabantur,  
ex publicatione ergo bonorum, quæ  
damnatus aquæ, & ignis interdictio-  
ne habuit, tunc quando damnatus  
fuit, infert Gaius non posse damnatum  
facere testamentum, & statim sub-  
iicit: in insulam deportati in eadem can-  
sa sunt, sanguiter ergo Consultus scri-  
psit, quæ tunc habuit, cum damnaretur,  
sentiens, quod si publicatio illorum  
bonorum præscripta in sententia non  
fuerit, disponere de illis possit aliquo  
iuris gentium modo, nam aut illa ver-  
ba cogeri delere, aut nostram sen-  
tentiam amplecti. Cum eodem respe-  
ctu Paulus loquutus fuit in l. cum ratio  
7.9 fin. D. de bonis damnatione. (restitu-  
to à Cuiacio ex Basilicone lib 6. obser-  
nation. cap. 23.) quod deportatus ha-  
beat successorem fiscum, si is (sit) cuius  
bona publicata sunt, sentiens aperte,  
quod si bona publicata nō essent, pos-  
set suum successorem naturali gen-  
tium iure habere, vt in principio dict.  
l. 7. præscripsit, & sic intelligendus est  
Institution. in Nouel. 134. cap. fin. qui has  
antiquitates respexit: si ergo iuncta 22  
rescripta, & responsa, quas per exten-  
sum funem, cum hac animaduersione  
procedunt, quis sibi persuaderi poter-  
rit, sine docto arcano illam verborum  
qualitatem infirmam non fuisse? quod  
aliò, nisi ad nostram sententiam re-  
torqueri non posset. Num cunctæ  
præscriptæ autoritates, quibus de por-  
tationem aliquando, sine bonorum  
proscriptione exire posse, probau-  
imus, non demonstrant, in deportati  
bonis fiscum non fore successorem?  
ita est, siquidem Principum pietas ar-  
guitur, eo quod ærarium seu fiscum  
locupletare exprimitis damnis peper-  
cerit, quod nō sic esset, si fiscus depor-  
tato succederet in bonis, quæ publica-  
ta nō fuerūt. Moreo etiā ab autore 23  
d. l. 2. C. de bonis proscript. qui fuit Alex.  
Severus, iste enim consultissimus Prin-

cepit apud Aelium Lampridium in eius vita leges de iure populi, & fisci moderatas, & infinitas sanxit, moderatae ergo leges de iure fisci (vii ego coniunctio) cum successorem in bonis publicatis deportati fiscum instituisset, id autem ne ararium euerteret, ut idem autor de Imperatore eodem infra refert, qui autem de iure fisci leges moderatae essent, si in vitroque casu fiscus deportato succederet, sive publicata, sive non fuissent deportati bona? Ex quibus omnibus pro certo habeo, fiscum deportato non successisse in casu isto, quando proscripta non fuerunt bona, & consequenter iure fideicommissi potuisse alienare, vel aliter ex iure gentium. Nec his omnibus obstat l. si mandauero 22. §. 15 cuius. D. man-

24 dat in quo videtur excludi fiscum a deportati successione, quamvis illi publicata fuerint bona. Nec ne sic demidia iuris prudentia erat, & censebimus noua constitutione Alexandri Seueri derogatum fuisse? non sane 25 persuaderor, nam Paulus autor dicit. §. is cui. vixit temporibus Seueri Imperatoris, in quo cum Hotomano conuenio in l. 8. D. de testament. namquamvis temporis habilitas dari posset, quod post responsum Pauli constitutio Alexandri præscripta fuerit, tamen cum elegantissimum Consulti responsum ducere suauiter possumus in amicitiam cum Cæsarea constitutione, inique talem coniecturam admitteremus. Varie Pauli sententia

26 tracta ab interpretibus est, circacognitionem damnati, cui bona publicata fuerunt. Tobias Nonnius in princip. instit. de testament. num. 9. I. Cuiacius in pralettion. ad titul. C. de bonis proscript. & in commentario. ad l. 8. D. de testament. & lib. 6. obseru. cap. 23. Anton. Faber in rationali ad dict. §. 15 cuius, Platea Odofred. Pinelus, Faquineus, & alij quos referant Osuald. ad Donel. lib. 17. commentarior. cap. 4. lit. G. D. D. Franc,

de Amaya lib. 1. observation. cap. 11. n<sup>o</sup> 27 & nouissime in l. 4. C. de iure fisci à num. 33. Benedictus Pinelus lib. 2. selectar. cap. 10. num. 31. contentione Constantini de deportato non loquitur, sed de alio civi Romano, cui sine amissione ciuitatis bona proscripta fuerunt, & cum Cuiacio conuenit, l. Goithofr. innotis ad dict. §. 15 cuius. Sed ultra omnes ingenti conamine defendit hanc interpretationem Amayam distis locis: quæ quidem nonquam mihi placere potuit: nam si Constantius non de deportato loquitur, sed de relegato, cui bona publicata fuerunt, necessario intelligere debemus hominem cui proscriptio bonorum imposita est, ciuem Romanum esse, cum relegatione ciuitas non amittatur, recte testamenti 28 celebrandi potestas l. 8. §. sed relegati 3. D. de testament. l. relegati 4. l. relegatorum 7. 9. 3. l. relegatus 14. §. 1. l. relegatus 18. D. de interdictis. & relegati l. cum ratio 7. §. fin. D. de bonis damnat. vii agn. sicut Calvinus verbo deportati, P. Faber lib. 2. Semest. cap. 13. D. D. Franc. Amaya dicit, l. 4. numer. 34. & ordinarij interpretes in his locis: si ergo relegatus testamentum iure Romano condit, si altos ciuiles contractus celebrat, filii. beros in ciiali patriaque potestate retinet, qui nondirecte mandare posset publicatorum bonorum emptionem, ad modum quo ille, cui bona commisso vindicata sunt, non prohibetur ipse emere, aut alij mandare emptionem? l. cotem 11. §. eam rem 4. D. de publican. & relictigalibus, ita ut relegato directa mandata actio competat, si fidem n. a. datarius non adimpluerit recte, per totum titulum D. mandat. Præsenzic vimi argumenti D. D. Francisc. Amaya dicit lib. 1. obseruat. cap. 11. num. 31. & responsum dat ex qualitate mandati, nam relegatus, quasi mandat emptionem bonorum suorum, quod nec proprie mandatum iudicari debet, sic sanc dijudicat argument. l. si manda-

27  
28  
29  
30

uero 22. §. si hi quorum 3. D. mandat. Mouetur etiam, quia actio utilis cuius-  
lis est, quod probat ex l. artio 47. D. de  
negocijs gestis, & ex traditis ad Schitor-  
degh. i. ratiō 23. quāst. 1. & 27. & sic  
nec deportatum agere utile posse. Sed  
tanquam sententiæ oppigneratio in  
eas angustias, ne dicam errores, doctil-  
simum virum compulit, quia dicit. §. is  
cuius, planum mandatum refertur, &  
directa mandati actio competere de-  
bebat, si ciuis Romanus, qui manda-  
bat, erat. Nec dicit. §. si hi quorum 3. le-  
gitimum Amayæ argumentum erat,  
ut directionem obligaret mandati, ut  
non legitimum consideraretur, quia  
loquitur Consultus de rerum oppig-  
natorum venditione: & fateor sane,  
quod pignora, adhuc in subhastatio-  
ne, debitoris sint, nomine que debito-  
ris etiam in concurso creditorum  
vendantur, sensit attentissime Paulus,  
non posse considerari legitimum mā-  
31 datum ad propriarumemptionem re-  
rum, & sic inquit, mandatum non com-  
petit: nam cum rem tuam emas, nulla em-  
ptio est in tua persona rei tua. Illud au-  
tem, quod pignora etiam in subhastatione,  
in dominio debitoris sint certis  
simi iuris est, l. rescriptū 12. D. de distra-  
ction. pignor. l. cum & sortis 15. D. de pi-  
gnorat. action. l. si seruum 27. D. de pi-  
gnorib. l. cum se 4. l. usucapo 7. l. si domi-  
nium 9. l. cum dominam 13. l. res obligatas  
22. C. eodem titulo de pignoribus, quod  
integer titulus D. & C. probat l. 1. C. si  
in causa indicat. pignus caput est, l. si ob-  
eansam, & sigradium, C de euiction. l. pro-  
fectitia, D. de inredotiam, l. à Diuo Pio,  
§. si pignora, D. de re iudicat. congruit  
totus titulus D. & C. de pignorat. action.  
in quantum pignoris fructus in sor-  
tem principalem computantur, & alia  
debitori iura attribuuntur in pigne-  
ore, quæ sine dominio non proce-  
derent, agnoscent Bald. dicit. l. seruum  
27 Alexand. lib. 5. cons. 111. Parlado-  
rus libr. 1. rerum quotidian. cap. 3. §. 2.

numer. 2. Pa. in prex. 1. tom. 1. part. cap.  
7. à num. 13. Auendañi. respons. 13. na-  
mer. 4. Calparus Mancius in patrocin.  
debitor. decad. 2. quāst. 9. num. 1. An-  
ton. Faber de error pragmaticor. decad.  
9. error. 10. & in rationali ad dict. l. si  
mandanero, §. si hi quorum 3. & alij pa-  
siſi, quos consulto omittimus, cum  
ex hoc principio plures effectus naſ-  
cantur, quos pragmatici tractant, qui-  
bus possemus facile paginas comple-  
re, & pro quibus multa non vulgaria  
observata habemus, & varijs allega-  
tionibus scripsimus. Sic ergo atten-  
tissime scripsit Consultus dict. l. si mā-  
danero, §. si hi quorum 3. non proprio  
mandatum esse ad emendam rē pro-  
pria māndantis, & sic longe diuer-  
sa est ab illa, quæ tractatur dict. §. is cu-  
sus. Sed animaēuertas precor; unde  
noſter D. D. Francisc. de Amaya pro-  
bat, seu deducit dict. §. si hi quorum, ex  
mandato emendi pignoris utilem a-  
ctionem mandanti dari, cum à recta  
iuris ratione contrarium meliciam, tam  
quamvis ad emendam rem propriam  
mandatum sit, cum tamen mandati ra-  
tio consideretur, respectu mandantis,  
& mandarij directa debet compete-  
re actio. si fidem debitam non præsti-  
tit: aliud enim est causa mandati, id est  
emptio pignoris, quia nullus suam  
rē emere potest, sed cum hic iusta  
causa subsit, quod signus distrahen-  
dum ematur, ut bene explicat Anton.  
Faber in rationali adhunc §. & qua ra-  
tione sustinetur mandatum, præci-  
pue cum mandatum bonę fidei sit, q.  
actionum 20. institut. de actionib. Est  
erga bonę fidei, subest iusta causa  
mandati, agitus res iacet mandan-  
tem, & mandatarium, qua recta iuris  
ratione directa actio debitori decep-  
to, non competet: probat senten-  
tiam nostram l. epistola 52. §. 1. D. de  
paſſus, ubi in hac fastis specie mandata-  
rius, vel heres eius fidem præſare de-  
bet, quæ verba, & tota contextu-

ra responsi directam actionem demonstrant. Ex eadem iuris ratione, dicit l. si mandauero 20. §. Julianus. Mandatio-  
34 bligatio consilit, licet statuatūr mandatum ad emendam rem propriam mandatarij, cui adiunges, l. si quis mihi 16. l. si fundum 25. D. eod. tir. mandat. res enim inter mandantem, & mandatarium agitur, quæ cum sit bona fidei, nec aliquid obster, quo minus inter virum inque mandatum sit, nascitur di-  
recta mandati actio: tunc sane utilis actio ex mandato datur, quando iure mandatum non consistebat, veluti si mandatarius per ignorantiam manda-  
to ageret, morte mandantis præsoluto, l. inter causas 26. D. mandat. vel in specie dicit. §. is cuius, si deportatus mā-  
dauit: nam cum civiliter inter eum, & mandatarium directa civilis consiste-  
re nequibat, subvenit utili actione ius, ne fides iuris gentium deportato frangatur, & aliis iuris speciebus, quas longum esset digerere; sed hoc non con-  
gruit dicit. §. sihi quorum, in quo non  
36 tam mandatum intelligitur rei pro-  
priae emptionis, quam rei distrahen-  
dæ reseruationis, & solutionis credi-  
toris, Ad modum, quo sustinetur le-  
gatum creditori relictum debiti in  
diem, quod quamvis substantia rei  
nihil addatur, utilitas repræsentatio-  
nis conseruat, & econtra si creditor de-  
bitum purum non legauerit debitori,  
sed iusterit, quod ad tempus non petar-  
tur, §. si quis 14. cum seq. inst. de legat.  
qua ratione legatum subsistit in l. 1. D.  
de liberation. legata, §. sed uxori 16. inst.  
de legat. & alijs similib iurib. quæ le-  
gato tribuunt effectum lucello aliquo  
superueniente. Quæ omnia veriora  
existimabuntur, si cum A. Fabro resol-  
uas dicit. §. sihi quorum, mandatarium  
suo nomine proprio emere.

Si ergo dicit. §. sihi quorum, debitor  
dominus pignorum habetur, quæ dis-  
trahuntur, contrarium est in bonis de-  
portati publicatis: nam ipsa sententia

(quamvis alias ex communi opinione  
dominium non transferat) publicatio-  
nis transfert dominium, quando cer-  
tum criminis patrauoni proscriptionē  
indixit lex. idque ipso iure: vel à tem-  
pore (vt ali qui malunt) delicti com-  
misi, l. quisquis s. in principio, & in §. e-  
mancipationes 4. C. ad l. Julianus M. iestat.  
l. commissa 14. D. de publican. & recti-  
lib. l. fin. §. fin. l. 12. legatus 18. (à contra-  
rio) D. de interdict. & relegate. l. 1. §. an  
bona, D. de iur. fisci, l. 2. §. 1. D. de bonis  
eorum, quæ ante sententiam, l. qui rei 3. §.  
1. 2. 3. & fin. D. eod. it. Ex quo princi-  
pio nascitur illa loquendi formula, bo-  
na vindicari à fisco, l. cum ratio, §. 1. &  
in §. praetere a 4. D. de bonis damnat. l. 1.  
D. de interdict. & relegate. l. de deportato-  
rum 8. C. de penis, quæ vindicatio fisco  
non daretur, nisi iam præxisteret de-  
minos, ex reg. legis officium 9. l. in rem  
actio 23. cum alijs, D. de rei vindicat. Eadem  
ratione ιψας sententia a-  
dempta bona dicuntur, l. relegate 4. l. re-  
legatorum 7. 9. ad tempus 4. melius in  
l. relegate 14. D. de interdict. & relegate. l. 1. C. de fidei insforibus: vnde agnos-  
cimus Cornelium Tacitum lib. 3. An-  
nal. ex formula iuris Consultorū lo-  
quatum tuisse, igitur adempta bona ram  
parte, &c. in insulas Baleares pellitur.  
Eodem respectu ducitur & formula  
illa, damnatione bona publicantur, l.  
1. l. 2. l. fin. §. fin. D. de bonis damn. Sic e-  
tiam dicitur, bona ad fiscum denolu-  
ta, l. 5. C. de bonis proscript. Sic hæc sen-  
tentiam tuerit 1. Stephanus Durā-  
tus in libro noratissim. questiorum que-  
stion. 27. Peregrin. de iur. fisci, lib. 5. tit.  
1. à num. 52. D. Franc. de Alfaro de of-  
ficio fiscal. glo. 20. à num. 131. cum mul-  
tis sequentibus, A. Gomez tom. 3. ver.  
cap. 14. numer. 3. Gibrba consil. criminal  
67. numer. 18. P. Caull. cas. 295. per to-  
tum. O. D. Franc. de Ataya in l. 1. C. de  
iur. fisci, lib. 10. à num. 57. qui referunt  
Mastrillum, Farinatum, Castillum,  
Barbollam, Hermosillā, & alios plu-  
res:

res, nam cum lege transferatur dominium Vlpian. *in fragm. tit. 19.* eo ipso, quod deportatorum bona publicauit (*vt iā diximus*) operatione brebi trans-  
tulit dominium. Ex quibus deducimus  
*dicit l. si mandavero, §. ss cuius;* nisi de-  
portatus esset ille, cuius bona proscrip-  
ta fuerunt, habiturum directam actionem  
mandati, quomodo cumque con-  
sideretur, siue dominium, siue non sen-  
tentia translatum fuisset. Sane si de-  
39 portationis publicatio bonorum se-  
quella est, & semper eam committe-  
tur, cor non, nisi aliud apertissime cō-  
staret, res possum de deportato accipie-  
mū sit? Sane verba illa, *non sequitur fiscum,*  
quasi manu nos ducunt ad de-  
portatum; nam cum deportatus suc-  
cessorem habeat fiscum, *l. 2. C. de bonis*  
*proscriptor.* & diximus supra, ea potuit  
esse ratio dubitandi, an deportato aliquia actio mandati daretur, an fisco; &  
inde etiam dubitatu fuit, quia de-  
portatus ciuii omni iure spoliatus, vide-  
batur nullo actionis genere agere pos-  
se, sed virumque difficultatem Con-  
sultus resolvit: *prīmā, quia publicatis*  
*bonis, quidquid possea adquiritur, non se-*  
*quitur fiscum,* dum vivit scilicet, potest  
enim agere, emere, & contractus ca-  
racteres iuris gentium celebrare, aliena-  
tiones que facere, nisi canere procedat  
in fisci fraudem, *l. deportatus: s. D. de*  
*interdit.* & relegat (*vt sup. cap. 10. pro-*  
*bauimus, num. 26. & 27.*) & sic sive  
deportatus libere tractat bona po-  
stea quæ sit, merito mandare poterit,  
& ex mandato utiliter agere, quia  
non statim bona adquisita fiscum se-  
quuntur, expende. *re sequitur,* quasi  
Consultus diceret: non eo ipso, quod  
deportatus bona quæ sit, sequuntur  
fiscum, & dominium in eum transfer-  
unt: nam si certum est ex *l. 2. §. post ali-*  
*quod 18. D. de origi iur.* Prætorem pe-  
regrinum creatum fuisse, qui inter no-  
cives, id est peregrinos indicaret, si de-  
portatus deportatione in peregrinita-

rem redactus erat (*vt c. seq. dico*) nec-  
sario deportatus aliqua actione vili,  
& extraordinaria agere poterat, vel  
aliquis nomine eius utiliter, *vt opti-*  
*me aduerit Osuald.* *infra referendus.*  
Alteram difficultatem vno verbo sol-  
uit, quia non directam, seu ciuilem ac-  
tionem deportato præstitit, sed vili-  
lem, quæ naturalis est, nec subformu-  
la ciuili intentabatur, *vii diximus dicit.*  
*cap. 10. num. 26. & longissime lib. 3. cap.*  
*9. supra, & sentit Consultus dicit. §. is*  
*cuius, vtilis erit mandari actio, si non præ-*  
*stet fidem, refert ergo vtilem actionem*  
ad fidem fractam, in quo ius naturale  
violatur, errat sane noster Amaya dum  
vilem actionem dicit. *lib. 1. obseruatio.*  
*cap. 29. ciuilem assertit ex l. actio 47. D.*  
*de neg. gestis, & ex notatus ab Schifor-*  
*deghero, nam dicit. l. actio. toum con-*  
*trarium probat, & Schifordegherus*  
*iudicia extraordinaria, & actiones vi-*  
*les non adeptus fuit, vt vrumque no-*  
in diligenter probauimus *dicit. cap. 9.*  
*nostrorum paralipom.* Sane in deportato  
*dicit. §. ss cuius, intellexerunt Francisc.*  
*Duaren. in commentar. ad titulum, D.*  
*mandat. cap. 2. l. Pacius evancioph. cent.*  
*4. quest. 87. Hotoman. Emil. Ferreus*  
*dicit. l. 8. D. de testam. P. Loriotus de ap-*  
*cib. sur, tract. 17. axiom. 5. Alciat. libr. 1.*  
*parerg. c. 15. P. Gil Ken. m. l. 1. C. de be-*  
*red. inst. n. 18. Pichard. sal. Gallus c. 7. n.*  
*108. Osuald. ad Donet. lib. 17. tom. cap. 4.*  
*lit. C. quoru aliqui diuersimode hinc*  
inde trahunt responsum: iudicio sane  
nistro, præclarus introluit Duaren. &  
Osuald. tu tamen dijudica, si nos altius  
exegimus rem. Ex quibus omnibus de-  
ducimus: tunc fiscum de deportato succe-  
dere, quando bona ei proscripta fue-  
rint: secus autem si reseruata fuerint  
bona, quia tunc de illis libere iuris gé-  
tium modo disponere poterat.

Nec solum in specie præscripta  
fidei committere poterit deportatus; 44  
nec habebit successorem fiscum, sed  
cuiam quando in testamento missis

ei fideicommissum relictum fuerit, sic respondit Vlpianus in l. si deportati 7.  
Q. 2. D. de legat. 3. similes ( inquit Consultus) deportato fideicommissum reliquerit, verius est, quod & Marcellus probet, capere cum posse, ex quo responso Synopsis Basil. lib. 44. tit. 3. cap. 7. a πατιωτικος δοκιμης, η ε περιπετειαν διανοειρη λεγεται, id est. Ex militari testamento deportatus quoque capit legatis, scio Cui aciu ad l. 12. D. de bonorum possessione. Triboniano attribuisse responsum istud, cum ex testamento pagani deportatus fideicommissum capere posset; sed non egemus tali sectionis medicamento: imo magis, nisi de milite loqueretur Vlpian. fortius haeretem in eo: felicius adgressus fuerat responsum noster Anton. Pichard, in princip. instit. de fideicommiss. heredit. numer. 28. non tamen feliciter perfecit, coniunctione equidem inter militari prius legia hoc coiectu suisce, quod deportatus ex testamento militari fideicommissum capiat: ita ut in eo fiscum successorem non habeat, moueor ex adhærentia, & subsequentia virtusque responsi legis, scilicet se deportati, cum §. isto similes: nam cum in lege illa responderit Vlpian. pertinere ad fiscum fideicommissum (ut latè enucleauimus sup. cap. 12.) in testamento pagani relictū, subiicit postea, quod similes fideicommisserit deportato, verius esse eū capere, cum <sup>επιμεμφατικος</sup>, non scilicet fiscū, sed eum, scilicet deportatum. ita ut in eo non habeat fiscum successorem, ad quid enim subiiceret Vlpian. militis speciem, quando in pagani fideicommisso id per planū esset: quantū sane frigeret iuris Consultus? Ultra, si non solum fideicommissum, sed legatum, atque hereditatem ex militari testamento capit (ut sup. cap. 10. num. 61. adseruimus) hocque apud ipsos iuris Consultos in concussum erat, quid dubitationis poterat subesse in fideicommissione, iuris gentium voluntate, & gau-

dente ab intestato successione? Nulla ecquidem dabatur ratio dubitandi, & tamen anxie controversum esse, satis expresse demonstrat Vlpianus, cum in autoritatem responsi testem citet Marcellum, & verius esse, dicat, quod controversiam denotat ( ut alias ego notaui) fuit ergo controversia, an si deportatus posset absolute libere fideicommissum capere, ab eo; timore fiscalis successionis: non autem si simpliciter capere posset: id enim dubitabile non erat. Nec id mirum ceteri debet in militum priuilegijs, quorum causa iura ciuilia à sede sua abrupta sunt: imo & quoniam & iustum priuilegium est, cum eo solum consequatur, quod à recta iuris prudentia descendit, scilicet quod fideicommissū deportatus capiat, de que eo disponat, non obstante Seueri cōstitutione, quæ regulas in hac parte iuris correxit ( ut hoc capite docuimus, & præcedentibus) cum nihil magis & quoniam sit, quā quod deportatus iure ciuili nudus, saltem miser iure gentium, hominibus cum brutis communi, plene fruatur, & isto priuilegio militari deportatio adseratur firmū, quod recta iuris prudentia dictauit: & nimis ingratum, nō solum militibus, sed cuicumque census habet fiscum in fideicommissaria regi quā arumnijs, & sanguine miles parauerat, & in signum amoris deportatio reliquerat. Maxime cum per eam rationem, quamvis miles damnatus, & deportatus fuerit ex militari delicto, possit de rebus castrenibus testari iure militari, ex militari 11. D. de testamen. milit. l. & militib. 13. C. eodem, l. 1. D. de veteran. & milit. success. l. signis 6. §. sed & si 6. D. de ita inst. rupt. & si hoc ita in iure recepium fuit in ipso milite delinquentie, quanto magis in deportato à milite instituto, qui suis bonis, fortunis, & ciuitate exutus miserrimam vitam degit, commissione

ratione dignam, cum quod humaniter patrauerat, illis pœnis in exemplum sui, & Republicæ satis fuerat: merito ergo cōparatum est, quod deportatus eam præcipuam rem habeat à fiscali successione liberam, & iustissime Vlpiani, Marcelli, & aliorum prævaluerunt sententiae: quod dignum animadversione est, cum alijs hoc capite cōtentis, ut tem peremus Scueri decisionem, & diffiniamus, quando deportatus, & de quibus bonis fideicommittere possit.

Sed cuncta ista in vanum nos elaborasse clamabui (clamabant forte illi, qui dogmata solum antiquorū collunt, & insuperstitionem usque venerantur) qui Vlpiani responsa respexerit in l.1. §. bi quibus 2. cum seqq. D. de legat. 3. in §. autem 2. Consultus non

<sup>48</sup> ambigue, non sublatenter fideicommittendi potestatem deportato denegat, quia testamenti faciendi non habet ius, cum sit ~~artificis~~, id est, sine cintate, vel extorris. Idemque respondit in §. à Prefectis 4. eosdem legis, in quo non per illationem, ut dicit. §. 2. sed distinete, & decisive deportato negat, & testamenti faciendi, & fideicommittendi potestatem. Sed aduersus appetissimam difficultatem, iam nos præmunitus <sup>supra cap. 11.</sup> constituens fideicommissum iuris gentium, & civili, illa deportatis communia, secus ista: ciale autem fideicommissum securi intelligo (quod ordinarium ius erat) ex necessitate morum populi Romani necessario præstandum, ne-

<sup>49</sup> cessitas enim illa præstationis civilissima erat, ut accurate scripsi dicit. cap. 11. & sic non mirum erit, quod deportatus sic fidei committere non possit: de quo fideicommittendi iure aperte sensisse Vlpianum, ab eius verbis colligitur, præstat enim ad id rationem, quod deportatus extoris, & sine ciuitate sit: ergo necessario de ciuili fideicommissio loquebatur: nam

si de naturali, & iure gentium peregrinis, & deportatis communis faceret sermonem, indignissimam adhiberet rationem, prorsus alienā à subiecto, & quæsito: quid enim habet commune fideicommissum iuris gentium cum iuribus ciuitatis, ut longe caput 10. & final, distinguo. Testari, & fideicommittere ciuiliter duplicitatione (iure ordinario attento) deportatus non potest: una quia publicata ei suorum bona, & reniens habebat successorem hiscum, quam Gaius adsumpsit in Iesus qui 8. §. 1. D. de testament. & nos ex planamus, cap. fin. infra numer. 58. Altera ratio, quod ciuis Romanus non sit, quam Vlpianus dicit. §. 2. & 4. probat, sicut enim illa Gaij ratio utrumque testamentum comprehendit, tam ciuale, quam iuris gentium, ut diximus dict. num. 58. ita ista Vlpiani solum comprehendit testamentum moribus, & legibus populi Romani factum, & fideicommissum eisdem necessarium: nam alias fortissime obstante Vlpiano omnia illa, quæ aduersus eundem obiecimus, & eius responsum in l.2. D. de leg. 1. capite 10. à num. 6. Ea autem dubitandi ratio apud Vlpianus fuit, quod cum fideicommittendi potestas, & ipsum fideicommissum iuris gentium esset, cuius capax deportatus erat, videbatur fideicommittendi habere potestatem, quævis necessaria effecta fuissent, cum adhuc precative relinquerentur, & non peterentur legis modo, sed persequitione rei: & sic videri omnimodo iuris gentium manere, etiam post necessitatem, ut non leuiter pro hac sententia insurreximus <sup>supra cap. 11.</sup> à numer. 16. Sed nihilominus merito prævaluit contraria sententia apud Vlpianum, fideicommissum necessarium civile esse per evidentissimas rationes quas deduximus, dicit. cap. 11. à num. 23. & ideo cōcludit, deportatum & aquæ, & ignis interdictum fideicommit-

tendi, non habere potestatem; nec te-  
standi, cum sint extortes, ad quid enim  
Consultus coniungeret cum testamē-  
to fideicommissum, si non utrumque  
ciuile esset? & qualiter unum ex alio  
inferret, cum fideicommissum possit  
ab intestato relinqui, ut prænotau-  
mus dict cap 10. num. 6?

Sed in nostræ assecuramentū sen-  
tentia, & omnium, quæ longo, & fe-  
lici (meo iudicio) ductu toto hoc ca-  
pite præfirmauimus, in sero pulcher-  
rimum Vlpiani responsum dicit. l. 1. §.  
si quis plane s. D. de legat. 3. quod mag-  
ni te facturum spero; verba ista lege.  
Si quis plane in insulam deportatus codi-  
cillos ibi fecerit: & indulgentia Impera-  
toris restitutus, iisdem codicillis duranti-  
bus decesserit, potest defendi, fideicom-  
missum valere, si modo in eadem volunta-  
te duravit. In hoc tractu lib. 1. fideicom-  
missorum, Vlpianus de illis tractat, qui  
potestatem fideicommittendi habent,  
primo de seruis, & filijs familias, pos-  
tea de aquæ & igni interdictis, & de-  
portatis, inserens aliqua de iure depor-  
tati, & forma: & cum per aliquos §§.  
prædocuerit, istos fideicommittere  
nō posse (secundū ea quæ prædiximus)  
subiicit elegantem quæstionem inde-  
portato, qui, dum maneret in insula,  
codicillos fecit, in quibus fideicom-  
missum reliquit, qui postea ab Im-  
peratore ciuitati restitutus fuit: propter  
quod querit optime Consultus, an il-  
lud fideicommissum valere posset, si  
in eadem prima que voluntate dura-  
uit, & persistit. Mihi sane nullā ratio-  
nem fuisse dubitādi videbatur in quæ-  
stione, vt fideicommissum subsisteret,  
& vt ita timide, & ambigue pro fidei-  
commisso responderet Consult. his  
verbis, potest defendi, quæ demonstrat,  
& exigunt difficultiam, & laborio-  
sam rem; nam si antea in §. 1. eiusdem  
legis, constanter ad seuerauit, fideicom-  
missum à seruo, & filio familias, in po-  
testate constitutis, relictum valere, &

subsistere, si dorauerint in eadem vo-  
luntate post manumissionem, quasi  
tunc datum, cum mors eis contingit: quæ  
causa subesse potuit in deportato, vt  
diffidat quasi, & operosam esse de-  
mostret defensionem, ab eo relieti fi-  
deicommissi: cū in seruo, & filio nul-  
la fideicommittendi potestas fuerit,  
subditis potestatipatriæ, & dominicæ;  
secus indeportato, qui præter ciuitatē  
Romanam aperto iure gentium frue-  
batur, & clarissima libertate, & potes-  
tate omnium iuris gentium actuum,  
vt scripsi plures. Et si ideo fideicom-  
missum à seruo, & filio relictum rati-  
ca stabilitatis voluntate post manu-  
missionem suscitatur, & valet, quia fi-  
deicommissum nudavoluntate, & nou-  
ta consistere potest, l. nuta 21. D. de le-  
gat. 3. (vt latè lib. 2. explicuimus) vt op-  
timum præuidit Gul. Onciac. Acad. quæ-  
stion. lib. 1. cap. fin num. 3 Maiori ratio-  
ne idem intrepide respondendum erat  
indeportato, qui semper liberam vo-  
luntatem habuerat ad omnes iuris gē-  
tium actus, & consequenter ad dispo-  
nenda fideicommissa. Antiquorum a-  
liqui, qui brebi sermone libarunt res-  
ponsum, ineptierunt in eo, nec atten-  
tissima Consulti verba animaduerte-  
runt. Ego sane, ultramētem omnium,  
quos vidi, capio illud, & dubitandi ra-  
tionem in recondita quæstionis parte  
constituo. Deportatus sane codicillos  
fecerat, & fideicommisserat in eis: po-  
tuit sane sic facere pleno iure, si in sen-  
tentia reteruata ei fuerunt bona, vel  
aliqua ceperat ex testamento militū,  
aut deportatus miles erat ex militari  
delicto, secundum præscripta à nobis  
hoc capite: id sane fecerat iure gentiū:  
ita vt rogatus, si vellet, posset fideicom-  
missum præstare: non tamen reouens  
cogi, cum deportatus, non ciuis, illo  
ciuili iure frui non posset, vt proxime  
dixi, & latissime cap. 1. t. postea depor-  
tatus restitutus fuit: dubitabatur, an  
fideicommissum posset valere, id est  
iure

iure gentium (ut ego existimo) ita vi-  
heres ab intestate ad præstationem co-  
gi non posset: non vero quæstio inci-  
dit, an si codicilli iure gentium à prin-  
cipio validitatem haberint: nam id  
pro certo, & indubitate supponit VI-  
pian. & si tu confers, §. 1. cum hoc §. iu-  
re gentium valuisse deportati fideicom-  
missum, constanter aperies: nam dicit.  
§. 1. nullum fuisse fideicommissum à  
seruo, vel filio familiæ relictum VI-  
pian. docet: ut in §. 5. quid simile non  
præmitit Consultus latenter, aut a-  
perte, sed totum contrarium: inde est,  
quod dicit. §. 1. cum fideicommissum  
nullum fuerit à principio, si post ma-  
numissionem seruus, aut filius dece-  
serunt, fideicommissum relatum cè-  
setur: quasi tunc datum, cum illi de-  
cesserunt, at dicit. §. 5. deportatum, in-  
quit, decessisse eisdem codicillis duran-  
tibus, id est valide permanentibus. nam  
illa verba: *Ijsdem codicillis durantibus*  
*decesserit, nullatenus intelligere potes-*  
*tit propter nouam voluntatem depor-*  
*tati post restitutionem*, cum insine Cō-  
sultus addat, potest defendi fideicommis-  
sum valere, si modo in eadem voluntate re-  
durauit, vide, ubi nouam voluntatem re-  
quirit Consultus ad necessitatem fi-  
deicommissi: ergo necessario illa ver-  
ba *ijsdem codicillis durantibus*, non ad  
nouam restituti voluntatem, sed adpro-  
priam iure gentium validitatem refe-  
renda sunt: quibus valde persuadeor,  
deportatus reseruata habuisse bona, &  
non fiscum successorem, sive benefi-  
cio sententia, vel autoritate iuris, ut  
proxime scripsi: nam aliter non ijdem  
dicerentur codicilli, immo conditi tunc  
cum decesserat, & tunc fideicommis-  
sum datum, ut dicit. §. 1. Adde expro-  
fissimum & *ijsdem* else, quod demon-  
strat illesmet codicillos, quos tem-  
po-  
re deportationis fecerat deportatus:  
& si his subiectis cætera omnia, qui-  
bus potestatem fideicommittendi de-  
portatis adseruimus, secure persuad-

deor, quemcumque, qui non contineat  
tar proterua, sed sincero veritatis a-  
more ducatur, in nostram iurum esse  
sententiam. Fuit ergo apud Vlpiandum  
illa certa decidendi ratio, quia cum le-  
gitime iure gentium deportatus codi-  
cillos condidisset, quamvis postea ci-  
vitatii restitutus esset, nulla capitinis de-  
minutio interuenierat, nulla ecquidē  
iusta causa, ut irritarentur codicilli, ex  
regul. q. also 5. inst. quibus modis testam.  
inf. nam per restitutionem, non magis  
deportatus capite minuitur, quam fi-  
lius familiæ, qui morte parentis libe-  
ratus à patria potestate, sine capitnis di-  
minutione, l. si quis 3. § fin. D. ad S ena-  
tus C. Macedon. & sic iure gentium etiā  
post restitutionem steterunt codicil-  
li. Ad modum enim, quo testamētum  
militis capitnis diminutio non irrita-  
tur, l. si miles 22. cum l. seq. l. idem que erit  
q. l. in fraudem 15. D. de testam. mil. §. de-  
nique 6. inst. eod. ut inquit Vultey. ibi,  
quia cum testamētū militare iure  
gentium sit, non potuit capitnis di-  
minutio civilis irritare illud: ita ut in  
milite noua voluntas non requiratur  
ad sustinendum testamentū suum:  
nam quod dd. legib. quasi noua volun-  
tate dicitur, magis facte accipendū  
sit, quā vere vī ex eo declarat Osuald:  
ad Don. 6. cōm. cap 28. lit. D. Sic eodē  
modo quamvis per restitutionem de-  
portatus minueretur capite, adhuc co-  
dicilli iure gentium facti subsisterēt,  
cum ciuilis ratio naturalia perimere  
non possit, §. fin. inst. de legitim. agnat.  
tat. maxime facti tempore, que non a-  
lio iure, quam gentium deportatus fi-  
deicommittere poterat: nam quamvis  
testate & restitutus fuit, nō solo facto fi-  
deicommissum illud necessarium ef-  
fectum fuit, potuit sane non obstante  
bus moribus populi Roman. relinque-  
re fideicommissum in suo pristino iu-  
re voluntatis heredis, & non reducere  
ad necessitatem, l. fideicomissa 40. D.  
de fideicom. hered. l. si sic legatum 75. D.

de leg. 1. in fin. quia iuris necessitatem testator potuit remittere heredi, ut docet Robert. 2. sententiar. cap. 10 & ex eo, & alijs Osuald. ad Don. 8. com. capit. 15. lit. K. ut alia iuris necessitates plerumque remittuntur, nec nouū est in nostro iure, quod unus actus possit ad mitti iure gentium, & idem iure ciuiili, ut latè animaduerti, cap. 11. sup. Unde quæstioni subtilissimæ respondet Vlpian. posse defendi fideicommissum valere, scilicet iure gentium, si in eadē voluntate durauit, quam tempore fideicommissi præstati habuerat, cum deportatus erat: ideo in responso germinatur relatiuum idem, cum respec-  
tu ad deportationis tempus in hono-  
rem sane heredis id fecit, nam quem fidelem probauerat in deportatione,  
& quando ad præstationē coginō po-  
39 erat, voluit eandē fidē sequi mutato statu, quādo iure ciuilī ad præstationē

cogere poterat. Augebat difficultatē, quod cū nutu, & tacita voluntate fidei-  
commissum ciuale posset cōsistere, ut ex  
Onçaco iā notavimus, videbatur sic  
voluisse testatorem, & credendū erat,  
statim quo restitutus fuit, arg. dicit. §.  
1. sed defendi contrarium posse in hac  
re difficult, & abstrusa, inquit Vlpian.  
ex rationibus supra datis, quando sci-  
licet restitutus in eadem, & prima vo-  
luntate durauit: nam si de fideicomis-  
so ciuili intelligeretur responsum, in-  
neptissime tantus dubitaret Consul-  
tus, cum in arctiori specie dicit. §. 1. co-  
stanter, & intrepide quæstionem sol-  
uerit, ut prænotavi supra. Dat ergo  
Vlpian. in hoc § speciale casum, quo  
deportatus fideicommittere posse, &  
fideicommissum iure gentium vale-  
re, sine vinculo necessitatis, & sic à re-  
gula ante data in §§. antecedent. eximit  
hanc subtilissimam speciem.

## C A P. XIV.

**D**E peregrinis, & de eorum iuribus, de potestate testandi, & fideicom-  
mittendi totum contexitur caput, à num. 1. Peregrinus quis? απολει.  
2. Quid sit in peregrinitatem reduci: ubi explicatur Vlpian. Non-  
nus: Statius: Ouid. 3. Inde declaratur Sueton. 4. Latino sermone necessario  
multi actus celebrabantur. 5. Peregrinis Romæ cuncta ciuilia denegata erat:  
institui non poterat heres. 6. Notatur Gil Kenius, ubi explicatur, quis sit ex-  
traneus, in aliquibus responsis. 7. Sed an post constitutionem Antonini insti-  
tui peregrinus possit. 8. Peregrinus ab inter stato succeedere non poterat 9. Ea  
successio ciuiliarior est, quam testamentaria. 10. Peregrinus usucapere ciuis  
Romani rem non poterat. 11. Ius ciuale pro lege 12. tab. 12. Hostis prope-  
regrino. 13. Eterno tempore non poterat usucapere peregrinus ex 1. 12.  
tab quæ explicatur. 14. Nec nuptias contrahere cum ciue Romana, in quo  
coniectura in Virg. Terentio, & alijs. 15. Peregrinae mulieres meretrices ha-  
beantur. 16. Ex his interpretatur l. de iure 37. §. fin. D. ad municip. 17.  
Vxor transit in forum, & domicilium mariti, si iusta, & legitima est. 18.  
Athenienses, Thebani, & aliæ nationes odio habuerunt nuptias cum pere-  
grinis. 19. Nomina Romana non licebat peregrinis usurpare. 20. Capitalis  
erat pœna in peregrinos usurpantes ciuitatem. 21. Unde criminationes pro-  
fluebant in eos. 22. Rei peregrinitatis dicebantur, & explicatur Sueton. su-  
piritas Claudi Cæsar. 23. Datur lex alia contra peregrinos se pro ciuibus  
gerent.

gerentes. 24. De testamentis peregrinorum disputatione post constitutio-  
nē Imperatoris Friderici: & an possit testari de bonis in alieno territorio e-  
xistentibus, remissione. 25. Sed an de media iuris prudentia posset iure civili  
testamentum facere peregrinus. 26. Ab intestato heredem habere qualiter  
non posset. 27. Sed an fideicommissum capere, vel relinquere. 28. Sed an  
iure gentium testari posset longa disputatione disquiritur à num. 29. Testa-  
mentum peregrini iure gentium quos effectus habeat. 30. Multi actus Ro-  
mæ admissi naturaliter, & idem ciuiliter. 31. Difficillimum Ulpiani frag-  
mentum tit. 20. §. 14. longe latè que explicatur de testamento peregrini, &  
Dedititij, à num. 32. Emendat Cuiacius. 33. Eiusdem interpretatio. 34. De-  
dedititius ut peregrinus testari non poterat. 35. Quis sit libertas Dedititius.  
36. Quasi seruire reputati fuerant. 37. Explicatur Cicer. in Topicis. 38. Et  
Cornel. Tacitus. 39. Et Tertullian. apud quem subverbusti qui. 40. Dedititio-  
rum libertorum origo à populis Dedititij, ubi exemplum deditio Colla-  
tini. 41. Dedititij liberti secundo manumiscebātur ex iusta causa. 42. Ma-  
numissores aliquando renocabant in seruitū. 43. Dedititius nullus in or-  
be ciuitatis ciuis esse poterat, à num. 44. Liberus sequitur domicilium & originem patroni. 45. Dediti hostibus sae am ciuitatem amittunt. 46. Subillis  
ratio contra testamēta Dedititij. 47. Ut iure gentium quis frui possit, & li-  
ber esse debet. 48. Et commorari in aliqua ciuitate. 49. Iterum fragmentum  
Ulpiani resumitur in altera eius parte. 50. Genitiui possessionis tuis, & vir-  
tus. 51. Cassiodorii locus pro peregrinorum testamentis expenditur, & de-  
claratur. 52. Et constitutio Friderici in Authen. omnes peregrini, &  
commun. de succession. 53. Cuiacij, & Connati sententia, negantum te-  
stamenti factiōnem peregrinis, reiicitur. 54. Obses quis, remissione, distat lo-  
ge à peregrinis. 55. Deportatus iure gentium potest testamentum condere cō-  
tra communem, & quando. 56. Ciuis est in insula designata. 57. Expendi-  
tur l. cius 8. §. 1. D. de testam. 58.

  
**E** deportatis non paruu commentarium conte-  
xiimus, quo forte adse-  
quuti fuimus deporta-  
torum conditionem, &  
statum, & fideicommissorum natura,  
dum ergo istam antiquitatē erimus,  
& disquirimus, subiecimus fundame-  
ta, quibus innixi, leuiori pede translibi-  
mus peregrinos, quos fideicommissio-  
ne posse conamus. Audiamus ergo pe-  
regrinos, quisibi fideicommitendi po-  
testatem vindicant, & primo cōditio-  
ne nem corum intelligamus. Peregrinus

in iure nostro, & in P. Romano diceba-  
tur ille, non qui ciuis peregrinabatur  
Romanus, sed qui alienigena erat, nec  
in numero ciuitum relatus, nec prī-  
legiis P. Romani fruebatur, l. i. C. de  
hered. in institut. l. sed si 6. §. solemus e. D.  
eod. iis. l. 2. 6. post aliquot 28. D. de orig.  
iur. Ulpian. iis. . . §. 4. & iis. 22. §. 1. latè  
Cicer. in oratione pro P. Sylla. & de ami-  
cit. in q̄, ciues potiores sunt, quā peregrini,  
& propinquus quam alieni, idem lib. i.  
de oratori sum omnino quid suum, quid  
alienum, quare denique ciuis, an peregrini,  
seruus an liber, quisquam sit ignores,  
insignit

in signis sit impudentia. Sed plora idem Princeps orator de peregrinis egit in oratione pro Archia Poeta, qui reus peregrinitatus factus est. Et in oratione pro L. Cornelio Balbo, quæ idem argumentum habet. Plutarch. in Moralib. de exilio: neque est exul, vel hospes, vel peregrinus quisquam, ubi idem est ignis, aqua, aer, explicat Calvin. Hotoman. Verrucius, & alij in suis lexicis, Gothofred. in dict. l. 1. & P. Gil Ken. à num. 1. et seqq. Franc. Connan. lib. 9. commen. iur. ciu. cap. 4. num. 6. A. Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 15. Barnab. Brisson. lib. 1. select. cap. 13. Pacirol. lib. 2. Thesaur. var. lect. cap. 7. & cap. 64. noster, nunquam satis laudatus D. Ioan. Solorçan. lib. 3. de insularum gubern. cap. 19. num. 50. sed hoc melius Græci uno expresserūt verbo, ἀπόλιτος, idest, qui sine urbe est, & sic Lucian. eleganter in libris de historia ζεύος ἀπόλιτος ἀντίθετος αἱρετούτος, dixit, hospes sine urbe, qui suis legibus vivit, & sine Rege est, (quo etiam verbo, ἀντεγόνος ut sest Illocrates in Platone. o. γοι δε τέτεμεν εἰς ἀπαραι τοῖς προσβιαις ὑπέρ τῆς ἐλευθερίας, ἢ συντελεῖται ἐποιεύτο τῆς λογίας, isti autem in omnibus legationibus nil nisi libertatem, nisi leges singulis visitatis iactabat) quod & acuisserunt Iuris Consulti in l. 1. §. 2. D. de legat. 3. & in l. suis quidam 17. D. de pœn. vt magis suam sententiam exprimerent.

Hinc est, quod Iuris Consulti de portatum ad peregrinitatem reduc dicant, vt significant, non ciuem esse, iura que suæ ciuitatis amittit, & tanquam peregrinum esse, l. sed si hac lege 10. 9. sed si per pœnam 6. D. de in ius vacand ibi: Sed si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, dict. l. 1. 9. h. quibus 2. D. de legat. 3. ibi: Cum sint ἀπόλιτοι, idest, exorres, dict. l. sunt quidem 17. §. 1. D. de pœnis, item quidam ἀπόλιτοι sunt, hoc est, sine ciuitate, ut sunt in opus publicum perpetuo dati, & in insulam deportati, l. 1. C.

de hered. instituend. ibi: Tanquam peregrini, sic intelligo Vlp. tit. 17. in principio, ibi: Vel legatarius ante apertas tabellas decessit, vel perageretur. etus sit, optimo Vlpius in t. sed si c. S. solemnis, D. de hered. instituend. ibi: Ut puta ciuius Romanus heres scriptus, viuore testatore, vel actus peregrinus, mox ciuitatem Romanam peruenit, Gaius lib. 1. inst. tit. 6. homo peregrina conditionis effectus, & Cornelius Tacit. lib. 3. ibi: Gratias agenti, ob fratris exulis restorationem, Syllano patribus coram respondit Tyberius, se quoque latari, quod frater eius ex peregrinatione longinquare uertisset, Cicero. Tuscul. quest. lib. 5. iam vero exilium, si rerum natura, non ignominiam nominis querimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Plutarch. ubi sup. de exilio. Neque enim multos esse reor Sardianos, quæ sortem tuam, vel cum exilio precepisti, quos non paeniteat ita peregre viuere, bene I-socrates ubi supra in Panathenaico, loquitur de exilibus. τῶν ταῖς τοῦ ἡμεριποὶ τοῖς δυσυχεστέροι τοῖς, ἢ πολεμεῖς, ἢ πάρεπας, ἢ χρηματοῖς εἴη μήτε στρατιώταις, περιτοιχοῖς τοῖς αθαυκοτάτων ονόμασιν τοῖς εὐτελεῖς κληταῖς, ἢ πολεμοῖς καὶ διστικούμενοι απορουντέσποι τραπεζοῦσι, &c. Quos etiam nobis miseriores quisquam inueniat, qui & urbe, & agro, & opibus uno die spoliari, rebus omnibus maximenecessarijs aque omnes destituti errones, mendici, facti sumus, ignorati, quò nos convertamus, &c. inde apud Nonnum dicuntur μέταποδας επαπλανεῖται, idest, exiles monte uagi, noster Statius lib. 1. Thebaid. loquens de Polynice, sic intelligendus est, quæ quasi deportatum ab Eteocle intelligit. Interea parvus olim vagus exalaboris. Oedipouianizans furcam desertapor erat ab Aonia. Et infra lib. 2. de eodem, stani raudip, et Vi vagus ille dñs passus que hand digna per urbes. Ignoras, pastæ tandem succederet an- la. Sic

Sic intelligendus Ouidius 1. de Ponto

eleg. 1.

Si varat, hospitio peregrinos Brate libellos

Excipe, dumque aliquo quolibet abde loco

Peregrinos dicit, quia ipse deportatis erat, & lib. 1. Trist. eleg. 1.

Nec te, quod venias magnam peregrinus in urbem

Ignotum populo posse venire puta  
Et passim in libris tristium, & de Pon-  
to: consule P. Gil Ken. in dict. l. 1. numer.  
12. Brison. 1. select. antiqu. cap. 13. P. Fa-  
brum lib. 2. sem. cap. 12. Robert. 3. sent.  
9. & alios supra datos.

Ex his explicò in Claudio, Sueton.  
cap. 16. Splendidum virum, Græcia que  
4 provincia Principem, verum latini sermo-  
nis ignarum, non modo albo iudicum era-  
st, sed etiam in peregrinitatem rededit,  
& ut ego intelligo, exuit Græcum ho-  
minē iure, & priuilegio ciuitatis Ro-  
manæ, & ut peregrinum reliquit in  
ea, non sane ab ea deportavit. Causa  
ergo indignationis Cæsar is ea fuit,  
quod splendidus vir, & ciuiis Roma-  
nus, iudexque linguam Romanam ig-  
noraret, non sane ea causa deportatio-  
nis fuit, sed indignatio iusta, ut erade-  
ret ab albo iudicum, & ciuium Roma-  
norum numero, cum multa iudices e-  
dere deberent latino idiomate, non  
Græco, multi que actus non nisi lati-  
5 no sermone concipi possent, cuius lin-  
guæ ignorâs iudex percalere non pos-  
set, quod quamvis sit res, quæ maiore  
cognitionem exposcit, accipe nunc à  
nobis, quæ ad manum pro sententia  
Claudi sunt: i decreta 48. D. de re iud. l.  
fidescomissa 11. D. delegat. 3. Vlpian. in  
fragm. tit. 25. §. item Grati. Nouella  
Theod. de testament. in fin. l. 12. C. desen-  
tent. & interl. Rebard. lib. 4. var. cap. 2.  
Pichard. in prælect. ad l. 1. D. de leg. 1. ca-  
pit. 3 à num. 13. Mancius ad vers. utrum  
autem, inst. de verbis obligat, & in §. 7.  
inst. de fidei usor. & in tractat. de fidei us.

cap. 4. à num. 40. Adrian. Turneb. libr.  
21. aduers cap. 11. Si hæc propter ita  
pronunciant Claudio, & nunc à Co-  
sultorum numero multos eraderet,  
qui à πατέρεσσος, & prorsus non solū  
iuris ciuiis, sed lingue latine hospi-  
tes, & peregrini grauissimo iuris Con-  
sultorum titulo condecorantur, & a-  
liquali iuris patrij notitia, quod tu-  
multuarie capiunt, ambient sibi do-  
ctissimorum nomina, & ventosi infla-  
tum: ita ut nec veneranda nomina Cu-  
iacij, & Fabri ferre queant, sed ad eius  
laudes caperent frontes, & corrugent  
nares vilissimo despe eti iuris prudé-  
tiæ Heroum, sed qua muis isti mihi cō-  
cinnatores intolerabiles sint, dum ista  
iactor fortuna, ægre ad modum inui-  
tus sufferam.

Peregrinus ergo erat qui quam-  
vis Romæ esset, non iure fruebatur ci-  
uitatis Romanæ. Hinc proueniūt mul-  
ta in nostro iure ciuili, quæ extant pe-  
regrinis prohibita, exutis veluti ciuili  
iure Romanorum. Primo in institu-  
tione heredis, cum peregrinus institui  
non posset, l. sed si 6. §. solemus a. D. de  
hered. inst. l. sed si accepto 32. D. de iur.  
fisc. Vlpian. in fragm. tit. 17 & tit. 22. §.  
2. & antea tit. 20 §. 14 l. Eunomianis 36.  
C. Theod. de heretic. l. 1. C. de hered. inst.  
quod axioma certissimum fuit apud  
Alciat. lib. 1. parerg. cap. 15. Brison. 1. se-  
lect. cap. 13. Vigilam in § fin. inst. de he-  
red. inst. num. 3. & 4. Misinger. num. 3.  
Duaten. An disp lib. 1. cap. 9. Donel. 6.  
comm. cap. 17. & ibi Osuald lit. M. eun-  
dem Donel. Gothofred. Cuiac, & om-  
nes in dict. l. 1. C. de hered. inst. Cuiaciū  
in l. 3. & 32. D. de iur. fisc. A. Fabrum  
in rationali l. 7. D. de legib. Pancirol. in  
Thesaur. var. lib. 2. cap. 7. Amay. in l. 4.  
C. de iur. fisc. num. 25. Connan. libr. 9.  
com. cap. 4. num. 7. P. Fab. libr. 2. Sem. cap.  
13. Pichard. in princip. inst. de hered. in-  
stituend. 1. num. 11. Marcel. Donat. in  
dilucidat. ad Suet. in Aug. cap. 40. nam  
cum testamentum iuris ciuilis sit, &  
insti.

institutio heredis, quæ à potestate 12. tab. prouenerunt, non poterat peregrinus capere, qui ciuis Romanus non erat, testamenti enim factio cum solis ciuibus dabatur Romanis, l. 1. D. ad l. Factid. Vlpian. infra fragment. supr. l. sed si accepto 32. D. de iur. fisci, in qua obliides, ut possint institui heredes, debent accepto vsu togæ, ciues Romani existere, quod ex ornare poteris illis omnibus, quæ quatuor præcedentibus capitibus indeportato diximus. Errat sa- ne GilKenius, qui absoluente scripsit in

7 commentario ad l. 1. D. de hered. inst. à num. 12. cum sequentib. peregrinos exteriores, qui deportati non erant, capaces esse ex ciuiis Romani testamento capiendi legatum, & hereditatem, dece- ptus l. extraneum 11. C. de hered. inst. l. quidam 46. D. eodem tit. 9 fin. inst. eod. quia non loquuntar de peregrino nō ciue, & qui incognitus erat testatori, extraneo sane, vel à familia, vel quia peregrinabatur ciuiis adhuc, cum pere- grinatione ciuitas nō amitteretur: sed

46 ultra omnia insignis est Ciceronis locus pro Archia poeta, defendantis eum ci- uem Romanum esse, & inter alia ar- gumenta hocdat, & testamentum sœpe fecit nostris legibus, & adiit hereditates cunctum Ramanorum, ad quæ verba sine dubio erubesceret GilKenius: & sic interpres dati optime resoluunt, pe- regrinantem ciuem institui heredem posse, non vero peregrinum non ciue. Anvero post constitutionem Anto- nini (quæ refertur in l. in orbe Romano, D. de stat. hom. quam & nos lib. 5. infra illustramus) qua subiecti imperio ci- ues Romani esse eti sunt, possent insti- tui omnes subiecti imperio heredes, id magis ferrem, licet res sit, quæ sepius exposcit cognitionem. Vide tamen Pancirol. lib. 2. variar. cap. 7. Donel. 6. com. cap. 5. Pichard. dict. princip. inst. de hered. inst. num. 13. & quæ nos infra d. lib. 5. notamus; sed peregrini, & alienigenæ ante constitutionem Antonini

non ciues Romani, aut post eā nō subi- cieti imperio, non capere poterant ex testamento, quod magis ex sequenti- bus apparebit: præter quod l. 1. C. de hered. inst. GilKenius expresse con- vincit, ut optimè expendit Donel. à num. 1. in comm. ad eam: cōducit l. sape 17. D. de rito nupti. Vt pote ex testamento peregrinus succedere non poterat, sic nec abtestato, quia lege 12. tab. ea de- ferebatur successio, Vlpian. in suis inst. tit. 26. Caius lib. 2. titul. 3. quod latius præscripsimus supra cap. 10. à num. 19. cum sequentib. dum eam successionem & deportato denegamus, nam si cum lege illa antiqua post suos agnati pro- ximiores vocarentur, necessariū fuerit, Senatus Consulta Orphitanum, & Tertillianum, quibus mater ad succes- sionem filij, filius ad matris, admitten- rentur, ut bene declarat Vlpian. & Gaius supra, & integri tituli in his succes- sionis compositi: videoas quæso, si tan- ta religio in successionibus abintesta- to dabatur, qualiter peregrinus tota ciuitate nudus succederet. Civilior (si 10. alte introspicimus) abintestato succep- sio erat, quam testamentaria: nam il- lam ipsam lex sua absoluta potesta- te deferebat, sine facto alterius, & sine periculo retentionis, testamentaria ex voluntate testatoris ex inducta potes- tate à lege proueniebat, & quamvis il- la lege obuenire dicatur, tamen inge- tem partem ab hominis factodesumit, in quo periculum fruendi, si à iure des- ciuit, quæ subtilitas ratio coagit Cō- sultum Vlpianum respondere in l. lege 130. D. de verbis significat. testamentaria successionem lege obuenire, & sententiam eorum refellere, qui im- proprie prouenie adscrebant, in quo verus legis ntitutus sensus: nunc audi e- legantissimum Ciceronis locum pro Cacin. num 74. cuncta nostra appro- bantem. Mihi credite, maior hereditas venit unicusque vestrum in ipsis bonis à iure, & à legibus, quam ab ys, à quibus

illa ipsa bona relata sunt, nam ut perniciat ad me fundus, testamento aliquius fieri potest: ut retineam, quod meum factum sit, sine iure civili non potest: si ergo peregrinus non accipere ex testamento valet, in cuius successione minus ciuileius splendor, tantumque iuris gentium mixtum sit, ut praenotauimus si <sup>pra</sup> cap. 11. à num. 20. tantumque voluntatis factum gubernet, qui ab intestato succedit cuius successio tota (ut sic loquar) defeccta est ab alio iure, & in brachio legis solo, & ciuiti iure persistit?

Eadem ratione peregrinus Romanus ciuis rem usucapere non poterat, quia lege antiqua 12. tab. introducta est fuerunt usucapiones, forte in his verbis (ex Balduino l. 9. apud eum) usus & autoritas fundi biennium esto, ceterorum rerum usus annusesto. Cicero in oratione pro A. Cecina, num. mihi 4. lex usum, & autoritatem fundi iubet esse biennum, & infra num. 74. Fundus à patre relinquimus potest, at usucatio fundi, hoc est finis, sollicitudinis, ac periculi littum, non à patre relinquitur, sed à legibus. Idem in Topicis ad Trebat. num. 22. quod in re pari valeret, valeat in hac, qua pars est, ut quoniam usus autoritas fundi biennium est, sit etiam adiunctorum. Sic intelligendus Iustinian. in principio inst. de usucap. ibi: 2. Iure ciuili constitutum fuerat, id est lege 12. tab. ut alias Cicer. loquitus fuit d. orat. pro A. Cecin. tractans legem istam 12. tab. subiicit. Aquaductus, haustus, iter abus. à patre, sed rata autoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur, ius enim ciuile pro lege 12. tab. accipitur plerumque si te bonis 10. C. de iure de lib. l. fin. C. de hereditat. vel act. vend. ad iunctal. heredes 25. §. idem iuris 13. D. famil. hercsc. quod iam obseruavit Gothofred. dict. l. 10. & interpretes dict. princip. inst. & nos alibi. Si ergo usucapiendi potestas à lege 12. tab. proueniebat, mirum non erit, si prohibita peregrino fuerit usucapio, ut prædicta

coeruerit Brison. lib. 1. select. cap. 13. Cuicidius in commentario ad l. 2. 3. 4. D. de verbor. significat. Cunr. Rittershul. 13 comm. ad l. 1. 2. tab. part. 2 classis 3. cap. 14. Franc. Bald. ad l. 10. 12. tab. Gothofred. ad dict. l. 1. C. de hered. inst. & innotis ad fragmenta 12. tab. tit. 23. Siginus lib. 1. ciuium Roman. cap. 11. Sane expressa fuit 11. tab. lex, quæ usucaptionem peregrinis prohibebat, secundū Balduin. sic: aduersus hostē eterna autoritas esto, 13 nam hostis ibi pro peregrino accipitur, interpretante Cic. 1. officior. numeri 37. Hostis enim aquam aiores nostros id dicibatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant enim duodecim tabulae, aut status dies cum hoste, itemque aduersus hostem eterna autoritas, & colligitur ex dict. l. quos nos 23 4. D. de verbor. significatio vbi Cui. obseruavit, & Alberic: Gentilis: atque Rittershul. Gothofred. Balduin. vbi proxime, Rosin. lib. 8. antiqu. Rom. adl. 12. tab. cap. 24. Brison. dict. cap. 13. Caluin. in lexico. Non sane ad usucaptionis ordinariæ prohibitionē circa peregrinos, hæc certa, seu specialis lex necessaria erat: nam certa iuris ratione peregrini usucapere non poterat, sed lege illa prohibita peregrinis fuit eterna usucapio: ita ut quamvis longissimo, seu eterno tempore ciuius Romani peregrini possederent rem quamcumque, non capiant usum. Addo alterum exemplum incapacitatis peregrinorum iuris ciuilis: id sicut innuptijs: nam legitimas, & iustas soli ciues Romani; non veroperegrini contrahere poterant. Vlpian. in fragment. tit. 5. Connubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis, cū Laetiis autem, & peregrinis, ita se concessū. Sic intelligendus Quintilianus declarat. 306. Non omnibus premium debetur (loquitur denupijs) non petet seruus, nō petet peregrinus. Tu hanc afferendo matrem, incertus te patentibus esse, confessus es. apertissime Seneca lib. 4. de benef. c. 35. Promisisti filiam in matrimonium postea

postea peregrinus apparuisti, non est mihi  
cum entrance connubium. Hæ sunt ius-  
tæ nuptiæ apud Iustinianum in prin-  
cip. inst. de nupt. & apud Macrob. lib. 1.  
Saturnal. c. 6. iusta mater familias, quod  
sane Augustus anxie curabat, ut à verbis  
Suetonij in eo, colligimus, cap. 40. Ma-  
gni præterea existimans syncerum, atque  
omni collusione peregrini, ac seruiles san-  
guinis incorruptum seruare populam, sic  
condocent ordinarii, interpres dicit.  
princip. de nupt. P. Martin del Rio in 2.  
commentar. ad Senec in Medea v. 115. P.  
Erodius in notis ad declamat. d. Quint.  
Brison. lib. 1. seleet. cap. 1. & de ire iō-  
nub. fol. m. 6. Guid. Panciroli. libr. 2. var.  
cap. 7. Sigo. lib. 1. de iur. ciu. Rom. cap. 9.  
Fran. Connan. commen. lib. 8. cap. 6. no-  
mer. 1. Marcell. Donat. in dilucidat. ad  
Sueton. dict. c. 40 August. Forte ex hoc  
more P. R. hanc Turni quærelam dat  
Virgil. 7. Aeneid. v. 579.

Teucros que in regna vocari,  
Stirpem admisceri Phrygiam, se limis-  
pelli.

Et Terentius in Adria act. 1. Scen. 1.  
Veni Chremes postridic ad me, clam-  
tans,  
Indignum facinus, comperisse Pamphi-  
lum  
Pro uxore habere hanc peregrinam.  
Et act. 3. Scen. 1.

Quid hoc?  
Adeoni est de mens ex peregrina? iam  
scio, ab  
Vix tandem sensi stolidus.

Et infra.  
Hiccine me si imperatum in veris nuptijs  
Adortus es, quos mihi ludos reddere?

<sup>16</sup> Imò peregrinæ mulieres meretrices  
nuncupabantur, & meretricum habe-  
bantur loco, sic insinuat Terentius in  
his locis, & obseruavit Donatus ad Te-  
rent. d. act. 1. Scen. 1. & d. act. 3. Scen. 1.  
qui acute expedit eundem Terentiū  
in Eunuch. act. 1. Scen. 2.

Th. Samia mihi mater fuit: ea habita-  
bat Rhodi.

Pa. Potest taceri hoc. Th. ibi tum matr̄  
paruolam.

Puellam domo quidam mercator dedit  
Ex Attica hinc abruptam. Pa. Ciuem ne  
Arbitrari

Certum non scimus.

Quasi digito in his verbis meretricē  
connicuſtus ē Samiam designat. pu-  
dum sane Thais dicere matrem suam  
meretricē esse, Samiam dixit, & ha-  
bitante in Rhodi: & puellam à merca-  
tore dono accepisse. idē alter respō-  
dit, potest taceri hoc, sic intelliges eun-  
dem in Phorm. act. 2. Scen. 3.

Iane tandem quæso, item ut meretricē  
vbi abusus sis

Mercedem dare lex iubet ei, atque amit-  
tere?

An, ut nequid turpe ciuis in se admitte-  
ret

Propter egestatem.

Vbi iterum Donatus obseruat, expen-  
de eundem Terent. iterum in Phorm.  
act. 3. Scen. 3. sic etiam intelligo Horati-  
um lib. 3. od. 3.

Ilion Ilion

Fatalis incestus que index

Et mulier peregrina veritatis

In puluerem

In odium, & admiracionem peregrinam  
dixit, id est meretricem ex patrio  
mōre. Agnoscent antiquitatem istam  
Donatus in locis datis, Martin. del Rio  
in 2. com. Seneca in Med. v. 115. Janus  
Meller. Palmer. in specileg. ad Andriam  
Terentij fol. m. 830. eruditæ Titaq. in ll.  
connubialib. 1. o. glos. 1. part. o. à numer.  
34. Frid. Taubm. ad Plaut. in Trucul.  
act. 2. Scen. 2. fol. mibi 118 4. nam quā  
vis Connan. 7. com. cap. 6. num. 1. videa-  
tur sentire contrarium in 1. Terentij  
loci in Andria act. 1. Scen. 1. & refelle-  
re Donatum, tamen si videret loca cœ-  
tera, forte in hanc sententiam iret: nā  
vt inquit Tiraznell. quid magis pudici-  
tia fœminarum obflare poterat, quā  
hinc inde vagari, & peregrinari: non  
equidem omnes peregrinæ meretri-  
cian

cum loco hiberi poterunt, cum iustis rationib. & commorari Roma, alias que peragrari ciuitates in causa habebant, sed hoc negari non poterit, quim peregrinantes male audiant, & caratione possint meretrices appellari peregrinæ, cum alijs leges mulierib. commendent recessus domesticos, & publicorum communionem damnent Cicero lib. 1. in Verrem. *Cur prudensissimasque fæminas in tantum virorum conuentum in solitas iniustasque prodire cogis. Insignis est locus Suetonij in Augusto c. 74. quæ rogo videas, & familijs comedentes relege, quæ sup. lib. 3. scripsimus, e. 12, & n. 15.*

<sup>17</sup> Ex quibus omnibus secure percipimus Callistrati responsum in l. de iure 37. § fin. D. ad municipal. in quo mulieres, quæ se illegitimo traddiderunt matrimonio, non ciuitatis, ex quibus eius mariti sunt muneribus funguntur, sed sive propriæ ciuitatis, nam quamvis aliqui de meretrici responsum acceperint, quorum sententia optime proxime dictis confirmari possit, tamen a parte Consulius de peregrina loquitur nuptia cini Romano: ideo vocat non legitimum matrimonium: nam si concubinatus esset meretricius, nec illiciti matrimoniij nomine Consul designaret: dubitandi ea ratio fuit: nam cum vxor legitimo matrimonio in forum, & domicilium mariti transeat, l. famina 8. l. nuptia 12. D. de Senator. l. 1. §. si vir, aut vxor, D. ad Seuatas Consulium Syllanianum l. penult. D. de iurisdict. l. exigere 65. D. de iudicij, l. si in patria, C. de incolis, Acciprissi in l. domicilium, D. ad municipal. latè Tiraquel. in connubialib. l. 1. glos. 1. part. 1. numer 28 & 33. Conar. in epitom. lib. 4. decretalium 2. part. cap. 7. §. 1. numer. 6. 7. & 9. Velasco de priuilegiis miserabilib. personar. quæst. 3. numer. 203. Anton. Pichard. in praetation. ad titulum, D. delegat. cap. 18. numer. 12. &

latissime in disputat de nobilitat. comunitas ex numer. 15. D. D. Francisc. Salgad. de retention. bullarum a. part. cap. 33. numer. 74. Curi Holan. dict. decision. 5. latè etiam D. Ioann. Bapt. Larrea tom. 2. decision. Granaten. disputatione 63. per totam (qui innumeros annos referunt) Cuiacius in commentario ad dict. l. penultim. de iurisdictione. item hoc tributum fuit legitimus matrimonio, non vero contracto contra leges populi Romani, ut inquit Macrob. dict. lib. 1. saturn. cap. 6. Cum his perpende sententiam Alciati in l. cunctos, C. de Summa Trinitat. qui contrarium sentire videtur. Nec ista indigna populo Romano censi debent, cum & Atheniensium Republica, à qua suas leges desumpserit Roma, nuptias cum peregrino prohibuit, nec legitimum filium habuit, nisi procreatum ex patre, & matre Atheniensibus, ut testis omni exceptione maior est Demosthen. in oration. contra Ner. & Themistius oration. 1. Plato libr. 6. de legibus, Aristotel. libr. 3. Polis. cap. 5. & prenotarunt Francisc. Connan. libr. 8. commentarior. cap. 6. numer. 1. D. Gothofred. innooss ad fragmenta. Vopian. titul. 5. sic etiam Thebani peregrinas nuptias reprobavunt, ut optimus locus est apud Euripid. in Phœnix. vers. 340. cum sequentibus, & aliæ gentes, quas mihi longum esset dare, sat erit, execrari, & maledici cum peregrino nuptias apud Senec. in Medea V. 115.

Tacitis est illa tenebris  
Si qua peregrino nubit fugitiva mari-

to.  
Et hoc per rationes, quas ele ganter perorat Themist. & describit Plato, ubi proxime, tu vide Alexand. ab Alexand. libr. 4. dict. gen. cap. 10 Alciat. libr. 1. parerg. cap. 14. D. Gothofred. in notis ad Cicer. libr. 3. officior. num. 47. & quæ scribo infra libr. 5. cap. 8. & num. 16.

- Plura alia exempla facile adderem, ut magis per nosceremus, quantū iuris civilis peregrini expertes essent: sed quae maior religio, siue dura animadversio in eos, quam Claudi⁹ constitutio apud Sueton. in eo cap. 25. qui peregrine conditionis homines retinuit usurpare Romana nomina, dum taxat gentilitia, à quo desumpsit Alexand. Neapolitan. dicit. cap. 10. Nec hæc iuris communio cum peregrinis leui manu in populo Romano prohibita erat, sed capitalis erat pena præscripta aduersus peregrinos, ciuilia iura usurpantes, & se tanquam Romanos ciues gerentes, sic sane speciali edito sancuit Claudio⁹ apud Sueton. dicit. capit. 25. Cinitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit, sed multo ante lex Licinia, & Mutia lata fuit aduersus peregrinos, qui se pro ciibus gesserant, vt refert Appian. libr. 1. Cicero lib. 3. officior. & ex alijs Caluin. in leg. Roma. Marcell. Donat. in dilucidatione ad Sueton. cap. 40. & alijs legum Romanarum compilatores: unde criminationes profluebant peregrinos aduersus, qui se ciuitati, tanquam ciues ingerebant Romanæ, vt passus fuit Archia poëta, & L. Cornelius Balbus, pro quorum defensione elegantissimas perorauit orationes Princeps ille eloquentie Tullius. Hi autem peregrini dicebantur peregrinitatis rei, Sueton. in Claud. cap. 15. peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatum ne an palliatum dicere causam oportet, quasi aequitatem integrum ostentans, mutare habitum saepius, & pro vi accusaretur, defendetur ne iussit. Aduocati autem contentione aliqua præluserunt in causa a reus peregrinitatis togatus, vt ciuis Romanus; palliatus, vt pote Græcus, aut peregrinus in iudicio stare deberet, sed supinitate maxima Claudio⁹ alternabat vestimentum, quando a-

ctoris, seu accusatoris aduocatio de-tonabat, pallio vestiebat, quando ip-sius rei defensio succurrebat, toga: & id magna æquitatis ostentatione, sed insipientissima, cū mea standi ratio ad-mitti debebat à iure possessionis, in qua tempore delationis steterat reus. Vide tamen Brison. lib. 1. selectarum, cap. 3. Alciatoum libr. 1. Parerg. capit. 14. in fin. Philipp Beroald. ad Sueton. ibi. Denique sisto, addens, Crassum, & Scænolam Consules specialem tulisse legem, ne pro ciue peregrinus se gereret, sic testificatur Cicero 3. officior. numer. 47. Nam esse pro ciue, quæ ciuis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissime Consules Crassus, & Scænola, usq; vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est, eam sane legem Claudio⁹ maiori severitate firmauit.  
Hæc præstitimus exempla, vt illis apertius cognosceretur, quanto peregrini iuris civilis expertes sint, & vt illa possint aperire viam quæstiōni nostræ de potestate testandi, & fidei committendi peregrinorum: post constitutionem autem Imperatoris Friderici secundi de statutis, & consuetudinib. S. omnes peregrini, à quo desumpta fuit Authentic. omnes peregrini, C. communia de successionibus, & nostra patria. 2. titul. 2. libr. 5. ordina-ment. quibus specialiter testamenti facio peregrinis, & aduenis datur, & qualiter possint, vel non testari de bonis in extraneo territorio, seu regio-ne manentibus, quod copiosse dispu-tarunt interpres, quos referunt Didacus Perez de Salamanca dicit. 1. 2. ordinamen. Spino in Speculo testament. 3. part. rubr. numer. 5. Rebuf. ad consti-tution. Regias in proœm. glo. 5. num. 82. Mench. de succession. creat. §. 11. n. 65. & §. 24. numer. 4. Valent. Forster. de successionib. lib. 1. cap. 25. numer. 2. An-ton. Gomez in l. 5. Tauri numer. 2. Aze-ued.

ued.in l. 4. tit. 4. lib. 4. Recopilation. num.  
15. 1. Paponius lib. 5. titul. 2. articul. 2.  
cum sequentibus , latissime Renatus  
Choppin de domen. Fran. lib. 1. titul. 2.  
per sonam, Francisc. Connan. lib. 9. com-  
mentarior. cap. 4. numer. 7. Id sane nos  
non disquirimus , hos sicut consulat,  
qui volunt illud pernoscere ; nunc  
26 sane nostri officij est, praemittere , si  
peregrinus homo è media iuris pru-  
dencia posset in re civili testamentum  
codere, & fideicommissum relinque-  
re. Quoad testamentum negant Fran-  
cise. Connan. dict. cap. 4. numer. 7. Bri-  
son. dict. lib. 1. selectar. cap. 13. Pancirols.  
in thesaur. variar. lect. lib. 2. cap. 7. Dua-  
ren. in commentar. ad titulum , D. ad l.  
Falcidiam, capit. 1. Anton. Pichard. in  
princip. institut. de hered. instituen. Cu-  
iacius in l. Diuus 3. D. de iure fisc., ne-  
gant sane peregrinum iure ciuili tes-  
tamentum condere posse: ex his duo,  
Francisc. Connanus, & Cuiacius, quia  
fiscum heredem peregrinushabet, cæ-  
terquia omnino iuris ciuilis incapax.  
Sed omnia in contraria sententiae in-  
runt A. Alciat. in l. cunctos, C. de summa  
Trinit. num. 25. & 28. & in l. inter claras,  
C. eodem, num. 16. & 17. enixe Pet. Gil-  
Ken. in l. 1. C. de hered. instituen. à num.  
13. cum sequentib. defendantes iure ci-  
uili peregrinum testari posse. P. Faber  
autem 2 se mest. cap. 13. ad testandi fa-  
cilitatem peregrinum admittit, sed iu-  
re gemitum, nulla ad id ratione, aut res-  
ponso addito, & latet a valde, si erudi-  
tus vir serius eam sententiā firmasset.  
Ego sane peregrinum testari non pos-  
se iure ciuitate recta iuris ratione diu-  
dico; nam cum peregrinus ciuis Ro-  
manus non sit, non video qua ratione  
possit iure ciuili testari: nam cum om-  
nia ciuilia iura ei abnegata sint, vt ab-  
unde probauimus, eadem ratione nec  
testamentum condere: nam quamvis  
nullum detrimentum cæteros inse-  
quatur ciues, quod peregrinus testa-  
menti potestate ciuili fruatur (quæ ra-

tio apud Alciatum prævaluit) tamen  
sic iura ciuilia comparata solum ciui-  
bus sunt, quod soli ipsi debeant illis v-  
ti, id sane priuilegium ciuitatis est, nā  
alias si iura ciuitatis omnibus commu-  
nia essent, nullus esset qui numero ci-  
uium censeti vellet ad onera, ad bella,  
ad tributa, & sic plena aduenis , & pe-  
regrinis ingens ciuitas Romana ene-  
teretur facileme, si nullus esset, qui iu-  
re ciuili posset compelli onera subire  
ciuilia. Si enim legitima matrimonia  
peregrinis interdicta erant (vt proxi-  
mescipsum) cum tamen tantum po-  
pulus Romanus nuptijs studeret, pœ-  
nis, & præmijs ciues cogens suos, quis  
hoc iure perpenso iura testamento-  
rum audebit communicare peregrini-  
nis? Quid ultra? si nomina Romana  
ferre grauiissime peregrinis prohibi-  
tum fuit, hic scrupulus deterret men-  
tem ab ea cogitatione, dandi peregrini-  
nis testamentifactionem. Sed vt fir-  
memus ista magis, animaduerte, cap. 12  
& 2. legis Falcidiae in l. 1. ad eum tuul.  
insertum , & leges soli ciui Romano  
testandi indultam facultatem, & aper-  
tissime Vlpian. in fragmenis tit. 22. 9.  
14. congruit noua constitutio Frideric.  
dict. ambient. omnes peregrini, C. commu-  
nia de succession. & l. 1. C. de emancipate  
liber. & Cicet. in oratione pro Arch. poe-  
ta quem vt à peregrinitate exclude-  
ret, argumentum dat, Romanis legi-  
bus testamentum fecisse, quæ tu crimi-  
naris, nec ipsius quidem indicio eum in ci-  
uum Romanorum iure esse versatum,  
& testamentum sepe fecit nostris legi-  
bus.

Similiter nec peregrinus here-  
dem ab intestate iure ciuili Romano-  
rum habere poterat, quia eadem inca-  
pacitas ei obstat, vt illa perfrui le-  
ge posset, sic sentiunt Cuic. in l. 1. C.  
de hereditib. instituend. & in l. unica, C. de  
caducis tollend. ad finem, & in l. 32. D. de  
iur. fisc. Francisc. Connan. libr. 9. com-  
mentariorum , cap. 4. numer. 7. ea sane  
Ec 2 ratiō

rationem, quam longius digessimus,  
capit. 10. supra à numer. 19. & capite isto,  
numer. 10. vt ego intelligo ciuilem ab  
intestato heredem, ordine, & modo à  
lege ciuili præscriptio; at vero natura-  
lem ab intestato peregrino non dene-  
go heredem, cum & illæ successiones  
iure gentium comprobantur, l. si pa-  
ter 6. ibi & rei aquitas, l. scripto 8. §. 1. D.  
si tabul testament. nullæ ex tab. l. cum ra-  
tio 7. D. de bonis damnat. l. nihil interest  
50. §. 2. D. de bonis libert., l. Julianus 26.  
§. 1. D. si quis omisso causa testament. ex-  
presse Casiодор lib. 9. epist. 14. quem  
explicamus infra num. 42. Sic sane a-  
pud omnes gentes obtentum est, quod  
filii, & proximiores suis ab intestato  
succedantur: vnde quamuis apud Germa-  
nos nullum esset testamentum, admit-  
tebantur successiones ab intestato,  
Corn. Tacit. de moribus corum. Heredes  
tamen successores que sui cuique liberi:  
& nullum testamentum, si liberi non sunt,  
proximus gradus in possessione, fratres,  
patrui, auunculi, dixi supra cap. 13. num.  
9. vide GilKen. in l. 1. C. de hered. inst.  
num. 7. & 8.

Hæc cuncta in peregrinis circa  
ciuilia admittimus, & recta iuri ratione procedunt; sed quoad iura gen-  
tium longe diuersum ducimus: nam  
omnes iuri gentium contractus illis  
permitti sunt, vt in deportato supra c.  
10. probauimus, sic fideicommissum ca-  
pere ex testamento ciuiis Romani po-  
terat, quia cum fideicommissum iuri  
gentium esset totum in fidei præstatio-  
ne sistens, merito dicemus capere pe-  
regrinum posse, vt pote deportatum  
defendimus supra cap. 11. per totum, &  
ita in utroq; sic percipiebamus princip.  
inst. de fideicom. hered. & specificie in  
peregrin. Theoph. & Broxus, & An-  
ton. Pichard. ibi Duaren. in l. 12. §. re-  
gula, D. de leg. 1. Panciroli. lib. 2. Thes. va-  
riar. lect. 10. cap. 7. & alij institutionum  
interpretes dict. principio de fid. hered.  
Eadem met ratione adducor, peregrini-

28

num posse ab intestato fideicom-  
missum relinquere, iuribus, & fundamen-  
tis, quibus probauimus, idem pos-  
se deportatum facere, cap. 13. cui nihil  
habeo, quod insuper addam.

Sed fortissimum dabimus funda-  
mentum, si probauerimus peregrini-  
num iure gentium testamentum con-  
dere posse de rebus in populo existē-  
tibus Romano, & hoc de media juris  
prudentia: ita sane credo, quod ratio-  
ne legitima, & autoritate construe-  
mus. Considero Mehercle peregrinū  
hominem rerum omnium, actuū  
que cunctorum iuri gentium capa-  
cem esse, vt pote illum, qui plenissi-  
ma, & absolutissima fruatur libertate,  
nullo debili delicto, nullo præpedita  
impedimento: sic ergo est, quod om-  
nes contractus iuri gentium cele-  
brat, non quod illis effectus aliquos  
ciuilis iuri attribuamus, qui solum ci-  
uibus Romanis adseruantur, sed na-  
turales: ita vt viiliter ex illis contra-  
ribus agat, argument. l. si mandauero  
22. §. iscurus, D. mandati, vt latius præ-  
scripsimus supra capit. 10. & cap. 13. &  
cum testamentum intentione iuri  
gentium sit, vt plures capitibus præ-  
cedentibus præseruauimus, nullam  
æquam reperio rationem, qua pere-  
grino contractus iuri gentium liceat,  
& non eodemmet iure naturalis tes-  
tandi facultas. Nec ideo, quod pere-  
grinus homo, sine ciuibus solemni-  
tatis testibus, melioris conditio-  
nis indicari debet, quam Romanus  
ciuius: nam quamvis illius testamen-  
tum duobus, vel tribus testibus cons-  
tet, carebit sane privilegijs alijs, & fa-  
voribus, quibus legum iatores testa-  
menta Romanorum prosequuti fue-  
runt: non denique testamētū peregrini  
lex Falcidia, non Trebellianum gu-  
bernabit firmabitque, non actiones  
ciuiles eius ad implementum dabunt,  
sed solum iure gentium stabit, quod  
quidem effectus suos proprios testa-  
menta

mento illi naturali præstabit, utiles sane actiones, & exceptiones, l. iuris gentium 7. §. sed cum nulla 4. D. de patribus, vt in fideicommissis dicebamus, quæ cum non civilis, sed iuris gentium essent, non per formulam, non directam actionem demandantur, sed extraordinè, rei aliqua persequitione, scilicet vulni, & naturali, vt ex Consulibus Vlpiani titul. 25. & alijs præscripsimus *supra cap. 11. numer. 10.* Nec nonum est in nostro iure civili, quod actus aliqui in sua originali natura consistant, & ijdem etiam iure ciuilicestuti. In pactis lane id perspicuum est, quæ in mero iure naturali fidem præstandi recipiuntur in iure: & in stipulationem deducita, iuris omnimodo civilis sunt: & sic habent effectus varios: directas actiones stipulationes pariunt; nuda pacta exceptiones solummodo. Sic etiam testamenta: nam in ciue Romano iuris civilis sunt, in milite iuris gentium: sic alij contraetus in ciubus civitatem præseverant, in deportatis, & peregrinis nudum ius gentium, vi diximus c. 10. quid ergo legiūm obstat poterit, quomodo in peregrino naturale admittamus testamentum, & in ciue Romano civile, cum personatum qualitate, & discrimine legitima iuris ratio difformiter procedat, & constituant in eundem ciuili iure? Nec ideo, quod admittamus iuris gentium testamenta, poterit Romanus ciuis illo iure testari, cum licet peregrinis nam cum testamento ciuale publici iuris sit, l. 3. D. de testament. cuius rationem nos aliud exigimus *supra hoc libr. 2. capit. 2.* non poterit Romanus ciuis, nisi ciuili iure testari: secus peregrinus, qui cum ad illud ius publicum admissus non fuerit, non est quod ei aliquid imputari possit, quod iure gentium suam postremam mandet voluntatem: quid ergo quæso à doctis in peregrino rationis, aut capre dari poterit, quanontes.

tari possit iure illo naturali, quod proprium sibi commune illud gentium reseruavit: cum si ceteri contractus minus favorabiles ipsi reseruati sunt, multo magis, & piissima testandi facultas, quam in solitum fati inuenere gentes, l. 1. C. de Sacrosanct. Ecclesijs.

Cum his à recta ratione deductis, 32 accedo ad difficultimum Vlpiani fragmentum titul. 20. §. 14. quod in ascenda eius ratione, & mente, una & altera die animum nostrum vexauit: una quæque eius particula resistennia inceperit, & latinitatis regulis ex compositione opponere videtur. De testamento Deditiorum Consulius loquitur sic: Is autem qui Deditiorum numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quemadmodum nullus certe ciuitatis, sciens ut aduersus leges ciuitatis sua testetur. Hanc lectionem contestantur editiones omnes, vt apud Cuiac. Gothofred. I. Tislum: & Cuiacius: & sciens corrigit, & reponit *eis isti sit,* & illa aduersus 33 leges interpretatur secundum leges, quem consecrantur Gothofred. hoc in loco, Calvin. acerrime in lexico iuris verbo, aduersus: & Hotoman. quæ ipse referit; sed Robert. 2. recept. cap. 32. notatuit Cuiac. Nos sane sine vulneris medio, & tñ aduersus in sua naturali significatione accipiētes intelligemus Vlpianum, eruentes eius certissimam (nisi vehementer fallimur) mentem: sed ut fragmentum istud nostræ quæstionis adsumus, satis a parte Vlpianus peregrinum testari posse supponit, si quidem nec ut peregrinum testamentum condere Deditium docet. Sed cum subsequentibus verbis fortissime nostram sententiam repelles, aut saltim sententiā Cossutii definies: quod peregrinus testari possit de bonis, quæ in municipio, aut ciuitate suahaberet; & tunc iure municipali suæ ciuitatis, quāvis testamētū Romæ celebraverit, quæ sententia apud nostros inten-

pr̄tes receptissima fuit, vt colliges  
 ab Antonio Gomez Postorio, & alijs  
 supr̄annmer. 25 .congestis: nam ea ra-  
 tione inquit Iuris Consultus, Dedi-  
 titium testari non posse, vt pote pe-  
 regnūm, quia nullus certa ciuita-  
 tis ciuis est ( vt reponit Cuiacius) vt  
 aduersus id est, secundum leges ciui-  
 tatis suæ testatur: ideo ergo, legitime  
 inferimus, peregrinus testatur, quia  
 certam ciuitatem habet, & secundum  
 leges ciuitatis suæ testari possit, non  
 vero Dedititius, quia nec certam ci-  
 uitatem habet, nec secundam eius le-  
 ges ultimam voluntatem relinquere  
 possit. Hac sane sententia in abstra-  
 cto certissima est, sed tanquam vi, &  
 armis in fragmentum infertur Vlpia-  
 ni, quod docti ex sequētibus compro-  
 bant: longe aliter subtilissima Con-  
 sulti mens prouolauit, qui quidem al-  
 tissimam pr̄stat rationem, quare  
 Dedititius homo non possit testari, vt  
 35 pote peregrinus, & ratio in duas diui-  
 ditur partes, vna quia nullus certa ciu-  
 tatis, id est sit per ἔνδια 41, certū e-  
 nim est Dedititios libertos illos esse,  
 36 quipāne causa vincit̄ sunt à domino, qui-  
 bus vestigia scripta fuerunt, qui propter  
 noxam torti nocētis que inueniunt̄ sunt: qui  
 ve traditis sunt, vi ferro, aut cum bestijs  
 depugnarent, vel incusodium cōrelli fue-  
 runt, deinde quo quomodo manumis̄sunt, sint,  
 verba Vlpiani sunt in fragmentis titul.  
 i. §. 11. Hi sane serui propter repro-  
 ham conditionem, & infamiam ex de-  
 lictis contractam, quamvis à domino  
 manumis̄suerūt, ex legis Eliz Sen-  
 tiae constitutione non ciuitatem Ro-  
 manam adipiscabantur, sed nec ple-  
 nam libertatem, qualem Latini, imo  
 37 quasi serui dediti erant potestati do-  
 minorum; ita vt nec testamentam cō-  
 dere possent, imo dominum successio-  
 rem haberent, cumquidquid adquire-  
 rent, manumis̄lorum facerent, frag-  
 mentum anti quilibet Consulti ex Do-  
 fubet grammatica (cuius verba intrada-

bo) Vlpian. dict. titul. 1. Gaius lib. 1. in-  
 stit. titul. 1. §. 4. I. Paul lib. 4. sententiar.  
 titul. 12. fere per totum, §. libertinorum  
 4. inst. de libertin vbi Theophil. latè  
 ex planar. 2. Ilidor lib. 9. orig. cap. 4: &  
 pr̄ter ordinarios in his locis, & plu-  
 res alios a libi A. Politian. Misce lib. cap.  
 84. Alciat lib. 1. parerg. cap. 1. Conan.  
 lib. 2. commentator. cap. 6. nū. 2. & 3. Mar-  
 cell. Donat. in dilucid. ad Sueton. cap. 40  
 P. Pithous lib. 2. subces cap. 9. Renatus  
 Laurent. ad Tertullian. de pallio, Rosin.  
 lib. 1. antiqu. Roman cap. 20. Ita sane me-  
 com reputo, quod Dedititij non pla-  
 ne liberi essent, aut plene, sed liberta-  
 tem manumissionē indultam, quasi  
 sotpam, aut vulneratam haberent: sic  
 alias male auditus, aut acceptus, optimē  
 intelligendus est Cicero. in To- 38  
 picis, numer. 7. Tum partium enumeratio,  
 qua tractatur hoc modo, sineque censu ne-  
 que vindicta, neque testamento liber fa-  
 ctus est, non est liber, neque est illa ea-  
 rum rerum, non est igitur liber. Explicat  
 Tollus argumentum ab enumeratio-  
 ne partium, & probat manumissionis  
 sumptu exemplo, nam cum legitima,  
 & iusta libertas à manumissionē per  
 ceosum, pec̄ vindictam, per testamen-  
 tum oritur, Vlpian. Iustinian. Gaius  
 in locis proxime designatus, quamvis per  
 epistolam, inter amicos, in coniugio  
 seruus à domino manumitteretur, vel  
 alio modo, non plane liber est, cum in  
 festam libertatem habeat. Aperte et-  
 iam Cornelius Tacit. libr. 13. Annal. 39  
 Quam, & manumittendia duas species in-  
 stitutas, vt relinquetur pānitentia, aut  
 nouo beneficio locus, quos vindicta paro-  
 nus non liberauerit, vel ut vinclulo serui-  
 turis artineri, sic intelligo Tertullian. 40  
 de pallio: quantum denotatur passim etas, si-  
 fert, libertinos in equitribus, suberbis  
 us in liberalibus, adstitios in engenius,  
 rupices in urbanis, securas in forensibus,  
 paganas in militaribus, queritur autem  
 Tertull. de hominum peruerso ordine  
 (qui & nūc inuersus) libertinos ut pote  
 passim, inquit, aut in equitribus

questres vestitos incedere. Sic subuerbustos, ut pote liberos, subuerbustos autem vocat seruos *sūbūrtos*, notatos, & vstos in fronte, & verberatos, ut explicant Saliger. ad *Festum*, verbo *subuerbustum*, Renatus Laurentius, P. Cerdia, Salmasius ad *Tertullian*. hic Deditios exquidem ex doctrina Vlpiani dict. titul. 1. & Gaij eodem i. titul. & alijs datis: & quamuis Tertullianus statim addat *Deditios in ingenuis*, quibus videtur discriminare eos à subuerbustis, & subuerbustos, & notatos seruos non esse *Deditios*, non ita est: nam *re Deditios de hostibus Deditiis accepit*at P. Cerdia, & Renatus, ex more, quem iam damus: sic ergo erat, quod Deditius homo non plane liber eslet. Sed striktius hoc probavit fragmentum antiqui Iuris Consulti, ex *Dosithei magistris grammatica*. Antea enim una libertas erat vindicta, vel testimonio (repore testamento) vel in censu, & ciuitas Romana a competit manumissis, que appellatur legitima libertas; hi autem qui domini voluntate in libertate erint, manebant serui, & manumissores audiabant in seruum tem denuo eos per vim ducere. Interueniebat Prator. & non permettebat, manumissum servire. Omnia tamen, tanquam seruus adquirebat manumissori, vel si quid stipulabatur, vel si per scripturam acceperat, vel ex quacumque causa alia adquisierat, domini hoc faciebat, hoc est manumissi ad patronum pertinebat, ut eruditus obseruauit Theodor. Marci. ad *Perf. Satyr.* s. ibi. *Hac merita libertas*, & ibi Ioann. *Tornorupæus*, Iustus Lipsius ad *Tacit. dict. lib. 13. num. 85*. Curiae in paratu de *Deditio libertat. tollend.* Nam si L. tunis, qui excepta ciuitate Romana, veram libertatem obtinebant, hi Deditiij inferiorem, & pessimam habebant libertatem, ut inquit Iustinian. dict. §. 4. & ibi Theoph. Vlpijan. & Gai proxime, necessario inferunt compresiam libertatem Dedi-

tios habuisse. Cuncta ista Deditiois origo maxime firmat, cum Deditiij liberti inducti fuerint ad formatum populum rebellium, & contumaciū, qui secundo aut sepius debellati imperio, & potestati Romanæ se dedebant, cum omnibus suis fortunis sacris, & febus celebre illud deditiois exemplum, fere nulli ignotum, sed apertissimum, accipe ex T. Livio lib. 1. deditiois Collatinæ, in qua Rex interrogat his verbis Collatinos legatos. *Etsi* ne vos legati, oratoresque missi a populo Collatino, ut vos; populumque Collatinum dederitis? *Somus*. *Etsi* ne populus Collatinus in sua potestate? *Etsi*. *Deditis* ne vos populu[m]que Collatinam, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, vienitla, asuinam humanaque omnia in meam, populique domini acquisitionem? *Dedimus*. Et ego recipio. Alia exempla ab eodem Lilio, Plauto, Cesare, Valerio etuditissimus Brissonius nobis lib. 4. formal. dat, quam antiquitatem ante eum prælustrauit, Angel. Politian. dict. cap. 84. Miscell. Alcibiad. dict. lib. 1. Parerg. cap. 14. Cuiacius in l. 5. D. de iusti. & iur. & in patrat. ad titulum C. de Deditio libertatis tollend. Connan. dict. lib. 2. commentar. cap. 6. num. 3. Frid. Taubm. ad Plaut. in Amphit. act. 1. Scen. 1. Perpende ergo, si hæc erat deditiois formula, & vis, si ad exemplum dediti populi, & reprobi serui, quamrum quis manumissi, dominum dominorum potestati adhuc obnoxii erant: sic merito, in respectu serui conditione, lege Alia Sentia sanciente: ad dubitare licet, quim libertini Deditiij potius obubrata libertatem gererent, quam verā. Vnde etiam, quod dominos haberent heredes, cu[m] fortunas suas deditas illis legis potestare, tenerent. Quid vitra? liberti Deditiij, quia non iustum manumissione prima obtinebant libertatem, item in vindicta, censu, aut testamēto poterat manumitti, ut pote Latinus Iunani, quod sane existimo, si aliqua iusta causa

EE 4 inter-

interueniebat (ne videamus contra Galium sententia lib. 1. inst. tit. 1. §. 5. nam non magis *Ælia* sentit dominus, quam testator legi Falcidiae derogare poterat bono publico introductus) ut hoc lib. late prescripti ut plena eis uno ex tribus modis praestaretur libertas. Plinius lib. 7. epist. 16. confidit facile me impetraturum ex itinere deflectas ad te, se voleas vindicta liberare, quos proxime incepit amicos manumissisti. id voluit Tacitus lib. 13. Annal. Quin & manumissioni duas species institutas, ut relinqueretur paenitentia, aut novo beneficio locus. Plautus in vulgatissimo illo carmine. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuo ut siem.

Fragmentum antiqui Iuris Consulti apud Doris theum. Hic autem, qui manumittitur, quocumque sit annorum Latinus fit, & solum ei hoc procedit libertas, ut iterum manumitti possit, & eius Romanus fieri, ut iam viderunt Pitheus & aduersar. cap. 9. Marcil. & Lipsius supra. Tam proxima ista connexa cum seruitute libertas Dedititius erat, quod quasi nutu, saltim non difficile esset 43 dominis iterum in plenam seruitutem reuocare Dedititios. Tacitus sic intelligens, ut relinqueretur paenitentia locens, & Plautus supra: liber perpetuo ut siem, fragmentum antiqui I. Consulti. Hi autem, qui domini voluntate in libertate erant, manebant servi, & manumissiores andebant in seruitutem denuo eos per vim ducere, &c. forte sic intelligi potest Marcian. in l. & servorum s. 9. fin. D. de stat. homin. ibi: Si ancilla prægnans manumissa, sit deinde ancilla postea facta, Consule Marcilium, & Lipsium supra.

Iste ergo Dedititius homo, quomodocumque eum consideres, ciuius alicuius ciuitatis in orbe terrarum existere non potest, nec tanquam ciuisceri: non sane ciuitatis Romanæ, quia aperta lege *Ælia* sentia ei denegatum fuit, cum & Iunia Norbana idem pro-

hibitum esset Latinis, qui clariore fruebantur libertate, sanc inter media inter illustrem illam ciuitatis Romanæ libertatem, & reprobâ Dedititiorum. Nec ciuitatis illius ciuis esse poterat, vnde Dedititius originem inducit, vel alterius, in qua, ante labem servitutis, receptus fuisset: nam si Dedititius hominem servum, vel quasi consideramus, in numero nullus ciuitatis censes potest, cu domini potestati subiectus sit, totus sit. de capit. min. de capitu. & postlim. reuers. ad municip. & de incolis proclamat, & secundum ciuitate iuri: & si tanquam plene libertatem iudicas, etiam sine impedimento, & repagulis legis *Ælia* sentia, sequitur originem, vel domicilium patrono: 45 tunc sanc tenuerit natus liberti, cum tanquam mortui in seruitute essent, vel quadrupedantum numero aggregati fuissent. l. ad sumptio 6. §. libertatis. l. fulg. 22. l. eius qui 27. D. ad municip. l. 2. C. de municip. & orig. lib. 10. l. 3. §. liberti 8. D. de munier. & hon. Sed si, quod verum est, istos homines deditos consideres, nec suam ciuitatem retinet, deditione tanquam seruitute amiserunt 46 eam, l. eos 4. l. postliminio 17. D. de capituis, & postl. reuers. l. fin. D. de legat. Cic. in Topicis, & lib. 3. de orator. & in oratio pto Cac. cuius verba refert ad idem Cat. Sigan. lib. 1. de antiqu. ciu. Rom. cap. 6. comprobantque A. Fab. in inrisp. Pa- pin. iii. 11. princip. 8. illat. 1. D. Melchior Vallentia illustr. lib. 1. tral. 3. cap. 6. & latè D. Joan. Baptist. Larrea tom. 1. de- cis. Gran disp. 9. à num. 68. præter ordinarios in his locis. Si deditio formu- las respicit, inuenies populos, homines que deditos in potestate populi Ro- mani, & patronorum, ut nullū dubi- tandi vestigium remanere queat, an ciuitatem deditus possit habere. Haec cuncta, que longo, & necessario tra-etu deduximus, aperiunt claustra ver- borum Vlpian. in fragmentis dict. circul. 20. §. 14. ad seruantis Dedititium, nec qua-

- 47 si peregrinum posse testari, quoniam  
Deditius nullius certae ciuitatis sit,  
iudeo ut probauit, quasi seruus manu-  
missoris, ut enim iure regem frui qui-  
cumque homo possit, & actus iuris  
gentium celebrare, plenam, & abso-  
lutam libertatem primò tenere de-  
bet, nam si seruus est, si addictam ali-  
cuī potestati, vel deditam habet liber-  
tatem: tunc libertas magis vera serui-  
tus erit, aut latram supressacensebitur;  
nihil enim aliud seruus est, quā sub-  
iectio manui, & potestati alicuius cō-  
tra naturale ius, quo omnes homines  
liberi nascebantur, §. ius autem gentium  
inst. de iure natur. §. 2. inst. de iur. pers.  
principum inst. de liber. et. manumissio-  
nes 4. D. de inst. & iur. & sic ius gentiū  
illis subiectis hominibus impeditam  
est, nam cum libertas sit naturalis fa-  
cultas eius, quodcuique facere libet, §.  
3. inst. de iure person. seruitutis iure cō-  
pedita libertas facit. Sic eodem modo  
(in quo secundum requisitum cōsistit)  
cum ius gentium nihil aliud sit, quam  
iura quædam, quæ usu, & necessitate  
exigente, gentes humanæ vniuersali-  
ter introduxerunt dict. §. ius autem gē-  
tiū, ita ut omnes populi, qui legibus,  
& moribus reguntur, partim suo pro-  
prio, partim communi omnī homi-  
num iure vntant, l. omnes populi 9. D. de  
inst. & iur. inde necessario fit, quod ad  
iuris gentium usum præter naturale  
libertatem quis debeat habere usum,  
& domicilium alicuius certæ ciuita-  
tis: non enim liber homo, tanquam  
seruus saltibus, & rupibus habitationem  
constituit: nam postquam iure gentiū  
gentes in ciuitates, & populos coacte  
fuerunt, l. ex hoc iure s. D. de inst. & iur.  
(quod alibi latius traxi) semper in  
homine libero damus certam ciuita-  
tis sedem, in quo commercium natu-  
rale hominum cōsistit, & ipse exercet.  
Quod vellim intelligas, non quod ho-  
mo liber formaliter ciuis illius loci,  
vel ciuitatis existere debeat, quod in

numero ciuium censitus sit, id sane ad  
ciuitatē iura prodesset, sed ad ius gentiū,  
sufficit quod ciuali vniuersitati, sive  
populo aggregatus, & immixtus sit,  
quam congregationem ius gentium  
introduxit: unde p̄eclarissime capies  
Vipian. dict. §. 14. d. tit. 20. qui scripsit  
solum quoniam nullus certa ciuitatis,  
scilicet sit, quod cum non perciperet  
Cuiac, reposuit, tamen, nō id voluit Cō-  
sultus, sed quod peregrinus alicuius  
certæ ciuitatis esset, ut conderet testa-  
mentum: propter quod liber homo  
ciuiis omnium mundi ciuitatiū quoad  
ius gentium sit, & consideretur dict.  
l. omnes populi (quam sententiam mul-  
tissime inde collectis, & ordinatis pul-  
cherrime exornavimus lib. 5. cap. 9.) eo  
enim ipso quod alicuius ciuitatis liber  
homo sit, capax est iuris gentium fruē-  
di, cum quæcūque ciuitas, præter mu-  
nicipalia iura, comuni omnium gē-  
tiū vñatur iure dict. l. omnes populi, sic  
ergo est, quod peregrinus cum plenis-  
simam libertatem habeat, & alicuius  
ciuitatis sit, omnes iuris gentiū actus  
celebrare poterit, omnibus orbis ciui-  
tibus communes, quia in eis totius  
mundi ciuiis existimatur, secus id ælia-  
mate debemus in Deditiis, qui cum  
manumissorum potestati dediti sint,  
nullius ciuitatis sunt, nec existimatur,  
non magis, quam serui, & ideo quām-  
uis aliquam p̄eferant libertatem,  
est dedita, & tanquam seruens, liber-  
tas, nec deditius alicuius ciuitatis sit,  
cum potius sit manumisseris, cuius po-  
testati lex Ælia sentia propter noxia  
crimina etiam manumissum tradidit:  
& cum seruus, & deditio sit contrā  
naturalem libertatem, & naturale ius,  
dict. l. manumissiones 4. cum alijs sup. me-  
rito deducimus seruum, & deditū ius  
gentium non posse frui: & ideo elegan-  
tissime, subtilissimeque scripsit Vip.  
Deditium nec tanquam peregrinum  
posse testari, cum nullius certæ ciuita-  
tis sit, & addit, sciens ut aduersus leges 50

civitatis sua testator, quibus auger iniudicium facti, & iniuriam testamenti, quasi diceret Consulius, non solum testamentum facere non potest, quia nullus certe civitatis sit, immo sit deditus manumislori, & sic iure gentium tanquam peregrinus condere non potuit, quod recta iuris ratione deducebatur, sed quod scienter aduersus leges civitatis Romanæ testatur, cum lex Aelia Sentia specialiter Dedititiis interdixisset testamenti factionem, vocat sane ciuitatem suam, non quod Dedititus ciuis Romanus esset, absurdum post predicta foret, sed civitas sua dicitur subiectiva, genitius enim est posses-

**S**i filius, qui in Dedititio subiectionem demonstrat, sic filium parentibus suis dicitur adquirere, §. 1. inst. per quas personas nobis adquiritur. Sic seruum dominis suis l. item 9. §. 1. D. de stipulat. seru. non quod filius, aut seruus dominos in potestate habeat, sed quod possessi ab illis sint, iaceantque subiecti. Sic sua morte decedere dicitur in l. cum ratio 7. §. 1. D. de bonis damn. non quod humanus contineat mortem, cum lege naturali humani genus illi subiaceat: quod alijs exemplis grammatici docent, vide Priscian. lib. 17. Brocens. in sua Minerua lib. 2. cap. 13. eruditè Budæus in comment. ling. Græcæ fol. mishi 30. & 31. quod pueri sciunt, civitas ergo sua in Dedititio, quia in ea viuit, quia eius legibus subditus est, ut cæteri servi, Cuiac. 7. ad African. in l. 21. §. 2. delegatis. 1. Osuald. ad Don. 12. com. cap. 22. lit. A. Hæc cuncta sanc obstruimus Vlpiani fragmentum aperiant, in quo inuenimus peregrinum iure gentium celebrare testamentum posse.

Sententiam nostram Cassiodori locus aperte firmat lib. 9. epist. 14. lege 52 attente verba. Quorundam etiam substantias mortuorum sine aliqua discrecio- ne iustitia fisci nomine raducere prohibet titulo vendicare, cum tibi hoc tantum de peregrinis videatur esse commissum, qui-

bus nullus heres, aut testamentarius, aut legitimus inuenitur. Nefas est enim, ut quod à nobis præcipitur, à te nostro nomine per iniuriam vindicetur. Gilda Syracusa a ciuitatis Comes, cui ab Athalarico Rege iunctum erat, quod cada duca peregrinorum bona fisci nomine vindicare, in fraudem etiam heredum ea usurpabat, propter quod improbum factum reprehendit eum, & dirigit, explic. tque mādata sua, quod tunc peregrinorum bona effici vindicanda, quando nullus heres super sit, aut testamentarius, aut legitimus: considera testamentarium heredem in peregrinis, qui non Syracusanæ ciuitatis legibus poterant testari de bonis Syracusis manentibus (multis post temporib. Friderici constitutio publicata fuit) sed iure gentium, propter quod Gilda Comes (vt ego existim) cum minus ea testamenta probaret, arrebat ab institutis bona, id sane casus ligat Athalaricus, siue eius nomine Cassiodorus, docens, tunc bona fisci nomine capienda esse, quando nullus heres peregrino sit (expende amplissima verba) siue testamentarius, aut legitimus, quasi diceret: tunc ad fiscum bona pertinera, quando nullus heres sit, vel testamentum iure, vel sanguinis, ea est sane discretio iustitiae, quam Comiti Rex commendat.

Nec à constitutione Friderici 2. tit. de statutis, & consuetud. §. 10. à quo desumpta fuit Autem ista omnes peregrini, C. communia de success. quisquam iurupulum formet, quia in ea legat, liberum testandi peregrinis induitam fuisse facultatem: ideo coniociens antea peregrinos nunquam habuisse, quia constitutio ista, attente perspensa, nec aliquantulum remorari debet doctem animum, in nostram sententiam primum. Primo, quia non de peregrinis propriis nostris loquitur, sed de peregrinibus, ut iam præuidit Franciscus. Duaren. lib. 1. disputat. capit. 9. & contra Angel.

Angel. & Paul. de Castro dicit. Autem  
Friderici, Gregor. Lopez in l. 30. (infra  
referenda) peritae, & verba ipsius con-  
stitutionis indubie exprimunt. Ex qui-  
bus laudo nostram legem patriam 2. tit.  
1. lib. 5. ordin. ab hac transumpta, quæ  
patrio sermone vertit & peregrini, los  
Romeros que andan en sus romerías, y pe-  
regrinaciones, ut & fecit antea l. 30. tit.  
1. part. 6. quibus adde l. 1. & 3. titul. 24.  
part. 1. Secundo, quia Fridericus eam  
præscripsit constitutionem aduersus  
quorundam locorum peruersos mo-  
res, in quibus hospites peregrinantiū  
defunctos unum bona usurpabant, calli-  
deque illius iuris improbo usu pere-  
grinantibus graui afflictatis & gritudi-  
ne impiedebant testamentificationem,  
ut ipsam et constitutio prædit, & dicit.  
l. 2. ordinam. & dicit l. 30. partitæ. Tertiò,  
quia constitutione illa testamentis pe-  
regrinantium omnes effectus civiles  
(meo iudicio) attributi sunt, sic colligo  
ab illis verbis, quoram ordinatio in-  
conclusa seruitur, & colligitur ex legi-  
bus patris supra datis, & ex l. si quando  
35. C. de ius officios testamen. & melius  
ex l. 1. D. de testamen. mult. Vide nunc  
quantum distet Nouella illa consti-  
tutio à quæstione nostra, præcipue cum  
post medium iuris prudentiū multa  
intercedere potuerunt, quæ præscrip-  
tionem illius legis exigent, etiam si  
velles de peregrinis intelligere.

Quod autem excogitarunt Cui.  
54 in l. Diuus 31. D. de iur. fisc. & in l. 1. C.  
de hered. inst. & in l. unica, C. de caduc.  
galland. & Connan. lib. 9. commen. cap. 4.  
num. 7. peregrinum non posse testamé-  
zarium, nec legitimum heredē habe-  
re, quia bona cuncta sua devoluuntur  
ad fiscum, alienissimum à recta iuris  
ratione mihi visum fuit. Dicit argu-  
mentum Cuiac. à d. l. Diuus 31. in qua  
obsidam bona, sicut captiuorum in fis-  
cum esse cogēda, datus & sic similiter  
peregrinorum: quis sane æquanimi-  
55 ter pationem feret istam, cum tan-

tum distet obsidum conditio à pere-  
grinis? ut aperte discriminat, & al-  
tius penetrabis, si legas D. Joan. Baptis-  
ta de Larrea disputatione 9. tom. 1. de-  
cis Granat. cum obes, quasi captivus,  
& deditus sit, & in assecuramentū fi-  
dei vita necis que potestatem in eum  
populus habeat, & sic in bona merito  
vñs pendit ius, propter quod testamē-  
tificatio ei interdicta fuit l. obes 11.  
D. de testamen. Cum ergo tantus pere-  
grinorum concursus in populo Ro-  
mano esset, quod ingens orbis in vihe  
fuerit, ut inquit Ouid. & ego laissi-  
me probō infra lib. 5. heu quanti esent  
reditus ærarij, quantum peregrinorū  
bonis ditaretur, si in fiscum omnium  
aduenarum, & peregrinorū bona co-  
gerentur, quamvis testati decederent!  
sed quis talia audinit, aut legit in scrip-  
toribus antiquis? Connan ex l. non est  
ambigendum 12. D. de honor posse. ino-  
uetur in peregrinorum bona, seu  
verius dicam, ipse Connan. publicat,  
cum dicit l. omnia, incepit simus pro  
cius sententia: existimo sane Cuiaciū,  
& Connanum iure patrio alleatos de-  
ceptos fuisse. Stat denique nostra sen-  
tentia peregrinum iuris civilis actus  
celebrare non posse: secus iuris gentiū,  
& sic fidicemus relinqueremus pos-  
se, cum iuris naturalis sit, ut plures fir-  
mani, & illo iure testamentum con-  
dere posse.

Hac omnia, quæ pro testamen-  
tis peregrinorum produximus meum  
excitant animum, ut persuadeam, de-  
portatos, quibus in sententia fuerint 56  
reservata bona, (secundum ea, quæ cer-  
to, veroque iudicio præscripsimus ca-  
pit. 13.) posse testamentum cōdere iu-  
re gentium: nam cūctas rationes quas  
pro peregrinis expendimus, indepor-  
tatis inuenimus æquas. Plena isti sane  
fruuntur libertate, nulla sane deditio  
ne enerui, aut maculata; deportatione  
enim solum ciui Romano ciuitas ab-  
lata fuit, invulnerata manente liber-  
tate.

tate. Adde, deportatum insula in sen-  
 57 tentia designata ciuem permanere,  
 quod non sub obscuris verbis profite-  
 tor Cicer in oratione pro domo sua. Ct-  
 uitatem nemo unquam vlo populi ius-  
 amittere inuitus, qui ciues Romani in colo-  
 nias Lasinas proficisciabantur, fieri non po-  
 terant Latini, qui non erant autores fa-  
 cti, nomenque dederant qui erant rerum  
 capitalium condemnati, non prius hanc  
 ciuitatem amitterebant quam erant in eam  
 recepti, quo vertendi, hoc est mutandi so-  
 la causa venerant, id autem ut esset facie-  
 dum, non ademptione ciuitatis, sed testi-  
 aquæ, & ignis interdictione faciebant, si  
 ergo deportatus in plena stabat liber-  
 tate, si in insula commorabatur, adquā  
 exportatus fuit, quod sufficeret solū,  
 quamvis in numerum illius ciuitatis  
 relatus non esset, inquam deportatus  
 fuit, per subtilem rationem, num. 48.  
 supra præfixam, quid obstat poterat,  
 quo minus testamentum conderet? ex  
 sententia Vlpiani in fragment. tit. 20. §.  
 14. vt autē intestatus maneret depor-  
 tatus, tam iure ciuii, quam gentium  
 iure, duæ sane res efficiebāt. vna, quod  
 iuri ciuilis incapax esset, & sic illo iu-  
 re testari non poterat, vi capite isto, &  
 10. lōge p. ædiximus: altera, quod sen-  
 tentia ablata ei fuerant bona, & habe-  
 bat successorem fiscum, l. 2. C. de bonis  
 proscript. vt latius scripsimus sup. cap. 13.  
 Sed si non iure ciuili testati velit, sed  
 imò iure gentium suo, & in sententia  
 ei fuerunt bona reservata, ita vt tunc  
 non habeat, nec vereatur fiscalē suc-  
 cessionem, vt apertissime enodaui-  
 mus, dict. cap. 13. vel si bona habeat ad-  
 quisita à testamento militis secundum  
 præcripta. cap. 13. & n. 44. quid que-  
 so ei obiectendum erit, quominus na-  
 turaliter testetur? Hanc nostram sen-  
 tentiam, si Gaius alte penetretur, pro-  
 bbat expresse in l. eius 8. §. 1. D. de testa-  
 mento. dum deportato; & aquæ & ignis  
 interdicto testamenti factionem ne-  
 gat, qui dat rationem in illis, bona quo-

que que tunc habuit, cum damnaretur pa-  
 blicabuntur, aut si non videantur lacrofa,  
 crediteribus concedantur. Absolute Gai-  
 ius loquitur de testamento ciuili, &  
 naturali, qui possint vel non utroque  
 modo facere: & idē in deportato nō  
 illam reddidit rationem, quia ciuilis  
 iuris sit, cuius incapax deportatus exi-  
 stit, sed una ratione utrumque testame-  
 di modū deportato negavit, quia bon-  
 a eius publicantur, & successor ē ob-  
 tinet fiscum: nam cum certum esset, ci-  
 uiliter non posse testari, restabat dubi-  
 tandi ratio an si iure gentium ex præ-  
 dicta ratione, quod illa una excludit  
 causa, sic intelligo §. fin. eiusdem legis, vt  
 qui ad feri utin, ad bestias, aut in metal-  
 lum damnati sunt, non habeant testa-  
 menti factionem, quia libertate per-  
 diderunt, & eorum bona fuerunt pu-  
 blicata, vt sic excludatur etiam testa-  
 mentum iuri gentium: nam quamvis  
 deportatus, seu dominatus ad bestias  
 bona haberent, iure ciuili testari non  
 poterant, cuius omnino incapaces er-  
 ant, disquirit ergo Gaius de utroque  
 testamento ciuili, & naturali. Vnde  
 mihi in mente venit: idē in toto il-  
 lo titulo non prohiberi peregrino te-  
 stamenti factionem, nec disputari de  
 eius potestate, cum tamen de omniū  
 fere hominum cōditione agatur, præ-  
 maxime, cum peregrinis Respublica  
 inundaret Romana: id idē, quia cer-  
 tissimum erat, iure gentiū testari pos-  
 se ex rationibus supra datis. Undecum  
 P. Faber lib. 2. Semest. cap. 13. istam an-  
 tiquitatem non plene animadueris-  
 set, & distinxisset: absolute deportato  
 testamentum denegavit, cum quo iuit  
 P. Gil Ken. in l. r. C. de hered. inst. num.  
 17. cum ambo peregrinis concessisset.  
 Adiunge his ea omnia quæ, cap. 13. cō-  
 siderauimus circa potestatem fidei  
 committēdi deportati, quibus om-  
 nibus spero causam testamenti pro  
 deportatis integre doctos animo sus-  
 cepturos.

## C A P. XV.

**E**xpliatur Vlpian. regula in l. 2 D. de leg. 1. & certa norma trahuntur, qui non possint fideicommittere, quia intestabiles sunt, à num. 1. Interpretum error circa hanc regulam. 2. Intestabiles tripli causa, & eadem non possint fideicommittere. 3. Prima causa conditione personæ: in qua seruus, captiua, deportatus, peregrinus, Latinus Iunianus, Deditius, obses consistunt. 4. Qui nec fideicommittunt. 5. Ex certa iuris ratione. 6. In eadem causa sunt propter delictum intestabiles. 7. Causa, ut hi non fideicommittant, explicita est in iure. 8. Secunda causa intestabilium ex bonorum defectu, à num. 9. In hac filius familias à num. 10. Lex testamentaria antiqua sub quibus verbis. 11. Sic filius familias non potest fideicommitte. 12. Nec obses & alij. 13 Tertia causa intestabilium defectu iudicij à num. 14. Et furiosus non potest fideicommittere. 15. Et prodigus: ubi plura deratione eorum 16. Alia ratio additur. 17. Et tertia, quia bona non habet. 18. Minor quare testari possit. 19 Impuberes fideicommittere non possunt. 20. Nec testantur, quamvis tribunatum numerorum obtinuerint. 21. Nec dubitantes de suo statu, qui nec fideicommissum relinquunt, ubi longe de hac ratione. 22. Difficilis examinatur questio: an mutus surdus fideicommissum relinquere possit, à num. 23. Morbus surditatis, & motionis aliquando discretus. 24. Surdus mutus testamentum facere non potest. 25. Ratio intestamento anti: que peras, & libram. 26. (Notatur error Cuiaci circa Apuleij locum. 27.) Sed que ratio in testamento Praetorio. 28. Potest si fideicommittendi muti surdi obstat reg: dict. l. 2. D. de legat. 1. 29. Et fortius l. mutu 21. D. de leg. 3. 30. Autores, qui eam potestatem negauerint, recensentur. 31. Sed contraria sententia defenditur, à num. 32. Intestabilis, ut non possit fideicommittere, quod diter consideretur, à num. 33. In muto nulla iusta ratio inveniatur. 34. Vlpianus reg: dict. l. 2 Non pertinet ad intestabiles ratione facti. 35. Sic et ipsi à latronibus fideicommitit. 36. Mutus surdus miles quare testari possit. 37. Testes in fideicommissis adstant ad probationem, non solemnizier. 38 Codicillus qualiter inter ultimas voluntates referatur. 39. Mutus licet non cernat hereditatem, potest gerere pro herede. 40. Muti à natura plerumque surdisunt. 41. Inde surdus pro muto accipitur. 42. Ratio ad id. 43. Aliquando audiunt. 44. Explicatur l. discretis, C. qui testam. facer. & l. servos in iusto & pen. D. ad Treb. 45. Mutus aliquando intellectum habet, aliquando non. 46. Cerebrum hominis principium nervorum est, & sensus omnis motus que voluntarij, à num. 47. Palatum intellectus est, & mens 48. Ab intenziō cerebri qualitas cognoscitur. 49. Est causa omnium ineptiarum. 50. Ab ebris argumentum ducitur, cum Galeno. 51. In muto iusta causa dubitandi datur, si intellectum habeat. 52. Muti in iure nostro multoties agnoscamus.

noscuntur stupidi. à numer. 53. Illustratur l. fin. D. de verborum significatiōnē. 54. Notantur aliqui, qui mutos à natura semper sine intellectu considerarunt. 55. Quando muti aequarentur infanti, & furioso. 56. Explicatur l. cum Prætor 12. §. non autem 2. D. de iudicijs. 57. Quando muto curator decur. 58. Sed non semper intellectus priuato datur in eo. 59. Experiētia docemur esse mutos à natura perspicacis ingenij. 60. Et loqui edocēt̄ industria humana. 61. Laudantur Consuli, qui mutorum causas, & naturas alte cognoverunt semper distinguentes an habuerint intellectum, vel nō. 62. Mutus inde pacisci poterit. 63. Emere, & vendere. 64. Matrimonium contrahere. 65. Sacra menta baptismatis, & pénitentia accipere. 66. Seruū manumittere. 67. Donare. 68. Constituere procuratorem. 69. Et ipse constitui ad administrandum. 70. Notatur in hoc A. Faber. 71. Academicorum mos respondendi sub dubitatione. 72. Mutus non stipulatur. 73. Nec arbiter, aut index esse potest: nec a iuocatus. 74. Sed fideicommittere poterit. 75. Id nouauit Iustinianus. 76. Explicator eius constitutio. 77. In l. mutu 21. D. de legat. 3. manus agnoscitur Tribonianī, à nam. 68. In vēts. fin. Cuiac. primus suboluīt. 79. Verba si sat potest, si loqui ordinaria Tribonianī sunt. 80. Ad natu celebrandos actus, seu à muto, certa distinētio. 81. Vox infideicommittente non requiritur. 82. Nec iusta est distinētio ad hoc an mutus natura, vel morbo sit. 83. Licet interrogationibus totus mutus agatur. 84. Nec duci potest distinētio à factione testamenti, quod morbo mutus fecerit testamentum. 85. Mutus à natura testari potest indulgentia Principis. 86. Libellis adibatur Princeps. 87. Explicatur §. plane, instit. de militar. testament. 88. Tribonian. inseruit Consultorum responsis nouas Iustiniani constitutiones. 89. Deportatus, & peregrinus qualiter fideicommittere possint. 90. In quibus omnibus varia responsa illustrantur, explicantur, & corriguntur.

**O S T Q V A M** his  
quinque capitulis, induci sententia Vlpiani in l. 2. D. de legat. 1. laboriose deportatorum iura, & peregrinorum evoluimus ad fideicommitēdi iura, & ex animi nostris sententia fideicommittendi ius illis adseruerimus, quos tamē iure ciuilicō condere testamētum non posse certissimum est, & nos multis in locis agnouimus, & probamus: superest nunc, quō tendat Vlpiani sententia docēti, eos demum fideicommissum posse relinquere, qui testandi ius habent, quam multis alijs nos firmauim-

mus, cap. 10. à num. 2. Sed ab ipsis argumentis, vt semper experimur, purior & clarior veritatis lux profulget. Ordinarij iuriis interpres in hac lege nō replet animum nostrum expositionibus, seu commentarijs suis, vt solvant argumenta, quæ aduersus Vlpianum obiecimus, cap. 10. à num. 6. Rationi, & veritati Alciatus proximior fuit, sed omnimodo non adprehendit: dabo iudicium nostrum, vt cēreas, si forte nos Consulti mentē penetrauerimus. Reputissima est sane Consulti sententia, & iniquissimum contrarium esset, quod aliquis fideicommittere posset, qui ius non haberet testandi. Ut certo distin-

ctionis

etionis duce variae cohortes hominū  
ducantur; obseruo intestabiles esse homi-  
nes triplici causa, conditione per-  
sonæ, facultate, iudicio mentis, ut ma-  
gistratiter decreuit Donel. lib. 6. com-  
mentar. cap. 5. hi omnes quacumq; cau-  
sa intestabiles fideicommittere non  
possunt, qui conditione personæ, quia  
illuderetur lex: qui facultate, quia bo-  
na ad fideicommittendum non habet,  
qui iudicij morbo, quia eadem ratio  
in fideicommissis obtinet locum, quæ  
in testamentis dabatur: & aliquando  
una, & altera ratio concurrerit in una  
causa: nec enim est nouū in iure, quod  
multis rationibus una iuris dispositio  
fanciatur.

4 Accedo ad causam primam: ad in-  
testabiles conditione personæ: demus  
aliquas personas, exempli gratia, quæ  
testamentum facere non possunt, nam  
nec hæ fideicommittere valebūt. Ser-  
vus, primo, testari non potest, l. filius fa-  
miliae 16. D. de testamen. eidem fideicom-  
mittere non datur, l. 1. §. 1. D. de legat.  
3. sic capti⁹ ab hostib⁹, ut pote eorum  
ferous intestabilis est, l. eius 8. D. de te-  
stamen⁹. qui similiter fideicommittere  
non quib⁹, l. in bello 12. §. roditi⁹, D.  
de captiu⁹ & postquam reuers⁹. Eodem modo  
deportatus non testari potest, dict. l. e-  
ius 8. §. 1. & 2. & sic fideicommittendi  
ius non habet, dict. l. 1. §. 2. cum sequen-  
tibus, D. de legat. 3. idem iudico de pe-  
regrinis, per ea quæ scripsi capite sa-  
periori, vide tamen infra hoc c. sic La-  
tini Iuniani, & Deditij, quib⁹ expre-  
sa lege testimoni⁹ factio interdicta fuit,  
Vlpian. in fragment. tit. 20. §. 14. Iudic⁹  
fideicommittere non poterunt ex ra-  
tione dict. l. 1. §. 2. & sentit Vlpian. in  
fragen. tit. 25. §. 7. & ex his, quæ dixi-  
mus capite præcedenti⁹: sic obles l. ob-  
sides 1. D. de testamen. l. Diuus 3. D. de  
iure fisci, nec fideicommittere poterit,  
argument. dict. l. Diuus, & dict. l. 1. §. 2.  
Hi omnes sane, quorum in hoc vna co-  
ditio est, quod non sint ciues Romani

testamentum ideò celebrare nō pos-  
sunt, quia cum testamenti factio iuri⁹  
civilis sit, & publici, l. 3. D. de testamen-  
tis, solum id beneficium ciuib⁹ reser-  
vatur, non extorribus, aduenis, & pe-  
regrinis, ut pluries præscripsimus in  
superioribus: vnde cum testamenti fa-  
ctio istis prohibita sit, sic similiter fi-  
deicommittendi ius: nam si contrariū  
ad iurteretur, facillime illuderetur  
lex, cum isti iure fideicommissi possent  
relinquere, quod testamentorelicturi  
erant, propter quam fraudem, & do-  
lum leges extenduntur in nostro iu-  
re, etiam quamtu⁹ exostæ, & odio-  
stæ, ne illudantur ab hominibus. Id ex-  
perimus in legibus Iulia, & Pappia,  
quæ solum delegato, & hereditate lo-  
quoræ fuerunt, & quia iure fideicom-  
missi, seu donationis causa mortisce-  
libi relinquebatur, & iure Prætorio  
bonorum possessiones innugas, seu ir-  
risio legū: illæ protœstæ fuerunt: ita ad  
fideicomissa, & donationes causa mor-  
tis, quā ad bonorum possessiones, ut sic  
omni⁹ fraudi, & versuti⁹ obiceretur  
claustrum, propter quod obseruantia  
legum præfirabantur, ut hanc iuris  
rationem distincte explicui supr. lib. 3.  
cap. 3. Necessario ergo, qui tanquam  
ciuis testari non potest ex dispositio-  
ne legis iure civili, nec poterit fidei-  
committere eodem iure, ex implicita  
legis virtute: ea que ratione cum cele-  
brans incestas nuptias, ex l. si quis 6. cū 7.  
Aubien. seg. C. de incest. nupt. intestabi-  
lis sit, & damnatus ob falsum carmen,  
l. ob carmen 21. D. de testib. l. is cui lege  
18. §. 1. D. de testament. & manifestus v-  
surarius, cap. quoniamnam 2. de usur. lib. 6.  
non poterunt fidicommittere, quia  
apertissime decipereatur lex. Adde in  
his, qui conditione personæ intestabi-  
les sunt, quod fideicommittendi ius  
non habeant nō implicita, sed expre-  
sa iuris ratione: nam cum fideicomissa  
quoad necessitatem iuris civilis sine,  
qui ciues non sunt fideicommittere  
necessariæ

necessario non poterunt, vii sic intelleximus dict. l. i. §. 2. D. de legat. 3. ad quod respicias quanto, quæ p̄scriptissimus cap. 13. & l. vii plura de necessitate, & civilitate fideicommislorum. Sic ergo est, quod ex iorres, & non cives, aut delicto intestabiles facti fideicommittere non possint, cum testari nequeant, quia illudetur lex, & quia iuris civilis incapaces sunt, sed & horum aliqui, & ratione bonorum fideicommittere non possunt, quod iam assūmimus.

Secunda intestabilium causa est  
 9 bonorum defectus. exemplum erit in filio familias, nam quamvis variæ ex cogitatæ fuerint rationes ab interpretibus, hanc sane nobis reliquit Vlpian. in fragment. ut. 20. §. 10. *Filius familias testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit,* sed Diuus Augustus Marcus constituit, ut filius familias miles, de eo peculio, quod in casis adquisiuit testamentum facere posse, colligitur etiam ex l. testandi 13. C. de testament. ibi de pecunia sua, & ex l. verbis legis 120. D. de verbis significat. ib: *Suare, & ex Nouell. 5. cap. 5. & Nouell. 76. à quibus Auhent. ingressi, C. de Sacrosanct. Ecclesijs, desumpta fuit, & ex l. lex Cornelia 28. D. de vulgar. abi: qui nulla bona in ueste reliquit.* Quæ ratio Baldo, & alijs antiquis placuit, quos sequitur Anton. Gomez in l. 15. Taur. Donel, lib. 6. comen. cap. 5. Et quamvis interpretes varijs sententijs disquisiverint rationem, vt ab Anton. Gom. sup. & Anton. Pichardo infra referendo, & Osuald. ad Don. dict. cap. 15. percipi licet, tamē assignata ratio placuit antiquis iuris conditoribus, vt p̄scriptæ leges demonstrant: propter eā enim antiqua lex duodecim tabularū testandi facultatem concessit solū patribus familias: nam certior lectura antiquæ legis sic teritur. *Pater familias nec legassit super pecunia, tutela ve sua rei, ita ius est;* vñ ex multis probat. A.

Pichard. in princip. inst. quibus non est permisum facere. testam. num. 51. & sic cum nullus testator iure civili testari posset, nisi ex indulgentia legis, cum ad item in habile disponat, scilicet post mortem suam, l. quod sponsæ 4. C. de donationib. ante nuprias, ut laus explicuit Anton. Pichard. dict. princip. à num. 42. & nos alibi, filius familias in ea lege, non comprehensus, imò ab eius verbis evidenter exclusus testari nō poterat: ita ut insūma, & quia non bona, & quia testandi facultatem à lege non habebat, intestabilis esset, vt optime intellexit Anton. Pichard. vñ sup. à numer. 54. & sic Osuald. Vult ei aliorumq; ratio de concessione legis apte cum nostra congruat: quia lex utramque comprehendit. Filius ergo familias, qui propter bonorum defectum testari nō poterat, nec fideicommittere, dict. l. i. §. 1. D. de leg. 3. expressa iuris ratione, quia fideicommisum relinquere non poterat, nisi ex voluntate, & iure fideicommittentis aliquid ad grauatum perueniret, l. i. §. scindendum 6. D. de legat. 3. l. plane 97. §. fin. D. de legat. 1. l. peto 71. §. mater, D. de legat. 2. l. ab eo, C. de fideicōmis. l. i. vers. cum enim, C. commun. delegat. Inde est etiam, quod obses præter quod ciuis Romanus nonsit, & deportatus, siue aqua, & igne interdictus, quia habent successorem fiscum testari nequeant, dict. l. Diuus, V. de iur. fisci, dict. l. eius, §. 1. D. de testament. sic & Deeditius, quia omnia sua bona manuistori adquirit, vt dixi capite superiori, & seruus, quia quoad bona una fere conditio est cum filio familias, vnde in iure nostro passim pariantur: in eadem conditione sunt damnati ad ferrum, ad bestias, ad metallum, quia libertatem perdunt, & eorum bona proscribuntur, dict. l. eius 8. §. fin. omnes ergo hi, quia nulla bona habent intestabiles sunt, & consequenter fideicommittere nō possunt, propter quod lex interdixit eis testamenti factio-

nem, ut fecit in filio familias, qui propter hanc rationem, ut parum per dixi in lege 12. tabularum exclusi fuerunt, & solum patres familias comprehensi: nec etiam est, quod una iuris dispositio multiplici firmetur ratione, ut plures inuenimus.

Tertia causa propter quam non 14. testatur ciues, defectus iudicij mentis est quia cum testamentum sit iusta sententia l. 1. D. de testament. sane iudicij expertes in merito intestabiles sunt. Vnde furiosus, & mente captus 15. sit, & recte testamentum condere non possunt, ex certa ratione, quia mente carent, §. 1. institut quibus non est permis. l. filius 1. §. vni, D. de testament. Gaius libr. 2. institut titul. 2. §. 4. eadem ratione, nec fideicommittere poterunt, b. furiosum 9. C. de testament. ibi: Testamentum sine quamcumque ultimam voluntatem, l. 2. furiosus 3. D. de codicillis, l. nec codicillos 5. C. eodem, nam quamvis nuda voluntas in fideicommissis obseruetur, l. penultima, D. de legatis 1. quod alibi dixi, nullam furiosus voluntatem habet, l. 40. D. de regalis iuriis, in modo absentis, & quiescentis loco habetur, vi inquit Consultus dicto §. furiosus, propter quod omnes eius actus inutilidi: sic videmus in testamento militis, quia quamvis iure generizium solum constet, necessaria tamen est in eo voluntas, & quod de voluntate constet, l. Dinus 24. D. de testamento militi. dixi supra libr. 2. cap. 10. à numer. 6. nam alias nullius dari potest actus, ita solemnitate solitus, ita privilegio suffulctus, quod sine voluntate fieri. Hæc ergo lex, quæ testamentum improbat furiosi, aut aperte, aut ex eadem ratione ei fideicommittendi negat potestatem, cum eadem sit ratio in fideicommissis, quæ in testamento. In prodigiis (quos impune multos hæc 26. castigasti) eandem damus rationem, & non minus aquas subdemus alias: hi in merito intestabiles sunt, l. is enis lege

18. D. de testament. §. 2. institut. qui u<sup>n</sup>on est permis. qui delirantes homines proprio viuio ad tantam rem; ad illud hominum solitum disponendi maturè, de rebus suis ultra satum admittentur, in quibus viuentes gratae fuerant, & tanquam furiosi hinc inde effuderant? quæ iustitia in ultima velutates esperari poterat à perditissimo homine? quia æqua ratione bona inter filios, aut inter proximos diuident, meritis tribuerent legata, suis assignant intelas, & alia postrema cogitarent superemo iudicio vinculanda qui nec sui, nec suorum rationem habuerant, & interdictionem bonorum fecerunt, & forte heliotropes, doctores, & suæ conditionis homines præferentes sui succedant proximiores auctoritate legis, quæ a quibus vocabit heredes, quam æquitas isti: sic merito sensit Connan. libr. 9. commentariorum cap. 4. numer. 11. quem scire probat Osuald. 6. com. cap. 9. lit. O. & Anton. Faber in rationali ad dict. l. 8. quid quid renuat Anton. Pichard in §. item prodigis §. institut quibus non est permis. numer. 10. Cum ergo testamento prodigi, sic sanctum sit, & eadem iuri ratione, & proxime dictis, nec fideicommittere poterit argumentum nostræ l. 2. De legati. l. cum & in fideicommissis sanitas voluntas, & sanum iudicium requiriatur. Alia ratione prodigos intestabiles statuit Anton. Pichard, ubi proxime numer. 16. & 11. quia interest Reipubli- 17. ex ne quis suare male vltatur. § fin. institut. de his quæ sunt sui, vol alien inv. & sic in peccatum ipsius prodigi, vt resipiscat à persuersione furore mortu, & interdictus est bonis, & intestabilis statutus l. his qui l. 2. §. 2. D. de tutor. & curator. dat. ab his, placet etiam ratio, & properet eam, nec fideicommittere poterit, quia si sic prodigo licet, facile illuderet legem, vt obseruauimus sepro numer. 6. sed quid si ideo non tellari possit, quia bona non habet? sic vide-

tut deduci ex l. Julianus 10. D. de cura-  
tor. furios. & prodabi: Quia in bonis non  
habeant, & expresse Vipian. fragmento-  
rum. 30. §. 13. ibi: Prodigus ( tes-  
tari non potest ) quoniam commertium  
suis interdictum est, & ob id familiam  
mancipare non potest, & quia interdi-  
ctio bonorum omne ius interdicto  
aufert, ut bene animaduerit Francisc.  
Hotoman. dicit. l. 18. de testament. Sed  
hanc rationem reprobavit Anton. Pi-  
chard. supra, quia & minoritatem  
cum facere licebat, l. Aurelio 20. §. 1. D.  
de liberat. legat. l. à qua etate 3. D. de tes-  
tament. Sed nihilominus contrarium  
defendit idem Hotoman. probat  
que hanc rationem, quia longe di-  
uersus est prodigus à minore, ille e-  
nim furiosi conditionem sequitur,  
imò habet l. 1. D. de curat. furios. dict.  
l. bis quis 12. §. 2. D. de tutoribus, & cu-  
rator. ibi: Furiosum faciunt exitum, mi-  
nor sane quamvis curatorem habeat,  
bonos mores, sanum iudicium, & ma-  
xime cum consilio alterius in qua-  
cumque re gubernabili, obtinere po-  
test: ut merito ei ultima voluntas fidi  
possit, quid autem ille contamina-  
tus homo, punitus interdictione à le-  
ge? & sic propter hanc rationem,  
nec fidei committere poterit, cum  
nihil gravato possit relinquere, ut su-  
pra dixi: quacumque ergo parte cir-  
cumspicias prodigum, fidei committ-  
endi rationem ei interclusam inue-  
niesuisse. Cum his facile admittes,  
impuberis fidei committendi ius non  
habuisse, eadem ratione, qua intesta-  
biles sunt, §. 1. institut. quibus non est per-  
mis. l. qua etate 5. l. si filius familias 19.  
D. de testament. Vlpian. fragmentor.  
titul. 20. §. 12. vbi eam rationem Con-  
sultus dat, quoniam nondum plenum iu-  
dicium animi haberet, quam probauit Iu-  
stinian. dict. §. 1. Si ergo indicium  
mentis non habent, nec ideo testari  
possunt, nec fidei committere vale-

bunt, cum quomodocumque volun-  
tas favorabilis sit, quæcumque ulti-  
ma debet esse rationabilis, & iusta,  
& ab habente discretum animum pro-  
lata. Hac iustissima causa, impuber-  
ibus, qui tribonatum numerorum  
obtinuerant, quibus que antiquis le-  
gibus testamentum condere licebat,  
adempit eam facultatem Iustinian.  
in l. fin. C. de testament. milit. propter  
candem rationem, quam dat in his  
pulcherrimis verbis, indignum nostris  
temporibus esse videtur, cum quis stabil-  
lem mentem nondum adeptus est, propter  
privilegia militum sapientium hominum  
iura per tractare, & in tam tenera etate  
extatil licentia parentibus forte suis, vel  
alijs propinquis nocere, propriam substanciam  
extraneis relinquentio. Si ergo im-  
puberibus militibus (de quibus egli lib.  
2. capit. 11.) non licebat, etiam iure  
gentium testari, qui poterunt fidei  
committere eidem, nullo privilegio  
exceptis. Si hæc cuncta ita legitima  
iuris ratione firmantur, facile admit-  
etur, in certos, & dubitantes de iure  
& statu suo praesenti fideicommitte-  
re non posse, uti explorati intis est,  
in l. 1. D. de legatis tercio. l. Aristo 9. D.  
de iure codicillor. veluti nec testamen-  
tum facere valere l. si repudianerit 2.  
§. si quis deceperit 3. D. unde legit. l. que  
in testamento 14. cum l. sequent. D. de tes-  
tament. l. si quis filio 6. §. hi autem om-  
nes 8. D. de iniustit. rupto, l. bona eo.  
rum 22. §. quod si filius 2. D. de captiuo. &  
possim. reuersis, nam cum testamen-  
tum sit mentis nostra iusta contestatio,  
verba Vlpiani sunt in fragmentis titub.  
20. à quibus denominationem testa-  
menti desumpit Iustinian. in princi-  
pio institutus eodem, anceps, & suspensus  
in iure, & statu suo nullam certam dis-  
positionem facere potest secundum  
mentem suam hinc inde tractam, &  
in ambiguitate hærentem, & hoc est,  
quod dixit Consultus dict. l. qui in tes-  
tamento,

tamento. Nam qui incertus de statu suo est, certam legem testamento dicere non potest. In hoc præcipue actu integritas mentis requiritur tempore, quo testamentum disponitur. l. 2. D. de testament. ut iustum voluntatis suæ sententiam testator proferat, l. 1. D. eodem. Sed dubius, & vacillans de statu suo, qui certam ex animo dispositionem edet, immo fortunæ obnoxiam, & casu irritandam? quod in actu tam gravi, & serio nostrum civile ius non patitur, propter quod institutio ab alieno arbitrio pendere non potest, nam satis constanter veteres decreuerant, testamentorum iura ipsa perse firmæ esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere, verba Guis sunt in l. illa institutio 3. 2. D. de heredib. instituen. quæ mire nostram rationem probant: fere eadem ratione impuberis, & prodigi interdicti sunt testamenti factio, quia in eis iusta voluntas, & integritas non inueniuntur mentis: sic in his perplexis, & ambigentibus hominibus, qui ea causa iustum sententiam dare non possunt, propter quam rationem Franciscus. Hoc roman. an dict. l. 1. & dicit. l. qui testamento, iustum voluntatis voluntatis dict. l. 1. retulit ad certum ius, & statum testatoris, quem rogo video, & Osualdus ad Donellum dict. lib. 6. commentar. cap. 5. lit. Q. atque Anton. Fab. libr. 10. conjecturar. cap. 8. & in rationali ad dict. l. qui in testamento, huius principijs rationem dantes, & querentes. Si ergo in testamentis hæc iustissima ratio prevaluit, qui non in fideicommissis in qua non iniqua voluntas admittenda est, ut iam probauimus namquamvis fideicomissa omni favore civile ins prosequutum fuerit, & amplissimis regulis ipsa à iuris conditoribus instituta sint, non ideo ita libere accipienda sunt, quod omni ratione destituta iaceant, & homines indigni sive prodigi, aut incerti de suo statu, alij-

que similes, iusta ratione intestabiles, illa relinquere possint, nam tunc favor in summam iniquitatem, & iniuriam verteretur, ut diximus de testamento militum.

In muto surdo grauiorem difficultatem ingenium nostrum inuenit, cum sine testamenti facultate à certissima iuris ratione deducam fideicommissi habere potestate, nec in eis regulam dict. l. 2. de legat. 1. dari, aut aliquam adaptari rationem ex praescriptis: sunt sane etiam muti, qui audiunt, & surdi qui loquuntur, quos discretos Iustinianus vocat in l. discretis 10. C. qui testamenta facere possunt, quia non semper huiusmodi via sibi concurrunt, ut probat Vigilius in §. surdus, institut. quibus non est permis. facere testament. Petrus Gil Kenius dict. l. 10. a numer. 2. tamen quomodo cumque eos status, sive muti audiant, vel non sive loquuntur, vel non surdi: sive mutus à natura, vel morbo sit, testamentum facere non possunt de media iuris prudentia, l. qui in potestate 6. §. fin. cum leg. sequent. D. de testament. l. 1. dict. 9. §. fin. D. de unde cognati. l. ex facto 4. D. de vulgar. Vipian. in fragm. titul. 20. §. 13. in tantum, quod de testamento apto, sanoque tempore perfecto, debitarum fuerit, si mutatio, & surditas postea superueniat, nullum reddat, quam non obesse merito responsum, & reascriptum est dict. l. 6. §. 1. Iustinian in §. item surdus 4. instit. quibus non est permis. Rationem autem in testamento, suo tempore frequenti, per æs & libram, præstabilit Vipian. dict. titul. 20. in hæc verba. Mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest, surdus, quoniam verba familia emptoris exaudire non potest. Nam secundum eundem Vipian. in §. 9. eiusdem titul. nuncupatur testamentum in hunc modum; tabulas testamenti testator tenens ita dicit. Hac vix

bis tabulis, ceris ve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium præbitote, verba consulti sunt. Nec dissimulare possum Cuiacij et rorem, locum Apuleii expeditis in not. ad Paulum statim referendum, ut comprobaret hanc testamenti nuncupationem, seu testationem, ex lib. 2. Metamorph. longe aliam rem enarrat Apuleios, ut diudicaret poteris ex a me prescriptis lib. 2. cap. 1. numer. 21. & latius a numer. 53. vbi transcripti verba. Sed in testamento Prætorio, quod ab 28 inuentione hucusque viget, sine illis sane fastidiosis venditionibus, vndique mendacibus, eam rationem, ut mutus, & surdus non testentur, adserimus, quia mutus accire testes non poterat, nec surdus testimonium perhibentes audire, utrumque scrupulosa antiqua iuris prudentia sanciebat, 1. Paul. lib. 4. sententiarum titul. 4. Cæcus testamentum facere potest, quia accire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes, heredes 21. §. penult. D. de testament. Nam probarunt rationem Hotoman. & Cuiac. in commentario ad dict. l. 6. §. 1. D. de testament. & Anton. Faber. in rationali ad eum, atque Anton. Pichard. §. 4. instituit. quibus non est permis. Sic vere illa actas admissit, ut omnis præcludetur via fraudibus, quibus rest testamentaria patebat, in effectum post testatoris fatum protracta: propter quod certis alijs solemnitatibus præcauta fuit, quæ aniles, vanæ que religionis viderentur, nisi contra aut impia, aut dolosa hominum corda præfixæ fuissent, ut aperte nos doget Justinian. in §. sed his omnibus 5. institut. de testament. Nunc sane difficultas, tenui potius tempestas surgit, si eo quod iure civili surdi, & muti intestabiles sint, nec possint fideicomittere? sic Mehercle ex reguladict. l. 2. D. de legatis 1. deduci videtur, cum illi ad fideicommit-

tendum admittantur, qui liberam testandi facultatem sibi adserere possint. Sed ad disputationem animum omnino demittet nostrum 1. Paulus lib. 4. sententiarum in i. nutu 21. D. de legat. 3. Nutu (inquit Consultus) etiam relinquitur fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui & loqui potest, nisi superueniens morbus ei impedimento sit, si ergo ut nutu fideicommittere quis possit, illinguis esse non debet, sed vocis facultatem habere, nisi organum eius superuenienti morbo præclusum sit, plane Consultus demonstrat, mutuum fideicommittendi non habere iuria: & sic sane prædocuit Bartol. in hac l. in principio, Iaso in l. si quis proemptio re, D. de usu capionib. numer. 175. Salicetus in l. & in epistola, C. de fideicommiss. & cum Paul. de Castro, Raph. Corn. Tiraquel. de privileg. pia caus. privileg. 9. num. 1. Spinus in speculo testament. in rubr. part. 9. glossa. Manica de contextus ultimar. voluntatum libr. 6. iit. 4. num. 2. Anton. Gomez in l. 3. Taur. numer. 114. Peralta in rubric. D. de legat. 2. num. 14. Anton. Pichard. in dict. 9. item surdus, institut. quibus non est permis. in fin. Cuiac. ad l. 6. D. de testament. & ad titulum, C. de fideicommiss. Donel. 8. commentar. cap. 15. Viglius dict. §. item surdus, Olaus. dict. lib. 6. commentarior. cap. 5. lit. R. P. Gil Ken. in l. discretis 10. C. quia testament. a num. 10. (qui plures alios dat). A. Matheacius lib. 2. epit. legat. cap. 1. num. 3. Duaren. in l. 3. D. delegat. 1.

Sed in hanc causam aduoco doctos, qui rectam iuris rationem præferunt maioribus autoritatibus. Nam quamvis diu suspensus æquam iustitiae rationem perquisiverim, quia mutus fideicommittere non possit, nullatenus intueni, nec aliquis relativum interpretum dat, nam quod inferrunt ex l. 2. D. de leg. 2. (pace eorum dictum, siue omnium, velim) ineptissimum

num est, tunc enim fideicommiten-  
33 di potestas denegatur illis, qui testa-  
mentum facere non possunt, quando  
a iuris prohibitione interdicta est tes-  
tamentii factio, ut in exemplis præ-  
scriptis, & in rationibus distinctè præ-  
iuit. Etis, quādō nec ciues Romani sunt,  
nec habent bona, nec mentis integri-  
tatem, & sic ne illudatur lex. & cum  
eadem ratio versetur in fideicommisso,  
quæ in testamento, merito fidei-  
committere non possunt; ceterum  
quando prohibitio testamenti non à  
iure, sed à facto descendit, nec ratio il-  
lusionis legis, nec illa, quæ in testa-  
mento, adaptatur in fideicommisso,  
quid obstat poterit, quominus mu-  
tus fideicommittere valeat? duobus  
ex aduerso positis exemplis nostra ra-  
tio patescit. Deportatus, & obles (ut  
prædixi) in testabiles sunt, & quia nec  
ciues Romani sunt, quia habent suc-  
cessorem fiscum; hi nec fideicommit-  
tunt more Romano, & quia eadem  
ratio, & quia trans fisico fieret; sic simi-

34 liter de alijs intestabilibus personis;  
sed è contra in mutō, nulla æqua ra-  
tiocinatio dari potest: nō odium in ip-  
sum nullum legis, ut in testabilem  
reddat, cuius enim Romanus est, bona  
habet, *lege 12. tabular.* testamentaria  
potestatem disponendi de suis bonis  
habebat, obstat ei res facti, quia mu-  
tus, ut scum testamentum condat illa  
scilicet scrupulosa solemnitas, quod  
accire testes, nec eorum audire testi-  
moniū, si vitroq; morbo laborat, possit  
quæ æqua ratio, etiam per strictas in-  
ris religiones, excogitari possit, quo-  
minus cuius Romanus, non odio, in  
miseratione dignus, cum humaniter  
morbum patiatur, saltim illa, qualis  
qualis sit, ultima fideicommissi vo-  
luntate non fruatur? Sententia Con-  
sult. Vlpian. *dict. l. 2. D. de legat.* 1. ad  
intestabilis ratione iuris, non facti at-  
tentissime ab omnibus iuris interpre-  
tibus accepta est, quorum plures de-

dis supra cap. 10. numer. 3. & 4. & nunc  
addo Anton. Fabrum in rationali ad dict.  
l. 6. §. 1. *D. de testament.* apertissime  
enim sic exponit Paul. in l. confituntur  
8. §. codicilli 2. *D. de iure codiciller.* nam  
si quis habitaret villam, in qua suffi-  
cens numeros testium non dabatur,  
propter quod testari non posset, per-  
suadebitur ne aliquis idè ex regu-  
la Vlpiani *dict. l. 2.* fideicommittere  
non posse? nullus ecquidem: nam  
quamvis Paulus non præcupasset  
eam questionem, ipsa naturalis ratio  
idem suadet. A latronibus captus cum  
in mera libertate maneat, testabilis  
est l. qui à latronibus 13. *D. de testament.*  
Si tamen adhuc in vinculis, verbo te-  
nus fideicommissum mandaret, & le-  
gitime de voluntate constaret, quam-  
vis latronum vis testandi facultatem  
impediret, quicumque sani iudicij  
probabit relictum fideicommissum,  
quia in testabilis facto, non iure exti-  
nit, & ut inquit Consultus *dict. l. 8. §.*  
2. quod si quis iure testamenti factio-  
nem habuit, quamvis facto impeditus  
esset, possit codicilos facere. Sic  
mutus qui iure civili Romanorū tes-  
tari poterat, si natura vocem perdidit,  
& sic facto intesibilis fuit, qui non fi-  
deicommittere poterit, cum morbus  
ille facti impedimentum sit? ut opti-  
me Anton. Faber in rationali ad dict.  
l. 6. §. 1. & Tiraquel. *de priuileg. p. a can-*  
*sa priuileg. 9. numer. 1.* Ex eo enim tes-  
tari mutus, & surdus non possunt,  
quia solemnitates testamenti morbo  
impediti non queunt celebrare, quod  
in facto sicut, & sic mutus, & surdus  
37 miles testari potest, *l. iure militari 14.*  
*D. de testament. milit.* §. *quinto, insi-*  
*nuit. eodem.* Hoc idè, quia in tes-  
tamento militari nullæ requiruntur so-  
lemnitates, cum iure genium testen-  
tur, ut Tiraquel. & Anton. Faber ani-  
maduertunt; licet Cuman. & Iaso,  
ab eodem cirati Tiraquel. *na. 2. id pri-*  
*uilegium militi denegent, cum omni-*

modo non adipisceretur mutorū causas, & rationes, propter quod antiqui in eximis erroribus prolapsi fuerunt, contra notissimam responsam iuris: ut ergo eadem ratio daretur quoad mutum in fideicommissio, quæ obtinet in testamento, ut intestabilis sit, necessario mutus testes rogare debebat, ut fideicommissum subiesteret: sed non ita

**38** in jure nostro comparatum est, cum telles non rogati aesse possint fideicommittenti, ita ut non ad solemnitatem, sed ad probationem solum interficiantur, l. fin. §. fin. C. de codicilli l. & in epistola 22. C. de fideicommiss. ita ut solemnitatis aliqua in codicillis non requiratur, §. fin. institut. de codicilli. quod latius explicat Donell. lib. 7. commentar. cap. 19. & ibi Osuald. Cuiac. tractat. 2. ad Africam. in l. 14. D. hoc titul. & Menchac. de successorum creation. §. 30. à num. 4. (quos Osuald. refert) aliquae interpres dist. §. fin. solum illud mutu, ut fideicommittere posset, obstat potest, quod eo ipso, quod non potest testamentum condere, nec fideicommissum relinquere ei condonandum sit, quia codicillus, sine fideicommiss.

**39** sum inter ultimarum voluntatū species reservatur, l. quidam 14. D. de codicilli. princip. institut. de codicilli. quam rationem præstabit Cuiac. dist. l. 2. D. de legat. 1. atque etiam Duaren. ibi, ut ille qui testari non posset, nec posset fideicommittere. Sed hæc argumentum ratio mera cavillatio est, nam quāuis testamentum, & fideicommissum ultimæ voluntates sint: tamen una ab altera longis discriminibus distant, cum testamentum multiplicem solemnitatem requirat: fideicommissum autem solum nutu contentum sit, in tantum quod firmitatem, sine testamento vlo, retineat: & sane nihil commune cū testamēto habet, nisi quod vtrumque sit ultima voluntas, ita quod illatio ab uno ad alterum violentissima sit, ut latius scripti supra

cap. 10. à numer. 6. Nec quomodocumque consideremus, illa affinitas, quod vtrumque sit ultima voluntas, sufficiens erit, ut ille, qui non possit testari, non valeat fideicommittere, cum diuersa ratione vtrumque gubernetur; id per apte agnoscimus in adiunctione hereditatis, nam quamvis gestio pro herede, & cretio hereditatis generali adiunctionis nomine concludatur, ut iam præscripti supra lib. 2 cap. 6. numer. 30. tamen minus recte pro herede gerere potest, quia actus illesum animum, non verba requirat, l. mutum s. l. pater 93. §. 1. D. de adquirenda hereditate secus, atque erit incretione, quia solemni verborum formula celebrabatur l. seruo multo 55. §. si pupillo 3. D. ad Sematus Consultum Trebelian. vi longe latèque hanc rem explicati dist. cap. 6. præcipue à num. 48. Expendas, quæsto amice lector, irrefragabile exemplum, quo persuaderetur mutum fideicommittere posse, nam quamvis testamentum certas solemnitates exposcat, veluti antiqua cretio: & ideo, quia peragere mutos illud non possit, sicut nec cernere hereditatem, tamen cum fideicommissum nūi constet, & nuda voluntate tacitaque omnino subsistat, ut gestio pro herede, quis tam iniquus erit index, qui ad gestionem mutum admittat, & non ad fideicommissum?

Sed res ista altiorem cognitionem desiderat, & cum distinctione dare certam statuer in æternum pacem inter responsa varia, quæ ad unicum collidi videntur. Ad quod obseruo primo. Surdos à naturamutos plurimque esse. Plinius natural. histor. cap. 69. Anditus cui hominum primo negatus est, huic & sermonis usus obesus, nec sunt naturaliter surdi, ut non idem sint & muti. Alexander Aphrod. lib. 1. problemat. 138. quare illi qui noscuntur surdi: sunt etiam muti? quoniam non possunt ea loqui, & proferre, que non

non audierunt. Nonnulli quoque medi-  
ciant: vnam esse connexionem neru-  
rum, quæ ad linguam, & aures porrigitur:  
hinc sit, ut simul afficiantur. Caserum qui  
aliquo casu sunt surdi, non tamen sunt  
omnino muti, quia solus nervus auditus  
affctus est. Similiter, qui aliquo casu sunt  
surdi, non tamen evadunt surdi: localis  
est enim illa neruorum lingua lessio. Aris-  
totel. lib. 4. de històr. anim. cap. 9. Qui  
surdi iam inde abortu natura sunt, idem  
etiam muti. Idem in Problemat. sect. 11.  
42 question. 65. Inde est, quod surdus pro-  
muto accipiatur, vt iam probavit Bar-  
thius aduersarior. lib. 19. cap. 14. ex illo  
Propertij lib. 4. eleg. 3. Omnia surda ta-  
cent, & ex alijs, & sic apud Grecos  
κωφος surdus, idem quod κωφος, κα-  
πηνος, quod agnoscunt Stephanus, Ar-  
noldus, Hadrianus Iunius, in suis text-  
eis, & Barthius ibi. Hoc voluit Iusti-  
nian. in l. discretis 10. C. qui testament. fa-  
cere possunt: discretis surdo, & muto, quia  
non semper huiusmodi virtus sibi concur-  
runt. Sentiens plerumque utrumque  
43 vitium concurretere. Ratio autem ut-  
riusque morbi connexionis illa certa  
est, quod auditus, & vox ab eodem ini-  
tio proficisciuntur Aristotel. dict. sect.  
21. question. 65. & vt inquit Alexand.  
Aphrod. d. problem. 138. una est con-  
nexio neruorum, quæ ad linguam, &  
aures porrigitur: quam rationem signan-  
ter explicat A. Laurentius de bis-  
tor. anorom. lib. 11. de sensuum organ.  
question. 11. qui eruditus duas rationes  
dat, quibus explicat Aristotelem; ac-  
cipe primam in his verbis. Nervus  
quinta conjugationis varies de se promit  
surculos, maior in aurem, & membranam  
exquisissimi sensus expanditur, & sono-  
rum omnium species ad cerebrum defert:  
minor ad linguam, & laryngem excurrevit,  
ob vasorum ergo communionem, quæ una  
est apud Hippocratem, & Galenum causa-  
tis ouphæas simplicis aurium, & lin-  
guæ effectus facile communicant, &c.  
Secundam rationem tu, si mauis, vide.

Sic ergo læso illo originali neruo, af-  
ficiunt lingua, & aures, non magis, quā  
excisso, vel exsicato trunko, rami, ab  
illo dependentes, idem damnum pa-  
tiuntur, licet integri, & inter se distin-  
cti: & sic surdus à natura mutus est, &  
mutus à natura surdus. Sed non sem-  
per huiusmodi virtus concurrere pos-  
sunt: nam ex eadem ratione possemus  
dare mutum à natura, qui surdus non  
sit, & surdum, qui non sit mutus: sur-  
culus enim alter, qui à cerebro, seu  
neruo quinta conjugationis excorrit,  
sive in linguam, sive in aurem varijs de  
causis infici potuit, & exsiccati, ita ut  
museuli rigeant, & organum voluntarij  
motus amittant, & sic surdus, sine  
mutitione esse possit; & mutus sine  
surditate: localis enim est illa neruo-  
rum læsio: nam veluti casu aliquo au-  
ditum quis potest amittere sine voce,  
sic vsum linguae sine auribus, vt aper-  
te docet Aphrod. s. p. & optime Ga-  
lenus lib. 2. de decretis, ibi: Quorum  
quidem neruorum, si vel laqueis constri-  
ctum aliquem intercluseris, vel etiam pre-  
secueris, motu statim orbaueris musculum  
illum, in quem nervus ille pertingebat,  
membrumque illud, quod prius quam se-  
stus nervus fuissest, à musculo eo motionis  
compos efficiebatur, immobile reddideris,  
eodem modo naturali virtus accidere  
potuit (rarius tam en inueniuntur, ) cum  
nervi illi ab uno fonte diminant: qui  
plerumque, aut dabit, aut denegabit  
utriusque succum, & virtutem. Et sic  
sentit A. Laurentius dict. question. 11.  
& possemus multis rationibus com-  
probare, & Galeni, Hippocratis que  
locis, sed cum Iuris Consultum agi-  
mus, tetigisse sufficiat, & ex his omni-  
bus illustrare dict. l. discretis, C. quite-  
stament facere possunt, ibi: Si autem  
in forenum discretum est, quod ita re-  
yo contingit, &c. loquiur de surdo na-  
tura, & loquente, & de muto natura  
audiente: unde absolute Marcian.  
cian. scripsit, in l. seruo iusuito 65. 9.

per D. ad Trebell. Quod aliquatenus circa mutos expediri potest, nam si auditus capaces sunt, vel interrogati, mutu possint significare, velle se periculo suo hereditate adire: id idcirco, quia à natura, & mutu audire, & surdi loqui possunt, non sic est in l. mutu 21. D. de legat. 3. ubi superuenientem morbum vocem testatori abstulisse respondet Consulius (si is auctor difficilis legis est.)

- Secundo obseruo, mutum; siue  
46 surdum, vel audiensem; aliquando  
mentem integrum, & intellectum re-  
tinere, aliquando rationis expertem,  
& stupidam existere actionis, seu ope-  
rationis discretæ omnino incapacem:  
virumque certa ratione in muto inue-  
niri potest: amentia sane facile in eo  
dari potest; si attendas humanæ fabri-  
cæ structuram diuinam, & intellectus  
regiam sedem, neuorumque fonte.  
Cerebrum hominis, principium qui-  
dem neuorum est, & sensus omnis,  
motus que voluntarij, ut latè doceste  
que admirabilis ille Apollo Claud.  
Galenus probat libr. 1. de decretis Hypo-  
pocratis, & Platonis, & libr. 8. de usu  
partium corpor. human. & libr. 7. comen-  
tar. ad Aphorism. Hypocrat. aphorism.  
3. & And. Laurentius in hist. corpor.  
human. libr. 4. question. 10. & libr. 10.  
quæst. 10. qui Galenum erudite expli-  
cat: quod evidenter probauit Galen.  
in Isagog. medica artis constitutione,  
cap. 4. in horum ratione verborum. E-  
nim vero cerebrum ipsum, quod neuis  
cunctis principiis eius modi sit faculta-  
tis ex præcisso quo quis nevus aperte didici-  
mus: cum in partibus supernis, qui conti-  
nuus cerebro est, functiones seruet, in in-  
fernis desperdat. Cerebrum diuinū pa-  
lacium est intellectus, mentis, & ani-  
mæ, hic sedet, hic gubernat, & ab hoc  
neuorum fibræ, seu fila admirabili  
compositione dependent, & tanquam  
consuunt hæc corporis humani frus-  
tra, formantes & conseruantes pul-  
cherrimam molem Galen. dict. libr. 7.

in Aphorism. Hypocrat. aphor. 14. quod  
omni elegancia doctrina, & eruditio-  
ne illustravit A. Laurent. dict. libr. 10.  
cap. 1. Hinc ab ingento qualitatē auf-  
picamur cerebri, si homo ingenii ha-  
bet, subtilem cerebri substantiam nos-  
cimus: si tardum intellectum, crassā:  
si discendi facilitatem, formarum faci-  
lē subceptionem, & sic similiter ab alijs  
effectibus qualitatē eius elicimus Ga-  
len. Isagog. de arte medica capit. 12. hinc  
etiam est, quod cerebrum sit omnium  
insipientiarum, & ineptiarum causa,  
Galen. in commentar. ad Aphorism. Hypo-  
proc. lib. 6. Aphorism. 53. & lib. 7. aphor.  
24. Ex qua ratione evenerit, quod bal-  
butientes à natura habeant cerebrum  
humidum: ita ut cerebro tale tēpe-  
ramentum fortiantur, quod & expe-  
rimur in ebitis, qui aliquando balbutiūnt  
partim, quia multa humiditate perfundi-  
tur cerebrum partim quia etiam ab ipsis  
multitudine prægrauatur, sententia, &  
verba Galeni sunt, dict. lib. 6. ad Apho-  
rism. Hypp. Aphor. 32. Et ut accedamus  
ad mutos, expēdo denique Hippocratis  
Aphorismum 58. lib. 7. in hæc latina  
verba. Quibus cerebrum aliqua ex causa  
concussum fuerit, necesse est, statim mutos  
fieri, quod ibi explicat Galenus, & sen-  
tentiam ducit ab hac ratione. A cere-  
bro ergo architectura humana depē-  
der, & in eo humana mens sedem ha-  
bet: cum ergo hominem inuenimus  
mutum, & surdum à natura, vel ex  
morbo, vel mutum solum, vel surdum,  
merito inquiri debet, an intellectum  
habeat: nam facile persuaderi pos-  
sumus, mutum surdum illo carere posse,  
cum cerebrum infectum, seu vitiatum  
videmus in neuis ab illo procedenti-  
bus ad linguā, & aures: nam satis sofi-  
ciens argumentum & signum est, ce-  
rebrum pati, id est, vitia & iniurias in-  
trinsecus habere, apparente vitroque,  
vel altero vitio, ut optime coniicit Ga-  
len. in lib. Isagog. artis medicin. designis  
cerebri patient, cap. 76. & sic Hippo-  
crates

- erates solitus est nominare mutos, quibus non solum luditur vox, & aures, verum cum eius lesionē interit sensus per exuperantiam morbi, nam sic affecti plerumque, & vocis avium & sensus defectum patiuntur, veluti in apoplexia, ut declarat Galen. dict. lib. 6. com. in Aphorism. Hipp. Aphorism 52. & lib. 7. Aphor. 53. Ioann. Gorraus definitione medic. lit. A. verbo, ἀφωνοι.
- 53 Hinc muti in nostro iure agnoscuntur aliquando stupidi, & nihil intelligentes. I. seruo inuitio 65. §. si pupillo 3. D. ad Senatus Consultum Trebellian in fin. ibi: Quo exemplo, & mutus, qui nihil intelligere potest per curatorem admittatur. Ex quibus etiam eleganter illustratur I. final. D. de verbis significacione in qua mutus & qui paratur infantu, & furioso, quod Cuiacio in commentario ad eam valde displicuit, sed aperte ex Laberinis, & Pomponij sententia mutus ibi datur nihil intelligens, & in intellectu similis infanti, & furioso nulla iudicij discretione ornatis, ut praividicauit Alciatus in eadem lege: non quod ideo quod mutus, & sordus à natura esset,
- 54 55 nunquam possit habere intellectum, ut sensit Alciat. ibi, & P. Faber in l. 124. D. de reg. iur. Bald. Aretin. Roman. las. relatio à Tiraquell. de primit. pie caus. primit. 9 num. 2. & 3. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 14. num 29. & omnes interpretes, præcipue antiqui: contrarium enim verius est ex supra traditis, & statim subdendis, sed quod quia plerumque defectus mentis in mutis inueniri poscit, ideo Consultus dict. l. fin. inter infantem, & furiosum mutu reuolut: nam cū de muto stupido agitur, multoties in nostro iure cum infante, & furioso numeratur, l. nec mandante 8. §. fin. D. de tutor & curat. dat. ab his. §. 5. inst. de curat. dict. l. 05. §. 3. D. ad Trebellian. & tit. D. de curatorib. & alijs ex 57 traminiores dand. eadem animadversione intelliges, l. cum Praitor 12. §. non autem: D. de iudicis, nisi cum maior;
- distinctione (quam magis probo) accipere velis Paulum ibi: *Natura, ut surdus mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent: scilicet prohibentur iudicare, quasi Consultus dicat, natura index esse non potest surdus mutus, quia lingua, & aures in iudicio necessaria sunt, ad interrogandum & audiendum, & hoc est naturæ impedimentum, ut in fradicō num. 74. & addit Consultus: & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent, natura prohibentur: ita ut defectus iudicij adfutuorum, & impuberem referatur: & sic cordo latinitatis exposcit, si attente consideramus: & ratio, quia quāvis mutus, & surdus intellectum habent, tamen iudicare non poterūt defectu naturæ, cum interrogarerō possint, nec responsa audire. Hinc sane est mutus, cui curator datur, cum nihil intelligat, cum rebus suis superesse non possit (quod non video satis certe per caluisse interpres) non ergo omni muto, & surdo curator dabitur, nam si intelligat, si res suas curare possit, iniuste curator dare cura homini, cū mutus intellectus capax aliorum bona administrare possit, ut statim dicemus: propter hoc sane Consultus, dict. l. neemādante, §. fin. & Justinian. dict. §. 5. interfuriosos, & mente captos, quibus curator datur, mutum dedit (ut proxime obseruavi) sed apertius sic sensit Justinian. dict. §. 5. in illis verbis: *Quia rebus suis superesse non possunt, quæ εἰ μόνη δικτα fuerunt, ut pernotesceremus mutos, quibus curator dandus est. Sed sine controversia, sic voluit Consultus dict. l. seruo inuitio, §. 3. in verbis supra datis, in quibus tunc curator muto datur, quando intelligere non potest.**
- Sed non semper intellectus priuatio datur in eo, qui mutus, & surdus à natura existit, immo multoties in eis inuenimus sanam mentem, & perspicacem intellectum, id sane certum inuenimus ratione, experientia, & iuris 59

nostri responsis, & rescriptis. Ratio-  
ne, quia quamvis nervi illi, qui ad lin-  
guam, & aures protenduntur, affecti  
aliquo vitio sint, cum localis illa lœsi-  
fit, ut ex Aphrodiseo, & alijs prædixi-  
mus, recta temperatura constare po-  
test cerebrum, etiam illis infectis ner-  
vis. Idque alia ratione apertum est, nā  
alijs nervi, qui ab eodem cerebro du-  
cuntur, non iniuriam patientur, cum  
videamus inntum surdomque à na-  
tura clare perspicere, & tamen nervus  
secundæ coniugationis, qui ad oculos  
dirigitur, à cerebro originem dicit, ut  
ex Galeno prædiximus, & probat A.  
Laurentius in hist. anot. lib. 4. quæst. 5.  
sic & alijs nervi à cerebro dependentes  
integritatem sanitatemque demon-  
strant, cum officijs eorum, sine impe-  
dimento mutus vtatur: vnde ista, nisi  
quia morbus nervorum linguae, & au-  
rium localis est? & sic eadem ratione  
cerebrum mentem capacem habere  
potest, quamvis subse ramulos il-  
los nervorum laborantes habeat. In  
arbore sic experimur, cuius truncus sa-  
nus, & viridis est, quamvis bra-  
chium, seu rams aruerit, localis enim  
illa siccitas est, & varijs de causis pro-  
venire poterit. Vnde Galenus in com-  
mentar. ad Aphorism. Hippocrat. libr. 7.  
aphor. 5. docet, non omnes, qui dolore  
capitis capti, muti sunt, sensum amitt-  
tere, ex ratione nostra, quam & sensit  
I. Gorrxus diffin. med. lit. A. verbo  
ἀφωνος. Hinc experimur mutos, & sur-  
dos natura perspicacis ingenij, & in-  
tellectus: vidi ego unum ingeniose lu-  
dere carthis pictis lusorij, & cetera  
humana, præter vocem & aures, plene  
perficere; alterum nobilissimum vi-  
rum, in administratione rerum, sum-  
mendis que rationibus, operationibus  
que alijs, quæ perfectum hominē ex-  
poscerent, ultra fidem hominum se-  
gerere. Non longa tulit ætas pictorē  
alium, cuius nunc admiranda monu-  
menta Apellis exæquantur pennicil-

los: ita vt diuinitus illius intellectus i-  
deæ inuenirent, & rerum humanarum  
varietates comprehendenderent, & cala-  
mis loquerentur: sed iam vidit Popul.  
Rom. Q. Pedium natura mutu à Mes-  
sala Oratore pingendi artem edocēt,  
ut testator Plinius natur. hist. lib. 3. ca-  
pit. 4. Suis ætaibus graues viri contes-  
tanui, novisse à naturamutos, ingenio  
præcellentes, scribendi scientia peri-  
tos, & facilitate aliorum legendi scri-  
pta, & æquabili ceteris hominibus  
præter vocem, & aures: quod nō præ-  
sumpsit Iustinian. d. 1. l. discretis 10. C.  
qui testam facer possunt, cum moto, &  
surdo à natura scribendi peritiam non  
dederit, sic affirmavit Rodolphus A-  
gricol. lib. 3. de invention. cap. 16. num. 9.  
Baldwin. in S. præterea, inst. quibus non  
est permis facer testam. num. 14. Men-  
chac. lib. 3. illust. cap. 103. P. Gil Ken. in  
dict. l. disretis, à num. 5. Gædus de con-  
trahend. stip. cap. 7. concl. 15. numer. 263.  
Osuald. ad Donel. lib. 12. comm. cap. 22.  
lit. X. & lib. 18. cap. 11. lit. Q. Francisc.  
Vallesius de sacra philosoph. cap. 3. fol. me-  
bi 71. (qui refert P. Pontium mona-  
chum S. Benedicti docuisse loquicer-  
to modo mutos à natura, docentem 61  
illos primum scribere, res ipsas digito  
indicando, & quid characterib⁹ illis sig-  
nificaretur, deinde ad motus linguae,  
qui characteribus responderent, pro-  
noscendo: quæ docendi ars postea ad  
alios peruenit, & nostra ætate metià  
natura loquentes sunt: & ego edocēt  
meis oculis vidi equitem Ordinis Al-  
cantarensis loquentem, licet difficile,  
magno ad omnia ingenio prædiū  
virum: & ab eodem magistro (à quo  
iste edocēt fuerat) accepi ab omnibus  
fideiviro Comitem, aliosque nobilissi-  
mos iuuenes voce, & lingua eruditos  
fuisse, inter quos Comes facilior in lo-  
quendi disciplina evasit: quod si hu-  
mana industria hoc perfici posse nos-  
set Iustinianus, dissimilem præscribe-  
ret cōstitutionem circa mutorum tes-

tamen-

tamente)conducit Alciat. in l. ex facto,  
D. de vulgar. & Tiraquel. de privileg.  
piae causa priuile. 9. Ex his prouenit certa  
tententia, colligi sanum esse cerebrum  
illis, qui mentis constantiam, & acu-  
men ingenij, electionem que intelle-  
ctus habent, ut optime probat Galen.  
comment. in Aphorism. Hippocr. lib. 2. A-  
phorism. 33. & sic mutos, quamvis ner-  
uos illos infectos habeant, sanum ce-  
rebrum, & intellectum retinere ex  
mentis constantia percipi, quod cum  
nostris iuris interpretes non adipisci-  
rentur, in graues errores conuene-  
runt.

63 Ex his cunctis laudabis meritissi-  
mos Consultos rerum omnium pe-  
nitissimos, qui verè iustitiae sacerdo-  
tes, eamque coluerunt religioso sci-  
tiarum cultu, diuinarum atque huma-  
rum rerum notitia, non barbaro riu-  
crassisque ceremonijs, quæ multihac  
estate placent. Iuris ergo conditores,  
cum sic majorum caulas, & rationes  
introspicerent, totam rem duplii dis-  
tinctione composuerunt; scilicet an  
intellectum habeat mutus, vel non;  
quod si intelligeretur, omnes actuscele-  
brare posset, qui verba non require-  
rent; sin autem mentem non haberet,  
& stupesceret, similis esset furioso, &  
infanti, qui ex personis suis nihil age-  
re in iure possunt: primam distinc-  
tions partem aperte probant Paulus in  
l. vbi non voce 124. D. de neg. iur. ibi: Mu-  
tus si intellectus habet, & l. pater 93. D.  
de adquir. hered. vi si intellectu non ca-  
reat, Papinian. in l. fin. D. de honor. pos-  
session. fur. ibi: Si quod agatur intelligat,  
dicit l. seruo inuito 65. 8. si pupillo 3. D. ad  
Tribellian. ibi: Qui nihil intelligere po-  
test. Si ergo mutus nihil intelligat, nul-  
lam potestatem agendi ei permittit  
civile ius, & sic iura à num. 53. expensa  
intelliguntur: si vero capaces intelle-  
ctus habeat, omnem auctum, qui nudo  
consensu constet, peragere poterit, ut  
dixi. Hinc notio plurium responsorum

dependet, & ab eis aliquà defumam  
exempla, quæ certam reddent hæc re-  
gulam. Et primo expendo l. item quia  
4. cum §. 1. D. de pac. nam cum in legis  
principio prædicti est Paulus, conuē-  
tionis statuta in iure dari sine verbo-  
rum solemnitate, inde merito inferit,  
mutum pacisci posse, scilicet, si intellectu  
habet. Eadem ratione ducitur 63  
1. Pauli sententia lib. 2 sententiar. tit. 17.  
Mutus emere (inquit Paulus) & vendere 64  
potest, furiosus autem neque emere, neque  
vendere potest, contractus autem emp-  
tionis, & venditionis, cum intris gentiū  
si, nudo consentu constat, l. 1. §. ultim.  
D. de contrahend. emption. & idem mu-  
tus eum contrahendum perfidere potest,  
cum & natus soius sufficeret, vnde  
scriptimus supralib. 2. mutus ergo in-  
telligentis, quod aperte sensit Paulus,  
dum contrahendum constituit in furioso:  
nam quamvis multoties mutus furio-  
so, & infanti æquipareatur, ut praeser-  
uauimus, num. 50. intelligeret dū est de  
muto insipienti, & mentecapto, liter  
in capace intelligentum, indiciumque  
demonstrante, nam tunc longe discri-  
minatur ab eo, ut hic Paulus docet. Ex  
his patet, mutum matrimonium con-  
trahere, & dotis nomine obligari pos-  
se, non furiosum, non infantem, cap. 65  
apud sedem 22. de spōsibus, l. manus 76.  
D. de iur. dot. quia cum matrimonium  
simplici consensu, & nuto constet, cap.  
sufficiat 27. quæst. 4. l. nuptias. D. de reg.  
iur. ex prælita ratione mutus vxorem  
ducere valebit, secus furiosus, & in-  
fans, qui nullum consensum prestare  
possunt, ut præter in numero explicat  
Anastas. German. de sacror. immunitat.  
lib. 3. cap. 21. num. 50. & P. Gil. K. in l.  
de creditis 10. C. quæ testamen. facer. poss. à  
num. 10. Sic lat. etum baptismatis, &  
poenitentiae sacramentum mutis in-  
duigeri potest, si voluntatem accipi-  
di certo aliquo signo, vel nuto pren-  
strauerit, cap. qui recedunt 7. 26. quæst.  
6. & Menchac. dict. lib. 3. illuf. cap. 19. se

se vidisse testatur, mutuū à natura cō-  
fidentem peccata Vallis-Oleti. Inde e-  
tiam est, quod mutus per epistolam,  
67 aut inter amicos recte possit seruum  
manumittere, cum illa manumissio-  
nis species nulla solemnia verba re-  
quirat: secus si minus iustam liberta-  
tem velet indulgere seruo, cum vin-  
dicta manumittens: cum hæc manu-  
missionis forma solemnibus gauderet  
verbis, donec postea hoc solemnitatē  
renissim fœrit l. Paul. lib. 4. sentent.  
71. 12. l. manumissio 23. D. de marum. vin-  
dicta. Sic eadem ratione mutus donare  
poterit, cum simplici voluntate dona-  
tio contenta sit, l. qui id quod 33. §. 1.  
D. de donat. quod rel pōsam varia euol-  
uit interpretatione GilKen. dict l. dis-  
cretis à num. 15. cum Consultus nec  
sominianerit eorum aliquid, cuius ip-  
se, & ab eo relatio miniscuntur. Vi-  
de Tiraquel. de priu pia caus. d. priu. p.  
69 nu. 2. Sic etiam mutus cōstituere pro-  
curatorem poterit, l. mutus 43. D. de  
procurat. idque signis, & demonstra-  
tione aliqua: sic volunt huic legisver-  
ba, per eum modum, qui procedere potest,  
(licet aliò vertat Cuiac. statim referē-  
dus, bene lane, sed non apte ad verba.)

70 Sed ipse mutus statui legitime procu-  
rator non potest ad lites, quia in indi-  
cio aures, & voces necessariæ sunt, sine  
quibus procurator munus suum exer-  
cere debite nequibit, dict. l. mutus, at  
vero ad administrandum satis cōgrue  
cōstitui poterit, cum illa res magis lu-  
dicio regatur, quam lingua, vt Paulus  
dict. l. prudenter distinguit: & si minus  
bene aut apte geratur à muto admini-  
stratio, imputet sibi, qui morbosum a-  
ctorem elegit, quam sententiam ex di-  
ctab. mutus. præter Accurs. & antiquos  
in ea, agnoscent etiam ibi Æguin. Ba-  
ro, & Gifan. & optime Cuiac. lib. 9. ad  
edictum Pauli dict. l. mutus, Fabius Go-  
linus de Vespasian. in tractat. de procu-  
rat. part. I cap. 5. à num. 31. Osuald. ad  
Donell lib. 12. comm. cap. 11. lit. Q. ita yt

sine ratione Anton. Fabr. in rationali  
ad dict. l. vers. forsitam & ipsi dantur. 71  
Tribonianus adtribuerit, semper facili  
in Tribonianum animo, quia mutus  
tutor, nec testamentarius, nec legit-  
mos dari possit, l. 1. §. vlt. & pen. D. de  
tutel. l. pen. D. de legitim. tutor. sed quan-  
tum tutor ab administratore distet ip-  
si vi rationis muti adloquentur, uno  
verbo insinuant Consultus dict. l. 1. §.  
vlt. quia non tantum loqui, sed & audire  
tutor debet, si vox & auditus in tute  
requiritur, quia munus eius mutus ad  
implebit, plerumque utroque vitio  
laborans? Abiit à tutela simplicem  
administrationem bonorum, & inven-  
tus tutorem capitiliberodatum, diri-  
gentem puerilem animum, adstante  
pro eo in tribunalibus, stipulationes  
concipientem, cernentem hereditatē,  
& alia plurima peragentem, quæ vo-  
cem auresque exposcant. Etsi mutus  
administrator tolleratur in iure, quia  
culpa nominationis nominanti impo-  
nitur, vt dixi, cum Barone, & Gifanio,  
quis eam rationem pupillo imponet,  
ætate, & innocentia sua indemni, & in-  
culpato? Nec loquendi modum Con-  
sulti forsitam & ipsi dantur, suspectum.  
Faber habeat, scire debuit Academicorum  
fuisse dubitandi ratione respōde- 72  
re, vt iam præseruavit Cuiacius, quod  
recepissimum fuit apud nostros Cō-  
sultos, vt longissime obseruavit Briso-  
nius in suis formulis, & ego hoc libro,  
& alibi. iam ergo mutum stipulari nō  
posse, certa ratione quicumque cōsti-  
mabit, quia cum verbis stipulatio cele-  
brari debeat, sine lingua mutus hanc  
solemnitatem adimplere non poterit,  
l. 1. in princip. D. de verbis obligat. l. 1. §.  
pen. D. de obligat. & actionib. §. mutum 8.  
inst. de inutilibus stipulat. Propterquā  
rationem arbiter non potest esse mu- 73  
tus. sed & §. 9. §. 1. D. de receptis qui ar-  
bitrium receperunt: nec iudex, l. cū Pre-  
tor 12. §. 2. D. de iudicijs, quia interrogati-  
ones in iudicio necessariæ, & eas  
index 74

iudex l. cum Prator 12. §. 2. D. de iudiciojs,  
quia interrogations in iudicio necessariæ, & eas iudex ad cognitionem causæ  
facere debet, l. indices 9. C. de iudiciojs, c.  
iudicantem 30. q. 5. quod latius explicat  
P. Greg lib. 47 syntagm. iur. c. 9. n. 3. &  
Oswald. ad Don. lib. 17. com. c. 24. lit. C.  
& nos sup. iximus n. 57. sic nec postu-  
lare, ut perspicuum est. Hæc omnia,  
quæ longe protuli possem & aliaplau-  
sa addere) satis constenter demonstrat  
cess tam esse nostram sententiam, quæ  
circa mutos præstitimus, quod si in-  
tellectu habeat, possint agere, & per-  
ficere omnia, quæ nudo consensu co-  
stant, sine solemnitate verborum: reli-  
ctis interpretum curis, & divinationi-  
bus, quorum vni hæc principia intellici-  
gunt, & supplent curatore auctorante  
mutis: alij de muto audiēte: alij demu-  
to sic effecto superueniente morbo: a-  
lij de muto scribendi perito: alij ad li-  
bitum singente causas, quæ omnia (si-  
ne inuidia dictum velim) somnia &  
deliramenta sunt, cum nostri iuris cō-  
ditores in tam repetitis responsis solū  
præfata mōdificationem amarint, &  
traddiderint: nam alius qua ratione  
omitterent, quas excogitarunt inter-  
pretes, si in eis conderent responsa, &  
alienas ineptas præferrent?

75 Hæc omnia longe aperiunt rectā  
iuris rationem in mutorum notionē:  
& si his adiungas quæ sup. à n. 02. con-  
siderauimus, facile in eam sententiam  
aduceris, mutum fideicommitere pos-  
se, cum ea res nuda voluntate sine tes-  
tamento legitime stet. Sic sane deme-  
dia iuris prudentia censeo. Sed Iustin.

76 d. l. discretis 10. C. qui testamenta facere  
poss. (cui semper odio suis stricta iuris  
ratio) totam eam rem abrogavit, &  
cum antea mutus, & surdus à natura  
posset fideicommitere, donare, &  
manumittere (ut præfirmavi numeris  
ante datis) sua noua constitutione eas  
facultates absulit muto, & ne irreue-  
nentes agamus, forte ea ratione (quæ

à conjectura integra colligimus) ne  
locus fraudi, & falsitati aperiretur, ior-  
gijs, & contentionibus, si indicijs, & de-  
monstrationibus, quibus mutus volū-  
tatem suam indicaturus erat, illam de-  
monstrauerat personam: vel muto so-  
lum à natura peritiam scribēdi requi-  
rit, qua satis evidenter muti volumas  
enodatur, seu explicatur. Ex qua ratio-  
ne procerio habeo, quod si mutus, &  
surdus à natura scribere, seu loqui e-  
doctus esset, posset non solum fideicō-  
mittere, donare, & manumittere, sed  
testamentum condere, cessat tunc sane  
prohibitionis ratio, & militat permi-  
ssionis: inquam inclinat sententiā Gil-  
Kenius dict. l. discretis à num. 4. Nam  
sic sancierat Iustinianus (vt prædictus)  
quia hominem mutum, & surdum aut  
insipientem putauerat, aut industria  
humana non consequi posse scientia  
loquendi, & scribendi.

Sed nostra sententia, quilectio-  
num antiquarum usque ad supersticio-  
nem cultor religiosus fuerit, exhibet  
Pauli responsum dict. l. natu 21. D. de  
legat. 3. cuius verba dedimus supr. num.  
30. quæ cū diu varia cogitatione evolu-  
erent, in eam semper cogitationem  
arreptus fui, scelus & flagium in his  
subesse Tribonianī, quod ab stylo, &  
more, atq; certa ratione dedaco. Paulus autem solum scripserat, nutu etiam  
solum relinquitur fideicommissum, admō-  
dum quo Vlpian. tit. 25. infragm. scrip-  
sit. Nutu, & relinquitur fideicommissum, se-  
quentia autem verba, dñmmodo is natu  
relinquat, qui & loqui potest, nisi superna-  
niens morbus ei impedimento sit, annota-  
tio Tribonianis sunt, male cōsuta res-  
ponso, & adiecta à decisione Iustini-  
ni dict. l. discretis: nam cū in ea muto,  
& surdo à natura fideicommitēdi po-  
testas denegetur; & concedatur, si su-  
peruenienti morbo ita effectus fuerit,  
siliteras sciat, addidit Tribonianus Paul-  
us, fideicommissum nutu relinquipos-  
se ab eo qui loqui possit, nisi forte lin-  
gua

- 79 quia interclusa sit superueniente morbo. Magnus Cuiac, ad l. 6. §. 1. D. de testament. cum suboluit Triboniani manu in illis, nisi superueniens morbus ei impedimentos sit, a quo omnino non diffident Goihfred. innotis ad dict. l. natn, & P. Gil Ken. in dict. l. discretis num. 22. licet suspicio dupliceat Osuald. ad Donnell. lib. 6. commentar. cap 5 lit. R. sed si ne certa ratione, qua tam immanis difficultas disoluatur ego autem præter primam lineam cetera Triboniano attribuo, cum nulla ex qua inneniti possit ratio, qua mutus à natura fideicommitere non possit, per ea cuncta, quæ longe deduxi. Moris autem fuit Triboniani hanc clausulam in similibus
- 80 actibus addere, si fieri potest: si loqui potest, cum acceptam inueniret à iure Cö folius in varijs iuris responsis, quo solo virio maculauit responsum in l. de legare 17. D. de nouat. vii iam emacula-  
v. supr. lib. 2. cap. 7. à num. 20. quis juris Consultorum talem distinctionem inuenit, aut in actibus qui nutu celebrantur, aut in illis quos agere possunt nu-
- 81 ti? cū in actibus illa celeberrima distinctio sit, an actus verba requirat solemniter, vel non, quod si verba, mutus perficere non poterit; si nudum voluntatem, nutu solo constabit: quæratio distinctionis ex ore, & mente iuris Consultorum profluxit: ut longe dedimus lib. 2. per totum. In mutis, illa est celebris iuris ratio: an mutus intellectum habeat, vel non: & consequenter verba experiantur necessariè in actu, ut hoc capite multis responsis collectis probavi. Sed videant docti, quam euidenter commissa Triboniani sunt: nec unquam, quocumquam te veritas, responso Pauli aduersa poteris: nā si mutu relinqui potest fideicommissum, ad quid vox requiritur in eo, qui fideicommitit, nam est necessitas sine qua (ut optime expendi supra dict. cap. 19.) nec ab uno ad alind inferitur. sic sane legitime inferretur, fideicommissum nutu re-
- linqui potest, etiam abeo, qui loquins potest; aut è contra fideicommissum nutu non relinquitur, quamvis is nutu relinquat, qui & loqui potest, natura enim actus non variatur ex qualitate celebrantis: nam si verba exposcit, mutus natura, vel morbo celebrare non poterit, si nuda geritur voluntate, mutus & aliis quicunque, si intellectum habet, sine verbis legitime perficere poterit, ut hoc capite degestione pro herede, & creatione diximus, & latissime dict. lib. 2. His adjice insipientiam maiorem, omni digna irrisione, quod si superuenienti morbo, quis mutus 83 existit, nutu fideicommitere possit: necne, quia mutus à natura, minus fabore dignus est, quam ille qui postea morbo effectus est, mutus? quis talem distinctionem insipienter probabit? cum utroque modo mutus morbosos sit, l. minium 9. D. de Ædil. Edict. Aulus Gellius lib. 4. Noct. Atticar. capit. 2. immo miseratione dignior est, qui à natura mutus evasit, cum in superuenienti morbum culpa aliqua potuit, qui mutationem patitur, peruenire, nisi velimus iniqui esse accusatores naturæ, quod damnat Justinian, in l. Maxim. vittum, C. de liber. præter. vi optime cum eo possimus dicere, qui enim tales differentias inducunt, quasi naturæ accusatores existunt. Dices forte, de fideicommisso nature relinquendo agi, & cum hæc res interrogationibus regatur, quas fideicommittens audiēs, anspicit, ut in actibus ceteris, quinutu perficiuntur, sit, ut dixi dict. lib. 2. cap. 2. & per totum librum, ea ratione distinguendum esse inter mutum à natura, qui surdus est, nec interrogations audire potest, & mutum, qui accidenti morbo lingua, & voce primatus iacet, sed hæc distinctio contra medicorum principia datur, agnita in nostro iure ciiali, & multis rationibus, & autoritatibus in precedentibus numeris à me asserta: nam mutus à natura audire posse,

test, ut probavi d. nū. 12. & aperte agnoscit Iustinian. dicit l. discretis, & è contra plerumque sit, mutos morbo repente factos aures, & vocem amittere, & quod magis est, mente & sensu priuari, ut ex Galeno, & alijs obseruauit, & experimur quotidie, præcipue in patientibus fortē apoplexiā. Horū ergo alterum damna debet, aut mutu fideicommissum relinquere non posse à muto à natura, vel morbo suoperuenienti, forte quia vterque cōcluſas aures habet, aut totum contrariū, scilicet posse relinquere, quādō naturā, vel morbo mutatio facultatem audiendi præseruavit, quod apud me legitimū foret. Nec rationem d. l. nū. 12. aliunde ducas, videlicet à testamen̄i factione, quod videtur innuere Osuald. dicit lib. 6. com. cap. 5. l. 1. R Viglius in §. 3. inst. de testament. ita ut ille qui augeſcente in firmitate mutus factus est, aut fecerat testamentum, aut poterat facere, sili teras sciāt, & sic fideicommittere, ex reg. dicit l. 2. D. delegat. secus autem mutus à natura, qui cum intestabilis sit, non retinet fideicommittēdi facultatem, sed quis, bone Deus! talia fereat cum hęc tota ratio, nihil aliud sit, quā phantasia, & diuinatio ad Pauli respōsum seu Triboniani, qui solum agit de fideicommisso mutu relinquendo ab illo qui loqui potest, vel non; sed etiam animaduertendum est, mutum morbo de media iuris prudentia intestabilem esse, quia rogare testes non poterat, nec eorum testimonia audire, si aures amitterat, & sic in hoc pari conditione erat, cum muto à natura, ut dixi à nū. 12. nec Iustiniani constitutione distinetum fuit d. l. discretis, inter mutum à natura, & superuenientia morbi, cum annotatione si scribere sciāt, quod nec Tribonianus plene inseruit dicit l. nū. 12. omittens scribendiscentiam, quod antea à nullo l. Consultorum additū, & distinctum fuit. Etsi forte (quod nec somniauit Paulus, nec quacūque acri

consideratione à verbis d. l. nū. deducit potest, ) ante mutationē fecerat testamen̄um infirmus, non idē posset mutu relinquere fideicommissum, si aures ei conclusae fuerunt, licet expeditam linguam haberet, cum tota mutus ratio ab auditu cōsistat circa rem, quā sine verbis expediti potest; & sic siue testamentū fecerit, vel non; potestas fideicommittendi mutu non dependet ab impedimento linguæ, natura vel morbo, sed ab aurium capacitate. His 86 adde quod mutus à natura indulgenția Principis poterat facere testamentum, l. si mutus 7. D. de testam. non enim est necessarium, quod literas sciāt, ut Viglius, & Osuald. in locis proxime datus; & Gil Kenius dicit l. discretis, na. 3. cum alijs ab hoc relatis existimārūt; peritia enim literarum, secundum hos necessariae, Consultus non meminit, imò absolute concedit testandi licentiam ex privilegio Principis, sine gesticulationibus, & ridiculis demonstratiōibus poterat mutus facultatē obtinere testandi, cum modo, quo possit, & ei possibile fuisset, ut inquit Consultus dicit l. mutus 43. D. de procuratōr. posset quicumque haurire voluntatem, & in libellum redigere, eumque Principi offere, libellis enim adiri Principem, illūq; ad illos rescribere, nihil magis 87 frequēs in iure nostro inuenitur, l. Dīus 9. 33. D. de re ind. l. libertus 13. D. de ius vocam. ut per aliquas paginas tractat Brison. lib. 3. Form. à f. m. 327. si enim solēniter verba non requiruntur Principē eoram, sed solum oblatio libelli, id est factum, quid obstat poterat quomodo mutus à suo Principe privilegium testandi obtainere posset? Et quamvis Viglius, & cōfessoris instet adhuc, non solitum esse Principem privilegium testandi concedere cuiquam, nisi de voluntate testantis constet, h. plane 2. inst. de militat. testam. latis voluntas muti constat, & inuenitur in portecto libello, non minus, quam aliorū, qui

qui preces suas in libello Imperatori offerebant, ctiūm literarum rudes, nec cum eis Imperatores colloquebatur, sed rescribebant illis secūduim quod æquum illis visum fuerit; & si voluntas muti ab illo actu colligi nō posset, eadē ratione, nec in alijs astibus, quos ex sententia iuris Consultorum celebrare possunt, quorum plures collectos hoc capite dō, & sic cū rationem mutorum non intelligerent Cumān. Paul. de Castro, Ias. Aretin. citati à Tiraquel de priu. pia causa, d. pria. 9. nn. 2. in eam concuererunt opinione mutū surdum, nec ex privilegio Principis testari posse, cōtra expressum principiū d.l. 7. sentientes hominem sic affectum iudicio & intellectu carere. Præterea, quod dict. §. plane, non apte ab interpretibus in hanc rem adducitur, id solum probat, constare debere de volūtate militis testantis, quod quamvis liber iure gentium testentur, non ita ea facultas accipienda est, quod saltim prius non appareat, quem nominauerit heredem, & quam circa se bona voluntatem constituerit (quod latius scripsit lib. 2. c. 10. à n. 5. cum seqq.) & cū sic Iustinian. docuisset d. §. plane, subdit in §. 3. quinimo, & mutus, & surdus milites testamentum facere potest, sentiens satis constare de volūtate militis muti per indicia, & demonstrationes suas. Ex quibus omnibus causas mutorum coniuges à natura, vel à morbo, quod uterque intestabilis est, & aliquando testabilis vñusante infirmitatem, alter priuilegio, vt sic ratione testamento rum, absolute autor d. l. mutu, fideicommittendi potestatem mutu nō deberet denegare muto à natura, & indulgere à morbo, & cum ab initio fideicommissum possit relinquī, nec d. l. mutu, syllaba de testamento facto, vel faciendo non inseratur, extra rem, erit fideicommittendi potestatem mutu à testamento facto colligere. Sed quid via commentatione fatigamus ani-

mum? cū moris fuerit Tribonianus tuus sui Cœsaris Cōstitutiones insere- 89  
re iuriis Consultorum responsis, vt Academici in cliotis notæ passim agnos- cū, & ego obseruavi sup. hoc lib. cap. 4. numer. 17. ubi loci ad id expendi hanc l. mutu. Siat ergo apud me fixū ex his omnibus, quæ longo tractu doximus, mutum fideicommittere posse, quia solū sacto impeditur testamentum condere, quo casu regulā l. 2. de leg. 2. non obtinet ut dixi, c. 10. & isto.  
Redeo ad institutam viam d.l. 2:  
& ad regulas præpositas, quibus fidei-  
committendi potestatem à testandi  
dacebamus, & præter mutos, & sur- 90  
dos, dices, esse alios (ex sententia nos-  
tra) qui quāmutis testandi ius non ha-  
beant, possunt fideicommissum relin-  
quere: scilicet deportatos, & peregrini-  
nos, quibus in capitulo ante habius,  
potestatem fideicommittendi dedimus,  
& tamen in eisdem defiegauimus tes-  
tameti factiōnem, & quod magis est,  
fideicommittendi cap. isto, n. 4. sed facia-  
li concordia hæc cuncta placabuntur,  
& nostra sententia noscetur, & agnos-  
cetur à doctis: cum ipsamē argumē-  
ta magis fierint, ea est semper veri-  
tatis virtus. Iure ciuilī peregrinus, &  
deportatus testari nequeunt, & sic eo  
demi iure, nee poterit fideicommitte-  
re, l. 1. §. 2. & 4. D. de legas. 3. respice  
præscripta, c. 4. 1. à n. 23. & sic intelligē-  
da sunt notata, hoc cap. d. n. 4. at vero  
cum uterque iure gentium testari pos-  
sit, vt probauimus, c. 14. supr. peregrini-  
nus semper, deportatus autem quando in sententia ei fuerūt reseruata bo-  
na, vel reliqua in testamento militum,  
vt longe defendimus, c. 13. & 14. poten-  
tunt ambo eodem iure gentium fidei-  
commissum relinquere, cū nulla fraus  
legi fiat, & potestas iure gentium ha-  
beant ad testandum, & fideicommitte-  
dum, vt sic verum vero consonet, & re-  
gula d. l. 2. in hoc casu etiam obtineat  
locum.

LIBER QVINTVS:  
**PARALIPOMENON,**  
**ET ELECTORVM IVRIS**  
**CIVILIS.**

C A P. I.

**Q**uintius Labeo, per integrum caput: laus authoritatis eius & monumenta literaria. 1. In omni literarum genere scripsit. 2. Assiduus scribendi. 3. Pomponij Læti error. 4. Lettio in l. 2. §. posthunc, De orig. iur. an si quadringenta legendum sit, late discutitur. 5. Libri quae litter legendi, & seligendi. 6. Et scribendi. 7. Error reponentiū, dict. 8 post hunc quadraginta. 8. Volumen quid? 9. Liber unus in duo volumina. 10. Libelli qui vocabantur? 11. Unde volumen dicatur remissine. 12. Librorum appellatione volumina continentur. 13. Longe interpretamur Ulpian. in librorum, §. si cui centum, D. delegat. 14. Notatur Laurentius Vallae. 15. Libelli dicti volumina, quia convoluebantur. 16. Aliquando unus distincte, aliquando plures simul. 17. Elephantini libri. 18. Codex quid? 19 Ites rum resumitur Ulpian. dict. l. librorum, §. si cui centum. 20. Labeo posteriorum libros scripsit, & quot. 21. 22. tib. vltimus proprietas. 23. Libri posteriorum à Ianoleno epitomati. 24. n. d. a. libro idem Labeo scripsit. 25. Et ad dictum. 26. Prætoris Urbani. 27. Prætoris Peregrini. 28. Epistolarū libros. 29. Contrarium tamen sentit Cuiacius. 30. Ab inscriptionibus responsorum quando coniecturae accipienda. 31. Expenditur l. si tur. 32. § incertam. 2. D. de vsu cap. 32. Scripsit & responsorum libros. 33. De vestali Virgine. 34. Et commentaria ad leges 12 tab. 35. Iuris Pontificij cōmentaria. 36. (Illustratur Macrobius. 37.) Et de Dijs Animalibus. 38. De disciplinis Etruscis. 39. Coniectura datur, alia plura scripsi. 40. Nonis rationibus lectione dict. §. posthunc adseritur. 41.

**I**BER quintus insignis Q. Antistij Labeonis iuriis Consulti laudes, & autoritatē dabit, eiusque monumenta literaria, aduersus aliquos, qui aut adulatio- ne, aut ignorantia vici, impudēti ore, & stylo tantivirilaudes violare, sed in casum, conati fuerunt. Hodie nōs vindices eximitus vir habebit, ut in am ille aciores, & doctiores pro glorijs suis sortiretū, sed dum alius ex inter prebus nostris accingitur, subibo munus, & vindictam tractabo sapientissimi iuris prudētiae sacerdotis. Magnum inferimus iuris Consultum, vi- rum mehercle multis cōdecorandū.

**I**s sane, prater iuris prudētiae eximios labores, carteris operis sapientiae ope ram dedit, ut scripsit Pomponius in l. 2. §. post hunc 47. D. de orig. iur. & (vt inquit Bernard. Rutilius in eius vita) multum philosophiae incepit, ultra quæ lingua latina politioribus que li teris doctissimum evasit (videant legu lei, ansi maiestas iuris prudentiae dede coratur philosophia, humānioribus que literis, cuius euā vindictae aduersus pestes istas suum tempus adueniet) testis etiam est Appianus lib. 4. de ciuitate libell. in his verbis. Labeo sapientia no mine illistris Labeonis etus parens, cuius oblegum experientiam celebre nomen est, & condecorat etiam D. Augustin. lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 1. Cum praeſertim Labeo, quem huiuscmodi rerum peritissimum prædicant, numina bona à numinibus malis, ista etiam cultus diueritate distinguat, ubi Viues lit. B. non iuris modo, sed totiusque antiquitatis omniumque ar tium peritissimum nō solum apud que vocat, A. Guibertus lib. 1. quæ ſtiorum iur. cap. 8. in artium ingenuarum ſtudijs diu maliūque verſatum, latior nobis est A. Gellius lib. 13. Noctium Atticarum c. 10. Labeo Antistius iuris quidem ciuitatis, disciplinam principali ſtudio exercuit. & conſulentibus de iure publice reponſa-

uit, ceterarum quoque bonarum artium, non expersfuit. & in grammaticam ſeſe, atque dialecticam literasque antiquiores, altiores que penetrauerat: latinarumque vocum origines rationes que pereculuerat, eaque præcipue ſcientia nō enodandoſ plerisque iuris laqueos vrebatur: ſunt ab eo libri post mortem eius editi, qui poſteriores inscribuntur, quorum librotum tres cōtinui, tricessimus octauus, & tricessimus nonus. & quadragessimus pleni ſunt id genus rerum ad emartandam, & illuſtrandum linguam latinam conduceūunt: prætereat in libris, quod ad Prætoris editiū ſcripsit, multa poſſuit, partim lepide, atque argute reperia ſcienti hoc eſt. Unde Labeo Proculeianorum Princeps cum chryſippo comparatur, lege Emond. Meſſiliū lib. 1. obſeruat. cap. 20. & in qua tum iuris Consultum habemus nō līris apud ſane, centies que πολὺς θεὸς mihi erit: Quiquidem ſacerdos, & verus noſtræ iuris prudentiae, tanta affidui tate, adorauit, & celebrauit literas, ut 3 adfirmet Pomponius dicit. §. post hanc 47. Phil. Beroald. ad ſuer. in Aug. cap. 5. 4 Rōma ſex mensibus, cum ſtudioſis fuiffe, ſex mensibus ſereſiſſe, & conſcribendis li briſ operam dediſſe, ex quibus aperte co nuncitut Pomponij Læti error qui lib. 26. de Magistratribus, iſtam ſtudiorum 4 formam Capitoni adtribuit, & quadriginta volūmina ſcripſiſſe addit, quod de noſtro Labeone voluerūt aliqui ex huius Pomponij loco, dicit l. 2. §. post hanc 47. D. de orig. iur. ſed noſ maius volūmīnū incrementum Labeoni da himus, quadringenta ſcilicet volūmina: hæc fuit antiqua, & receptior lectio in omnibus codicibus.

Agnolo in hoc Pomponij loco reponere quadriginta Æguinac. Ba ron. 1. Corrasium ad eum, atque Fran. Hotomanum in diſcriptione iuris Con ſultorum, & Rutilium in noſtro Labeone: desperant à tanto volūmine, & ſupra hominis captum eſſe, & ita primo ob tam videtur, nam non ſolum ſcribere, ſed

sed nec per legere potuisse, quicunque crederet, & sic lectio quadraginta, honestior Pomponio apparet, & a susptione mendacij libera: nam amicior puriorque animus in tantis habebit voluntibus. Memini ego epistolarum Senecæ docentis 2. & 45. epistola, in studiorum progressu multorum autorum lectionem, & omnis generis voluminum habere aliquid vagum, & instabile, cui adserit Martial. lib. 4. epigram. 29. & cum ista in prælectione librorum vera sint, quanto priora iudicabantur in ingenti perfectione eorum, & structura, in qua cunctus spiritus, ingenium, potentia hominum concutere, & laborare debent; in cuius imaginis dispositione, & figura quantum temporis necessario subl. benni? ut non quadringenta; immo nec quadraginta volumina subtilissimus artifex Antistius Labeo, si iusta eius literarum fama, perficere posset. Pedetentim in hac via deambulandum est, ne labamur, more atque ritu viri hos fructus parire debemos, nam que visitera informem partum emitit, ad formam adducit assiduitate lambendi, sic nos edere in lucem studiorum factus: quod admiratione summa peregit Virgilius Maro, teste Faberino philosopho, apud Aul. Gell. 17. Noct. Att. cap. 10. ut taceat Euphridis, & aliorum magnorum poëtarum insomnes curas, & præcipue maioris Statij Papini, qui suam Thebaide hac peroratione conclusit.

*Salve Thebaeis, bisenos mihi laborata per annos.*

Quæ quidem cuncta præmaxime urgere videantur d. s. posthunc, reponendum esse extenua Fabri, & aliorum quadraginta pro quo expressa est autoritas Pomponij Læni dict. lib. 26. de Magis. qui quamvis errore summo hæc librorum volumina Capitoni adtribueret, quomodocumque sit, quadraginta fuisse sentit.

*Sed quanquam multum varietas*

hæ considerationes distingere videantur, aperte labi contrariae opinionis inter pretes iudico, ignorantes, aut non animaduertentes, quid si volumen: nā prima illa apparet ratio tantorū voluminum iæstat ecquidem quodcumque iudicium. Inuria ecquidē Labeonis inter pretes nostri tanto voluminū numero perterriti, falso antiquam lectionē violarū, quod in præsenti in æternū me restitutū speso. Ad quod obseruo, apud antiquos volumen distinctum fusile libri vnius sectionem, seu fragmentum: ita ut tomus pluravolumina haberet, & contineret in se, sic P. Virgilij Maronis Æneis, quam in duodecim libros età videmus, duodecim volumina continebat: & Metamorphosis P. Ouidij Nasonis in quindecim libros diuisa, quindecim volumina haberet: audi grauem testem eundem Ouid. lib. 1. trist. eleg. 1.

*Sunt quoque mutata et quinque volumina formæ,*

*Nuper ab exequijs carmina rapta meis.*

Valerius Martialis lib. 7. epigrāmat. 62. loquens de Silio poëta, qui belia Punica, quæ cecinit, indecem & septē libros diuisit.

*Perpetui nunquam moritura volumina*  
*Sili*

*Quilegis, & Latia carmina dignata toga.*  
Noster Statius Papinius, cuius autoritas apud me semper fuit magna, inde dictione lib. 4. Sylvarum ad Marcellū, sic incipit, inueni librum Marcellæ charissime, quem pietate tua dedicarem, & infra, sed interim endecasyllabos, quos saturnalibus una r̄ismus, hinc volumini inserut, Macro. lib. 3. saturnal. c. 7. infine, ibi: Disputat de hoc move etiam Trebatius religionum libro nono, cuius exemplū, ne sim prolixus, omisi, cui cordi est, legere satis habeat, & autorem, & voluminis ordinem esse monstratum, Plinius lib. 30. natural hist. cap. 1. Hermippus (inquit) qui de tota ea arte diligentissime scripsit, & vices centū millia versuum à Zoroaf-

re conditaindubia quoque voluminum eiuspositis ex planauit. & lib. 18. cap. 3. & cap. 25. & cap. 20. & cap. 32. sic liber pri  
mus ad Herenniu invocatur ab auctore volumen in hoc, ibi: Nunc quoniam satis  
huius voluminis magnitudine crevit, commo-  
dus est, in altero libro de ceteris reb⁹ de-  
inceps exponere, & hoc in tantum verū  
erat, quod liber unus aliquando induo  
volumina dividenda erat, celebris est lo-  
cus C. Plini lib. 4. epistol. illatio missa,  
ibi: Studiost tres in sex volumina propter  
amplitudinem datus, quibus oratorem ab  
incunabulis instituit, & perfecit Paserati-  
tus, & Casaubonus, Laurent. Valla in-  
fra referendi legunt libri tres.) Hæc  
volumina aliquando libelli vocaban-

tar, aposite Horat. Flaccus lib. 1. epist.  
13. ad Vinnium Ascellam.

*Vt proficiscerent docui te sape diuque  
Angustore redes signata volumina Vinni.  
Si validas, si latas erit, si denique posset  
Ne studio nostri peccos, adiunque libellis  
Sedulus importes opera vibemente minif-  
ser.*

Omnia poëticæ opera partio poëma-  
tum libello concluduntur, & tamen  
volumina vocat, statim que libellos,  
Martial. lib. 1. epigram. 1. Argutis epigrā-  
maton libellis. & in epistola ad Domitianum lib. 8. & passim: sic intelliges Suetoni-  
um in Iul. Cesare, cap. 56. Ferun-  
tur, & apuero, & ab adolescentulo qua-  
dam scripta, ut ländes Herculis, trag-  
dia OEdipus, item dicta collectanea, quos  
omnes libellos retinuit Augustus publicari,  
Suetonio addit Ciceronem lib. 9. epistol.  
famili. epist. 15. Sic audio Cesarem, cum  
volumina iam cōficerit οποφθηματων  
vel per se, si quid offeratur ad eum pro-  
meo, quod meum non sit, reiūere solere,  
quos enim libellum, seu libellos col-  
lectaneorum dixit Suetonius, vocat  
volumina οποφθηματων Cicero, no-  
stram voluminis rationem probarunt  
antea Isaac Casauben. animaduers. ad  
Sueton. dict. cap. 56. Maria Catan in ex-  
positionibus ad d. epist. C. Plini Junioris,  
Paseratius in prælectionibus ad Tibullum

lib. 4. Panegyrico ad Messallam. fol. mihi  
90. Budæus in commentar. lingua Graeca  
fol. mihi 285. & Isidor. lib. 6. Etimol. ca-  
pit. 13. (qui sic percipiendus est) Lau-  
rentius Valla lib. 6. eleg. cap. 43. Cuiac.  
innotis ad I. Paul. lib. 3. tit. 6. §. libris le-  
gatis, Aldus Manutius de questis per e-  
pistol. lib. 2. quæst. 1. Salmahus in Topisco,  
p. 243. volumina ergo libelli parvifue-  
rūt, aut libro minora reddit Valla, ubi 12  
proxime, & D. Isidorus, dict. loco, &  
Paseratius atque Duaren. in commen-  
tar. ad titulum, D. qui testament. facere  
possunt, cap. de testamento inscriptis, D.  
Gothofred. in librorum 52. D. de leg. 3.  
Inde est, quod librorum appellatione 13  
volumina contineantur librorum 52.  
D. de leg. 3. I. Paul. lib. 3. tit. 6. §. libris.

Ex his accedimus ad interpretatio- 14  
nem difficultis Vlpiani responsi dict. l.  
librorum, §. si cuicentum i. in quo sicut  
libri alii legati sunt, centum vol-  
lumina deberi responderet Consultus,  
& cum libellus unus volumine conti-  
neretur, sicque vulgo reciperetur (vti  
hic ex antiquorum usu adstruximus)  
occurrit Vlpianus difficultati, expli-  
cans sententiam suam, non intelligen-  
da fuisset centum volumina illa, quæ  
magis ingenio constent, quam ipso o-  
pere, vt in exēplo à iure Cōsulito da-  
to, veluti cōopera Homerius quadragin-  
ta octo librorum sint, quæ tamen in  
uno volumine essent conglutinata, &  
congesta, non tamen quadraginta oc-  
to libri computantur, sed volumen v-  
num, quod ecquidem verum est: nam  
alias, si quadraginta, & octo volumina  
intelligeremus, magis ea ingenio, &  
intellectu constarent, quam reip̄le, &  
vt inquit Vlpianus, magis volumina  
essent, quæ quis ingenio metitus esset, 15  
non opere: vnde Laurentius Valla pro-  
pus semper in refellendos iuris Con-  
sultos (tanta erat Grammatici vanitas,  
& elatio) lib. 6. elegant. cap. 43. impug-  
nat Vlpianum, & aduersus antiquam  
eruditionem, quæ vnuis quisque liber

volumen dicebatur respōdisse scribit, sed quis feret tam iissimum errorem horūnis ab infimæ grammatices rudimentis furore Icareo summitates iuris prudentiæ apprehendentis, vel potius affectati? Animaduertere debebat, si tantum sibi iurisdictionis scientiæ 16 in antiqua eruditione attribuebat, id est libellos illos antiquos volumina dictos fuisse, quia utilitatis, commoditatis que causa, ut facilius deferreretur, cōvoluebatur unusquisque distinete: à cuius effectu volumina rectissime appellata fuerunt: sed multoties tamen unius auctoris opera, pluresque libelli coniunctim componebantur, ut hodierni moris est, & tunc meritissime volumen unicum integra Homeri opera, seu Virgilij Aeneis, aut metamorphosis Ouidij sic compacta, dici debet, ut plures iamdati referunt, & Salmas. in Vopisco, Franc. Modius noua antiqua lect. epistol. 16. Opsopæus in Senecam epistol. 87. Alciat. lib. 4. de verborum signification. num. 24. de Homeri operibus testis est noster Vlpianus in uno tomo, seu volumine congestis, & apposite Martialis lib. 14. epist. 184. Ilias, & Priami Regni insimicentur Ulysseis.

Multipliciter pariter condita pelle latenter.

Vbi Domitius expresse ad mentem Vlpiani. hæc verba subiicit, quadraginta octo libros edidit Homerus, quorum 24. exciditum Troianum complectitur, reliqui errores Ulyssis: illi Ilias inscribantur hic Odissea ab Ulyssse, mittuntur una compacti, lic duo libri Anticatones in unum volumen congesti magnum tomum efficiebant, uti comparatione docet Iuvenal. satyr. 6. V. 339.

Quæ psaltria penem  
Maiorem, quam sive duo Casaris Anticatones.

Sic Virgilij opera apud eundem Martialem dicit. lib. 14. epig. 186.

Quam brebis immensum cepit membrana

### Maronem.

Ipsius vultus primæ tabella gerit,  
Si etiam de Cicerone, Propertio, Lilio, Sallustio, & alijs, apud eundem Martiale in sequentibus epigrammatibus videre poteris: sed optime in epigrammate 192. de metamorphosi Ouidij, quam in decem, & quinque volumina distributam ex ipso supra retulimus, audi nunc Martalem.

Hæc tibi multiplici, qua structa est massa tabella.

Carmina Nasonis quinque decemque gerit.

Vnde Raderus subiicit multis paginis compactum librum, aut volumen, quod massum vocat, malum de forma nostratis accipi: inde immensa volumina vocabantur ex aliquorum sententia elephantini libri I. Scoppa lib. 1. collectaneorum, cap. 18. ad finem, Ioan. Brodæus Miscell. lib. 4. cap. 12. Iosephus Scaliger, D. Isidorus citati à Salmasio in Vopisco ad pagin. 225. ut ergo volumen vocabatur codex multorum librorum, sic etiam liber multorum librorum, seu libellorum codex seu volumen dicebatur, expressus est Cic. lib. 2. ad Q. Frarē epist. 10. ibi: Sed viros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an virosque nescio, me magis de Dyonisio deledi, sic accipientibus Alciat. dict. lib. 4. de verbis significat. & melius I. Tilio in collectaneis ad eum locum, sine quæstione Martialis probat lib. 3. epigram. 49.

Diposui soleas, affertur protinus ingens  
Inter lactucas oxigaranumque liber.  
Alter perlegitur dum ferula prima mo-  
rantur.

Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit  
Et quartum recitas, & quintum denique  
librum.

Sic idem lib. 8. epig. 3. cum meminisset  
quinti, sexti, septimiisque libelli, con-  
cludit.

Sic pudor & finis, tam plus nihil addere  
nobis.

Fama potest, scribitur nō sit ubique liber.

Sic etiam accipiendus est Iuvenalis satyr. 8. v. 139.

De quocumque voles pro aucto tibi sumit  
to libro.

Propertius lib. 2. eleg. 24.

Tu loqueris? cum sis iam tota fabula libro.

Inde commentarius liber, & *Isidoros*, apud Aulum Gell. lib. 14. Noct.

Att. cap. 7. hunc autem librum seu volumen multorum librorum Græci & patios vocabant, nam ut pote volumen multorum à voluendo dicebatur nam libri antiquos non duplicabantur, sed conuoluebantur: inde volumen serpentis, quod iam obseruarunt alii: sic liber à libris arborum dicitur, ut præter alios plures D. Isidorus scriptis dict. cap. 13. quid vetat ergo, volumen librumque dici multorum

librorum seu sectionum? Ex hoc fonte cecidit dubitandi ratio in responso Vlpiani dict. l. librorum, §. si enicentum, nam cum liber, & sectio unius voluminis esset, & nihilominus codex multorum librorum, seu sectionū appellaretur, & sic eodem modo volumen sectio una dicereatur, & similiter plures sectiones comprehendenderet, dubitabatur, quid in legato centum librorum contineretur: & centum volumina deberi respondet Vlpian. non quæ quis ingenio suo metiri posset in uno volumine, sed centum volumina distincta, quæ testator haberet, quia sic conuenit magis menti testatoris, centum libros legantis. Quis autem crederet centum volumina intellectuallia in uno volumine relinquere voluisse? non vero τὰ οὐκετία centum conuenit etiam propriæ significationi verborum: nam ut super probavi, & liber multorum libeliorum est codex seu *κέφαλος*, vide Harpocratiensem, & Salmasium, supra, & similiter volumen τὰ οὐκετία, multorum volu-

minum: quæ cum non intelligeret Laurentius Valla, cum facilis semper in i. Consulto ferretur, facilissime pro lapsum fuit, vide tamen Alciatum dict. lib. 4. de verbis signification. num. 24. & D. Gothofredū dict. §. si eni censum. Redeo ad Labeonem nostrum, & cum tis voluminis acceptio unica esset (sed quæ attribuebatur plerumque viuis operis sectioni, seu fragmento distincto ab alijs, & separate conuoluto: plerumque etiam integro operi plures sectiones subse continent, nam in viaque acceptione volumen est, cum voluator liber) quæsimus, de cuius forma voluminis quadringenta Labeonis volumina accipienda sint? & magis placet de prima, de sectione una, scilicet voluta, cuius quindecim volumina metamorphosim Ouidij diximus habere. Moreor, & quia id magis accedit veritati, & tolerabilius est Pomponius ex illis parvis, non magnis voluminibus quadringenta Labeonem edidisse, & quia, ut existimo, horum voluminum forma communis magis, magis que recepta: nam vel edebantur sic primo partu, ut ab Statio colligimus in epistolis suarum siluarum initis præfixis, præcipue libr. 4. & Martiali similiter passim, & præcipue libr. 2. epigramma. 1. & ex alijs, quos ne longior sum, prætermitto: sic etiam, quia ad usum ferendi, volumina aptiora parva erant (ut iam scripsi) tum etiam quia quando sectiones, seu libelli in uno volumine continentur minus proprie illi volumina dicentur.

Animaduerto ingentes labores, uberrimosque studiorum fructus nostrum reliquisse Labeonem, quos non grauabor in presentiarum recensere, cum & strenue labor iste cōducat antiquæ assertioni lectionis, & gloriæ Antistij Labeonis.

Et i. certum est posteriorum libros reliquisse. Et quamvis A. Augustinus innotis ad librum suum deneminibus

bus Iuris Consultorum Rutilius, & alij affirmavit ex Aulo Gellio quadraginta fuisse; non ita compertum est, Gellius enim lib. 13. Noctum Articatum, capit. 10. scripsit, libros post mortem eius fuisse editos, qui posteriores, interibuntur, & statim subiicit, quodrum librorum tres continui tricesimus octauus, & tricesimas novus, & quadragessimus pleni sunt id genus rerum, ademendarandam, & illustrandam linguam latinam conductentium, Aulus Gellius ergo non scribit posteriorum libros solum quadraginta fuisse, nec aliunde (si diligentia mea infelix non fuit) certum aperiri potest, immo ego plures posteriores reliquie suspicor, duocot ad id coniectariolis aliquibus (nam quibus alij facibus antiquitatis huins tenebris allucebimus?) & idest ex antiqua receptione que lectura nostri §. posthunc, ibi: Quadrageinta volumina, quæ verba, & comprehendunt, & indicant plures posthumos libros, sed magis moneat ex modo loquendi Auli Gellii in predictis verbis, quorum 23 librorum tres continuos, sorte signatus, & proprios ultimi diceret, si illi posteriorum postremi forent, modo communis loquendi Virgilio §. Aen. 24.

---

### Et ultima secum Facit a verbis

Et §.

— sic ipsa fugā fecit ultima Pistris.  
Equora.  
Et passim omnes, quæ coniecturæ quamvis non competant, saltum incertum reddibi plures, quam quadraginta posteriorum libros reliquie Antistium, cum nullibi certum inneniantur posthumos quadraginta solum fuisse, & sic in dubio constitutas coadiuvat dict. §. post hanc, antiquam electionem, argument. cap. cum expeditat 25. de election. lib. 6. Hoc deni-

que irrefragabiliter clementis, nam & intrusa in lectione in dict. §. aperte tissime falsam coincidit, cum si Lib. 20. his cuncta opera non excederet posteriorum libros, quadraginta volumina fuerint ex asserta superius acceptio ne haec nominis volumen; sed alia plura praeter Posteriores reliquit, ut sequentia probabunt, expende auctoriam interpretum in reponendis, & descendendis antiquis lectionibus. De libris Posteriorum Labeonis à Iauoleni epitomatis atque ex alijs libris 24 Iauoleni ex Posterioribus Labeonis, vide Eundem Merillium libr. 5. obseruat cap. 38.

¶ Tadav libros scripsit, quorum 25 octauus nostræ iure ciuili recensetur.

Ad adictum, cuius libri primi met 26 minet in Vlpian. in l. 1. §. fugituum §. D. de servis fugitiis, & quarti Aulus Gell. dict. lib. 13 cap. 10. vnde in idem Vlpianus in l. Pedius 7. D. de receptis arbitris, ut secure per inscriptionem ipsius legis Anton. Augustinus suscipiat denominibus Iuris Consultorum.

Pratoris Urbani, l. Labeo 19. Di de 27 verborum signification. quos dixerit a libris ad etiū sentio, licet Anton. Augustinus, confundendos poterit, quia diversi omnino sunt tituli, summaque religio fuerit, si quis in referendis inscriptionibus, seu titulis.

Pratoris Peregrini plures, nam & 28 trigessimi meminit Vlpian. in l. si quis affirmavit o. §. Labeo 3. D. de dolo ma- lo.

Epistolarum libros, etiam reli- 29 quit Pomponius in l. rerum mixtura. §. Labeo libris epistolarum, D. de usucapio- nibus, ad quos refero l. si fur 30 §. in- certam, D. codem, sed magnis viri. Cu- iaciens in commentario ad dict. §. Labeo, negat Labeonis fuisse, & epistolarum 30 libros Iauoleno attribuit, quia non meminit se legisse Quint. Antistium

Labeonem eos scripsisse, cum eorum plures Iauolenus reliquerit, cum inscriptio, *cum quæ ades*, *D. de usucaptionib.* si Iauoleni lib. 9. epistolarum, in qua conexa tractantur quæstio, dicit. §. Labeo, unde reponit in eo, *Iauolenus*. Ego autem in contraria sum sententia, & Labeonem epistolarum libros scripsisse procerio habeo, nam eos poscit institutum vita, & studiorum suorum. Iecedebat enim sex mensibus à populo Romano, quis dubitat in successu isto tantæ autoritatis virum à multis Consultum noniri, & per epistolam respondisse, tam iudicibus, quam litigantibus? dicit. l. 2. §. posthunc 47. *D. de origin. iuris*, & aliquando etiam perquisisse multa: antiqui, nostri quæ xvi insignes viri fecerunt in omni literarum genere, & si quadrinventa volumina reliquit, quorum multa, & Pomponij tempore perierant, quis igitur, sine temeritate negare audebit, epistolarum libros non scripsisse, cum tantorum voluminum autor fuerit? & earum autorem fuisse inveniat scriptum à magno historico Pomponio. Si autem Cuiacius, quorum tractatum commentariorū ve distincte fuissē quadrinventa volumina compserisset, à sufficienti partim enumeratione posset arguere, Labeoni epistolarum libros non attribuendos: cum epistolæ inter quadrinventa cognita volumina nō reperiuntur, at totum contrarium est verius, cum maioris partis voluminum essentiam non cognoverimus: ergo in ratione Q. Labeoni epistolarum libros subripuit Cuiacius. Hanc rationem uno verbo sensit marginalis glossa dicit. §. Labeo, quidam emendandum putant Iauolenus, quia Labeo non scripsisset epistolas, sed hoc qui sciri potest? ecquidem nullo modo, Iacobo Cuiacio fundamentum fuit aliud, §. Labeo, connectionem habere, cum ait. l. cum qui, cu-

ius autor Iauolenus est libr. 9. quæstionum, sed cui nouum videbitur inquire quæstiones connexas diversis iuris Consultorum responsis? cum Iuris Consulti responderent, prout incident quæstiones: & sic responsa Iuris Consultorum continebant saxe conexa, similia, & fere vna. Isenim Tribomani, & compilatorum labor fuit superflua resecandi, vt Iustinianus in constitutione de conceptione digestorum, & alij sconfitetur. Vnde debilissimum redditus argumentum Iacob. Cuiacij. Ego autem tunc inscriptionum legum consecutas admitto, cum eiusdem libri autoris, quæstionis, tituli inscriptiones concordant, vt criticifice omnes in dagarunt iuris prudentiæ silvas. His adiace Iuris Consultum Pomponium, dicit. l. sifur 3. . §. in certam 2. *D. de usucaptionibus*, referre, nostrum scribere Labeonem, incertam partem neminem posse possidere, nam si plures proindiviso in fundo essent, qui ignorarent quot iam quisque partem possideret, neminem eorum mera subtilitate possidere, à quibus non omnino recedit similitudo responsi, dicit. §. Labeo, in quo queritur an quis usucaperet tegulas, vel columnas, quas in ædificium consecisset (ad quarum usucaptionem decem tantummodo dies superessent,) & similiter gemmam interclusam auro: dubium inferebat recepta doctrina dicit. l. cum qui in qua docemor, eum qui ædes mercatus est, nihil aliud, quam ipsas ædes possidere, non vero singulas earum ædium res, seu partes, separassis enim corporibus, ex quibus ædes constant, universitas ædium intelligi non potest, in viroque enim responso quæstio affinis discutitur, de usucapiendo incerta, & indinisa parte fundi, & ædium: & triusque antiqua lectio Labeonem traddidit autorem. Vnde existimo dito §. incertam, Labeonem intelligentem

dum

dum esse de epistolis suis, quibus longe lateque, tanquam interdicto unde restituimus Iuris Consultum suo epistolarum labori.

- 33 Responsorum etiam libros scripsit, quoram decimus quintus referatur ab Vlpijan. in libris ad editum ex fragmentis Pithai titulo 12. de incendiis, vi noster A. Augustin. ubi supra prescrivit.

- 34 De vestali virgine capienda, & diligenter omnia tractavit Aulus Gellius lib. 1. Noctium Atticarum, capit. 12.

- 35 Commentaria ad leges 12. tabulari. refert idem Aulus Gellius dict. cap. 12. & libr. 20. capit. 1.

- 36 Iuris Pontificij Commentaria, Festus verbo sifere, refert decimumquintum librum, & alios libros insinuat Dives Augustin. lib. 8 de Civitate Dei, capit. 12. de quibus commentariis ego accipio Macrobius lib. 3. saturnal. capit. 10. referentem nostrum Labeonem lib. 68. tractatus enim capitis illius expresse demonstrat lib. sexagesimum octauum iuris Pontificij fuisse.

- 37 De diis animalibus, refert Servius lib. 3. Eneid.

- 38 De disciplinis Etruscis, Fab. Fulgentius de vocibus antiquis, sic scribit, Libeo qui a disciplinas Hereticas Tagetis, & Bacchicis 15. voluminibus explanavit, ita ait.

- 39 Ego autem alios plures tractavius, operaque praeter prescripta nostrum Labeonem edidisse processio habeo, & na colligitur ex Pandectarum quam plurimis locis, quos accurate colligit Anton. Augustin. & ex eruditis antiquis, in quibus frequentissime refertur Labeo in autoritate comprehendendi res varias, longeque diversas. Redeo ad quatenus dringenta volumina, & cum competerimus designate plusquam du-

centa volumina nostri Consultaque quadraginta; sed nec clario quadringtona legere debemus: nam ita praesumere debemus, cum designatum tractatum tractatum lxx integre inueniri non possint, nec quantos tractatus ediderit: cum & Pomponij tempore multi perirent, & si unusquisque liber conficit volumen in tanta mole librorum, quis ibit contra autoritatem Consulti Pomponij, antiquam que lectionem, quadringenta dantis volumina Labeoni: praecepit si addamus ex uno libro aliquando duo volumina componi, ut ex Plinio obseruatimus. Nec id commirari debemus? quid non enim facere potuit, qui tanto ingenio praeeditus, tanto praeterea ocio abundauit, verba sunt Anton. Fabri in ratione ad dict. § post hunc, lit. A. & qui (vt enarrat Consult. Pomponius) totum annum ita diuiserat, ut Romae sex mensibus cum studiis esset sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret, itaque reliquit quadringenta volumina, quid si illa fabulosa uidetur? quid de Didymo Alexandrino salsamentarij filio sentiemus? quo neminem plura scripsisse affirmat Quintilian. lib. 1. orator. capit. 10. Suidas refert tria millia, & quingentos scripsisse Seneca autem quatuor millia librorum epistol. 88. unde κακίς ποσ. dicuntur, id est, ferreis visceribus, ego autem existimo nostri seculi viros plures studiorum labores in lucem edidisse, quam Quintum Antistitionem Labeonem, cum si commoditatis causa adferendi usum in parua volumina antiquo Populi. Romanorum more diuidentur proh Deus! quanta pullularent volumina ex studiorum monumentis Bartoli, Abbatis, Jasonis, Alexandri, Cuiacij, Anton. Fabri, Farinacij, Menochij, Abalem-

sis nonissime que patris Suarez, alio-  
rumque, quare antiqua lectura, di-  
cto 3. post hanc. Rutilio in vita nostri  
Labeonis Aut. Fab. I. eob. Cuiac. & a-  
lijs, placuit: perterrita est sane inter-  
pretes alij librorum, seu voluminum  
numero, despicerunt vulgarem

lectionem, qui si volumina antiqua  
animaduerterent, sectiones eorum,  
opuscula, constanter toto amplexu  
cum amplectentur lectionem,  
nec humanam potestatem  
excedere computa-

## C A P. II.

**R**EVERTIMVR adhuc ad nosstrum Quintū Antistitium Labeonē laudes, & eius. Primus codicillis & suis fuit 1. Exercuit se & tā inris cum Atteo Capitone. 2. Sed nōster longe Capitone praeceles-  
tior. 3. Antiqui iuris retinentissimus fuit 4. Animi integrimi libertatis amator fuit. 5. Parentis eius integritas, fortitudo, libertas, & laudes. 6. Longe respondemus Capitonī, cuius petulantiam castigamus, & nota-  
mus. 7. Horatius in sanum Labeonem vocavit. 8. Sed quo sensu. 9. Vbi  
scrīs in poētam inuestiuia. Nec sine nota evasit Petrus Velleius Guevara  
deceptus Horatio. & Capitone. 10 Nomen Labeonis in nostro iure, pro  
Q. Antistio in dubio accipiendum est. 11.

**E**VERTOR ad nos-  
trā Q. Antistitium La-  
beonē, multa ad-  
hac eius ludiibus, &  
defensioni addemus:  
nam præter literarum peritiam, stu-  
diorum qui assiduitatē, tam perspi-  
cuo ingenio natura donauit, ut eo, &  
multiplici doctrina fretus multa in  
iure civili feliciter innauerit, &  
qui, post introductos à L. Lentulo  
codicillos, & comprobatos ab Au-  
gusto, autoritate maxima Trebatij,  
primo illis usus fuit, ad eius exem-  
plum paulatim Popul. Romanus co-  
dicillos admisit, refest Justinian. in  
principio institutus de codicill. & sic ad  
excellentiam optabilem iuris Con-  
sulti, Labeonē proponit Petronius  
Satyricon. cap 97.  
Iuris Consulens pater, non patet habeg-  
so.  
Atque esse quid Scrūtius, & Labeo.

Noster sectam inris cum Atte-  
io Capitone exercuit, 1 2. 6. post hanc  
47. D. de origine iuris, ubi notat Ioan-  
nes Corral. & in t. quorū 11. D. de  
seruitur in quibus locis, & nostri An-  
tistiū historiam contingit. Sed Labeo  
longe Capitone præceletior fuit, 3  
vi Francisc. Hotoman. Corras, & alij  
merito comprobant, ex verbis Taciti  
lib. 3. Annal. ad fin. consularum ei Ca-  
pitoni adceleravit Augustus, ut Labeo-  
nē Antistitium ipsam artib[us] præce-  
tem dignatione eius magistratus ante-  
rites. Is ecquidem iuris civilis, anti-  
quitatum que Popul. Romanorum  
retinemissimus fuit, nam nihil face-  
ret, nisi quod iustum in illis factum  
que cognoscet: magnē in exemplū  
reliquit Aulus Gellius lib. 13. Noct.  
Atticar. cap. 12. ex Capitonis epistola  
à qua Rutilius, Hotoman. & alij acce-  
perunt. Quid dicā de eius inclito li-  
berissimo q; animo, quo fortissimus  
pro-

pro Romana libertate aduersus Augustum Cæsare periculis se obiectabat, cuius aliqua exempla nobis reliquit Sueton. in Augusto, cap. 54. Dio lib. 54. hist. Romana, Xiphilin. in August. Aulus Gell. dict. lib. 13. Noct. Att. cap. 12. A quibus referunt Rutil. in Labeone, Franeise, Hotoman. de iur. consult. in eo, Corras. supr. Philipp. Berroal. ad Sueton. dict. cap. 54. sed quid aliud faceret clara, generosa que progenies illius magni Herois Labeonis Antistiti, qui auctore Appiano lib. 4. bellicissimis, diserto Casare olim suo, Pompei castra sequutus fuit pro libertate publica: & Pompeio profligato, Brutum: cum que illum in exiliu libertatis vindicatorem deuictum, & mortuum cognouisset, præ nimio desperatus dolore, in tabernaculo sepulchrum effodit, in quo postremis mandatis ad suo relictis, fortiterque faciens à seruo iugulari, cōdile mandauit. Sic nostro Labeoni libertatem vindicandi innata lege, orbis Octavianio Imperatori intrepide, & magnanime obliquetabatur, alto corde sui patris repositas conseruans iras nam yit inquit Horat. lib. 4. carm. od. 4.

*Forces creantur fortibus, & bonis  
Est iniuvencis, si inequis patrum  
Virtus, nec imbelli feroces  
Progenierant Aquile columbas.*

Sed quid respondebimus Capito-  
ni magno etiam iure Consulito, & Ho-  
ratio Lyricorum Principi, ille apud Aulon Gell. dict. lib. 13. nocturnus Att.  
nimia libertate agitatum, vecordemque nostrum iure Consulitum esse do-  
cens: iste libr. 1. satyr. 3. & insanum co-  
notans, de fide nostri Labeonis dubitate  
re prudentiores faciunt; sed mecum cogito, parum probatos animis notas  
istas nostro Antistiti, & iuris-pruden-  
tia Antistiti inusisse iuris Consulitum  
& poetam: ipsi potius Atteius, & Flac-  
cens insani, & vecordes censeri debent,  
qui ~~in~~ <sup>in</sup> iusta infamis nota tam pul-

chrum ingenteraque iuris Consulitum  
dedecorarunt, Principis allecti favo-  
uoris ambitione. De Atteio Capito-  
ne id altero, ipsummet in epistola;  
quam Aulus Gell. d. lib. 13. dat, profes-  
sum fuisse: verbis sunt: Sed agitabat in-  
quis hominem libertas quædam nimia, at-  
que recors: usque eo, ut D. Augusto iam  
principe, & Rem publicam obtinente ra-  
tam tamen pensumque nihil haberet, ni-  
si quod inservias dumque esse in Roma-  
nis antiquitatibus legisset. Quid tu ve-  
cordiae Capito in hoc gerossissimo  
accerrimoque libertatis propugna-  
tore inuenisti? Vecordem vocas, quia  
instum, sanctum, antiquis legibus as-  
sertum magnanimus obseruabat, ad-  
uersus potentiam tyranidem vecruē-  
tam Principis peruertentis eas: apud  
quem cum plurimum tu valeres, ò si  
nunc mecum audires, quæ tuus mag-  
nus historicus Cornelius lib. 3. Annal.  
scripsit! Consulatum ei (Capitonii) acce-  
leraverat Augustus, ut Labeonem Antist-  
itum, q̄sdem artibus præclarentem digna-  
tione eius Magistratus anteret, namque  
illa atas duo pacis de coram simul tulit: sed  
Labeo incorruptilibus, & obit fa-  
ma celebratior: Capitonis obsequium denie-  
nantibus magis probabatur, illi, quod Pre-  
teram intra Petrit, commendatio ex ini-  
via: hunc quod consulatum adeptus est, odi-  
dium ex inuidia oriebatur, obsequio vi-  
li potius in suribat Atteius, qui Sacer-  
dotem sancti, & iusti, idest antiquitati  
Populi Romani aduersus poten-  
tiam Principis propagnatorem, ve-  
cordia agitatum scripsit: qui si animad-  
verteret Pythagoreum dogma, apud  
Stobæum sermon. 12. gaudendum esse  
potius redarguentibus, quam assen-  
tantibus, quos deteriores hostibus iu-  
dicabat, non ita in magnum Labeo-  
nem insaniret venerantem adhuc,  
non rite abrogatas leges, aut prefiga-  
tas libidine: glorioſissima constantia  
erat nostri iuris Consulti, qui aduersus  
caliditatem Principis, boporu, & munera

Tormenta dulcem sustinebat libertatem: Caterinobilium (inquit Tacitus in principio de Augusto) quanto quis seruitio promptior, opibus, & benoribus ex tollerentur, ac noscere rebus aucti, tanta, & presentia, quam vetera, & periculosa malent, quibus artibus, & similibus ad se nobiles Populi. Romani Augustus pellexit præter nostrum Labeonem his decumanis noctibus immobilem: ex quibus populi fauorem, & commendationem ex iniuria, quod Praetoram intra stetit consequens fuit, Atteius autem, obsequio Principis consulatum ad eptus, odium ex iniuria cōquisierat: diudicante populo melius, ut pote liberò, nec ambitione cæco, sanctos fortissimos que mores Antistiti, quam obtuso assentatione iudicio Capitonis assentiones. Sed quis dubitatur erat sancti, & iusti amatorem, integerimum que virum, incorruptum non men eternitati relictum aduersus aulicam assentatoris corruptum iudicium, simili multorum perpetua gloria, qui propatria, iustitia, veritate, cruentæ Principum tyrannidi conciderunt?

Esto, quod ambo sectam, quæ postea Proculianorum, & Sabinorum vocata fuit, pertinaciter obseruant cōtrarij: quia Atteius Capito, in his quæ ei tradidit fuerant posseuerabat; Labeo ingenij qualitate, & fiduciadetrinæ, qui & cæteris sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit *dict. §. 47. in dict. l. 2. de orig. iur.* sed non in causa futurum erat Atteio, ut vecordem tantum contrarium nominaret, cum eo magis ad exemplum magnorum virorum Labeonem honoratus erat; sed obsequium (ut ego existimo ex A. Gellio *supra*) non secta ad iniuriam inflamavit Atteium, quamvis illa calcas subderet.

Sed si ista de æmulo, magnoque iure Consulito sentimus, quid de poësa Flacco dicemus? quid *dict. lib. I. satyr.*

3. insanum impudenti hyperbole nostrum Labeonem scriptit.

— — — *Labeone insanius inter Sanos habeatur.*

Cuius sacrilegi poëta mentem, detorsu(ni fallor) oblique doctissimus pater Martin del Rio *in antiquo commentario Seneca ad Medeam*, vers. 215. ad id quod *dict. §. 47.* Pomponius refert, fiducia ingenij, & doctrinæ in iure multa nostrum Labeonem innovasse. Sed nō animus is poëta fuit, qui nec sectam Labeonis, & Atteij curare debuerat. nec si noster in iuris prudentia aliqua nouasset, & sine causa, atque lucri spe populi Romanii aures offenderet, securior aptior veriorque receptus intellectus mihi perplacuit, quem Acro, Porphyrius, Ascensius, Lambinus, & alij interpretes *ad Horatium prædixerunt*, & Levin. Torrentius *ad Sueton.* *dict. cap. 54.* Ioann. Baptista *ad 1. Persij Satyr.* Ioan. Corrasius *dict. §. 49.* Rutilius *in eius vita*, scilicet in assentationem Octavianii Augusti Satyrica, & impudentissima petulantia iuris Consultum insanum in simulasse: qui cum obstreperet, obiectareturque constanter Augusto rerum domino, poëta simia Cæsar, apud quem plurimum valebat, non percalens, quam inclita, intrepida, peneque diuina firmitudine animi penetralia Labeonis roboreller natura, non sanamente videbat (cæcus ecquidem) illum esse, qui terrenarum facinora aliquo modo ipse solus, sed meliori causa, figurabat: vnde animo audax, carmine impudens, obsequio turpis, facto sacrilegus, furij, non Musarum, sed Ærynnis agitatus insanum scriptit, & furiosum, proh iuris prudentiæ dedecus! iuris prudentiæ sacerdotem, cuius religionis, veræ que philosophiæ ipsomet poëta se insciū profiteatur *lib. I. satyr.* §. præiuit in vindictâ, sed lētis iuris P. Martin. de Rio *præstatu loco*, sed quem,

quem, quamvis pacifico modesto que  
animo securum, petulans ista irrever-  
entia haut agitabis? satyricū poētam  
assentatorem que non potuit tantæ ex-  
ruditionis, aut ritatis, nobilitatis que  
maiestas cōteneret quæ sine dubio Au-  
gustum dominantem contineuerunt,  
ne irrumperet, amitteret que iactura  
in signi Populi Romani Labeonem.  
Luderet aut decantaret satyricus cum  
Gitone, Quartilla, Glycone, auaris, &  
libidinosis Labeonis alijsquesib[us] si-  
milib[us], sed non cum viro sanctis (de  
antiquis loquor) motibus integerrimi-  
mo omnium literarum ap[er]to:ros.  
Huic huic Lyricus felicius adh[er]ens suas  
consecraret, quam ignotis in meritis  
que hominibus, comedonibus, lap-  
naribus, & obsequijs. Qui canis (per-  
specta veritate) integerrima virtute  
Labeonis offensus ut bras glorioli no-  
minis satyrica lituua lambit, & ad-  
latrat, dum caudi carminis blanditur  
dominanti. Comparatiue insanumvo-  
cat impudentissimus homo Labeo-  
ni generosissimam, nec immeren-  
tem stirpem fortissimi illius Labeo-  
nis, studiorum nobilem seruū, Musa-  
rum Appollinem, iaris prudentiae fa-  
cerdotem, libertatis securissimum in-  
corruptum que asylum, assentationis  
hostem, & populi Romani, nostræ  
que prudentiæ gloriam perpetuam.  
Quis Horatio insanior non reuercre-  
tur geminata tantis titulis maies-  
tent, sed homunculus, qui per obse-  
quia adorabat Augusteos Mæcenates:  
Octavianos que Augustos, atavis illos  
edios Regibus, & præsidium, & dul-  
cedecus suum:stos supra Iouem nu-  
mina: Diuos sibi genitos Divis: qualiter  
nulius sibi gratia, imò intensum  
his Divis, suisque præsidij decanta-  
ret? si autem noster Labeo accumbe-  
ret cum eo Æpicureis mensis, qui-  
bus continuo (coarguentibus suis car-  
minibus) circundatus temulentis co-  
medonibus eorum bibebat nomina,

non insanum, sed indigetem facili car-  
mīns appellare: sed quid facere ho-  
mo.

*Quem rodunt omnes libertino patre na-  
sum.*

Obscenis que moribus, ut à suis ope-  
ribus, & à Petro Crinito in eius vita,  
colligitur, nisi violare nefarie grauif-  
simi viri autoritatem, & nomen Cui  
assentationis malum tantum placuer-  
at ad ambitionem, & gratiam, vt nul-  
lum alium sequeretur, nisi quem ob-  
sequium fortius denuncire: sic iam vir-  
deres Bruti Casij que, iam Mæcenat-  
is, & Octavianus esse, vnde Sidon. Apol-  
lin. ad Inl. Majoran.

*Et tibi Flacce aces Brutii Casij que se-  
quunto.*

*Carmen est autor qui fuit & venia.  
Sic quo possumus modo vulneri pro-  
ditorio Flacci medemur, & eius no-  
men, & vitam manibus mactamus La-  
beonis.*

Sed quis ferei euia. n Petrum Vel-  
leum Gueuaram? (expende quantum  
damini intulit iuris prudentiæ impu-  
dentissima Horatij auditia) qui de da-  
oli mali definitione pag. 91: definitio em  
doli à Labeone traditam tenet, quia  
insanus fuit, tanquam si per eandem  
causam eum etia sua monumenta lite-  
rarum in earum ruinam despicienda  
forent: quem modestissimus P. Mar-  
tinus del Rio tolerate requirit; sine  
nota, & ego sine flagiositerem. Mea  
hercle stupeo, cū hominē audio apud  
quæ poëta satyrici assentatoris, ir-  
pissimi, plebeiae sortis hominis præ-  
valuit autoritas, aduersus Pompo-  
nium, diel. §. 49. D. Augustin. Cornel.  
Tacitum, Appianum, & alios, & tam  
admiranda, quam veneranda monu-  
menta, quæ audimus, & cognoscimus  
in nostra iuris prudentia, literis que  
politoribus, ritibus, sacrificijs numi-  
num Pop. Romani: in quem errorum  
ingruens sutor sine dubio dilucet, qui  
tantum suo favore punitur, vt mi-  
sericor-

sericordiam potius, quam supplicium,  
& vindictam inferre, & desiderare de-  
beamus, salue magni literarum Ponti-  
ficis, integratissq; in æternum fama  
superstes: nam

*Si quid mea carmina possent  
Nulla dies vñquam memori vos eximet  
auo*

**ii** Subijcio tamen, semper in iure nostro  
Labeonem nostrum intelligendū es-  
se, cum simplex Labeonis nōmē à Tri-  
boniano in iure refertur, non autem  
illum Domitium Labeonem, de quo  
fit mentio in *l. Domitius, D. de testam.*  
nec alium Labeonem, cum plures fuc-

rint Macro h. 1. *Satur. & lib. 3. cap. 4. cū*  
noster quadringenta volumina reli-  
querit: præcepue si ei Trebatius, aut  
Oſilius adiungitur, quos magistros ha-  
buit dicit. §. 49. aut inscriptio refert ti-  
tulos voluminum suorum, vi in l. qua  
conditio 30. §. cū ita 1. l. quibus 40. §. vl-  
tim. & pen. D. de condit. & demonstration.  
obſeruauit Corras. ad dicit. §. poſt hunc,  
n. o. Post hæc ſcripta commodauit mihi  
didascaliam multiplicem D. Fran-  
cisci de Cordoua, D. D. Franciscus de  
Amay. quem parumper dolore omni-  
um amissimus, fed nihil à didas-  
calia edo & iſuimus, vt videre lieet.

## C A P. III.

**E** Tymologia, & compositio nominis ē ap̄ cap̄es, per integrum caput à num.  
1. Hoc nomen attribuitur vicioſam pronunciationem exprimēti. 2. Am-  
monis templi ſacerdotis barbarismus, quo filium Iouis vocauit Alexan-  
drum. 3. Q. Curtij, & Arriani in curia. 4. Illustratur Sophocles apud quem  
οὐλωος pro barbaro. 5. οὐλωκοι φοργοι apud Anacreontem. 6. Barbaris-  
mus quid 7. Sed unde huius nominis compositio proueniat, difficultis inuesti-  
gatio, à num. 8. οὐρατοιοις officiū 9. Effectus barbaricus in pronunciatione  
nominis exprimitur. 10. Literæ B. aut ē. pronunciatione qualis. 11. Durata-  
bijs exfonat. 12. R. ſeu p literæ pronunciatione. 13. Caninalitera. 14. Blæſi ef-  
ferre nequeunt. 15. Ex literis b. & r. τὸ barbarus compositum fuit, & quā-  
liter. 16. & ſequentibus Græci inter maximas virtutes οὐρατοιοιas facul-  
tatem habuerunt. 17. Suanitas Græcæ lingua. 18. A quibus causis confitum  
nomen ē ap̄ pos. 19. Adducitur Strabonis selectus locū. 20. Bambalio unde  
de trahit. 21. Vis Metaphoræ quanta eſt. 22. Bardus, & Baro unde co-  
tracta nomina. 23. Et Bobo. 24. Vbi & Καλεζω, Casiodori, & aliorum ety-  
mologia diſplicet. 25. Nōmē barbarus tractum fuit ad crudeles, ex leges, &  
incultis moribus homines. 26.



Barbari nomine aufpica-  
bimur aliqua, nec in-  
grata Romano iuri, nec  
patrio: occaſione enim  
eius peragrabimur an-  
tiquitates varias, quas non poenitebit  
lectorem videre, partim collectas, &  
non barbaras, ſed cultas forte, & po-  
litas. Etymon mihi principium ſit diſ-

quitionis huius, unde τὸ barbarus no-  
men compactū ſit, in quo, & grauiſſi. <sup>1</sup>  
mi viri præexercuerunt ingenia, quo-  
rum aliquos ſubijcimus ſuo loco: ſen-  
tentia ergo noſtra eſt, nōmē iſtud co-  
fatum à notione Græca fuiffe, ex e-  
ſuditorum iudicio: illudque attribu-  
tum fuiffe literas, & pronunciationē vi-  
ciosam, & in ſuauē exprimēti, blæſo-  
rum

**P**ostquam autem precedenti capitulo accurate probauerimus A Egyptum barbarā habitam fuisse, idque per varios eiusmodi, & leges indagaverimus, accepit animus desiderium cognoscendi, & explicandi, qui sunt homines, qui à nostris vocantur Agyptijs, id est, *Gitanos*, & noscimus, audimusque errores vagari sere terrarum orbem. Explicare conabor originem huius gentis, statū (qui homines ab origines potius intoto orbe videntur) & iudicium denique meum dabo: Mehercle scio varium aliorum fuisse: nostros q; Reges in eos exterminando detonuisse supplicia. Libentissime viam istam ingredi dissimilarem: conciderunt in ea plures, ut pote, quæ horrida sentibus difficulatum deambulantiibus apparuit, sed denique faustus infaustusve innadām, sentire que mecum aperiam, & si falsis arenis, cum præeūibus collapsus fuerim, subsequens leuabit: nihil enim humanius est ruina, & errore.

Et primo adsero, sere omnes posterioris doctrinæ & interpretes, qui peregerunt ista, in aduersas secentias iunisse, quarum aliquas hic subiiciemus. I. Pyerins Valerian. lib. 25. Hieroglyphicorum, cap. 57. & 8. cum nonnullis sentit, errores istos, qui nunc totum terrarum orbem mendicabundi, cum chiromanticis vxoribus, & liberis peregrant, nusquam certas domos habē-

tes, Cinclos, ab avis Cincli similitudine, appellādos esse, Cinclus enim avis, adeò imbecilla, invalida que est, ut nīdum sibi ipsa parere non possit, alienis que nīdis obsecraret, quod probat ex Suida, & alijs, quem sequitur eo non relato A. Alciatus lib. 5. Parerg. cap. 3. & Claudius Bertazzolius in annotationib. ad Bertholomeum Bertazzoliū libr. 1. consultat. decisuar. consil. 43. lit. B. refertque D. Francisco Fernandez de Cordona in sua multiplici didascalia, c. fin. & P. Martin. Antonius del Rio disquisit Magicarum lib. 4. cap. 3. quaestio. 3. sed hæc sententia nihil ad rem facit, ut existimat hic P. Martin. del Rio, magis enim ad denominationem, quam ad patræ quæstum huius gentis pertinet.

Pius Pontifex in Cosmographia Asia, Zigaros errores istos vocat, & à Phaside Caucasoque descendisse suspicatur, quæ sententia iam displicuit Alciato dicit. cap. 3.

A. Alciatus dicit. lib. 5. Parerg. cap. 3. postquam denominationem Pyerij, & aliorum approbavit, existimat Slauicos esse, genem istam, & sic Gallos, Boemianos eos vocare, quia Slauica lingua loquantur, inquam sententiam inclinat P. Martin del Rio dicit. quæst. 5. origine Selauos esse, ex ditione Vuiden, in qua opinione fuit antea Auctinus in annalib. Boiorum fol. 826.

Bellonus, quem sequitur D. Fras- ciscus

ciscus de Cordoba dicit. cap. fin. existimat ex Bulgaria, seu Valachia gentem istam originem docere, quia lingua Slavica, seu Sclavina loqueretur, quorum fundamenta strenue subvertimus infra, in qua etiam sententia fuit I. Bro  
8. & aus lib. 8. miscell. cap. 17.

Raphael Volaterranus Aegyptios seu Cingalos istos existimat, origine Mauricos esse, qui à Sarracenis pulsi per omnem Europam vagantur. Mauricos enim sparsim, & vix errant, cuius rei eruditio per nota est, quæ etiam sententia fuit Cælij Rodigini libr. 17.  
9. antiqu. lect. cap. 38.

Ioannes Baptista Pius annotationes posteriorum sylloge 3. cap. 42. existimat errores istos ex populo Cingalo ortosuisse, & mouetur proverbio illo πτωντερος λεγεταις, ει καλος, id est. Mendicior liberide, & Cingalo, sed insigniter errat, quia τοι ουγκαλος non populus est, sed aitis pauperrima, alias dicta Cinclus: unde oriū fuit proverbiū eius autor Menarder est in Thaidē, ut Alciatus, Pier. Valerian. P. Martin. del Rio in predictis locis, scripsérunt, & Erasmus chilid. 2. cent. 2. Pet. Gregor. libr. 15. syntagmat. iur. cap. 28. Cingulum oppidum, non Ciagalum inuenio apud Pliniū lib. 3. natural. histor. c. 5. & lib. 3. cap. 13. ubi Dalemcampius lit. D. & Habrahamus Hortelius in synonym. Geographica.

11 Denique Christopherus Besoldas in historia Constantinopolitana in Michael Balbo ann. 820. num. 3. à Persicis populis gentem istam coortam fuisse refert, nulla allata autoritate, aut ratione.

12 Post tantas grauiissimorum virorum sententias, iudicium nostrum supponam, quod conuenit traditioni antiquissimæ nostræ Hispaniæ, Germanorumque inferiorum, & aliarum gentium, quæ uno ore errantem gentem istam Aegyptios appellat, nos idiomate nostro Gitanos: illi Aegyptenare, refert D. Franc. de Cordob. ditt. cap. fi-

P. Martin. del Rio dicit. q. 5. non dubito quim Aegyptijs nostrorum plures, a-

liarumque regionum commixti eorum personas induerint, ut suspicatur, l. 11. tit. 11. lib. 4. Recopilat. imò tere iam omnes falsose simulant Aegyptios, sed sententia sit mea: primænos huius errantis gentis originem ab Aegypto maiori, seu minori deduxisse, & si qui fuerint istis primænis derivati, qui quidem totum terrarum orbem mendicabundi, cum chiromatice vxoribus & liberis per agrant, nusquam certas domos habentes: scio ecquidem D. Franc. de Cordobam à suis descissile, reprobasse suorum traditionem; nos ut potuerimus valide defendemus, dum evidentiora aliis protulerit, cui veritatis, & doctrinæ nomine gratias agentes ecquidem tam antiqua, & incerta, ut nisi face conieeturārum, & similitudinū his tenebris allucere nequeamus. Sed præter quod sententia nostra confirmata est l. 11. 12. 13. tit. 11. lib. 8. Recopilat. alijsque Pragmaticis sanctionibus homines istos Aegyptios esse indubitanter nominantibus, & affirmantibus: nostræ Hispaniæ aliorumq; regiorum communis acceptio fuit, & traditio Aegyptum à se eieccisse illuminem hominum istam, quam indubio sequi, & tenere debemus, utpote in 16 qua aliæ historiarum antiquitates inituntur, quod multiplici autoritate comprobabimus, tam iuris nostri, quæ eruditionis S. Chrisostom. Homil. 4. est traditionis nihil queras amplius, cum hoc respectu M. Valer. Martialis spectacul. epig. 5. scripsit.

*Postratum Nemores, & vastam valle leonem.*

*Nobile, & Herculeum fama canebat opus.*

*Prisca fides taceat, nam post tua munera Cæsar*

*Hac iam saeminea vidimus ab a manu. Cum eodem respectu St. Ius. Papinius 2. Thebaid. describens antiquum Her-*

Hermiones monile.

Lemnius hac (*ut præsa fides*) Manoria  
longe

Furta dolens.

Vnde A. Gell. i. Noct. Atticarum. 5. Demosthenem tradunt vestitu sincero, & cultu corporis nitido, venaustoque, & nimis accurato fuisse, Livius lib. 2 ab V. C. qui captus omnibus membris detinatus incutiam esset eum funatum offeso pedibus suis domum rediisse, memoria retraictum est: Et antea lib. i. inter primi pia conditæ habens operis mouisse numen ad indicandam tam imperij molem traditur Deos, &c. Et iterum lib. 2. huic tam pacata profectio, ab urbe Regis Hetrusci abhorrens mos traditus ab antiquis, usque ad nostram atatem inter cetera solemniam manet, & ibi sacerdotes quoque suis insignibus velatos fuisse supplices ad eastra hostium traditum est, Cic. 5. Tusculan. traditionis est etiam Homerum cacum fuisse, unde apud Aristot. Phil. 4. παραδεσπότων. idest, a maioribus traditum, quo verbo, & fundamento passim Plinius in suis naturalibus historijs, historicique alijs utatur. Antiquus enim, & hodiernus mos est, maiores natu res ante actas liberis narrare Virg. 7. Eneid.

— Auruncos ita ferre senes

Prænotarunt ibi Serenus Honoratus, & Lambertus Hortensius: vnde Lucan. in 4. Pharsal.

Cognita per multos docuit rudiis incolas partres.

Quæ enim fides antiquatum si vulgaris traditio infida habereatur, & si ea solummodo dignum fide testimoniū perhibet, qui non credemus? nam aut omnia antiqua, quæ traditione ueda nituntur falsa indicabimus (quod nimis durum incognitum, & iniuriosum esset temporibus memoris que majorum) aut vera; quod recta ratione subnititur: quæ intentio ex ante dictis comprehendenda est: si enim constas, & perpetua traditio apud doctos, & indoctos; prudentes & insipientes; po-

liticos, & rusticos Hispaniæ, Germaniæ, & aliarum prouinciarum gentem errantem istam A Egyptiam esse, cur obstatibus tam continuæ temporis fidei, & serici Apud Virgil. 7. Aeneid. Latinos Rex Ilionum Troianum ad loquens Dardanum conditoris Troiæ Latinis agri ortu fuisse dixit, nec alio fundamento, quam que nos gentem istam ab A Egypto ortam esse defendimus, audi verba.

Atque-equitidem memini, fama est obscurior annis  
Auruncos ita ferre senes, his ortus regis

Dardanus Ideas Phrygiae penetravit ad urbes.

Quam quidem originem repetit s. Aeneid, aptissimam eum verbis ad sententiam nostram.

Dardanus Iliaca primus pater urbis, & autor

Electra (*ut Gray peribent*) Atlentide cretus

Aduenit Teneros, eletram maximus Atlas

Edidit, A Ethereos humero qui sustinet orbes,

Nobis Mercurius pater est, quem candida Maya.

Cylenus gelido conceptum vertice sudit At Mayam (auditis si quidquam creditus) Atlas,

Idem Atlas generat Ceculi orgo apud eundem V. 680. eidem argumentis deducitur.

Nec Praeestima fundator defuit urbis, Vulcano genitum peccra inter agrestia Regem

Inuentumque foss, omnis quem creditit etas,

Cæculus

Pulchre idem 3. Aeneid. v. 102. apud quem maiorum Aeneæ gentis originem his verbis elicit.

Tunc genitor veterum volvens monumen-  
ta virorum

Andite, o proceres, ait, & spes discit vestras  
Creta

Creta tuis magni medio iacet insula pon-  
to.

Mons Idaeus, ubi & genii cunabula no-  
stra

Maximus unde pater, scribe undita re-  
cordor,

Tenerus Rhacus primum est adiectus ad  
eras

Optauit que locum regno, nondum Iliam  
& arces

Perganea steterant, habitabant vallibus  
imis

Et infra V. 164.

Terra antiqua potens armis, atque ubere  
gleba

Denotris celumere viri, quin fama minores  
Italianam dixiſſ ducis de nomine gentem.

Audi quibus verbis Latini Regis ori-  
ginem idem poëta deducat 7. Aeneid.  
V. 47.

Hunc Fauno, & Nymphæ genium Lau-  
rente Marica

Accipimus: Fauno Piscis pater, is que pa-  
rentem

Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus  
autor

Quibus & nostræ menti congruēti-  
simus est Asconij locus lib. 2. iridentis  
gentilium Deos: quis Piscum Fauni pa-  
trem, atque aum Latinis (genuit?) Saturnus,  
re ipsorum vestris scriptis, atque  
autoris traditis Aeneas apud Homer.  
Iliad. V. 204 similiter ipius, & Achilis genus deducit.

Nonimus quidem alter alterius genus, sci-  
mus & parentes

Passim diuulgata audientes verba mor-  
talem hominum,

Visutamen minim et meos vidissis, ne-  
que vicissim ego tuos

Aiunt te quidem Pelei praesclaris prole esse  
Sed indicare sufficiat, passim Virgilium  
Homerum, Statuum, Ovidium, ceterosque poëtas, & historicos tradicio-  
nis antiquitatis que fundamento ori-  
gines gentium deducere, qui enim ali-  
ter? (vt prædicta plenissime probati, &  
alia quæ prætermitto, ne te quasi ob-

ruam locorum congerie) quem mo-  
dum, quodque fundamentum, & no-  
stra loris prudentiaeiusque interpre-  
tes comprobant, qualiter enimquæ  
sola traditione, & fama constant, &  
comperiri antiquitate sua aliter ne-  
quoniam probabatur, nisi per famam,  
& traditionem, quæ solummodo illius  
antiquitatis superuixerunt sic intelli-  
go Pepinianum lib. 3. quæſt. in l. 1. D. de  
probationib. qui probandi oīus ei im-  
ponit, qui genus, vel gentem se habet  
re dicit: si enim gentem, vel genus re-  
ferimus ad principium cuiuscumque  
gentis, ut pote Iulus Cæsar, qui Gen-  
tis dicebatur filij Æneas, & M. T.  
Cicero, qui ad Servium Tullium Ro-  
manorum Regem se reducebat ( licet  
Scoppa collect. 1. cap. 5. contrariū sen-  
serit) ut doctissimi explicant Cuiac. ad  
diſt. 1. 1. & A. Alciat. lib. 1. Parerg. c. 12.  
Jacob. Rebard. lib. 5. var. cap. 1. qui po-  
test fieri, ut in forma ordinaria dire-  
cte genus, vel gentem prober, & de-  
ducat, ni fama, & traditione? ut in si-  
mili prænotauit Acurs. diſt. 1. 1. con-  
gruit cap. quoties 5. de testib. cap. tua-  
nos de consanguinitate affinitate cap. de pa-  
rentela 5. 35. quæſt. 6. quod pluribus il-  
lustrauit Isoloph. Mascard. de probat. 10  
clis. 8. 49. antiqua enim traditio fides 20  
est rerum tabellio t. f. sis, aut nuncius,  
pulcherrime Lecan. 4. Pharsal.

Inde petit tumulos, extasque undique  
rupes

Ansei, quæ regna vocat non vana vetustas  
Et infra.

Hinc autem veteris iustos famosa vetustas  
Miratrix que suis granis nomine terras.  
Ouid. 1. Metam.

Saxa (quis hoc eredat nisi sit proteste ve-  
tustas?)

Papin. 4. Sylu. in 17. consulat Imperato-  
ris.

— Et mecum longa vetustas  
Dinumer a fastos, nec parua exempla re-  
cense.

Audi T. Ligium lib. 43. Ceterum, &  
mibi

mibi votus rescribenti nescio, quo pater antiquus sit animus, aliquata eminem proxime ad Deos accedere: ita iudicarunt antiqui, consule I. Pasterat. ad lib. 2. Properit. eleg. 25. Lambin. ad Horat. lib. 2. saty. 7. sed parum ista, cum antiqui Iuris Consulti loco legis vetustatem habueront l. 1. 9. fin. l. 2. l. fin. D. de aqua, & aqua pluvia arend. vnde merito I. Cuiac. lib. 49. ad edit. 2m. Paul. d. l. 2. concludit pro iure, pro titule, pro causa possessionis vetustatem estimandam: ex quibus practici, & eorum plures congesti à Joseph. Mescard. concl. 105. de probab. conclusionem deducunt, antiquitatem per solam comprobari famam, nam ut inquit Philipp. Decins in cap. 1. de appellat. à num. 43. qualiter probabimus Dantis illas domos fuisse, Iuliamque Cæsarem Imperatorem, nisi per famam? & similiter nos, A Egypto ortam fuisse gentem istam? verum sit, quod aliquando vetustas res in matu componebat, ut Sallustius affimat, sed semper (ut Pacatus ait) veri amplificationis fuit, & id quando res aperit amplificationis materiam, & causas; sed in nostra questione subest nulla: nam si excesserint, vel non errores isti ab A Egypto, antiquitas nudam veritatem nobis tradere potuit, non amplificare ut pote si magnitudinem, fortitudinem, pulchritudinem, velocitatem, & similia, quæ sine dubio vetustas in maius effert, quia componere amplificatione potuit; cum ergo plures nationes in hoc conueniant A Egyptum monstru pepisse ista, & universaliter à maioribus ita acceptum sit, indubio huic traditioni adhaerere debemus: hæc enim traditio communior est, quam Gallorum vocantium error est istos Bohemianos, & dignior fide, ut ex sequentibus apparebit.

Sed hæc fortissimo arguento apponamus & qualis fortitudinis aliud. Heidelberg. A Egyptios istos à Munstero conuentos fuisse, à quibus

extor sit literas Sigismundi Imperatoris in eorum commendationem gemitum illam ex A Egypto minori ortam <sup>23</sup> fuisse, verba Munsteri sunt libr. 3. Cosmographia. Cum ogeretur annus post Christum natum 1417 primum per Germaniam aperere cuperunt homines nigredine deformes, excolliti sole, immundus esse, & usum terram omniam sordi, furtis imprimis intenti præstissim feminæ ellius gentis, nam viris ex furto feminarum viibus est, Tarzores, aut Genitiles vulgus vocat, in Italia Cinganos appellantur: ducem, comites milites inter se honorant, ueste præstantes, canes venaticos pro more nobilitatis alii, sed utri venenior, nisi furitum, non habentes agnos sape mutant, maturam pars pendibus graduunt, famina cum frato, & parvulus iumento inuehantur, literas circumferunt Sigismundi Regis, & aliquorum Principum, ut transitus illis per urbem, & provincias incolamis permittatur innexius que. Ferunt ipsi ex intanti a sibi pœnitentia mundum peregrinantes circumire, atque ex minore Egypto primum emigrasse. Sed fabella sunt, hominum genus, quod usu compertum est, in peregrinatione natum, ocio dedicatum, nullam agnoscens patriam: ita circuite provincias forte (ut diximus) seminarum vistatas, canino ritu degit, nulla religionis cura, etiam sinter Christianos parvulos suos baptisari, curat, in die viuit, ex provincia demigrat in proximam per aliquot annos inter se alla reatis, sciamultas in partes se induit, ut idem in eundem facile redeant, nisi per longa inter sealla, locum recipiunt possum, & viros, & feminas volentes in eundem provincias qui se illorum miscerent contubernio: colluuius hominum mirabilis, omnium perit alinguarie rusticæ & plebi grauis, imminens ubi foris illa laborat in agris spoliis iniugilat cassilarum. Anus eorum chiromanus, & ditionem intendant, atque interim quo querentibus dant responsa. quot pueros, maritos, cuius uxores, sicut habituri mirantur, & agilitate erumenas querentur, rimantur, & evanquunt. Sic etiam Laurentius

rentius Palmyren. Valentinius refert, eniūs mētio nēm facit D. Franciscus Fernand. in dict. cap. fin. Quid ergo fidem nullo satis certo fundamēto cōmendatitijs Imperatoris literis abne-  
24 gābimus? imò nostrum ius fidem his literis, & autoritatē attribuit, t. si-  
- vero non remunerandi 12. §. cum quidam  
12. D. mand. cum alijs iuribus ab Acur-  
sio subscriptiis. fin. C. quod cum eo qui in  
aliena potestate, cap. fraternitate 5. de cle-  
ricis non residentibus, cap. primatibus 6.  
cum seqq. 1. dist. & sic commendatitijs  
literis clericorum Hyerosolimā pe-  
tentibus, & aliās ultra marinas regio-  
nes standum sit, cap. 1. cap. 3. de clericis  
peregrinis, quas à Soidano accepisse re-  
feri Guilielmus de Baldensel Hodepo-  
riet ad terram sanctam, c. q. quibus totū  
eius Imperium securas transiuit, ter-  
ramque sanctam visit, cum enim non  
deprādictio scribentium, sed com-  
mendatorum disquiritur fabore, cō-  
muni distinctionisvoto nostri iuris in-  
terpretum conceptum est, literarum  
fidem non debere concidere I. Mas-  
card. de probat. concl. 19. Menoch. de ar-  
bitrariis lib. 2. cent. 1. casu 94. qui plures

25 congerunt. Hodie iure patro his AEgyptiorum literis commēdatitijs au-  
toritas, & commendatio infringitur,  
l. 12. tit. 11. lib. 8. Recopil. sed id odio gē-  
tis, postquam ianta patrasse facinora  
inuenimus, & ne ratione eārum lite-  
rarum liberentur à sanctionibus regi-  
ni contra AEgyptios stabilitis, quod  
dīversum est ad hoc, vt literis adhibe-  
tur fides, fidem dantibus ex AEgypto  
gentem istam coortam fuisse.

Nec obstabit, quod Palmyrenus  
retulit, eum, qui literas ab AEgyptiis  
extorserit, sermone AEgyptio collo-  
quutum eos, nec intellixisse; secus autem  
vulgarem Græcam, quorum aliqui per-  
ceperunt, quid mirum, cū pe-  
regrinatio antiquissima permultos  
años patriam litigiam amisiſſet, vt ip-  
simet respondet, & sic nondubita-

mus regionis idiomate eos vti, in qua  
errando exerecent, vel exilium, vel pe-  
regrinationem, vt apud nos Hispanice  
loquantur. Qua consideratione fun-  
damentum Belloni, & D. Francisc. de  
Cordouā evētitur sequentis eū, gen-  
tem istam ex Bulgaria, seu Vuachia  
originem ducere, quia lingua Slau-  
na vienem adiuerunt, cum sciamus  
Hispanica, Gallica, Italica, & quā pro-  
vincia, quā eō exceptit, luggerit, col-  
loqui lingua: & sic testatur Munsterus  
in præscriptis verbis: sic legimus Ale-  
xandrom, Cæsarem, aliosque, qui plu-  
res debellarunt, & peragrarunt pro-  
vincias, distortas percaluisse linguas,  
vñus enim tacitus id condonat. Sed  
quid? non animaduertetur sententiae  
contraria autores, quosdam huius gē-  
tis, cum literis Imperatoris inuentos  
Græcam linguam vulgarem intelle-  
xisse, quā propria AEgyptiorum fuit  
ab Imperio Macedonum, vt probat I.  
Lipsius ad Senecam epist. 51. nos. 15. &  
expresse D. Aurel. August. lib. 18. de ci-  
uitat. Dei, cap. 42. cap. 43. ( de quo nos  
sup. cap. 3.)

Et vt penitus extirpemus opinio-  
nem Belloni codem argumenti iactu  
alterum fundamentum subuerto, sci-  
licet ex Bulgaria gentem istam pro-  
rūpisse, quia primum innotuerit  
Germanicæ, quā regio cum Vulgariz  
Vuachia finitima sit, suspicantur.  
Bellonus, & Cordoba ex illis proue-  
nisse, sed vnde probant, primo Germa-  
nis innotuisse? nam si pestis ista terra-  
rum peragravit orbem: idem Galli,  
Itali, Hispani, possent dicere: cum pri-  
mo in eorum regiones deuenierint, cū  
que principium huius gentis evasionis  
ipſi assertores contrarij, omnesque ig-  
norent, quantusque numerus, qui re-  
giones orbis complevit, in incerto  
sit: non quia aliqui in Germanos per-  
uenerunt, poterit negari alios in alias  
non deuenisse partes, quod malitudo  
& ratio arguit, & ab alijs Regnis ori-  
gine

ginem trahere potuisse: nec ne etiam vna peregrinatione à remotis partibus in Germaniam deuenire non potuerunt, ibique considerare, tñ smigra-ta Bulgaria, & Vualachia? quis non rationis inops negabit. Neene, si consideratio eorum valeret, ortam fuisse gentem istam ab alijs confinibus regionibus Germanicæ, non potuit, vel potius à visceribus ipsius Germanicæ, quæ latissima feras diversasque gentes coaleat, monstræ abortiri ista? Et quia secundum eos gens ista in ea innotuit primo, persuaderi possumus ipsam Germaniam procreasse? argum. l. filium eū definimus & D. de his qui sunt sibi, vel alieni iur. cap. 1. de præscript lib. 6. & in antiquis, cap. auditis, cum similib. eodem tit.

28 Sed semper in hac quæstione magnifici ad equationem rituum, morū, legum Aegypti cum obseruantibz, seu pestilentissimis abusibus istorum, & tanquam indicabimus videre gentem istam finibus excedere Aegyptiorum.

Furta.  
29 Si enim antiqui furta amabant, laudabantque (vt latè probauimus capite præcedenti) rapto errores isti viuunt, nullumque exercitium aliud exercent: non aliunde tota ista gens degit, & viuit: vt nostro malo quotidie nos experimur: insidiantur saltibus, vijs, violant templo, irrumunt domos, abi-

30 gunt pascuis, & stabulis animalia, quæ assidua est eorum rapina in abigeatu, vt cum maioribus consentirent, quoniā peculiū fere omne Aegyptiorum pecudibz, & armentis cōstabat, colligitur ex Herodoto, & Pontano in locis capite præcedenti datis, & à Pyer. Valeriano lib. 58. hyeroglyph. cap. 15.) denique furta rapinas abigeatus isti grum errorum, omnes nationes in quas deuenient, expertæ sunt, Münsterus refert, & execratur in verbis supra datis D. Franciscus Fernandez de Cordoba dict. cap. fin. suæ didascaliz P. Antonius Martinus del Rio disquisi-

tionum Magiarum lib. 4. cap. 3. quæst. 5. Brodæus lib. 8. Miscell. cap. 17. Buriol. Bettazzol. lib. 1. consultat. decis. consil. 43. l. Baptist. Pius annalium post. sylog. 3. cap. 42. Azued. m. L. 11. m. 11. lib. 8 Recop. & alijs Regnicelæ, Ca' par Barthius lib. 45. aduersar. cap. 15. & nos- træ leges patriæ infracterendæ.

Et si antiqui Aegypti publice, & In campis cum feris vescebantur (vt diximus ea- deunt. pte præcedenti) hi semper publice in suburbijs, montibus alimēta communi- nia excommuni rapta consumūt, barbareque inglabiem corsociant. Al- ciat lib. 5. Parerg. cap. 3. Raphael Volaterran. Cælius Rhodigin. lib. 17. antiqu. leut. cap. 38. Baptista Pius dict. cap. 42. Münsterus optime ubi sup. videtur He- liodorus, cum prædonum suorum Ré- publicam instituit, lib. 1. cap. 2. errores istos præ oculis habuisse.

Nec in istorum crudelitatem pe- Crudeli- rorabo, excedit lane suorum maiorū tas. cruētas iras, verum sit in historijs an- 32 tiquos Aegyptios hostes deglutiisse viuos, sed ea barbara immanitas non Aegyptijs solis innata fuit (vt coni- cio ex Iuuenale, & alijs præcedēti ca- pite datis) isti vero cuncti vnam im- manitatis imbiberunt perniciem, qua exuperarunt, exuperantque mōstrum nefandum Domitium Neronē. Proh piissimus Deus! quantos vidimus, & audimus strangulatos vijs, truncis for- titer alligatos, verberatos, arboreis suspensois, nudos in montibus relictos feris imbris frigoribus que exposi- tos, quantas virginis coniuges q; vio- latas: quin nefariissimi homines par- cerent sexu, ætati, senectuti, innocen- tiæ, religioni. Proh, nec dictu, nec co- gitatione dignum facinus! certa ad nos fama pernenithominem lixum come- disse: ita gens insutit ira, aut sacra fa- me. Ecquidem suorum maiorum ex- cranda crimina ad vivum (vt inquiūt) conseruant, aut malignitate conuin- cunt.

Cum

33

*Lasciuia  
G. mortis-  
monia cū  
sanguini  
necis.*

Cum item si in antiquis inuenimus lasciuia incestus que nefarios matrimoniorum (ut capite praecedenti) non minores de ipsis cognoscimus, cum sine lege, & sancto ritu isti celebrent matrimonia; ipsi que sine Pontifice dispensent, ut feraliter commisceantur sororibus alijs que consanguineis. Raro peruersa haec gens in facie Ecclesiae sanctum celebrauit matrimonium: raro sacro fonte suos abluit infantes: nam cum non ita numerosa sit gens, semper intense contrahunt matrimonia, nunquamque graduum prohibitionem iuvant, aut perhorrent: ita titulo Christiano decorati Christianorum ritus abhorrent, ut cum grauissimis viris merito suspicet suorum maiorum nosstroso numina adorare, ut poteferas, & herbas, in quarum stabulis, & domicilijs latitast, sua que domicilia conseruat, vide Munsterum *sup.*

34

*Color, &  
facies.*

35

Quid de oris colore referam? idem ecquidem: cum enim AEgyptios antiquos sibi nigris faisse nossum sit, & probant Ioannes Bohemus *de omnium gentium moribus*, lib. 1. capit. 5. Calpar Battius *libr. 21. capit. 14.* Caelius Rhodigin. *libr. 18. antiquit. lectio capit. 38.* & *lib. 29. caps. 26.* Marcus Antonius Sabellitus *Aenead lib. 2. Heliodor. libr. 1. capiz. 1. Frider. Taubman. in Plant. Panul. att. 5. Scen. 5.* D. Ioann. *de Solorcan. de india eti iure, libr. 1. cap. 1. numer. 39.* sub AEgypto enim AEtiopia est, & huius colonia, ut isti scribunt, atque PTholomeus, Plinius, Mela. Errones autem, ut omnino emulentur sibi mores, & formas (multi enim commiscentur huic improba genii Hispanie aliarumque regionum, ut Munsterus scripsit) oleo, & poluere illinunt corpora, ardentiori que sol se exponunt, ut mortal-

ta forma originem patriæ figurant.

Sed expressius sc̄minæ retinent plures suorum mores: vestimenta eequidem eadem sunt, lini ex majori parte, & ruxa, ut tradit Horodot. *Halicarnas. in Euterpe*, & confitetur cum Magino idem Don Francise *de Cordoba dict. cap fin.* (ut mirer istum, asserentem gentem istam nihil commune, cum antiquis AEgyptiis habere, exceptis sc̄minis vestibus, quem iniqui iudicij regardant paritates præscriptæ, & subscribendæ) vestitus forma tacite nos dicit in cognitionem cuius nationis sit, qui taliter incedit indutus, colliges optime ex Virgil. 1. *Aeneid. Vers. 30. cum sequētibus, 11. Aeneid. v. 334.* & ex Papin. 1. *Theb.* loquente de Polynice, & Tydeo, ibi: *Tergo videt bui us inanem.*

*Imperis virimque setis horrere leonem.*

Et alijs, quod quidem latissime prosequitur Alexand. ab Alexand. *libr. 5. cap. 18.* & ibi Andr. Tiraquell. facit item apud Labeonem, §. si quis virgines, D de iniur. *cap. 5.* vero 4. de sententia excommunic. ut diximus *cap. prædicti.* Sic enim est, quod ex vestitus forma, & disparitate distinguantur status hominum, & dignitates, ut similiter cognoscuntur.

Aduerte etiam insolentiam sc̄minarum antiquarum AEgypti au ponantium, & virilia subeuntium adulieres officia, quas repræsentant in quantum possunt sc̄minæ errorum: nihil enim aliud agunt præter publice, & in honeste concedere, & dum pro emedicandis elemosynis domos subeunt, intrat humili prætextu spoliare eas: & sic similiter vident, perturbant, contrahunt, quæ furtim concoctaverant.

Et cum antiquorum scientiæ *Inventio* <sup>40</sup> *KK* *Matrices*

magis artibus concluderetur (ut diximus citato capite) totus que eorum connatus, ut praevenirent futura, ficeret: nihil aliud hodie visitatius feminis istis est, quam invercunde interuenire virorum feminarum que conuentibus falsoque hominum sortes praedicere ( idest nostro idioma re buenaventura ) ridicule coniectantes matrum lineas, oculorum spectum, instantes incredibilem *φυσιονομίαν* peritiam, ut Munsterus refert. Pallacie Mehercle composite, præcipue in laqueo simplicium virginum, & matronarum: quibus alhest, vel consopitæ, liberaliter bonis donis quoque ditant incantatrices falsas que sybillas. Sæplicia istis inuita à Sanctæ Inquisitionis Tribunale satis declarant huiusmodi crimina, & delicta: sed illæ sua perueritate pœnis irritant, & continuant fallendi artem, sine qua nec vitam amant, nec proferre possunt.

**41** Nec longius abest alterius *ar-  
biteriæ*, medicinæ scilicet, muliercula-  
rum exercitium, ut similiter cor-  
respondeant maioribus, qui fere om-  
nes ( ut Herodotus refert ) medici-  
nam tractabant: Vopiscus in *Saturnino*, vbi Salmas. obseruat, istæ au-  
tem herbarum experientiam adse-  
rentes, illarum virtute cognita, vel  
incognita, remedia morbis intentant,  
vel mortem: ut dolore multorum af-  
fatum cognouimus, refertque Munsterus, vbi supra, quid enim commu-  
ne habet admirabilis medicinæ sci-  
entia in prorogationem inuenta vita,  
cum impurissimis, & imperitissimis  
mulierculis?

**42** Concludo ecquidem anti-  
*Insidi va* quos Ægyptios infidos sane, noua-  
rumque rerum audios fuisse ( ut  
diximus capite præcedenti) sed meo  
iudicio, maiorum suorum fides cer-  
ta fuit, præ infami horum in fidelit-

tate, hæc veritas comprobatisma-  
bitur relatis, sed certior sit animad-  
uera proditione, qua paucis abhinc  
annis infida gens invadere Iuliobri-  
gam vobem, idest *Lugracho*, pele la-  
borantem attentavit, ut considerat  
D. Francisc. de Cordoba *dicit*, *capit.*  
*fin.* aliam proditionem leges apud P.  
Martin del Rio *dicit*, *libr.* 4. *capit.* 3.  
*quaestio.* 5. vide Munsterum, Bar-  
thium, & alios autores in principio  
relatos, quis enim stylo posset com-  
prehendere infidelitates huius gen-  
tis? facilis nam erabuntur aristæ, &  
arena Lybia.

Ædepol, ut maiores ( teste Ta-  
cito ) ex leges vivebant ( tam impice 43  
iniquæ que erant ) isti similiter mul-  
li legi, rationi, æquitati, misericor-  
diæ compasciunt. Munsterus quod om-  
nes supra citatu: & cum antiani Æ- 44  
gyptij cantilenarum amatores es-  
sent, iudisque dediti Strabo *libr.* 17. *Cantile-3*  
vnde Petronius. *marum an-  
matores.* 2

*Cantare quæ solemus*  
*Memphisides puella*  
*Tinens colore noctis.*

Et Satyr. *capit.* 35. *Circumferebas*  
Ægyptius puer cibano argenteo panem,  
atque etiam tenuerrima voce delasperita-  
rio mimo canticum extorquet.

Martial. *lib.* 3. *ep.* 63.

*Canticaque Nili qui Gaditana susur-  
ret.*

*Capit.* in *Saturnino* & in *Vero*, adduxer-  
unt secum, & fidicinas, & tibicines, &  
histriones, scurasque mimarus, &  
præstigiatores, & omnia mancipiorum  
generis quorum *Syria*, & *Alexandria*  
pascitur voluptate. Vide Caspar. Bar-  
thium *lib.* 7. *aduersariorum*, *capit.* 5. &  
*lib.* 21. *cap.* 4. & Ioan. à Vouerem ab  
Petronium, Herald. ad M. Martia-  
lem, vbi Rader inde *Ἄργυρες*, 45.  
proludere apud Lucianum in conu-  
cio, & ex eo obseruat Caspar Bar-  
thius a. *cap.* 5. sic similiter errores isti  
hodie

hodie nihil magis emant, quam ludos festivos, cantinelas, & similia, quae  
rum rerum omnes sumus testes, & P.  
Martin del Rio dicit.lib.4.capit.3. que-  
stion.5. Petrus Gregor. synagogatum  
iaris lib.3.4.capit.16.numer.13. & fere  
omnes qui de his mentionem con-  
suerunt.

His sic computatis, quis audebit  
negare AEgyptiorum illorum per-  
uersos mores conseruare gentem istam?  
nullus rationis capax, nisi quem  
aut proteruitas hebetet, aut iudicium  
ignorantia recludat, qui cum praeceteris  
orbis nationibus suarum su-  
perstitionum tenacissimi sint, vt ex  
Cicerone probat Cesar Baron. en-  
no Christi 64.ad fin. adhuc gensista in-  
fida, quanta disimulatione potest, con-  
seruat eas. Et ex his fortissimum pro-  
nosta opinione, fundamentum sta-  
tutur, quo tanta morum seu delicto-  
rum & qualitas adaequatur, deriuasse  
eos a maioribus AEgyptiis ordine, &  
subrogatione ingeneratos descen-  
deretes istos. Ex communicatione enim,  
& conseruatione morum gentem cuius-  
sit nationis deducimus Firmicus  
lib.1.astronomicon capit.1. Quadam gen-  
tes ita a calo formatae sunt, ut proprie-  
s morum vultate conspicua: Scythae imma-  
nis feritatis erudititate grossantur: Ita-  
li sunt regali semper nobilitate prafulgi-  
di: Galli stolidi: Ienes Graeci: auari Sy-  
ri: Afri subdoli. &c. pulchre Vlpian. in  
l. quod si nolit, q. qui mancipia D. de AE-  
ditic. adiit. ubi etiamque enim natio serui,  
aut provocat, aut derret et emporem, nec  
alia conferam, cum tu plurima poten-  
tis deligere ex Alexand. ab Alexand.  
lib.4.dicrum gen.cep. 13. & ibi a Tira-  
quell. & in l.7.concordia part. 7. glossa  
prima qui a num. 14. cum sequentibus  
tae quam in cumulum omnigenas au-  
toritates coniecit, aliasque nostrorum  
interpretum I. Mascard. cœcl.10.3.nu-  
mer.14.de probationib. Principijs equi-

dem iuris prudentiæ, vi qua rationis  
ex AEgyptio ortos errores istos cre-  
dere debemus necessario: quem epu-  
tanta consonantia, & armonia ratio-  
num non demulcebus?

Sed adhuc, & fortissima funda-  
menta supponimus, nam nulla regio  
ita apta fuit, vt credamus incolas eius  
excolas ab ea: ecquidem ignoramus  
tempora, quibus haec gentes excede-  
runt primo AEgyptio, nam vt inquit  
Aristoteles lib.1.metaphys. cap. 10. Mi-  
grationes populorum. quæ panarium sunt, 49  
minus note sunt, quando quidem alijs  
regiones deserunt suas, alijs remanent,  
quoad ipsa loca frequentiori hominum  
turba alumenta suppeditare possint verissi-  
mum igitur est, vt longum temporis inter-  
vallum inter primam & ultimam populo-  
rum migrationem intercedat quo quidem  
fiat, vt nemo ex his qui postremo migrant  
memoria repetere posset, quando primo mi-  
gratum se. Ex quibus saltus agnoscim-  
us in gentes causas compulisse AE-  
gyptios charam, etiam animalibus, pa- 50  
triam deserendi: magnam preddixit  
Aristoteles dicit. cap. 14. Aut quia in dies  
AEgyptus magis arida fiat, aut quia omni-  
nis adaggeratur a Nilo. Cuius dam-  
na respexit lex unita, C. de Nili ag-  
geribus non rumpendis, quam nonis-  
fime illastrauit, multaque pro nostris  
induxit D. Francisc. de Amaya lib.3. ob-  
servation. cap. 4. Ruptis enim aggeribus  
ingentia damna inferri poterant AE-  
gypto, vt plurimis probavit doctissi-  
mus Amaya nu. 15. qui ex Diodoro si-  
mili casu maiorem AEgypti partem  
submersam fuisse refert; sed quæ  
grauior iustiorque causa, quam insi-  
deliter tanto tempore immatri ser-  
uitute populus Dei ab AEgyptiis vi-  
lenter retentus fuerit, pro cuius  
liberatione meritas dedit plaga-  
rum penas quas Exodus suo ordi-  
ne dinumerat, cumque numinis di-  
xini coadiutio sit talionis penam,

seu vindictam inferre Exodus cap. 11. Genes. cap. 9. quod elegantibus expressit verbis Dominus Cyprian. tractat. i. contra Demetrium, de sterilitate, aut fame quereris, quasi famem maiorem siccitas, quam rapacitas faciat, quasi non de captatis ammonarum incrementis, & priorum cumulis flagrantior inopia excrescat ardor, quereris, cludi imbris calum, cum se horrea claudantur in terris; quereris minus nasci, quasi quanata sunt inagentibus prebeatunt, merito hinc genti exilium per terrarum orbem indixit, que cuncte Israelicum populum multo tempore in exilium continuit. Præfigire pœnam istam verba Exodi, seculis antea tantis prædicta, videntur, in poena non liberati populi, capit. 9. pertiniente, & populum tuum post te, peribitisque de terra: sed Græca intentioni magis fabent, η ἐκπίστον ἀπότις, γνῶμ, quasi gens ista exteretur extra Aegyptium suum, ut videmus errare abiectam, proculcatam, irrisam, odiosam supplicijs deuotam ( nisi latinum, & Græcum ad mortem Aegyptiorum inter prodigias vndas maris, cum communis referatur, quod mira attendisse D. Cyprian. videatur dict. tractat. i. contra Demetrium, ibi: Et eris sanguis in signum vobis super domos in quibus eritis, & video sanguinem & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis, cum perentiam, & conteram terram Aegypti, & Exodus cap. 10. Et natres in auribus filij tui, & ne potum tuorum quoties conseruerim Aegyptios) Necesse est eequidem causæ, ut in exilium voluntarium Aegypti prorrumpentes & optime Seneca in consolat. ad Helian. cap. 6. Nec omnibus aedem causa relinquendi, querendi que patriam fuit, alios excidia urbium suarum hostibus armis elapsos in aliena spoliatos suos expulerunt: alios domesticos seditione submoniti: alios nimia super-

fluentis populi frequentia ad exonerandas vires emisi: alios pestilentia, aut frequens terrarum hiatus, aut aliqua intolleranda infelicitis soli viae eiecerunt, quosdam fecerunt ora, & in maius laudate fama corrupti: alios alia causa exeruit dominibus suis, que quidem Senecæ causa fere cunctæ Aegyptijs adaptari possoant. Nec despicies eonic eturam aliam ex multitudine indagatam servorum quibus AEgyptius conferuebat suorum prava natura (ut iam audiisti cap. præcedens) quorum profugia domibus suis plures terrarum Orbem pernagantur conseruant queritus, niiores que suorum saltim memini me legile apud C. Plin. libr. 6. Natural. histor. cap. 29. profugos AEgyptiorum servos à dominis condidisse celebre oppidum Adalitem maximum Trogoditarum, & AEthiopum empodium. Causæ commigrationis, seu fugæ ha sunt, tu inquires alias, propter quas gens ista errabunda per terrarum orbem concedat, nulli locando domicilium. Sed magnam reputo antiquitatem aperire, que sola faciliter in sententiam istam quemquam deducet; scilicet nullum Regum, nullum Imperatorum ius ciuitatis AEgyptijs induluisse monstris (ut suspicor) huminibus, reprobis que moribus, infamibus que scientijs, sic enarrat Joseph. libr. 2. contra Apionem: Nam AEgyptijs, neque Regum quisquam videtur ius ciuitatis nisi selargitus, neque nunc quilibet Imperatorum, nos autem Alexander quidem introduxit. Reges autem auxere, Romani vero semper custodire dignati sunt, refert Iacob. Gnaeius libr. 6. obseruacionum, cap. 35. qui AEgyptijs, cum primis temporibus, tanquam pestiferi expolsi essent à ciuitatibus, hincque & inde errarent, tamen mos iste in consuetudinem, aut naturam circa gentem istam conuersus fuit secundum

cundum Ouid. 2. metaphor.

Ille more suo, nam morem fecerat v-

sus.

Consuetudo enim est altera natura, &  
quamvis patrijs legibus accuratissime  
constitutum fuisset, ut potest. 11. 12. t. 1.  
13. lib. 8. Recopilat. vi huiusmodi homi-  
nes sub certis pœnis officia exerceant,  
domiciliaque in certis locis componant  
nunquam id obtentum fuit ex proxima-  
ratione: nam exilio gaudent, dum exi-  
lio vacant rapinis lasciujs alijs q; mo-  
ribus nefandis.

Cum diu hæc præscripsisse inci-  
di in librum Gothicarum, & Langobar-  
dicarum rerum scriptorum, qui edi-  
ti fuerunt ex bibliotheca Vulcanij, &  
aliorum, & ad finem Anonymi tracta-  
tus subiectur de Cingaris, quæ totū ri-  
bi dabo, forte quia non paſsim obivis, &  
quia nostra sententia præclarè confir-  
matur, & accipies aliam exilij causam.

De.

Nubianis erroribus quos Itali  
Cingaros appellant: eorumque lingua.  
Tamen si vereor ne quiss mibi Horatianum  
illud occinat.

Amphora caput  
In situ currente rota, cur uincens exit?

Quippe qui commentarium de lingua Go-  
thica pollicitus varia aliarum linguarum,  
qua per hum, aut nibil cum ea affinitatis ha-  
beant, specimen a lectoribus obijcam: non  
possunt tamen adhuc manum, quod atunt,  
detabula, quim de lingua Nubiorum, qui  
errorum instar incertis sedibus cavernatim  
universum orbem terrarum peruagantur  
paucabilie chartis illinam: qua ab illustri  
viro Iosepho Scaligero accepi, quod ea ad-  
gentis & lingue paucis nota cognitionem  
pertinentia Philoglotis non ingrata fore  
confidam. NVBIA NI inferioris Æ-  
gypti partibus conterminis sub Patriarcha  
Alexandrinico sacra lingua Ælkulpi cele-  
brabant: multi Episcopatus in eorum finibus  
fuerunt ante his C LX plus minus annos à  
Sultano Ægypti sedibus suis pulsi, Palas-  
tinam, Syriam, & Asiam minorem mēditco-

rum specie peruagantes træctio Hellepon-  
to Thraciam & circum Danubianas regio-  
nes incredibili multitudine in undarunt,  
Itali Cingaros vocant, Galli Bohemos quæd  
indidem ex Bohemia prima illorum eis no-  
titia. Item Ægyptios quod Nubiam etiam  
ipsæ Nubiani minorem Ægyptum vocent,  
Nuba à Stephano ipsi, & rogaes vocan-  
tur, & Claudiano lib. 1. ad Stiliconem.  
Venerat, & paruis redimitus Nuba sagittis  
Metropolis eorum Condari non solum ho-  
die ab ipsis uicantur, sed & in Mappamun-  
di Turesca notata est. Temporum eximio-  
rum etiam hodie multa extant vestigia, &  
qui supersunt de illa calamitate in suis se-  
dibus Christianos etiam num hodie sepe  
profidentur, sine ullis Episcopis templis &  
sacrorum solemnitatibus sepe ab Impera-  
tore, siue NEGVS Abyssinorum Epis-  
copos petentes, non impetrarunt, sed penu-  
ria Episcoporum in Abyssinis, vel metu are-  
nosas solitudines, & Muhamedanoram  
in iuria obnoxias adeundi omnino Nomad-  
es, & latrones sunt, cuiusmodi etiam illo-  
rum progenies, Cingari isti qui non solum  
mores maiorum suorum, & furtorum licé-  
tiam sed etiam linguam retinuerunt cu-  
ius nosquadam pauca hic consecimus, non  
solum ut eam lectori proponeremus. sed eti-  
am eos argueremus, qui hariolantur hanc  
linguam ab ipsis confitam esse, neque us-  
piam terrarum, nisi interipso errones Cim-  
garos in usu esse, in quo sane non sunt au-  
diendis.

Iam vides nostram sententiam  
comprobatam ab autoritate oris, ves-  
titusque forma, ritibus moribus legi-  
bus. Quem ergo non trahent, nostra  
licet Vlileis autibus fugientem, tam  
consona armonia voces? & si nulli  
genti iuncta ista conuenire possint, ni  
Ægyptijs, cur nos credemus Ægypti-  
os? Obijcis Bellonum lib. 2 cap. 14.  
gentem istam ad Nilis umbris ripas in-  
uenisse, quam dicebant incolæ ad-  
uentitiam, sed non tamen commu-  
tabo sententiam, leuisimus scrupulus  
est. Nam ut fert generationis natura,

& incrementum, multis annis gentes iste disitæ per orbem à patria coalescerent: mores nomenque Ægyptiorum solummodo conseruarent, cum peregrinarentur orbe, quod temporis interuallum efficere potuit, ut aduentantes in antiquam patriam transformatam tempore, vel seculis, pro aduenis, hostibus, vel latronibus haberentur. Troianis accidit, quo rursum origo Latij Cretis que deriuata, aduersti, & hostes iudicati fuerunt: Minore tempore Uliisses in parvam Ithacam rediuit ignotus, & cum Rex unus Ithacensium esset, veneratione excipiendus erat. Quid ergo senties defugit uia gente, cuius descendentes in latissimum Regnum, seculis aliquibus peractis, redierūt, quod ignorarētur? præcipue errantes forte per desertas Nili ripas. Multi origine Hispani, & nostræ Castellæ incolæ commixti haic genti deambulant inter suos, parvoque discrimine nominis, & velis dignoscuntur, pro aduenis que reputantur. Ex quibus omnibus variæ sententiæ in hac questione præiæctæ displicant, utpote Æneæ Syluij, Philippi Bergomas, Polidor. Virgilij, Andr. Alciati, Marij Nigri, Volaterani, Autentini, Belloni I. Leonis, D. Francisci de Cordoba, & aliorum (quos in principio dedimus) à varijs regionibus homines istos deducentium.

Reprobam mortalium gentem  
54 hac quasi tabula depictam offero sanctissimis sanis iris inuidibis ipsis, equis oculis circuī spice in lāndam huius naturam, & tanquam lampade Erynnis incensus statim dolore, siue rabie infuries, non à terrarum orbe, vel saltim nostro, igne ferroque exterminatam, vel abolitam: omittio e quidem præscriptas poenas nostris Catholicis Regibus in errores istos: respice enim l. 1. 2. 3. 6. & 11 titul. 11 lib. 8. nostra Recopilation omittio plures supplices libellos in Regijs Curijs nostris Regi-

bus oblatos, quibus Regni procuratio-  
nes petierunt, & consequunt ficerunt multa circa invalidationem Ægyptiorum contractuum, & pœnatum conseruationem aliaque similia, cum considerem magnique faciam pragmaticas sanctiones in ipsos Ægyptios præscriptas ab innicissimis Regibus Ferdinando, & AElisabetha anno 1499. confirmatas subsequenti tempore A. Marie Hispano illo Carolo Quinto Imperatore anno 1525. coniectas in l. 12. dicit. titul. 11. Recopilation libr. 8. quibus instissime Imperator Ægyptijs intra 60. dies à publicata lege officijs cognitis domicilio que singulari populorum adside-re alijs ve deservire: aut si imperia legis subire noluerint inter alios 60. dies Hispanis limitibus exceedant, in quos si redierint, errandi que maleficijs institerint, ultra 8. dies prima vice verbena 100. publice impingantur, deportentur in perpetuum à nobis, & si secundo sine officio errantes inueniantur, auriculis turpiter decisis 60. dies catenis irretiti in perpetuum exterminetur: si vero tertio vagâdi amore despexerint imperialia imperia, in servitute detrudantur, etrumque mancipetur dominio, dum vixerint qui primo adprehendere voluerint. Quas quidem pœnas ipsius met postea Carolus Imperator, deinceps que prudenterissimus Rex Philippus II. anno 1560. isto commutauit modo, ut qui Ægyptiorum ultra præscriptum decisio-nis tempus errauerint, si à 20. annorū usque ad 50. ætate sint, intrare in seruitute in deferantur, cum alterius ætatis fuerint, priores patiantur pœnas, sic sane scio, & in alijs Regnis similes præscriptas fuisse pœnas in hanc errantem populum, ut refert Caballus resolution. crimin. cent. 2. cas. 188. nam:  
3. Quis ergo non piissimas dicet leges, pœnasve, libratis pestiferæ hu-ius gentis criminibus? quis exquisimo animo

animō exilii inducta non feret, ut colluie peste que hominum præclior terrarum orbis expurgetur pars? Nil aliud fecit literarum patens populus Romanus, cum edictis sacra turpissima Ægyptiorum (ut capite præcedenti scripti) sua civitate exterminavit, Tybrique incestuosa Isidem submersit. Nil aliud fabulosa Harpiarum exterminatio Strophadibus insulis significat facta apijssimo Ænea, & antea Regno Birthynia à Calai Zete que Argonautis, quam foeda ista hominum colluvic, Harpyarū tertiore, sanctissimos Reges expurgare Regna. Hoc commendant iudicibus nostræ leges, commendant politici scriptores, commendant Iuris-prudentiæ sacerdotes, atque ipsam et iustitia, & ratio. Sane aurium absensio pena de decoris turpitudinis que summæ fuit, sed quibus tam insignis sceditatis vulneris & quias conuenire potuit, quam illic, qui fax sentina hominū discurrunt, spurcitat rapinisque procliues, quod Reipublicæ utilissimum esset, ut cauerent homines infami vulnera notatos homines, eorum ne per noscerent reprobam naturam, seruorum tanquam iniistorum literis. Maria excipiant indignam tellure gentem, quamque ipsa sustinere non potest, aut non debet. Quid aliud demonstrant? ino tracta punitorum cadavera in Tyberim, aut parricidarum legis luliz pœna? Sed prob Deus! iam iustissimæ leges frustrantur, errant cateruati, adhuc extiosissimi homines, infestant montes, vias, & denique indespectum legis in ore hominum peruersos suorum maiorum mores conseruat, & quod peruersius est, tanquam in auxilium suorum criminam coniurant tempora, ad quæ promore confugiant, sanctissimum asylum miserorum, ut iudicium acutissimos strictos gladios obhebet. Quid enim communehabent sanctissimæ eppla cum barbaris proditoribus, asasi.

nis, grassatoribus quid regilio cū immundis superstitionibus? quid tēplorū reverenda pietas cui impensis crudelissimis hostibus natura? Eia, eia insurgent fulmina legum Regumque, igne ferro ab hominum memoria pestifera abolatur gens: si enim exilijs, utrem, cacecum abscissionis aurum non sufficiunt pœnae, vel proterui despiciuntur æquum ne erit, ut Diua iustitia exterminetur? aut victa pernitas hominum succumbat? absit, aberruncetque Deus. Fulgurent intonatæ grauiora leges fulmina, quanta in salutē Reipublicæ necessaria sint, quovalque, victrix adhuc, huius gentis malitia concidat, euertatur, conculcetur que pedibus. Quanto frequentius contumacisque delinquitur, nostra iura gratus castigant: sic scopelismus in Arabia, in Africa in censores messium, in Mygia virtum, quia culpa frequens irrisis que pœnis legum repetita meritas excitat legislatorum iras. Si enim tantas pragmaticas in eos praescriptas gens ista contemnit, & tantis pœnis irridet, nouasque confirmatio[n]es infringit, adhuc nec atramēto secundis disfidat eos lex, moreque antiquo saltibus, in quibus grastantur, suspenderat, strangulata biujis trinijsue desigat: feris, foris que publicis in crucem agat, & denique nihil nisi mortem intentet, gladiumque retractor, ut horrore pœnali istæ Harpyæ fœdissimæ, & in humanae in barbaras insulas fugentur. Si enim Scipio quondam in Africa homicidas leones crucifixit, ut cæteri similis metu pœnæ absterrentur eadem noxa: securis in homines, licet armatos fera natura, in exemplum aliorum id effici liceret: nam ut terreantur vias, male & mortuus tractari debent, ut Optatus dixit: Namque acerbitas inquietat Sextos Cecilius vlescenti maleficū, bene atque canente viuendi disciplina est. Unde cum gentis huius in ratiōne prout perit per-

520 Paralipomen. & elect. Iur. Civ. lib. V. Cap. VII.

veritas, his sanctis sacrificijs, non alijs parentaturam nostræ Hispanæ legè iudico, & confide. Hæc præscripsiæ, & ad Regium Consilium pro obtinēdo imprecisionis privileg o librum is-

tuan præmisseram, cum nouior pragmatica præscripta fuit 20. die Iunij an no 1643, aduersus peruersissimos Ægyptios, quos viuimus pœnarum rigore prolequitur.

C A P. VII.

*Nam quid imaginibus, quid cuius falsa  
triumphis.*

*Atria, quid pleni numero so consule fasti  
Profuerint, si via labat? perit omnis in  
illo*

*Gentis honor, cuius laus est in origine  
sola.*

*Seneca in Hertule furent.*

— *Nobiles non sunt mibi  
aui, nec alies inclytum titulis genus  
Sed clara virtus: qui genus iactat suum*

*Alienat undat.*

Optime Philistio, seu Philemon (ve-  
ravult I. Rutgers. lib. 4. variar. lect. cap.  
12. in 674215), cum Menandro in  
his latini, ex versione Rutgers,

*Tua patria gens ne quisquam illustras  
tuum.*

Sed recte agendo patriam illustras tuam.  
Bene Aristotel. lib. 2. Endem. cap. 1.

Quoniam autem virtus ac vitium, & ut-  
rorumque efficiens, hinc quidem laetatur;  
illi vero vituperantur, qui operantur au-  
tem laudanturque, non qua accessitale,  
vel natura, vel fortuna insunt, sed quo-  
rum ipsi causas sumus. Agilius cum ro-  
garetur quomodo quis maxime apud  
homines prebaretur, respondit si dic-  
at opinio, & faciat honestissima vir-  
tus, & quidem ita sufficit mortales, quod  
non modo admirantur gloria ope-  
ra, sed in coru' anthonem suum o stu-  
dio incendantur, videt Plutarche Cér-  
rad. Licosten. refert, qui hanc senten-  
tiam virtutem in acti ne confidere, latè  
illustrat. sed ultra tamen consule. Ti-  
rasquellum de nobilitate 22. & 23. Hinc  
integra, & plenaria oration. 19. Thenis-  
tius Suada, atque Plutarch. in tractatu  
de exilio, non loca, non patrias specta-  
das esse, sed homines, eorumque viriu-  
tes, & merita, nec propter locum hon-  
orandum esse mortalem; sed propter  
propria facta, gloriasque, lusorumque, imò  
è contra locus ab homine illustratur,  
patria à ciuibus filijs ( ut optime isti  
perorant ) Et considerandum an quis 15  
nobili patria dignus sit, ut respondisse  
quondam Aristotelem Diogen. enarrat.  
lib. 5. Gloriati cvidam, quod magna  
effet urbis eius, noli ( inquit ) hoc attende-  
re sed un dignissim magna, & illustri pa-  
tria. Congruit Thenistelis respon-  
sum Seriphio cvidam apud Cicero  
nem in Catone maior. Nec herentia in-  
quis, si ego Scriphus, essem nobilis: nescio  
si Atheniensis esses, clarus vnguam fuisses,  
& notauit Raderns in commentatio. ad  
Martiale lib. 10. ep. 84.

Sed

Sed quam inane, & ridiculum es-  
set Cæsari piissimo, & Christianissi-  
mo Iustiniiano patria exprobari! præ-  
clarissimare torqueri posset Anachar-  
sis sententia apud Laertium lib. 1.c.6.  
qui, obijcienū Atticō illum natum es-  
se in Scythia, respondit z̄t̄ ep̄t̄ re vi-  
vādos i t̄ et p̄is, ou δι τ̄s πατ̄p̄is, id-  
est. At mihi de decori est patria, sed patria  
tu. Egregie inculpatus est, cui nihil po-  
test obijci præter patriam: Antisthe-  
nes, cui obijciebatur, non esse indige-  
nam Atheniensem, respondebat apud  
Laertium lib. 6. in princ. ξ. i ματ̄p̄. τ̄ων  
Τιῶν Φρυγίας ισιπ̄. Et Deorum mater ē  
Pbrigia eff (& vt commentatur Lycos-  
thones vbi proxime) Ridiculum arbit-  
ravus cuiquam probrodari patet, cum in  
desuatisimis regionibus inserdum ne-  
cantur omnium felicissima ingenia. Tam-  
quam parum patriarchum glorie ho-  
mīnibus alluceant, vel calligent: cum  
solum eorum virtutes spectentur: ab  
his honor, aut nota prosenit: non er-  
go Iustiniani virtutes, quāmeis barba-  
rus esset, despiciendæ etiā: vi scribit  
Galen. in exhortatione ad bonas artes. A-  
nacharsi Scytha non obliuit, quo mi-  
nus inter sapientes numeraretur quā-  
uis genere barbarus esset. Aptissime  
Platarch. in fine sui tractatus de exi-  
lio. Hominem beatitate nullus expoliat  
locus, scuti neque virtute, neque intelli-  
gentia: sed Anaxagoras in carcere de qua-  
drando circulo scripsit, Socrates cum ve-  
nenum haniret, philosophabatur, & ad  
philosophiam colendam familiares suo ex-  
citabat, cui illi gratulabantur vi beato:  
Phaetonem vero, & Tantalum, quamvis  
scanderint in cælum. perhibent Poëta pro-  
pter dementiam tamē in summas miseras  
incidisse. Vide sis Andr. Tiraquell. de  
nobilitat. cap. 12. Ipsemēt Platarchus  
in eo tractatu, ex composito obseruat,  
18 Homerum insulas laudare: rescrique  
multos clarissimos viros, qui humilis  
incolæ loci supremos gloriarum api-  
ces literarum, & armorum occupa-

runi (quos & mihi facile fuisse en-  
metare) sed Themistius dicit. oratio.  
19. polcherrimis verbis instiutu pro-  
sequitur, & quasi horibus orationum  
ornat: & subdit Addit, quod etiam Fluo-  
merus dulcem exercitus Salamine edu-  
catum Myceneo anteponit, illumque ex  
Phibia, & quidem in montibus insti-  
tum, omnibus omnino Graecis barbaris que,  
tu vide cetera: celebris alius locus est  
D. Christofomi de verbis Esiae homil.  
4. in princip.

Sed si locorum humilitas non  
obstat primori armorum literarum 19  
que, sic nec peregrinitas, quomodo  
aduenia frueretur honore, gloria, &  
principatu aquæ exteris: sed cum e-  
xempla non concurvant parum, a-  
liqua ab immensis eligam, quibus tan-  
quam iuregentium videbis constitu-  
tum inter peregrinos adiuntem Prin-  
cipates communicari. Hippomedon  
Lacedemonius Thraciæ à Ptolomeo  
præfectus fuit: Chremonides, & Gla-  
con Athenienses peregrini Regis con-  
siliarij fuerunt, & Lycinus exib. ab I-  
talia Vicerrèx in extraneo Regno fuit:  
Hercules Argo electus fere subdidit  
orbem: exul Themistocles ad Persas  
consiguit, à quibus tres ciuitates dono  
acepit: Dionem Syracusanum, res-  
pice, quantu aliena ditauerit regio, vt  
exercitum duxerit conductum in Ty-  
ranni expulsionem: vide Calydoni-  
um Tydæum, Thebanumque Po-  
lynicem regnantes Argos: Traia-  
num, Aurelianum, Seuerum, cunctos  
que fere Romanos Imperatores,  
quos peperit aliena terra, & procrea-  
uit, aliosque innumeratos viros, qui va-  
rijs elati fortunis extranea obtinue-  
runt regna, peregrinas que rexerunt  
nationes: lögiora exempla ab Stobæo  
accipies, & Andr. Tiraquelle, & Ra-  
uisio in 1. officin. tit. exules nonnulli, &  
sequent. Sed maiora colliges passim &  
Græcis Latinis que scriptoribus, deni-  
que Romana illa maiestas aduenarum

peregrinorum, hostiumque receptio  
ne crevit, ut definiat Claudio apud Ta-  
citur, aduenas in eos regnauisse, quod  
latius probo cap. seq. *Quid tam longe*  
(verba Senecæ soni in consolacione ad  
20 *Heluiam*, cap. 7.) *te circuitu trahit? quid*  
*inter est enumerare Antenorem Patavij*  
*conditorem, & Euandrum in ripa Tyberis*  
*Regna Arcadum collocantem? quia Divo-*  
*medem, aliosque, quos Trojanum bellum*  
*victos videntes que per alienas terras dis-*  
*sipans? Romanum Imperium nempe au-*  
*thorem ex nilem receperit, quem profugum*  
*capti a patria exiguas reliquias irahentem,*  
*necessitas, & vitoris metus loquitur quæ*  
*rentem in Italum detulit: hic deinde po-*  
*pulns quæ colonias in omnes provincias*  
*missit? ubicumque vicit, Romanus habitat:*  
*ad hanc communione nō locorum libenter*  
*nomina dabant, & reliquis artis suis trans-*  
*maria sequebatur colonus senex. Optimæ*  
*est, & tota congruit cōsolatio ad Hel-*21**  
*uiam his, quæ differimus: quid ultra?*  
*(relinquamus plura, quæ concertant*  
*ad calamum) extra paradisum compa-*  
*etus vir, intra paradisū mulier, ut virtute*  
*potius, quam generis nobilitate*  
*comparari gratiam dignoscatur, &*  
*gloria patriarcharum despiciatur. Hæc*  
*autem omnia à superioribus verissi-*  
*mis causis dependent: nam orbis cum*  
*Ætus hominibus cunctis una patria, &*  
*civitas considerari debet: imò magna,*  
*& diuina prouidentia fuit, ab humili;*  
*& filiastri vico Iustinianum, & alios*  
*eduxisse ad maiestatem Imperioriā.*  
*Audi grauissima verba profundaque*  
*philosophiam nostridictissimi patris*  
*Eusebij Nierembergij lib. 1. de art. vo-*  
*22 lantia. cap. 1. dum probat, nec natura,*  
*nec maiori cura nos naturæ indigere.*  
*Vixque innocens est humana conditioni*  
*insuper & haec prouidentior, illa liberalis*  
*neque sine affectu, nam uobis cum dumta-*  
*xat munifica est, adeò publica, & unica*  
*amica, fida, aqua, comes que nostro generi,*  
*tamen si insimuletur perfidia, ut bona sua*  
*in nullos, nisi in homines dispenderat, & so-*

lum non dilapidat, quia non sunt consilio,  
cum omnibus non sufficiunt, distribuit por-  
ties, ad diem commodat, ut quisque ali-  
quo sali in tempore, aliquis saltim particu-  
la, eius gñstet indulgentiam, Imperatorum  
liberalitas ab omnibus adoratur etiam, si  
non omnes congiarium capiant sufficit pos-  
se, cur dannatur otoro indulgentis fortune,  
cum ita distribuatur, ut nemini nō tribuat?  
*Quid amplius ab illa requires, quam visce-*  
*ram materna quam curas naturæ quæ mo-*23**  
*res philosophia? Piæ mater parum inter libe-*  
*teros distribuit, ut frustra veniat singu-*  
*lis, & minus dar omnibus, ut de omnibus,*  
*felicitior natura transmutat rerum vicissi-  
ut, ut suas vita opes degustent omnia, & ut*  
*Synesius ait.*

*Vi etiam ipsa pars in mundo sortiatur ut-*  
*ram alternam.*

Spento nullum, quæ tam grauissi-  
mis sententijs, & autoritatibus com-  
probati, reprobaturum: sentio Micer-  
cle, verilissima ista: & temporum cur-  
sus ab origine mundi in nostra usque  
tempora demonstrat. Sed me legille  
mei mini I. Barclaium audaciter hæc  
omnia reprobatum, qui dum impag-  
nat crebarum artium usum lib. 3. Arge-  
nis, ista subiicit verba. Relinque illis Re-  
gibus hunc crebarum artium morem, qui  
peregrino, id cōque inuidioso imperio pre-  
munt dissidas gentes, quæ nec mortales coa-  
lescant, nec fidem suam amittant, obseruant,  
quaque ubi respexere in maiorum suorum  
historiam, erubescunt se alieno additicias  
sceptro esse, nec domino tantum absenti,  
sed & genti, in qua dominus viuit, seras-  
re. Stupeo, fateor, cum impudentera  
verba considero hominis in ultimam  
audaciam proieci: satyram, vel per-  
uersam mentem huius Daphniæ grā-  
matici, illo eruce dignioris agnoscim-  
us, & sentimus: sed digna hæc om-  
nia sunt suo auctore, cui deliciae fuerūt  
satyræ, contumeliaz, despectus, vanitas  
arrogantia, quibus vicijs egit cunctas  
nationes infamare, ut eius, quæ super-  
fuerunt, monumeta demonstrat.

Horum

Horum omnium principium, & fundementum innata genit impudentia, quæ ad omne crimē maximus duxerit, ut multis docet Stobæus. Infelicitissima proh Deus! hominis conditio, quæ in eternū reddet eum odij obnoxium, unde secundum Chrysippum optime iste Satyriconis author fecit, quod nihil eorum, quæ in ipso fuerint, præterierit. Et sic cum fabulosam Argonidē exornauit, maiorem historiæ partem inconuicias, iniurias, & subornatas satyras rescluit. Omitto, quanta in religione peccauerit, nuncque etiam relinquo crebarum artium illius sententiaz oppugnationem, & disquatio, quod tendant illa, qui peregrino, ideoque inuidioso imperio: quod ergo peregrinum Imperium diuino, & humano iure cōquisitum? in suis ergo regionibus quæ peregrinitas existet? non ergo, quia in terminos orbis dilatum sit, iustitia duce, peregrinum mentis subdolè dicere debuerat imperio Regis. Æquis oculis deberet conspicere, quantum sanguinis, censusque Regij, atque suorum in barbarorum debellationibus expassum sit, quantas reclusas iannas religioni appetierit Christianæ. Hæc, & cuncti orbis regna acerrima Hispaniorum diligunt, & viri intedentur: & pensata fortitudine parum perfecisse putamus, cum hostes Christianæ fidei super sint, quamvis alterū, & patientiorem Indiarum mūdum inuidionem subegerint. Quæ quidem si iste æquissime comprehendenderet, non imperium peregrinum diceret, aut ius genium abnegaret. Sed satis, quæ prædiximus, sententiam temerariam obruunt, cum iure naturæ (cunctus enim orbis causa hominum cōstructus est) hinc inde vice mutuā convoluantur, & transeant imp̄ria. Doctissimus vir Alfonso de Carranza in admirabili de partus designatione libro erores huius prævidit, scribens, longa interualla inter verborum faustas,

& veram eruditionem esse. Expers Æde poltuæ eruditio, qui vanitatis, & impudentiæ furore percius, quid scriberet nisi furores? quid auderet, nisi Rēgum maiestatem turpi lingua, & audaci stylō violare: & nobiliores gentes: tanquam furiosus, quia manu gladium comprimeret, quid faceret, nisi sulminare in omnes. Inuidiosum ex peregrinitate deducit (vulgi rustici, vel potius veterarū loquella inter humiles focos, paruosque penates) si inuidiam ex tyrannide eliceret, argumentum recto fueret iramite. Sed respiceret, quos enumeravimus insignes viros, plaresque quos ad manus conferunt historici bello pace que inclitos in exteris, & peregrinos (ut cum Barciano loquar) in modo potius sic constitutum à natura, neminem in sua patria profari messe. Animadverto ecquidem in illo orbe Romano, ad cuius exemplum cunctus orbis considerari debet, terrigenas Imperatores Saturnina tabe aborigines ipsos devorasse quos p̄terno amore nutriri alienigenæ. O tu gloriolla Hispania proles Traiane, quo imperante Augusto Romana maiestas facta fuit, tu inquam solus sufficeres, ut inuidiam peregrinitatis inuidiam ab infido hominculi pestore aberruncasses. Sed quid magis? plerumque preclaris viri, Herosque exularunt suis patrijs, ut regnarent in alienis, ut præterea, quæ prædicti exempla, indicauique in auctoribus, qui acerbatis congerunt, dum illa requiris, recolisu. Vide Ariſidem, Clithenem, Demosthenem, Demarathū, Dionis, Boetium, Deciu Magum, Marcum Marcellum Ciceronem, Protagoram, Philistum, Æneam Teucrum, Polynicem, immodi cuique iræ Tydeum, Diomedem, Vilisem, Helenum, Theseum, ipsumque Herculem Thebaum exulantes in peregrinis incognitis que regionibus, optime Seneca in consolatione ad Hel-

viam. Iube omnes istos ad nomen eitari, &  
vnde domo quisque sit querere, videbis  
magorem partem esse, qua relictis sedibus  
suis vixerit in maximam quidem ac pul-  
cherrimam vibem, non tam eam suam, &c.  
Quod iam inuidicium ex peregrino  
imperium ostendit, si haec iura in cun-  
ctos homines stabilita sunt, quibus ne-  
cessario comparere debemus? nec so-  
lum in homines, sed sere in cuncta hu-  
mana: considera qualiter libera vola-  
tilibus aethera pateant, ut per ea inuo-  
lare terras, libidini, & naturae earum  
congruentiores possint, ibi insident, ni-  
dorumque pendentes cassas adfiscantur.  
Vide summa abvna curæ in paren-  
tem aquarum Oceanum liberrime  
collabentia: incolæ que eorum pisces,  
beluaæ que marinæ absolute aquarū  
campis dominantes. Terræ animali-  
bus nullus terminus restrictus est, insi-  
dent, peragrantur que, qui libent, sal-  
tus. Cælique indefesso motu reguntur,  
& conquiescent. Aer astatu suo cun-  
cta inundant humana. Et denique non  
erubuit Romana maiestas peregrina  
numina adoptare eam sua. Age iam in-  
uidios. in Barclaij consequentiam ab  
ipsa inuidia deductam deridere. Sed  
qua illa oppresio, quam nobis falsissi-  
mum satyricus iste author imponit? cu  
vbi cumque demulcat subditos, aut  
regat noster Monarcha iustitia, & re-  
ligione: premit utique, premetque in-  
ternum in fidos letarios, qui tuta fi-  
de, nec Regem iastissimum, nec Deum  
verum obseruant, immò violent, ut pa-  
teat lascivij, usuris, simonijs, furtis, ra-  
pinis, sacrilegijs campus, quos com-  
presos, nescio qua causa, tantum iste  
dolet, tu diuidica. Pulcherrima ecquidem  
est erubescens tua orum, dum res-  
picunt, se alieno addititiis seepro esse,  
nec domino tantum absenti; sed genti in  
qua dominus viuit seruire. Hoc qualis  
ira cæca hominem præcipitat, agitant  
que furæ. Qui postfieri ut unus tam  
dissitis regionibus supercesset Monar-

cha, nisi in suas prouincias mitteret  
Præfides, Proconsules, Proprætores,  
Procuratores suos, & quæstores pro-  
vinciales? Quæ inde erubescēta, cum  
in diuinis, & humanis aorigine mun-  
di necessario factitatu fuerit, nec ali-  
ter fieri posset? & quæ tam barbara  
regio, quæ legitimum Principem non  
venereat, si quis obediat, & serviat (ut  
ille mente dolosa verbo vitio rati)  
qualiter Res publica flaret, si nec es-  
sent leges, & Reges, omnis anima, ( in-  
quit D. Paulus 13. ad Romanos) subli-  
mioribus potestatisibus subditas sit. quod  
quidem præcepimus fuit D. Petri epis-  
tol. 2. Subditi estote omnibus humanæ creatu-  
ra, propter Deum: sine Regi, tanquam pra-  
eclenti, sine ducibus, tanquam ab eo missis  
ad vindictam malefactorum laudem vero  
bonorum. Hæc notare obiter sufficiat,  
veniet Deo annuenie dies ille, in quo  
debita vindicta satyriconis author pu-  
nietur. Nec misetur aliquis mesic in-  
uenitum in Barciam, quem alibi ac-  
clamaui elegatiem, cuiusque sorte iu-  
dicij iniurias, & lapsus defendi multi-  
plici causa, & ratione, quas nec ipse  
præuiderat, ut multi, qui nostra ante  
viderunt scripta, censuerunt: sed quo-  
modocum que sit, stylus placeat, quæ  
dānasce plurescō, sed dulcior placuisse  
et elegantia, ni infestus, & proditorijs  
satyris, vanissima arrogantia, despectu  
que diuini, & humani iuris acerbasset  
eam. Quis modestioris animi patere-  
tur giganteo ferore pumilionem fu-  
rientem, conantemque insultare Re-  
gum maiestates diuinæ, & infamare  
cunctas orbis Regiones. Si ergo stylū  
in virtus, in perniciosos mores duceset,  
laudarem, atque sua iauolucrasatyrarum,  
sed ut concitet iras, seditiones,  
bella pio Regum Principi, & Catholi-  
co Regi, ipsasque damnet virutes, di-  
gnus cruenta redargutione est, immo  
dignus cræce.

Vt ergo ad Iustinianum reuertar-  
musr: patenissimum est, ex recta na-  
turæ

turæ ratione, non despiciendum adueniam, nec peregrinæ humilitatem patimæ, ut sic parvus faciamus magnum

vixit cum mundi cives omnes signis:  
nec aliquam barbaricæ notam in cuni-  
exprobemus.

## C A P. X.

**A**D HVC de Cesare Iustiniano: et ius notæ barbarica tollenda, ad quod magnum fundamentum discutitur desumiturque à lege in orbe Romano 22. D. de stat. homin. cuius interpretatio, et lectura per integrum caput disquiritur, à num. 1. cum sequentibus. Illuc quis subegerit: in provinciam redactum. 2. Lectio varia dict. in orbe Romano. 3. Antiqui, in urbe Romana legebant. 4 Interpretatio Accursij rejicitur. 5. 6. Retenta antiqua lectura, subtilis proponitur interpretatio. 7. Et esse pro commorari. 8. Ciues Romani qualiter fiebant, et constituebantur. 9. Non domicilio. 10. Roma communis patria fuit. 11. Romani arbitramentis varijs in ciuitatem suam ingentem hominum multitudinem allegerunt. 12. Asylum Romuli. 13. Eteius lex, ut quidquid natum fuisset, educaretur, si non profunduisset. 14. Insinuantur aliae leges, quæ tendunt ad complementum ciuitatis. 15. Romulus non solum exteroros, sed viatos, et hostes in suam ciuitatem recepit. 16. Iulij Cæsaris constitutio de recipiendis in ciuitatem medicis, et alijs professoribus. 17. Alia in autoritate Pandectarum Etruscarum res posuit, dict. 1. 22. et in orbe Romano. 18. Innumeræ diuersæ gentes continebantur Romæ. 19. Epitome, et compendium orbis dicta fuit Roma. 20. Roma quare dicatur communis patria. 21. Noua interpretatio tentatur litera antiqua retenta. 22. Origo condendarum ciuitatum. 23. Antiqua lectura adseritur in 1. 5. D. de iust. & iur. 24. Orbis, seu circulus quis inde signans ciuitatibus. 25. Novior lectura dict. 1. 22. scilicet ista in orbe Romano communior est. Et eruditioribus placuit. 26. Antiquitus quibus donatur ciuitas. 27. Imperator Antoninus cuncto Romano Imperio ciuitatem concessit. 28. Pietas eius in populos. 29. Probatur illud expressis authoritatibus. 30. Error Raderi, et catenæ patrum Græca. 31. Unde lapsus Accursij. 32. Romanum Imperium orbis dictus fuit. 33. Probatur expositis. 34. Et à solleitorationis scriptoribus. 35. Et à nostris iuris conditoribus. 36. Alter error Accursij. 37. Reddicus ad Iustinianum. 38.



V N C T A autem quæ pro Iustiniano nostro capite præcedenti consideravi, innituntur reætissimamente, & philosophia, sed ex visceribus ipsius iuris prudenzia educimus unum, sed ingens funda-

mentum, in quo tanquam divino in humine omnis barbaries Iustiniano abluiunt. Imperator namque Antoninus piissimam constitutionem fecit (quæ ab Vlpiano reservatur lib. 22. ad dictum) in linerbe Romano 22. D. de stat. homin. qua omnes provincias Imperio Ro-

mano

mano subditas ciuitate Romana dona-  
vit. Cum ergo Illiricum, felix tanti  
Imperatoris natale solū (ut iam pro-  
bauimus) sine mora, multis ante annis  
Anicius Praetor se begisset, ut cum L.  
Floro lib. 2. cap. 13. histor. Roman. suis  
eius commendarunt historijs: in pro-  
vinciam que redactum fuisset, ut com-  
probat *Nobilia de privilegijs Archiepiscopi Iustiniani Primae*, varia que  
rescripta Imperatorum Praefecto Prae-  
torio Illirico missa, iure toto ciuilidis-  
persa: iam desisi barbaries illa, qua an-  
tiquitus exuta Roma prægaudebat,  
præfulgebatque: & in nō subditas, re-  
belles barbaras que gentes exulanit:  
sicque Illiricus homo Iustinianus, An-  
tonini beneficio Romanus cuius, non  
de honestari debuit, tam insigni barba-  
rum nomine.

Sed fundamentum istud alicui non  
securum dabitur. non fixum, cum le-  
ctionem dicti legis in orbe Romano, va-  
riam inuenierit, & ab interpretibus cō-  
trouersam. Adserenda ergo à nobis ve-  
ra lectio erit, ne videamur falsis, aut  
non securis fundamentis Majestate m-  
tanti Imperatoris sustinere. Accedo  
ergo ad antiquorum lectioinem, quæ  
longe alia fuit, scilicet in urbe Romana,  
4 teste glossa, & marginali additione:  
Rain. Alberico, & Aria Pinelo in 2. p.  
rubrica, C. de bonis maternis, numer. 11.  
Percipit equidem noster Accursius,  
5 libertinos omnes ciuitatis incolas Ro-  
manæ (destina domicilium haben-  
tes, secundum Ioannem glossariū an-  
tiquum, qui optime considerauit Vl-  
pianum in l. Provinciales 190. D. de ver-  
borum significat.) condonatos, cōdeco-  
ratos que existere ciuitate Romana ex  
indulgentissima Antonini constitu-  
tione. Sed iam sentio Accursianæ in-  
6 terpretatione, bone lector, irridere,  
& inquirere, vnde Accursius liberti-  
nos coniicit fuisse, quos Antonina cō-  
stitutio conspexit? quod vestigium li-  
bertinorum indagauit, suboluit in ea?

sinec apud historicos quid tale ince-  
nitur. Demitius Vopianus, vel ab eccō-  
pilatores pandectarum nihil aliud re-  
ferunt, nisi quod omnes, qui in urbe  
Romana sint, ex constitutione Anto-  
nini ciues Romanicū fūcti fuerint, nuk-  
la facta libertinorum mentione. Iniu-  
ria liberalitatē restringis Accursi, vel  
rescindis pīssimi Imperatoris, quæ ad  
terrām orbem protenditur. Quid  
iam nouissime noster Iustinianus egit?  
dum in §. fin. inst. de libertin. gloriatur  
ā se duas constitutiones summa pietate  
constratas, quibus libertatibus il-  
luxit, in primārum naturalem que  
statum reducendo, quo quidem  
una simplex, nobilissima que ho-  
minum libertas erat (Iustinianæ, nō  
feller, constitutiones sunt, quæ refe-  
runtur, sub titulo C. de latina libertate  
tollenda. & tit. de Deditiū liberitate) nec  
contentus illis, prescripsit postea, nō  
liberti, de cōtero aurco indigerent a-  
nulo, vt appareret in noscll. 78. Proprie-  
tista Ādepol scio, nostros interpretes  
suum Antefigarum Accursium derel-  
iquisse, & pro illis in urbe Romana, vel  
Romā repoluisse in orbe Romano, consu-  
le D. D. Baptista Larream 1. tom. de-  
cis. Granat. disp. 9. anno 16. qui post per-  
fectum caput, ad me peruenit.

Fateor, eternumque fatebor, at-  
7 gumenti vim impellere Accursium,  
eiusque opinionem enescere, sed nō  
ideò antiqua lectura destituenda vide-  
tur, sed alia interpretatione iuvabitur.  
*In urbe Romana quis sunt (cōstituit Cæ-  
sar Antoninus) id est cuiuscumque re-  
gionis homines, qui quacumque cau-  
sa detinetenter Roma (si nec conditio  
status obstatet, veluti infamis seruitu-  
ris, cui gravissimum ciuitatis Romanæ  
titulus convenire nequibat) vel intra  
limites Romæ ciuitatis essent, om-  
nes hi ciuium Romanorum privilegijs  
perfruantur, verba enim illa, in urbe  
Romana quis sunt, sensum istum admittunt,  
qui sunt, dixit id est commotus,*

recepit

receptissima verbis significacione l præ-  
 ses 3. D. de officio Praefid. dum in Provin-  
 cia est nam si excesserit priuatus, l. eius 27.  
 §. Celsus 2. D. ad munici. Paut. in Menæ-  
 ch. act. 5. Scen. 5. Iambie erunt, afferua tu-  
 istum, & infra. Nam ego illuc faxo erit, at-  
 que ibi: Ego ero usque ad noctem. Cum  
 enim ciues origine, manumissione, al-  
 lectione, adoptione que fierent, l. 1. D.  
 ad munici. & de incolis, l. ciues 7. C. de in-  
 colis, lib. 10. non domicilio, vel commo-  
 ratione aliqua in civitate, dict. locines, l.  
 priuilegio 6. & fere per totum tui C. de in-  
 colis: indulgentissimum Antoninus be-  
 neficiū concessit incolentibus, vel cō-  
 morantibus Romæ ex quacumq; cau-  
 sa. Idque natura recto iudicio alienum  
 perceperit debet. Si enim Roma com-  
 munis patria omnibus fuit, l. Roma 33.  
 D. ad municipal. & caput terrarum or-  
 bis, l. de precatio, D. ad l. Rhodiam de iacta  
 l. §. annas 6. §. Roma 12. D. de excusat. tut.  
 cap. duo sunt 10. diff. 96. merito omnes  
 in ea detentis, vel habentes domiciliū  
 civitate Romana condecorantur, nam  
 id in causa fuit, vt quisque exterus Ro-  
 mæ conueniri posset, i. priuilegiū re-  
 vocandi domum haberet, l. 2. §. legatis  
 §. 5. omnes 4. l. non alias 24. D. de iudicij,  
 vt docte expri. at Donel. lib. 17. comm.  
 cap. 13. & ibi, Osual. Iliger. circa quod  
 varijs constitutiones Antoninum Più  
 confecisse testis est Dominus Vlpiane-  
 dott. l. 2. §. 3. & a. vt sic conjectura duci  
 possimus, & constitutione sua effec-  
 se. P. Romanii ciues omnes, sine discri-  
 mine commorant: sin eo, cum bene-  
 ficiorum genus affine sit. Coegerunt  
 Romani, vel allegerunt arbitramentis  
 varijs ingentem multitudinem in ur-  
 bem suam, inuigilarunt que semper  
 quomodo innendaret ciuitas ciuibus.  
 Offerit se primus asylum, quod Ro-  
 malius aperte, l. quod (transferam  
 T. Linij verb. lib. 1.) ex finibus populis  
 turba omnis sine d. summa liber an seruus  
 esset a uida nouarum rerum p. fugit, id q.  
 primum ad euentum magis inquietum roburis

fuit, consentiunt Plutarch. in Romu<sup>o</sup>,  
 D. Halicarnas lib. 2. antiquitat. Rom. &  
 sic nouissime consideravit lat. L. P.  
 sius lib. 1. de magnit Roman. cap. 7. du<sup>12</sup>  
 incrementorum causas tantæ vibis in-  
 quirit: quam enim causam Romulus  
 duxit, vt nascentem Romanum procrea-  
 ret, & angeret, candem Antoninus as-  
 sumavit, vt iam caducam; vel caden-  
 tem erigeret, aut saltum adultam con-  
 servaret. Sed etiam multum auxit po-  
 poli multitudinē altera Romuli lex,  
 (iudicio eiusdem Lipsij dicit. cap. 7.) qua  
 necessitatem imposuit educandiquid-  
 quid natum esset, n̄i monstrorum fo-  
 ret teste D. Halicarnas lib. 2. anti-  
 quit. Roman. quam inter Romuli leges  
 F. Balduinus inserit, & cum alijs illus-  
 trat, sed eruditissime Alphon'us Car-  
 tanza de parus designat. cap. 4. num. 3. 7.  
 33. & fere per integrum caput cuius  
 legis verba ista feruntur, quod natum  
 erit, parentes tollunt, monstrosos tamen  
 partus, sine fraude exponi fas esto. Quid  
 referam congeram que leges varias, 15.  
 quibus Romanicurunt lux ciuitatis  
 complementum? respice dotium fa-  
 bores, & per eos matrimonia, indeque  
 filios, vt ex illis repleteur ciuitas ci-  
 ubus, vt omnia ab interpretibus, ex l.  
 1. D. solut. matrim. colliguntur. Respice  
 premia, & penas quibus invitabatur,  
 & compellebat ad matrimoniū Ro-  
 mani per legem Iuliam de maritandis  
 ordinibus, & Pappiam Poppzam, &  
 qua prohibitum fuit ne Romanus nisi  
 Romanam ducere posset, quo Romæ  
 iustæ nuptiæ erat, vt Justinianus præ-  
 scripsit in princip. inst. de nuptijs, & ab eo  
 Rosin. antiquit. Rom. lib. 5. cap. 37. de quib.  
 bus lib. præcedenti, aliqui dedimus) An-  
 Xia Mehercle Romani Senatus fuit cu-  
 rato completere hominibus ciuitatem  
 suam: nec ultra excogitandum sit in hac  
 re, cum à Romanis curabulis pro cer-  
 to nobis traditus sit peraudax Sabi-  
 narum raptus in ciuitatis incrementū.  
 Et quis ecquidem rationibus Impera-  
 tor

tor Antoninus ciuitate cunctos Romæ permanentes donavit, nec primus ille id arbitratus fuit, sed vigilansissimus ciuitatis suæ conditor Romulus, qui non solum ex eis recepit in ea, sed viatos & hostes, cuius ad augmentum saluberrimum arbitrium Clodius in Tacito laudat 11. Annual. Num penitus Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros e Gallia Narbonenſi transiunſerimant posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid autem exitio Lacedemonijs, & Atheniensibus fuit, quamquam armis poluerent, nisi quod viatos pro alienigenis areabant, at conditor noster Romulus, tantum sapientia valuit, ut plerosq; populos, eodem die hostes, dein ciues haberes, aduenient nos regnare, quod res pexit Clod. Clodianus 3. de laudib. Sallonicis V. 190. Romanam maiestatem celebans.

Hac est ingremium viatos, qua sola recepit Humanumque genus communis nomine fuit

Matri, non dominari tu, ciuesque vocauit

Quos domini, ne xu que pio lingua reuinxit.

Sed ante Clodium Romulus (quem in autoritatem adducit) qui non solum hostes, sed & reprobos homines ad asylum confugientes, adducebat ciuitatis donatione, ut in ea permanerent, sic scripsit D. Halicarn. libr. 2. antiquit. Roman. verba sunt. Pollitus eo confugientibus impunitatem in honorem numinis, & ad manendum apud se in urbis oblati iure ciuitatis parique agri adempti hostibus, quam inter precipuas causas ad accessionem tamen ciuitatis fuisse iudicavit Lipsius praesignato loco. Sed nihil aptius nostræ sententiæ convenire potest, quam Iulij Cæsar's constitutio apud Suetonium, cap. 42. qua omnesque (verba historicis sunt) medicinam

Roma professos & liberalium artium doctores, quo libenter, & ipsi urbem incolebant, & ceteri appetebant, ciuitate dona-

vix. Quid enim aliud Antoninus egit, quam Cæsar's singularem constitutionem in medicis, arriumque liberalium doctoribus eodem mentis rationis que ductu extendere ad alios quocumque in ciuitate commorantes? Ecquis ad dubitare poterit non magnam causam fuisse ad multitudinis hominum confluens nobile, vileque prisa legium ciuitatis Romæ? neutiquam cum & ipsam et ratio demonstret, & experientia primorum Regū, & Imperatorum. Cuncta enim ista, & alia Imperatorem Antoninum commoneore potuerunt, ut in exemplum aliorum Cæsarum constiteret, omnes, qui in urbe Romana essent, ea ciuitate decorari. Respice, precor, mi lector congruentissimis rationibus antiquam defensam lectruram despecto. Accentsiano intellectu: propter cuius absurditatem A. Alciatus, & alij 12. in urbe Romana converterunt in orbe Romano. Sed qua historiaz, lapidis tabulaq; antiquitate comprobant, tam in gens beneficium contulisse, & propagasse Antoninum in cunctas Romanis subditas gentes? Quod in dubio omni fide inde dignum videbatur, cum è monumentis Iuris prudentiæ, & eruditioñis eravimus, panceos, & illos meritis Romanæ ciuitatis fuisse condonatos: quid iudicabimus de infamium gentium colluvie? non solum videtur dictio; sed cogitatione abhorre.

Alciatus autem dicit. cap. 21. neuio-  
rem lectionem scilicet, in orbe Roma-  
no, inuenisse in Pandectis Etruscis, præ-  
tolisseque eā lectionem ceteris om-  
nibus, quod iniquum cuicunque iudi-  
cabitur, quod in tantum novisti in-  
dulgeamus: ut antiquissimam lectionem  
omnibus veritatis partibus con-  
stantem deseramus, hostiliterque pro-  
rumpamus, cum in dō pro conseruan-  
da antiqua lectione inuigilare debemus,  
magno enim antiquitas favore  
prægaudet. Una Etrusca lectio, uni-

versis omnibus antiquis receptissimis  
præponenda erit? Dicet aliquis, quod  
beneficium fuit istud in prius forte  
mercatores, & sacerdotes mercium  
causa commorantes Romæ? sed qui-  
cumque talia senserit, non recte iudi-  
cabit, in gentis liberalitatis beneficium  
fuit: innumeræ diversæ gentes conti-  
nebantur in ea exteræ, & incivies; ita  
ut omnes nationes habitantes, omnes  
que cœnitates in ea apparerent Forner.

*1. select. 13. quod respexit Martial. lib.  
7. epist. 61.  
Spargo per omnes, Roma quas tenet, gen-  
tes.*

*Et lib. 12. Epig. 8.*

*Terrarum De agentiumque Roma.  
Cui pars est nihil, & nihil secundum.  
Et Frontin. de aqueductib. Regna, &  
domina orbis, qua terrarum Dea gentium  
que consibit, cui par nihil, & nihil secun-  
dum, vnde Nazarius Panegyr. C. östät.  
vocat arcem gentium, & ante eum Cic.  
in Catilin. bene Claudio Cladian.  
Humanumque genus communis nomi-  
natis.*

*Et Rutilius.*

*Fecisti patriam diuersis gentibus unam.  
Et sic aptissime Virgil. 7. Æneid. ma-  
ximam rerum. domum dixit, Dyonis. in  
orbis discript. V. 356.*

*Matrem omnium urbium, opulentiam se-  
dem.*

*20 Ab Athen. 1. Dipnosoph. 15. appellatur  
tis iheron. vns in itouuo epistome, & com-  
pendium totius terrarum orbis, Galen. lib.  
1, comment. in ep. ap. po. similiter tis iher-  
on. vns in itouuo vide P. Pithæum lib.  
2. subcesu. cap. 18. M. Anton. Muret. lib.  
27. varior. lec. cap. 12. Hadrian. Iun. lib.  
4. animaduers. cap. 4. Joseph. Castall. ca-  
pit. 35. varia lectio. Hieron. Mag. libr.  
4. mis. cap. 5. Rutili. Numatian.*

*Vibem fecisti, que prius orbis erat.*

*Sed optimus est Ouidian. distichus 1.  
de arte orationis.*

*Nempe ab ore que mari inuenes, ab viro  
que queles.*

*Venere, atque ingens orbis in urbe fuit.*

*Ex quo Hieronim. Magius 4. Miscell. 23*

*existimabat communem patriam Ro-  
manam vocari propter varias gentes in  
ea commorantes, potius quam quod  
Romanus orbis civitate Romana do-  
natus fuisset (contra Alciat. A. Augus-  
tin. Cuiac. Bodio, aliosque) & sic Ale-  
xander apud Plutarch. in eo, communé  
civitatem orbem terrarum vocabat, &  
castris illius civitatis castra ex Bo-  
din. refert Osuald. dict. cap. 13. libr. 17.  
com. Sed præsentia Magij accipe à  
me per aptum locum Burchardi de  
Monte Sion in descriptione terra San-  
cta in §. de terra Ierosolymitana. Cuius  
hæc sunt verba. Hæc antiquis temporibus  
fuit communis patrinationum, que ad lo-  
ca causa colendi, illuc de quibuslibet par-  
tibus conuenierunt, liquet ergo. conue-  
niri Romæ numerosam variamque  
gentium multitudinem peregrinorū.  
Et quamvis ferremus nouorem le-  
ctionem, scilicet in orbe Romano, cum  
igitur propter eandem multitudinis  
causam vrbis illa Romana, orbis dice-  
retur ex Rutilio, Ouidio, & alijs pro-  
xime datis, nostra interpretatio literæ  
virique conuenit, quod in orbe Ro-  
mano qui sint, idest commorantur in  
civitate Romana, ciues Romani es-  
ti sint. Quem intellectum præsensisse  
& irrile videatur, A. Alciat. 2. disp. c.  
21. frigidissima ratione, nam nimis (ver-  
ba Alciati sunt) nouum esset, si id circa,  
quod quisquam Romæ esset, ciuis Roma-  
nus haberetur, imò semper nouitatem  
privilegia obtinet, sed quod principi  
placuit, inst. de iure natural gent. & ciu-  
tate. priuilegia 3. dist. Cicero lib. 3. de le-  
gibus. Sed quid nouius, magisque inau-  
ditū aduersumque bonæ rationi esset,  
quam ciues fieri Populi Romani, non  
solum homines, qui nunquam habita-  
runt, nec in eum ingressi fuerunt, sed  
integras alienigenas barbaras que na-  
tiones. Sed imò tale beneficium repug-  
nat ciuitatis origini, & naturæ, cum  
enim*

enim primi homines (ut scripsit Dioclesius lib. 1. cap. 1. Biblioth.) per agros ferarum more pastum cōquirent, belluasque infensas timerent, quibus ut obfisterent eatus hominum obtumorem factos atum communis utilitatis gratia, auxilia que innicem prabita, & loca habitaculis quæsta, id est cimitates constructæ & collatae: secundum veriorē

<sup>23</sup> lectionam, l. 5. D. de iust. & iure (male intelleciam, seu potius corruptā ab Hollandio, qui pro collata, reposuit, collata, quod iam à Corriasio, Ruyardo, & alijs animadversum est) ciuitates enim accēta, societateque hominum coniuncta dicuntur, & denominantur, M. Tull. Cic. in somnium Scipionis: Nihil est enim illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia, eatus que hominum iure sociati, qua cimitates appellantur. Nonius Marcell. de different. verb. fol. mibi 429. Varro de lingua Latin lib. 9. D. Isidor. lib. 9. etymol. capit. 4. quod placuit alijs. Impropissimum ergo est cimitate donari dissitas provincias, & gentes; propriusque ratione videtur intra pomeraria eadem consarentes, & cohabitantes cives fieri. Vel intelliges verba, in orbe Romano, scilicet tēcēbis, pro circulo facio, seu orbē, qui inde signatione cimitatis solemniter arato fiebat, de quo tractant A. Clarus Silvius lib. singular. ed l. 12. tab. fol. m. 186. Hieron. Magius lib. 3. Miscell. cap. 13. Ex quibus omnibus cōcludimus beneficium Antonini ex ista interpretatione summam rationē, summa in incrementum P. Romanū, summaque liberalitatem in maltes advenas, & peregrinos in eo commorantes habere.

Disputationis aviditate prolapsas sum cœculatam communī stylo lectionem informavi, erexit, & putri deformata lato pulcherrimam reddidit: butantem de civi viri reliqui animū, pene quachis fortissimis consideratio-

nibus in eam sententiam protrahebatur, iam que anouebat, cum complicata mentem detinci, & dissoluī. Non sic enim nouitatem amo, quod eius laude à veritate ambicio susdeclivit: cū pro ea me metu plūm deseram, & iniuriz, irrisione, palinodiaz libenissimus me exponam, ò sancta iuris ratio cordis aris praetextante sanctissime collēda! Mehercie semper placuit novior receptio que lectio, & interpretatio, <sup>24</sup> rem in orbe Romano, doctioribus sane virtutis receptior fuit, ut pote Chiacio, A. Fabro, Hugo de Donelle (quos referat Osvald. Niger ad Leonel. lib. 2. com. c. 4. pit. 10.) A. Alciate, Parabolæ Arias Pinelo (quorum mentionem facit, sequitur que L. Franc. de Ausay. libr. 1. obseruat. cap. 1. num. 85. ) si que noviter eidem Ausay in commentarij ad tab. C. de incolis, & ubi quis domicilium, num. 4. & ad l. cines 7. num. 81. C. cod. tit. & ed. locum, C. de euro coron. nu. 16. Guidoni Panciroli. lib. 2. Thesaur. ver. lect. cap. 7. Joachimo Miningerio, & Belchor tem in § fin. inst. de patria potest. Ioanni Corriasio, A. Moracio, Eguinatio Baroni in commentario ad dist. l. in orbe Romano, Antonio Augustino libr. singular. ad Modestinum, Hieronimo Magio lib. 4. Miscell. cap. 5. Franc. Modio in notis ad istam legem, C. Barthio lib. 23. aduersor. cap. 2. Ant. Pichard. in princip. inst. de hered. inst. num. 13. Justo Lipsio de magnitudine Romana lib. 1. cap. 7. Matthæo Raderio in vita Valerij Martialis, A. Scotio in notis ad Aurelianum Victorem, in loco infra referendo, Salmasio in notis ad Elium Spartianum in Adriano pag. 4. Casaubono in Capitolino in M. Antonino Philosopho pag. 25. D. D. Ioan. Latez 1. tom. de cœf. Granat. disput 9. à num. 10. & ipse Accursio in l. 3. D. de his qui sunt sui, vel alieni juris, qui cives Romanos intelligit subiectos Imperio Romano, quibus nulla certa autoritate probet: suspicor sane eius glossast.

27 In principio enim, emitatus donatio paucis, & his optime de Republica meritis fiebat: postea crebuit beneficium, & multi cohortes statim ciuitate Romana evaserunt: & tandem confiobus gestibus induit: ultro moque, alijs remotoribus prouincijs: tractant A. Alciat. lib. 2. dis. punt. c. 21. P. Matheus Rader. vbi proxime, & alij ab Osuald. relat. lib. 2. c. 6. B. Brissonius lib. 1. select. c. 13. Carolus Sigonius de antiquitate Italie lib. 2. c. 6. & lib. 3. c. 1. Amaya adl. eius. 7. C. de Iacobis. n. 79. & seq. Alex. ab Alex. lib. 4. dser. gen. c. 16. D. Melchior de Vallentia lib. 1. illus. in. tract. 3 c. 7. n. 3. Ann. Robert. lib. 3. rerum indicat. c. 13. Tandem pessimum Imperator T. Aurelius Antoninus id est opus liberalissime complevit, effictum Imperium Romanum, & orbem civitate donando, cuius enim magis debet esse tam insignis gratia, quam illi qui tamen insigni pietate a natura cōdecorauit fuit.

28 29 vi colliges ex Capitolino, S. Aurelio Victor, in eo Vbernero Rolevinci in fasciculo tempor. f. 29.

Sed antiquitate istam certam facit Iustinianus nonnulla constitutione 78. & fin. aperte ad Antoninum habet beneficium referens, addo grauem cuī testem Aurelium Victor, de Cesariib. in nostro Antonino n. 16. ibi: Data eundis promiscue ciuitas Romana, sed apertior est D. August. lib. 5. Civit. Dei. c. 18. & idem sanctus in comment. ad Psalm. 52. p. 1. & in Basilicone lib. 46. s. 1. legitur IV. T. Pauline 78, id est, in Romana terra, Cuiac, tamen verit, in orbe Romano que sunt sunt ciues Romani, quo loci Scholastica subiicit hæc verba. In orbe Romano quis sunt, hoc est, qui sunt subiecti Romanis, etiam si ipsam hominem non habitant, sunt tamen ciues Romani ex constitutione Antonini Imperatoris: dubita nōc de constitutione Antonini: addo his Sauarorenem in comm. ad Sidon. Apolin. lib. 1. ep. 6.

30 31 Sed silentio praeterire non possum errorem P. Mathei Raderi in commen-

ter, ad ritum Martialis, qui tam spectabilem pietate constitutionem Antonino Caracallo attribuit, cum bellua illa nihil aliud ficeret, velex cogitaret, quam carnificinam hominum, quo horris sp. Et aculo delectabatur: sed aliunt etiam errorem Catena patrum Graecæ hanc constitutionem Adriano dantis iam præuidit Scotus innotus ad Aurelium Victor. sup.

Festini Micherele nostrum Accursiu, primo ignorantia vecuri tamen in orbe Romano, comiseret mundum in immensi in esse Plinius lib. 1. natural. lib. 8. 1. cum pro dignitate, & maiestate populi Romani hyperbolica iostissimaque elegancia metuo Consultus Romani Imperium mundum, sed orbe appellavit, præsumit A. Fab. irrationali ad l. 33. & precasto D. ad l. 2. hoc de rebus. ibi alii interpres, D. Fran. de Amay. lib. 1. illo inquit c. 1. an. 10. sed & ego ad l. 1. D. de leg. 1. sed nonne accipere in assertione huius loquendi forma sequentes auto ritates, pericias: P. Quid. Nolode Nuce.

et nonille Deus pacem intrare annis tantum

Auxilium tota sparsit in orbe suum.

Claudius Claudian. in laudib. Serenit. Vers. 46.

Nec dum moderamina mundi  
Sumpserat illa domus.

Et de bello Gildonicō, V. 96.

Hilae diu miles per pulos, qui præfuit orbi.  
Sicutus lib. sicutur. & filius 1.

Salme magne parens nūi, qui secula meēt  
Insecurare paras.

Et in epulo Domitiani.

Tene ego regnator terrarū, orbisq. subiecti  
Magne parens.

Vide etiam lib. 3. Silo. lacrima Herosse.  
Hoc blanditiarum telo M. Valer. Marcial. sa piissime impedit Cæsares, vide ep. 5. lib. 1.

Terrarum dominum pose superciliam.

Quod rescripti lib. 7. ep. 4. & lib. 8. ep. 3. & lib. 5. ep. 4. & lib. 7. ep. 6. & lib. 8. ep. 3. 2.

Et ante omnes P. Virg. Mar. 4. Enei.  
V. 231. Min. Ac.

Ac totum sub leges mitteret orbem.

Sib. llna oracula lib. 4.

Occiduumque

Surget ab Italia bellum, cui subdatus orbis  
Subdet colla, tunc Italia ferire coactis.  
Petronius Aribiter, cap. 7 satyricon.  
Orbem tam totum vicit Romanus habebat  
Qua mare, qua terra, qua syris currit per  
trunque.

Corticis.

Spes orbis & orbis

Romanum tubar imperij.

Dicis id licet e poëtissimis plerumq[ue] audientibus loqui facultate pro-  
prijs nō sic esse insolitus scriptoribus,  
sed iam inuenies contrarium in Am-  
aya dict. cap. 1. Cui addo Velleium Pa-  
terculum lib. 1. hist. & Roman. Negne se  
Roma, iam tertiam orbis superato, secun-  
dam spernit, & lib. 2. scribens mortem  
Pompeii, hic post tres consularus, & to-  
dem triumphos, domicum que terram orbem,  
& infra. Augustus post reditu in or-  
bem Reipublica Pop que Rom. no terran-  
rumque orbis representauit, & infra, bella  
sub Imperatore gesta paccans que victo-  
rijs terrarum orbis, & infra. (Caesar) ter-  
rarum orbis digressum à custodia Nero-  
nem orbis, & ad finē libri. & quidquid  
numinum hanc Romani Imperij molem in  
amplissimum terrarum orbis fastigia ex-  
vulit, & infra. Tam fortiter sustinebat ter-  
rarum orbis Imperio sufficiens, & al. locis  
Trebull. Po. lib. in Valerian. Valerianus  
& filium Imperatorum habet, &  
nepotem Caesarem, & quid habet, & om-  
nem orbem illum Romanum. Idem de Ga-  
lienio, qui natu Abdomi, & voluptatis  
bus dies ac noctes vino, & suprisperdiat  
orbem terrarum. Flav. Vopilicus in Au-  
relian. D. Aurelianum clarissimum Prin-  
cipem securissimum Imperatorem. per quā  
totus Romano nominis orbis est restitutus,  
D. Hieronimuse p̄ist ad H. Iodorum.  
Romanus orbis ruis & tamen cernit nos-  
tra ereta non flectitur, accutissime L.  
Florus in prolog ad lib. 1. hist. & Rom. Ita  
nim late ubique per orbem terrarum ar-

ma circumulit, ut quires eius legant. nō  
vnius populi, sed generis humani fabulae si-  
cant, iustin. libr. 43. in princip. nec vis-  
que originem urbi, qua est caput totius or-  
bis perstringit. D. Halicarnas. Romana  
urbis imperat eti terra, qua quidem in-  
acessa non sicut habitaturque ab homini-  
bus, sed & toti mari imperat, non solum  
huc intra columnas Herculeas, sed ipse  
Oceano, quacumque effinavigabis, pri-  
maque & sola ab omni aut memoria ter-  
minos sibi potentia fecit, orientem, & oca-  
casum, Cedren. Adigit in seruatuē vni-  
versum orbem. Ambros. lib. 14. per om-  
nes quotquot sunt partes terrarum, ut do-  
mina suspetitur. & Regina, S. Ambros.  
in libell. contra relationem Symach.  
At is (Pompelius) dum tribus membris  
terrarum, iuxta set orbem. & t. Athenaeus  
lib. 1. Deipno. Gentem Romanam mundū  
esse populum vere dixit, ut à scopo nō pro-  
cul sit facultatus, & aberratus, qui vnde  
Romam. Se totius orbis compendium  
adseruit. S. Cyriacus Alexand. commen-  
tario in Michæam, §. 39. Postquam Ro-  
manorum principatus, imperiumque clarissi-  
sum urbem terrarum subegit, sub unum  
ingum gentis universa conduta. Vnde  
nouissime I. Barclaius & Argem, nondum  
Orbis adorauerat Romam, nondum Oc-  
eannus decesserat Tybris: vnde apud I.  
Hemelariū tabul. 34. Juliani Impera-  
toris togati, dextraq[ue] tenentis orbem,  
vissim cù hac inscriptio RECTOR  
ORBIS, vide interpres in his locis  
Iust. Liphum lib. 1. demagnitud. Roman.  
cap. 2. & 3. Cerdam ad 6. Æneid. Virg.  
78. num. 7. & 8. Dionis. Gothofred. ad  
l. 1. C. de summa Tunisat. Hier. Mag. 4.  
lib. 4. miscel. cap. 5.

Sed & nostri iuris civilis autores  
agnoverunt eandem hyperboliam 36  
elegantiam, vi poete Constantines in l.  
1. C. de Ennach. Si quis post hanc samptionem  
in orbe Romano eunuchos fecerit, l.  
lynica, C. de eaduicti tollenda. ex orbe Rema-  
no recludere. l. lynica, ver. 1. Cum autem C.  
de vsu apion. transfig. Non tanquam in Italij

eo solo nexus sed in omni orbe terrarum l.  
de precatio, D. ad l. Rhodiandea iactu Egyp-  
tus & nos suscepimus. Congratul. Noucl.  
Ios. idcl. Omnibus ciuitatibus & populis,  
& gentibus. Vnde Gelasius Papi in cap-  
duo sunt 96. distinctione. Duo sunt quip-  
pe Imperator Auguste quibus principali-  
ter hic mundus regitur, authoritas sacra  
Pontificum & regalis potestas.

Alterum, quod dicit Accursum,  
37 fuit, videri sibi omnini fide indignum  
se, civitatem Romanam cunctis Ro-  
mano Imperio subiectis donari: cum  
in magnum beneficium benemerito  
alicui daretur, & sic summo errore be-  
neficium istud Antonini ad libetinos  
reduxit, qui quidem si perlegili, tko-

manis antiquitates (heu quantum igno-  
ranciam harum peccati!) quantaque  
barbaries in nostros iuris ciuilis inter-  
pretes ingrediuntur! Credet solum An-  
tonino Piusissimo Imperatori restare  
ut Romanum orbem ciuitatem donaret.

A tam longa digressione redimus  
ad Iustinianum, cui Antonina et nulli  
tutio sicut ut rec per se solum illiticum  
barbarus iudicari ei modo ipso, quod  
regio illa ciuitate Romana condicō-  
ra fuit, barbarum exiit, repulit  
que in exteris a populo Romano na-  
tiones (per ea, quae iam diximus) pre-  
notavit que A. A. iac sup. ad tres libros  
Codicis in illa de Palat. sacrar. targ. vice  
Barnab. Bii 1. lib. 1. antiqu. cap. 130.

### C A P . XI

**D**E Imperatore Iustiniano, eius literis, sapientia, & operazione in  
iure Ciuiti, a num. 1. cum seqq. barbarus propter maiestatem Imperij  
dici non debebat. 2. Quod est uulnus, & literarum experie di-  
xerunt. 3. Qui doctum, & sapientem. 4. Sed & antiqui scriptores eis lite-  
ras, & sapientiam laudant. 5. An libros de incarnatione scripsit? 6. Autor,  
& conditor futurius ciuitatis. 7. Sed id qualiter? Nam etiam leges decisiones  
constitutiones, nouella, edicta, sui ipsius propriæ fuerunt, nam ipse prescripsit.  
8. Tribonianus, & consocij Nouellas in ordinem disposerunt ex mandato  
Iustiniani. 9. Si similiter institutiones, Pædictas, & Codicem. 10. Sed Iusti-  
nianus delineauit primo compilatoribus compositionem. 11. Atque eis aliquā-  
do a distebat, per contabatur multa, multas que difficultates dissoluebat.  
12. Perfectum opus oblatum ei fuit, & vidit, & recognovit. 13. Author me-  
rito acclamatuerunt iuris ciuilis, & tantu beneficij. 14. Sic graues Scriptores ius  
ciuile Iustiniano adtribuunt, 15. Suidæ respondetur. 16. Eius fides, & autho-  
ritas apud multos, villes. 17. Barbarica nota fictio, aut præsumptio iuris na-  
turalis non fuit, sed aliquarum gentium. 18. Qui impositos mores, barbarie-  
que lingua exiit, barbarus dici non debuit. 19. In factis enim, durisque corti-  
ce morum barbaries consistebat. 20. Anacharsis expendit sententia. 21.

**D H V C** Iustinianus pos-  
tener, sed si verum lo-  
quimur, Iustiniani occa-  
sione eiusque actiones ag-  
greditur, instituit vitæ  
peraptas, & percutiles. In hoc tractu

capitis gloria posthumus nominis Ius-  
tiniano adseremus, literas, & sapientia  
& quod debemus in iuris ciuilis com-  
positione capitibus integris duobus  
barbaricam Iustiniani notam longe  
propellamus: addem illis, quod quamvis

- infortunium patrij soli de honestaret  
 2 taatum Imperatorem, adclusi niani-  
 ni maiestas non fuisse similem notam.  
 Considera Illiricum hominem trans-  
 latum Romanum, in Imperatoria aula  
 constitutum, in solo terrarum orbis se-  
 dentem, & erubescere appellare bar-  
 barum. Si omnes præter Romanos, &  
 Græcos barbarerat, qui mundi domi-  
 nus, & Romanorum Imperator barba-  
 rus diceret? Dices, parum proficere ma-  
 iestate ad excusandam barbariem, si ip-  
 3 se Justinianus literarum expers, & ar-  
 gentos fuit, teste Snida, qui plures no-  
 viorum interpretum in eam sententiā  
 traxit, ut pote A. Alciat. lib. 4. dispu-  
 n. c. 7. G. Budæum in annotationib. priorib.  
 ad Pandectas ad l. fin. D. de adl. edict.  
 Quoniam Rittershufum in nouellas p. 11.  
 c. 1. n. 12. Fran. Raguell. ad decis. Iusti-  
 nian. lib. 1 ad tit. de Iustiniano Codice  
 confirmand. Catellian. Cottam in tra-  
 ctatu de iuris peritus f. m. 477. Calium  
 Rhodigin lib. 25. lectionum antiqu. c. 12.  
 Annotatorem Nicephori Calixti lib.  
 17. c. 21. Egidium Perinum in Iusti-  
 nianis vita, Fran. Connanum lib. 1. com-  
 mentar. iur. ciuilis, c. 9. n. 4. & lib. 4. c. 5. n.  
 6. Ioan. Boschæum Neustrium libr. 2.  
 Simeonis apud in princip. Franc. Hoto-  
 man. in institutionib. in vita Imperatoris  
 illis praefixa. Vnde A. Faber in iuris pru-  
 denzia Papinean. tit. 6. princip. 6. lib. 3.  
 audacter notat eum, Carranz. departus  
 designatione, c. 3. §. 2. scilicet 1. n. 57. nunquam  
 Justinianum percepisse scribit iuris  
 consultorum responsa: lege impudé-  
 riam Foretuli in Necyomantia iuris  
 dialog. 82. num. 2.
- 4 Sed tamen grauissimi viri sen-  
 serunt aliter de Justiniano (quod prius  
 & æquus fuit) & eum magnum Im-  
 peratorem habuerunt doctum, & sa-  
 piens pacem belloque, ut pote D. Frä-  
 cisc. de Cordoba, Nicol. Alcmanus,  
 quos refert, & sequitur D. Fran. de A-  
 may. in prefatione ad tres posteriores li-  
 bros Coacis, A. Contius in Justiniani vi-

ta, Osuald. Iligerus in prefatione ad 1. 10  
 manus commentar. Donelli, Fran. Baldui-  
 nus in prefatione institutionum in §. cum  
 que hoc Deo proprio, n. 20. Obertus Gi-  
 fanius in tract. de Imperatore Iustiniano,  
 f. m. 8. optime A. Mornatus in obserua-  
 tione ad lib. 2. Codicis in 3. constit de eme-  
 datione Codicis, Horatius Turcelin. lib.  
 6. epuom. histor. anno à Christo natu 527.  
 famam ingentem sapientiae Iustinianu-  
 mo adtribuit. M. Antonius Sabellicus  
 Menad 8. lib. 2. maiorem ingenij felici-  
 tatem suis Imperatori, quam bello-  
 roram, additique alia verba multum  
 laudum Iustiniani plena. Vbernerus  
 Roleuuis ex fasciculo temporum anno  
 Christi 494. longe effunditur in meri-  
 tas eiusdem laudes, Ioan. Hemelarius  
 in Imperatorum numismatibus tabul. 63.  
 in nostro Imperatore, Onophrius Panui-  
 nus in commentario ad lib. 3. Fastor f. m.  
 429. Bernard. Rustic. de vitiis irecon-  
 sult. in Tribonian. & sociis f. m. 175. Za-  
 fius ad l. 2. §. & cum placuisse, D. de orig.  
 iur. fed classici etiam scriptores con-  
 testantur literas, & sapientiam nostram  
 Cæsar, Cæsiodorus sapientem vocat  
 lib. 10. epistolar. epist. 9. & 22. agnoscit  
 Corippus de laudib. Iustiniani, Sæpius Pro-  
 copius lib. 1. de bello Vandalico, & lib. 5.  
 de edificiis Iustiniani, ingenium, pru-  
 dentiam, literas & sapientiam laudat, & Aga-  
 thias lib. 5. idem tradidit. Monachus  
 Vucengartenensis in Chronico à Christo na-  
 to in Iustiniano nostro, subiectit, iste Iusti-  
 nianus Rem publicam factis, & dictis re-  
 parauit, conuenit Hermas. Cötractus  
 in Chronicis anno 548. & ante anno 526.  
 ibi: Multa pietate, & prudentia censi-  
 piens, Paulus Vbarnefrid. lib. 1. de gestis  
 Langobard. cap. 25. in princip. Hac iepes-  
 tate Iustinianus Augustus Romanum Im-  
 perium felici sorte regebat, qui & bella  
 prospere gessit, & in causis ciuilibus miri-  
 ficus extitit, & alia infra. Nunc specta  
 gravis authoris verba Platinæ in Bo-  
 nifacio 2. quem quidem Imperatorem tâ-  
 ticonstat ingenij, tanta que doctrina fuis-  
 se.

ſe, ut miram non ſit ſi leges Romanas ſparſas, & in compositas in ordinem ad utilitatem hominum redēgerit, ea que abſcidetur, qua superuacanea, & innuita via debatur, &c. ſubijcit etiam Plantina, ſunt prate-  
rea qui dicant Iuſtinianum ipsum libres  
de Incarnatione Domini elegat̄er ſcrip-  
ſe, quod & Sabellicus reſert, & ab iſis  
ſcripſit Aegidius Perrinus in eius vita.  
Guilielm. de Baldensel Hodæ poricon ad  
terram sanctam, & quissimum Iuſtinianum  
vocat, in principio, dum illud ad-  
mirabile templum ab ipſo conſtructū  
(quod ipſe Guilielm. oculis perluſtrauit)  
debitis verborum ornamentiſ ex-  
tollit, Niciphorus Calixtus lib. 17. Ecclæſiaſiſtice hiſtoria. cap. 20. in ſignem Ar-  
chitectum fuile ſcribit (de cuius artis  
landibus ſuo loco dicam) vide mi-  
letor poſthumam famā Iuſtiniani: do-  
le, & dele infamiam inuictā ab incau-  
tis, deceptis, aut maleuolis homini-  
bus.

Sed quām tam graues ſcriptorū  
autoritates deficerent, ſi convertimus  
7 oculos ad illud īgens, egregius ad-  
mirabile, diuinumque opus cuncti iu-  
ſiſcialis, quis nifuriosus, ratiōniſim-  
pos abnegabit literas, doctrinam, fa-  
pientiam, ingenium, eruditioem Cæ-  
ſaris Iuſtiniani? Replicabis, id Tribo-  
nianum, Derotheum, Anatholium,  
Theophilum, & ſi qui alij antecel-  
lērēt, perfecitſe ſolum mandata  
ſe Iuſtinianum, vt ex proemio iuſt. col-  
ligitur, & ex iſuſlo, C. de veteri in tenui-  
cleando, & ex alijs Conſtitutionib. de  
conceptione Digestorum, in vanum ſua  
facit Iuſtinianus, vt (nimis impuden-  
ter) conqvarerit Forcatus. Sed non  
ſic huius operis glorioſa laudes con-  
fundi debent, imò diſtingui hoc mo-  
do. Varias leges de ciſſiones, & conſti-  
tutiones edicta ſpa propria autoritate  
Iuſtinianus compoſuit, & edidit, alij ſe  
coſtruxerunt, teſtatur ipſasmet in pro-  
emio inſtitut. h. 1. ibi: Omnes vero populis  
gibis, tam à nobis proalgatis, quam co-

poſtis reguntur). Exprefſe in conſtru-  
tione de emendatione Codicis Iuſtinia-  
ni, & ſecondas eius editione, h. 1. SIC  
Nouella conſtitutiones, quas Authē-  
tica vocamus, ſuę fuerunt, ſic ipſe uas  
vocat in proemio Digestorū in pri-  
mo. offendere autem Nouella noſtræ componi-  
tionis tam utilitatem, quatuor tempora, &  
conſtitutione, de emendatione Codicis, h.  
sed cum Nonelle 2. b. 3. d. ſed cum eoperte-  
bat, C. de veteri in tenui. Paul. Vuarne-  
frid. lib. 1. de geſſis Langobard. c. 25. ibi:  
Nōas quoque leges, qua. ipſe ſtatuerat  
in unum volumen redat̄as, eundem Co-  
dicem nouellarum nuncupari ſanciuit, in  
hiſ Tribonianis, Menno, & alij ex mā-  
dato Iuſtiniani, nihil alind perſecerūt,  
quam ordinem, id est indiget ſtam No-  
uellarum conſtitutionum molē (propt̄ 9  
in publicū pŕaſcripti fuerat unaqua-  
que) methodica diſpositione dige-  
rent, & compenerent, cuim rei potes-  
tas ad id faciendum refertur, d. h. 2. In-  
ſtitutiones, Pandectas, & Codicem Iu-  
ſiſcia ſeum compoſuerunt, redēgerūt  
que in ordinem, auſtōtate Iuſtiniani, 10  
& Tribonianis, & alij: ſed credemus  
ipſum doctissimum Iuſtinianum, tan-  
ti operis autorem, non tractasse, &  
expertem cuncti eius laboris fuile? ab  
Mehercle. re & consilio iuuauit co-  
pilatores. Primo namque formam de-  
dit, ſeu delineauit co-pilatoribus qua-  
liter Pandecta, iſtitutiones, & Co-  
dex ordinaretur, componeretur, & di-  
ſtribueretur, executionem autem illis  
commissit, l. 2. in h. 1. cum ſeqq. C. de ve-  
teri iure enucleand. (vbi omnis iuriſ ci-  
uiliſ tradditur diſtributio) & in h. 1. ſed  
cum proſperimus 11. & in conſtitut. de Iu-  
ſtiniano Codice conſirmando, h. 1. & in  
h. 1. ſtum 2. eiusdem conſtitutionis, & in  
l. 3. C. de veteri iure enucleand. h. quae om-  
nia 9. poſt pŕaſtitum ordinem Triboniano,  
& ſocijs, ipſe met Iuſtinianus  
compilantibus multoies adiſtebat,  
percontabatur ab eis cuncta, qua co- 12  
ponebantur, & dubia multa emerget.

tia dissoluebat, ut in l. 2. in princip. C. de veteri iure enucleanda ibi: *Nostra quoque Majestas semper inuestigando, & perscrutando ea, quae ab iis componebantur quidquid dubium, & incertum inueniebatur hoc numine caelesti recte emendabat, & in competentem formam redigebat, & in §. 1. eiusdem constitutionis, ibi: Sed cum emissa percontabemus à prefato viro excuso, & aperire etiam in l. 3. C. cod. tit. l. maximum vitium 4. C. de liber. præter. ibi: Invenimus à Tribonianorum glorioſiſimo noſtro quatuore, ceterisq; viris facundissimis compoſitoribus iuris enucleati ad noſtras aures relatum eſt, ſic & post perfectum opus, compilatores obituerunt Iuſtiniano, quod vidit, & recognouit dilig. l. 3. §. ſed cum oportebat l. ibi: Vique colligerent, & nobis offerrent, & intra, quem ſane legitimi operis partem, compoſitam nobis obituerunt, & nos eam totam conſideraram à nobis, & perpensam, recte que habere viſum noſtri ſenſibus non indignam eſſe indicauimus, & in §. 6. in proœmio institutionum, ibi: Cum treſ viri prudētes prædicti nobis obituerunt, & legimus, & recognouimus. Nuſc expende mecum candide lector ſummo magnus Imperator Iuſtinianus conditor iuris vocari debeat: nam magna pars iuris ciuilis ſuapropria eſt veluti illa, qua decisionibus, Nouellis, edictis Iuſtiniani conſtat: alia autem reponſorem iuris-Consolitorum, cōſtitutionum, & reſcriptorum Imperatorum, ſcilicet Pandectarum, & codicis, ipſe animum adiecit ad tantum opus, disposuit ordinavit, & delineavit compilatoribus ſtructoram, ipſe poſtea recognouit, & telegit, ipſe multeties adſidebat Triboniano, & alijs, ipſe diſcultates, qua offerebantur, diſſoluebat. Idem in institutionibus, ſe tyrociinis iuris prudentia fecit, ſolum autem Tribonianus confocique compilatores admouerunt manus, formam à Iuſtiniano tradditā, & ſub eius correptione exequentes. quare non cum*

tanti beneficij autorem dicemus, & <sup>14</sup> acclamabimus? nam veluti dux bellicæ victorij gloria, laudes que præcipuas usurpat, quamvis manu strenui milites, & fortiū magnam nouauerint operam in bello, quia autoritas, indicium, prudētia, ſapiētia, gubernatio, maiorenſi partem ſibi vindicant, quam fortitudo multoties temeraria, eodem modo, quārumuis Tribonianus, Theophilus, Dorotheus, alijq; compilatores in ſigni pertinacia monumenta iuriſconnuolocerint, & compoſuerint, at tamen proh Deus, quanto maior iahis fuit Iuſtinianus, qui aut oratione operis felicissimus exitit, primus delinearit, disposuit, ordinavit, moliamq; in eius difficultatibus inſudauit, & iudem vidit, & recognouit perfectum, & quaſi altera natura orbi cūcto terrarum tam vberes procreauit ſtructus & edidit. Ex his probo iudicium corū, qui hoc factum, opus que Pandectarū Codicis, & institutionum Iuſtinianο <sup>15</sup> adtribuunt, euque autorem redunt tanta rei, viptote ſumma cum diſtinzione ſcribit P. Vbarneſtrid. d. libr. 1. c. 23. & Platina in Bonifacio 2. M. Antonius Sabellius dī. lib. 2. Eneid. 8. Vernerius ubi ſup. Oauphrius Panuin. in commentar. libr. 2. Faſter d. f. 425. vt eleganter P. Franciscus Linglois in epifta la dedicatoria in commentario ſuo ad 50. deſis Iuſtinian. vocauerit eam ſummuſi apificem noſtroram legum. Unus ſolum Suidas hanc infamiam ſeu peccati in <sup>16</sup> poſthumas glorias Magni Imperatoris imputat, à quo venenum haſerunt alij, ut in magnum Caſarem cuomeſtent, ſed nevnuſ ſolum Suidas ibit obās Argos?

Et præualebit aduersus tantos, & tam inſignes ſcriptores illos præcipue qui coetanei, ſeu proximiiores Iuſtiniano viderunt ſapiētiam Principis, aut certius veritatem haſerunt, quid ſi expendas male audille apud doctos auſtoritatem Suidas plura commenta in <sup>17</sup> eius

eius scriptis legimus, uti praesensuit A. Mortacius in observationib. ad constitutionem Iustiniani de emendatione Codicis, Ian. Rutgersius lib. 1. var. c. 9. Iust. Lips. 1. elect. cap. 8. Salmasius læpius in histor. August. Zasius ad l. 2. §. cum plauisset. D. de or. iur. Rutilius de ritis I. Consultorum in Tribonianio, & alij innumerabiles interpres critici, & erudit. consule tamen A. Continui in Iustiniani vita, qui debitum iris malevolos Iustiniane nominis prosequitur.

Non ergo barbarus Iustinianus censes debet, quia ē p̄d p̄d, et osfuit, cum in dīsa pientissimus Cæsar pleno ore nuncupari debeat. Sed adde, quod hoc barbarica nota, nō iuris naturalis editio fuit, sed imdī fictio, aut præsumptio aliquarum gentium, qua in cultæn oribus linguaq; nationes distinguuntur; cum ergo in politos mores (si aliquos habuerit Iustinianus) exiliet & politicum cultumque Romanum solum ascendat, iniquum est appellatio barbarica de honestati. Propter hanc causam, & quia le doctos præsumebant Ægyptij, renuebant bar-

baricam notam (ut ex Herodoto iam obseruauimus) Sic etiam adolescentes Romano Imperio, Romani olim barbari, & in civitatis principio, parūper barbaricū nomē denudarent, & reiecerant in cæterasq; étes, a gre que forebât se barbaros nominari (vii præd xi sup.) in factis enim duroq; cortice mōrū barbaries cōsistebat, qui perpolitus prælixitate temporum cultissimus remansit, rusticitasque sensim evanuit. Congruit ratio nostri Iustiniani in §. fin. in dī de legitima agnator, success. ciuilem rationem ciuilia quidem iuracorum pere posse, naturalia vero non vaticare, nam cum barbaries ciuilis ratione darentur corrupti, & cōmutari potuit contrario facto, & ratione: nihil tam naturale esse respondit Vlpius. in L. nibil tam naturale 3. 5. D. de reg. sur. quā eodem genere quidq; dissoluere, quo colligatum est. Quid a. iudicavit Anatolias (vii sciphi sup.) laudi esse apud Scythas natum Græcorum mores per noscere; & cōtrario turpe apud Græcos natum in barbarorum displicinas degenerare.

## C A P. XII.

**S**VB persona Iustiniani discutitur quæstio, an barbarus adoptatus à cive Romano notam barbaricam exuat, à num. 1. cū seqq. Iustinianus à Iustino seniore adoptatus. 2. Quibus modis adquiratur ciuitas. 3. Ciuitas eadem dicitur semper, quamvis primi homines mortui fuerint. 4. Quare in manu missione adquiratur illa. 5. Apud Athenienses adoptari debet et natus excus Attica. 6. Cultissimi Heliodorilocus discutiendus proponitur per integrum caput. 7. Natiuitate Atheniensis ciuitas adquirebatur. 8. Prima Romini populi distributio in tribus, seu partes. 9. Quicumque ciuis suæ tribui ad signatus. 10. Et ordinario iure cunquamque gens in sua tribu cōseruabatur. 11. Quædam tribus denominatae à nobilitate familiaram. 12. Tribules qui dicantur. 13. Noni homines qualiter in tribum coniiciebantur. 14. Tribulus pro cive accipiebatur. 15. Plerumque in nominatione ciuis tribus addebatur. 16. Unus quisque ciuis in sua tribu censebatur. 17. Explicatur Licinus. 18. Incensitorum pær. 19. Censu qualiter seruus adipiscetur libertatem. 20. Lex de Censoris potestate. 21. Filij familias in tribu paterna censemur.

bantur. 22. Aliquando in alienam tribum transibant. 23. Tribus à loco, & habitatione Romani soli considerabantur. 24. Quæ etas ad censos filios requirebatur. 25. 26. Censu filius cuius Romanus declarabatur. 27. Illustratur Heliodorus. 28. Ephebus quis. 29. Difficilis Plutarchi locus expenditur. 30. Explicatur Zonaras. 31. Dantur aliqui qui censiti erant, & non erant ciues Romani. 32. Insinuatur Plutarchi incuria, seu lapsus. 33. Leonis cognomen, nec in urbe, nec in civitate Romana cognitum fuit. 34. Atheniensis Respublica in certas tribus distributa. 35. Cleisthenes eas tribus auxit. 36. Quæ propriæ Φύλαι dicebantur. 37. Et Ἀρχαιοτέραι, & Tribus istæ in curias, seu Φύλαι diuissæ. 39. Φρατερες, qui 40. Hi gentiles dicebantur, & quare. 41. Illustratur Aristophanes. 42. Atheniensis sine tribu esse non poterat. 43. Et nouus ciuis suæ certæ tribui adscribatur. 44. Civitas Atheniensis nativitate acquirebatnr. 45. Parentes filios primo proficiebantur apud Curiales. 46. Sine professione ista ciuis esse non poterat 47. Hæc prima professio fiebat de cimo quarto anno. 48. Et tunc pudenda inspiciebantur 49. Notatur Rebadus. 50. Secunda professio 18. anno dabatur apud populares. 51. 52. Ephebus proprie dicitur, qui 8. annum attigit 53. Explicatur Vlpianus in l. Mela 14. §. 1. D. de aliment. & cibar. legat. 54. Et Spartanus in Adriano. 55. Faenor alimentorum quoad etatem consideratur 56. Sed & alia ratio subiicitur Vlpiano. 57. Elegans Scholiastæ Tucidydis locus adducitur. 58. Census inter Athenienses dabatur. 59.

**V**ustiniani Cæsaris occasione, questionem subiicitus tractatui utilem, & frequenter minus, quam sub Iustiniani persona disceptabimus, an si barbarus adoptatus à cive Romano civitatem apiscatur, & notam barbaricam intelligatur exuisse. Inde enim aliud subiectum fundamentum posthumo Iustiniani nomini, si sufficeret adoptionis ius ad denudandam barbaricā notā, de quo cap. sequent. Planum est, Iustinianum adoptatum fuisse à Iustino Seniore, cum filius esset sororis eiusdem Iustini, sic patrem vocat in h. est & aliud, institut. de donationibus, q. cæsus 4. institut. quibus non est permisum facere testamentum. quod agnoscunt omnes scriptores antiqui, & interpretes, quos capite

11. supra dedimus, num. 3. 4. 5. & 6. atque 15. error inde Rabani, qui in martyrologio suo 16. Kalen. Ianuar. ne potest ex foro Iustini dicit: ex quo ciuis Romanus Constantinopolitanus effectus fuit: ciuitas enim acquiritur nativitate, manumissione, adoptione, & alienatione l. 1. ordine 15. §. fin. l. sed si emancipatus 16. l. libertus 17. §. in adoptione 9. D. ad municipalem. & de incolis, l. in adoptionem 7. C. de adoptionibus, l. ciues 7. C. de incolis lib. 10. Synopsis Basilicon. libr. 54. titul. 1. cap. 6. Explicant Bartol. in l. 1. numer. 9. Lucas de Pena dict. l. ciues, Thomas Doccius consil. 78. numer. 3. Boarium part. 1. decision. 13. num. 4. Sudius decis. 329. num. 3. Petrus Gregor. Syntagmas iur. lib. 8. cap. 13. num. 18. l. Menochius de arbitrar. cœsu, 84. num. 7. & l. b. 6. de presumptionibus, cap. 50. per totum, l. Cuiac. consultat. 56. & libr. 1. 10. se.

espons. Papin. ad dict. l. ordine 15. § fin.  
D. ad municipalem, Ioann. Corrales  
ad tit. D. de servitut. in l. non dubito, nu-  
mer. 2. nouissime noster D. Francisc.  
de Amaya in commentar. ad dict. l. ci-  
ues 7. C. de incolis, Carolus Sigenius  
lib. 1. de antiquitate etiam Roman. cap.  
6. præter alios dictis locis. Nam cum  
ad ciuitatis conseruationem necessa-  
rio morientium loco nascentes sub-  
rogari debeant, ne alias universitas  
illa pereat, argumen. 9. sed si gregis 38.  
instit. de rer. diuis. & sic ciuitas eadem  
dicitur, quarantili primi homines,  
& incolæ eius cuncti fati munus im-  
plerentur: & alij diversi que sint ho-  
die incolentes l. sicut 7. in fine. D. quod  
eiusque universitatis nomin. l. cum pro-  
penebatur 76. D. de iudicij. l. annuam 6.  
D. de annuis legat. docte P. Faber. 1. se-  
mest. cap. 8. Donell. lib. 8. commentar. c.  
24. lit. M. Anton. Faber in rationali ad  
dict. l. cum proponatur, & eruditus A.  
Mornacius in observationibus ad ean-  
dem legem, & Bartol. à num. 17. Alciat.  
lib. 0. Parerg. cap. 17. quibus verbis sen-  
tentia que Seneca conuenient. Qua-  
sor. 1. nec vero usquam natura re-  
rum definit, sed semper inde ubi desisse  
videatur, non aenigunt, disputat Aristot-  
eles lib. 3. Politicor. cap. 3. apud quem,  
& præcitos rationes inuenies. Ad  
ciuitatis ergo conseruationem neces-  
sarium fuit, natuitate constitucias,  
ut secundum Senecam, unde videtur  
desisse ciuitas nova exurgeret, &  
sic subrogationes hominum fierent.  
Atque id in natuitate placet, & quis-  
simam etiam admitti fuit, in manu-  
missione, cum seruus manumissus,  
5 quasi manumissionis natuitate edi-  
cias confecatur, cum antea quoad ius  
ciuile pro nihilo habereatur, ut expli-  
cat Sigenius dict. lib. 1. de antiquit. iure  
civ. Roman. cap. 6. D. Franc. de Amaya  
dict. l. cives 7. num. 55. Idem in adop-  
tione confideamus, quæ natura ini-  
tatur, & minorem & instit. de adoptionib.

quasi adoptiuus filius patri adoptivo  
nascatur, & agnoscatur, apud Athe-  
nienses tamen adoptatus ex ciue At-  
tica natuus debebat esse, vt colligitur  
ex Demosthene contra Leontem, lxxo  
de hereditate Appollodori. Natuitate  
ergo vera, ut dicta manumissionis, &  
adoptionis ciuitas acquirebatur.

Sed cum ista recolo ( liceat mihi  
parergo, & maioris doctrinæ gra-  
tia digresso) statim te offert cultissi-  
mi Heliodori locus lib. 1. Ætiopico-  
ram, cap. 2. qui præter natuitatem ad  
adquirendam ciuitatem, expetere a-  
linum astum videtur. Loquitur Aris-  
tippus (τὸ μὲν γένος Αἰθιοπίας, vt ante-  
tea idem auior scribit) ad populum  
accusans, seu deferens filium suum  
Cneemonem. ipsissima Heliodori  
verba, περὶ ταχιστοῦ καὶ γένετο, ε-  
λευθερίτε τροφῆς μεταδόσει, ἡ τὰ π. ω-  
το τὰν γραιμάτων διδασκαλίας,  
εἰς τοὺς φραγμάτους ἡ γεννητορεύσα-  
νατηρ, ἡ τοσούνοις πορφύρας, sic  
verit Stanislaus. Ut primum tibi na-  
tus es, liberaliter edidimus, & iustis lit-  
terarum instruimus, cum in tribulos, &  
gentiles intraduxissim in ephborum al-  
bam retulissim, eum nostrum etiam le-  
gibus efficiessim. Movet difficultatem  
verbalia. πολιτεύεται, ἡ τοσού-  
νατηρ, id est. Eum nostrum etiam  
legibus efficiessim. Si ergo Athe-  
niensis filius erat, natuitate ciuiis A-  
theniensis esse etus erat, quorsum il-  
la, quod Aristippus pater filium Cne-  
monem legibus suis ciuem efficerit?  
forsitan sic in Athenarum arce, quod  
natuitate non adquireretur ciuitas?  
quis talia de politissima, & sapientissi-  
ma ciuitate credat? quæ nostro iu-  
ri ciuili diuina præstiterit cunabula,  
cum immò ab omnibus Atheniensium 8  
manumentis eruamus contrarium:  
passim sic demonstrant Demosthe-  
nes, Isocrates, Aristophanes, Herodo-  
tus, Thucidydes, & alij Athicarum

terum scriptores, & nouissime Ioan.  
Meursius in Pisistrato, cap. 1. optimo  
Carlo Sagonius de Republica Athene-  
nium lib. 2. cap. 2.

Sed utricle Helioderum per-  
cipiamus, obseruo, nauitate ciuita-  
tem Romanorum adquiri, at vero ut  
indigentia plene eius fierent, & dein-  
cepissent eis civitate, necessario  
parentes, alijsque quadam alia effec-  
tuerant, quibus declaratur cives,  
qua ut in iusto tramite procedant, &  
vulter percipiantur: obseruo pri-  
mo, Romulum distribuisse vibem  
Romam in tres partes, seu tribus,  
9 qua postea a crescente Roma subdivi-  
sione, seu incremento acceper-  
rant a successoribus Regibus, quod  
iam alij doctissime investigarunt, &  
scripserunt. Consule Ioan. Rosin. lib.  
1. antiquit. Roman. cap. 12. vbi Thomas  
Dempsterus fusissime, Carol. Sigo-  
nium lib. 1. emendationum, cap. 40. 1.  
Pallerat. ad lib. 4. Propertij elegia. 1.  
Panuinum in urbe Romana, fol. mibi  
257. & in ciuitate Renauna, fol. mibi  
269. Stephan. Vinand. Pi. huius lib. 1.  
Annual. in Septimontio fol mibi 15. An-  
ton. Claram Silvium ad leg. 12 tabull.  
cap. 9. Osvald. ad Donell. lib. 6. commen-  
sat. cap. 7. lit. F. Petr. Nannum lib. 10.  
Miscell. cap. 6. D. Gothofredum inno-  
tis ad fragmenta 12. tabull. ex Cicerone  
lib. 3. h. de censoribus, Andr. Scothum  
in electis antiquit. Roman. in tractatu de  
tribubus: iterum Sagoniam, & me-  
lius lib. 1. de antiquo iure ciu. Roman.  
cap. 39. & novissime noster D. Ni-  
colas Fernandez de Castro in exerci-  
tatione ad l. unic. G. de capitulatione ci-  
vium, num. 3 Anton. Augustin. de leg.  
Roman. cap. 8. & alios qui per nosam  
antiquitatem istam tractarunt, & il-  
lustrarunt. Vnde quisque ciuis Ro-  
manus certe tribui assignatus, & dis-  
tributus erat, & una que que gens  
ordinario modo salutem a principio

in sua tribu conseruabatur, & reside-  
bat, inserviat Sueton. in Augusto, cap.  
40. ibi Fabianis & Scapleris tribus  
bus suis die coniuerunt, ne quid equo  
quam candidato desiderarent, singula  
militia numerum a se dividibat, 10  
xvi. Hal. carna. lib. 4. Romanar. anti-  
quit. Efficit etiam vi tribus quatuor res-  
tibus haberet, quae ad id regique loci pustres  
tantum habuerat & inservies que in  
una quaque illarum quatuor regionam ha-  
buerant, tamquam pagani, regue alio  
transfere suas sedes, ne quo alibi mil-  
litum delectu habere, neque pecunias con-  
serre, quae in bellicos, aut alios nec farris  
v. us exiguntur, quae vnumque in  
statuum conferre oportet neque amplius  
ex illis tribus per gentes a distinctis tribu-  
bus, ut antea sed ex istis quatuor in cer-  
tas regiones a se digestis militiam ordi-  
nabat, & intra loquens de Censu Tuli-  
lii. addiso & urbis loco & regionis pa-  
go, ubi singuli habitarent. Tit. Linius  
lib. 1. & V.C. varijs in locis, & ibi: Sex  
ite alias centurias, tribus a Romulo ins-  
titutis subisdem, quibus inaugurate er-  
ant nominibus, fecit, ad quae verba vi-  
dendus est Carol. Sagonius in com-  
mentario ad Linium, qui alia simi-  
lialocat: Zonaras tom. 2. Annual.  
cerum enim est omnes ciues Roma-  
nos certas tribus habuisse, & gentem  
in una que tribu ordinario iure con-  
seruari, sentiunt I. Lipsius 1. elector.  
cap. 12. Carol. Sagonius dicit. lib. 1. e-  
mendation. cap. 40. & dicit lib. 1. de anti-  
quo iur. cap. 2. Marcell. Donatus in  
dilucidationibus ad T. Linium libr. 24.  
fol. mibi 40. Ioan. Rosin. lib. 1. antiquit.  
Roman. cap. 12. Francisc. Hotoman. de  
verbis iuris, verbo, census, Petri. Gre-  
gor. lib. 47. syntagmatum iur. capit. 16.  
num. 8. Hinc factum est, quod tribus  
aliquae a nobilitate familiarum, que  
in eis conservata fuerunt, denominationem  
acceperint, vi docent Mar-  
cellos Donatus, & Panuin. abisupra  
in

incinitate Roman. Ros. lib. 6. antiquit. men, ut eruditus multis probavit Bris.  
 Roman. cap. 15 Carol. Sigonius dict. c. son. lib. 8. form. fol. mibi 836 totū tri-  
 3 conduceunt Liuios, & Halicarnas- bvi addictus erat ciuis Romanus.  
 seus, ubi proxime. Vnde tribules dicun- Cum ergo Seruiss censum Re-  
 tur, qui in eadem tribu constituti sunt publica contineisset ( ad formant,  
 Cicero lib. 13. familiar. epistol. epist. 58: quam auctoritates subscribendae de- 17.  
 Sueton. in August. in cap. 40. ubi docet clarabunt) dispositus per tribuum or-  
 Philippus Beroaldus, & Iustus Lip- dinem censem fieri, & unumquemque  
 sius lib. 1. elector. cap. 12. prater alios cito in sua tribu censeretur, vnde  
 plures. Vnde necessario Romanus ci- tribus una quæque in censi declarabatur,  
 vis certam tribum debebat habere, si aperte Linius lib. 1. à V. C. ibi. Qua-  
 de qua plenam ciuitatem habere non poterat, cum ergo Seruiss censum in drifatiam enim urbe diuissa regionibus,  
 Republica constituisse (de quo sta- collibus que, qua habitabantur partes ur-  
 tum) dicit posuit per tribuum ordinem bus eas appellauit, ut ego arbitror à tri-  
 censem fieri, & unumquemque ciuium bu: nam eius quoque equaliter ex cen-  
 in sua tribu censeretur, vnde tribus in sū conferenda ab eodem inita ratio est.  
 censi declarabatur, ut cunctis pro- D. Halicarnas. lib. 5. Roman. annq. ibi:  
 14 bant prescripta, probabuntque sub- Ex longe opima inservi Tulli  
 scribenda. Et sic nouicius in tribum Regis popularissimi imperauit omnibus  
 coniiciebantur, quod erat sumnum Romanis, ut tributum suorum facultatum  
 privilegium ciuium Romanorum, ut censem profiterentur, Cicr. in Pla-  
 suffragium tesserent, proprius quod si ncr. ibi: In qua denique tribuista præ-  
 necessarium erat nouæ tribus adder- dia censuisti. Vlpias. in l. forma censuaz  
 bantur, Linius eodem anno sensu addita li 4. D. de censibus. Exornat P. Pontan.  
 nouique ciues seni, tribus proper eos ad- in secunda tertia Progymnasmatum pro-  
 dita Matia, & Scaptia, & lib. 6. à V. C. gymnas. 16. in quo agit de ciilibus  
 tribus quatuor ex non ciuiis addita, & lib. 9. Et due Rome addita tribus Fidentia- Ronianorum potestatis, Otu-  
 na, ac Falerina, & lib. 10. Tribus j. addi- phrius Panuin. suciuitate Roman. fol.  
 radua Aniensis, ac Terentina, Feru- mibi 169. Gruchius de comitijs Roman.  
 lian. de resurrect. carn. cap. 57. At quim, lib. 1. capit. 1. Osuald. ad Donet. iibr. 6.  
 & vestis albæ nitore, & aurei annuli ho- commentarior. 7. lit. F. (qui dat Hop-  
 nore, & patroni nomine, ac tribu mēsaq; perum, Reuard. Mart. Anto. del Rio)  
 honorantur, V. Paterenlus lib. 2. Itaque Carol. Sigonius dict. lib. 1. de antiquo  
 cum ciuitatis prædas a esset, ut in eō tribu- iur. ciu. Roman. cap. 14. nunc percipies  
 bus contribuerentur noui ciues, explicat aperte Liuium lib. 45. ab V. C. Hoc cū  
 docte Panuinus in ciuitate Romana fol. ita seruatum esset, negabat Claudius suf- 18.  
 m. 240. cum sequen. & I. Ros. lib. 6. antiquit. Roman cap. 17. vers. Omibus ci- fragationem iniussu populi censorem  
 nibus, Blondus Flavius lib. 3. triumphi- cuiquam boni, nedum ordine primi so-  
 tis Romæ, & sic tribulus pro ciue Ro- adire posse, neque enim si tribu moue-  
 mano aliquando accipitur, ut iam re pesset, quod sit nihil aliud, quam  
 obseruavit Raderus ad Martiatem lib. mutare inibz idem omnibus quinque,  
 9. epig. 36. Beroald. sup. ad Sueton. cap. & triginta tribubus amouere posse, id  
 40. Carol. Sigonius dict. cap. 3. quid est ciuitatem libertatem que eripere, non  
 magis? pierumque in nominatione ubi censeatur finire, sed censi excludere,  
 16 Romani ciuiis tribus addebatur ne- tantum ergo erat tribuicrix adscribi,  
 & censeretur in tribu, quod si in cen- sius aliquis esset, & cunctis tribubus 19.  
 à motu, idem esset ac libertatem, &

civitatem eripi: nam cum soli ciues censerentur, ut notat ex Boetio Connan. lib. 2. iur. ciuil. cap. 4. nra. 2. qui incelsi inueniebantur amitterebant civitatem, & non habebantur pro ciui- bus Vlpian. in fragmentis titul. 11. ibi: Maxima capuis diminuta est, per quæ & ciuitas, & libertas amittitur veluti cu[m] incensus aliquis venturis, vbi D. Gothofred. Marc. Tull. Cicer. in oratione pro A. Cæcin. ibi: Cum autem incensum vendit, hoc inducit, cum usq[ue] in servitute tua fuerit, censu liberetur, cu[m] qui sum liber esse censerim noluerit, ipsam sibi libertatem abindat esse. Cuiacius in censeri 111. D. de verborum significazione, Osuald. dict. lib. 6. commentario. cap. 7. lib. F. & lib. 2. cap. 15. Carol. Sigonius dict. lib. 6. cap. 14. ad finem, idque sic à seruo Tullo constitutum erat contra incensos: audi Halicarnas. lib. 4. Et vero, qui census non fuisset, hanc p[ro]p[ri]am proposuit ut bonis spoliaretur, & virgines casus sub bastaventur, atque lex ista in apud Romanos duravit, Tit. Liuius lib. 1. etiam insinuat ibi: Censu perfecto, quem maturauerat mensa legis de incensis iata.

Hinc mirabitur nullus censu ser-  
26 uum libertatem adipisci, dum modo clandestine censitus non fuerit, imò ex voluntate domini, nam cum soli ciues Romani censerentur, imò incensi civitatem amitterent, si voluntate domini censeretur seruus, eo ipso ciuus efficiebatur Romanus, cum in tabulis Romahorum interscriptus inueniretur, t. nec omessa 15. C. deliberal. causa, Vlpian. in fragmentis titul. 1. §. censu 8. Cicero pro Cæcina in verbis supra datis: alia Ciceronis loca præsat Francisc. Connan. dict. lib. 2. cap. 4. num. 2. qui longe ista docet, & Osualdus ad Donell. lib. 2. commentar. cap. 5. lit. G. Gothofred. & Cuiac. in commen-  
tario ad l. censeri 111. D. de verborum significatione. P. Mattheus Rader. in com-  
mentario ad Martial. lib. 2. epigram. 48.

Carol. Sigonius dict. cap. 14. & alij plures, sed præcipue nostrarum insti-  
tutionum Scholastæ, quos omnes consilio omitto: inde Tertullian. ci-  
xiu dict. cap. 57. de resurrectione carnis,  
tribus mensaque honorantur.

Vt ergo ad censem accedamus 21  
filiorum, & loci Heliodoriani illus-  
trationem, oblerco de censoris po-  
testate legem his, vel similibus vobis  
præscriptam fuisse, quæ nobis dedit  
Marc. Tull. Cicerolib. 3. de leg. Cen-  
sores populi auitates, scoboles familiæ pe-  
cunias que censento: urbis templa, vias,  
aquas, ararium, vestigia inuentor, popu-  
li que partes in tribus destinuntur: ce-  
libes esse prohibento: mores populi regu-  
no: probrenim sena[n]u[n]crelinquunto. bi-  
ni sunt: magistratum quinquantum ba-  
bento: reliqui magistratus annui sunt:  
eaque potestas semper esto, censebantur 22  
ergo non solum bona serui, & uxores  
sed & liberi, filii que familiæ, opii-  
me 1. Halicarnas. libr. 4. Romanar.  
antiquit. His constitutis iussit omnes  
Romanos nominare, & sua bona  
censere pecunia assimilare, & ius in-  
randum legitimam interponere, quo in-  
rarent vere, & optimæ fide omnia suæ ho-  
nacensa esse, & nomina parentum, ex  
quibus essent proctores ad scribere, &  
sua ætatis annum declarare, atque ipsa-  
rum quoque coniugum & liberorum no-  
mina scribere, addiso, & urbis loco, &  
regionis page, ubi singuli habitarent, ag-  
noscent 1. Liphus dict. lib. 1. variar le-  
ctionum, cap. 1. & doctus lib. 2. de mag-  
nitudin. Roman. cap. 2. Carol. Sigonius  
dict. lib. 3. da antiquo iure cui. Roman.  
cap. 14. 1. Rosin. lib. 7. antiquit. Rom. cap.  
10. Marcell. Donat. in dilucidationi-  
bus ad T. Liuium lib. 2. 4. P. Pontianus  
in secundo volumin. terij progywnasmo.  
10. Oonphrius Panvin. in Ciuitat. Ro-  
man. folio mihi 269. Stephan. Vi-  
Vinand. Pighius dict. lib. 1. Annal. Frâ-  
eisc. Hotoman. de verbis iuris verbo  
census, & de Magistribus Romanis in  
censure,

censore Petrus Gregor. lib. 47 syntagmat. cap. 1. num. 7. & 8. Alexand. ab Alexand. lib. 3 dicrum gentil. cap. 13. litterarum meliorū gloria noster D. Laurentius Ramirez de Prado in commentario ad Martialem, quod quidem in censu Gallico obseruatum fuit, quem docte Lipsius exprelit ad Cornel. Tacitum in commentario ad lib. 1. Annal. num. 117. quem consule. Filios ergo præter aliacapita, censebatur, nam pater tribui (quod ordinarium), & fre-  
 23 quens erat) adscribebat suæ (vt diximus supranum. 10.) sed aliquando tam en in alienam tribem transibat, vt iam obseruauerunt Franeſc. Roboretellas lib. 2. annotation. cap. 37. & Car-  
 24 rol. Sigonius lib. 1. emendat. cap. 20. Tri- bus enim (ut ambo isti comprobant) non à notione censorio, sed à loco, & habitatione Romani soli considerabantur, ita ut vnaquæque tribos certam regionem partenique urbis occuparet, & sic aperte colligitur a dimi- sione prima Seruiana tribuum, ex qua vnaquæque parti certæ urbis assignata fuit, vnde tribus ab aliquibus antiquis scriptoribus pars dicitur, ut vtra- que colligere poteris ab anterioribus, quos supranum. 9. dedimus: expressus est T. Livius lib. 1. ab V. C. ibi: Quod tri- fariam enim urbe animis regionibus, col- libus quoque habitantur partes, tribus eas appellavit. D. Halicarnas. dict. lib. 4. (lo- quens de censu seruiano) addito, & utri- bus loco, & regionis pago, ubi singuli ha- bitarent, sic intelligendus A. Gellius lib. 15. Noct. Attic. cap. 27. ibi: Cum ex re- gionibus, & locis tributa, notat præto- rea Sigonius dict. lib. 1. de antiqu. iur. etu. Roman. cap. 3. sed in censendis filiis æ- ras destinata erat, non enim statim, ut  
 25 natuserat, censui subiiciebatur, quam inservium esset, nascentem subire tri- buti iugum. Sic in censoris lege scrip- tum erat. Censores populi aurates soboles &c. D. Halicarnas. lib. 4. antiqu. Rom. ibi: Et nomina parentum ex quibus essent

procreari adscribere. & suæ atatis annum declarare, atque ipsarum quoque coniu- gum, & liberorum nomina scribere. Idem H. Halicarnas. lib. 5. Imperavit omnibus Ro- manis, vt tribus in suarum facultatum cœ- sum profiterentur adscriptis exorum, & liberorum nominibus, & sua liberorum que arate, A. Gellius dict. lib. 15. Noct. Atticar. (loquitur de comitijs) cum ex censu, & arate centuriata. Ætas Me- herclere requirebatur ad censum in mas- culis 14. ann. in feminis 12. Vlp. in lib. 2. decessibus, D. Halicarnas. a. lib. 5. Ro- man. anti. censa autem sunt puberum Ro- manorum circiter xxxm, & lib. 9. Nam (ut ex proxima censu compereum est) erant puberum Romanorum capita amplius quæ centum, & decem millia. Et alibi dum de censu agit. T. Lartius Dictator cen- sum agit. quo invenit in fra Romanorum, qui in pubertate essent constituti amplius CL. millia. & septingenti. Sigonius dict. cap. 14. etudie, & prudenter præjudi- ceauimus vir D. Nicol. Fernandez de Castro dict. exercitat. ad l. vnic. C. de caputation. cia. num. 9.

His ergo modis filius familiasci- tis Romanus efficiebatur, seu declara- batur, nam quævis nativitate Roma- nam ciuitatem adquisisset, iamens si epheborum ciuitatem attigisset, & in- census manet, ciuitatem amitterebat, vnde à contrario, si à patre censitus es- set, & in census tabulis relatus, tunc ciuis Romanus declarabatur. Audi M. T. Ciceron. in oratione pro Ar- chia Poeta. Sed quoniam census non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indi- cat, cum qui sit census, ita se iam cum ges- sisce procine. His omnibus instructus merito ad Heliodori locum deueni- mus, & (ni amore nostrorum decipi- mur) vera doctrina illustramus: inquit ergo Aristippus ad populum, cū in tri- bules, & gentiles introduxissem, pater e- nem filium suū tribui suæ, & gēti asci- gnabat: genti ecquidem, cū plerumq; eadem in una conseruaretur tribu, &

rarius transiret in aliam, ut dixi hoc capite, n. 9. cum sepp. procedit Heliodus in epheborum album retulisse, censetur ecquidem filius, cum maior quatuor decim annos esset, ut ex Vlpiano, & D. Halicarnasco scripsi, n. 26. & sic 29 puberum census apud istum dicebatur: Ephebus enim est, qui relata pueritiae extremitate, attingens quatuordecim annos, usque ad decem & octo fuisse, congruit. adrogato se. §. 1. D. de adoptionib. l. Mela 1. 4. §. 1. D. de alim. & eib. leg. aperte, l. sanitatis 53. F. Praterquam, C. de episcop. & clericis. Praterquam si ab infantia & nondum quidem ephemeram excedente etatem, Plaut. in Mercator. att. 1. Scen. 1. vers. 40. ex vulgari lectione.

*Principio ergo animus ephesis etate exigit. Atque animus studio amotus puerili est meus.*

Docent Gothofred. d. §. 1. Beroald. ad Suet. in August. c. 98. & in Nerone, cap. 12. Lewin. Torreutius ad dict. c. 90. August. optime Theodorus Marcius in Domitiane, cap. 10. Donatus ad Tarenium in Andria abb. 1. Scen. 1. Elias Vinetus in Ausonium epigram. 94. D. Lambinus ad Amilium Probum in Epan. inond. n. 21. Merula ad lib. 1. Ouidij de art. amandi, Beroald. ad Apuleium lib. 10. Caelius Rhodigin. lib. 19. leet. antiqu. c. 22. Calvin. in lexico iuris. Venique Heliodorus subdit. Ciuem nostrum etiam legibus effecisset, sicut ecquidem ciuem tribu, & censu, aut potius declaravit ex Ciceronis sententia, quem etiam respectum eruditissimus obseruauit Heliodus in v. 1bo, et 10davo, quod nihil aliud valat, quam demonstrare, declarare, ut notissimum est, vide infra num. 53.

Sed iniquum duxi, præterire per difficile Plutarchi locum in Flaminio, qui ex magna parte cuncta ista evertete videtur audi verba latina. Universos censos liberis natos parentibus inter etiam Romanorum numerum receperunt,

proba versio cum Græcis collata: sed quæro à doctis, quid sit censos liberis natos parentibus innumerum ciuium Romanorum referre: si ergo censiti erant, necessario tribui fuerant adscripti, & stiribum, & censum habebant simul qui liberis nati erant parentibus, qui non in numero connumerantur Romanorum, cum non alit. r. civitas adquiretur, ut cuncta prescripta probantur haec sit uia quando: & suscipi cabar de litera, licet omnibus codicibus adserta: sed memoria obtulit verba Halicarnasci, ex lib. 9. antiqu. Romanorum, que soluit habitantiam nostram: attende illa. Nam (ut ex proximo censu comperitur) erant puberum Romanorum capita amplius quam centum, & decem millia, mulierum vero, & puerorum, & servitorum domesticorum, & negotiatorum, & inquinorum opificum sordidas artes exercentium (nulli enim Romano, aut canponari, aut exercitia sordidae exercere licet) numerus triplus maior erat, quam ipsa ciuium multitudo. Ex quibus verbis iam colliges duplicum censum: unum puerorum ciuium Romanorum, in quo centum & decem millia cipa- ta inuenta fuerunt: alterum mulierum, puerorum, servitorum, & aliorum sordidas artes exercentium, qui cives Romani non erant, ut dilexerit deducimus à Dionysio: hic damus lucem Zona- 31 ræ 2. Annal. Ad lande dignos in tribus, in ordinem quadratum, in senatum referre, procuiusque meritis improba vita homines eodem modo ex albo delere. Ciues ecquidem Romani digni lande admittebantur, eisque tribus equester ordo, & senatus dabatur, secus alij indigni; quod ergo Q. Flaminius, & Marcellus censores fecerunt in proximo plu- tarchi loco, sicut quod omnes illi, qui censiti erant, & tamen non erant ci- vies Romani, ex iunc recipierunt in numerum ciuium Romanorum, dum tamen liberis parentibus nati essent, ut excluderentur servi. 32

Mouent sequentia verba Plutarchi (parco Græcis proprie typographi difficultatem, cui in hac re passim con-sulo) à Terentio Leone tribuno plebis caeli, qui maxime ut nobilitatem offendebat ad id scito confirmandum plebem indexit, offendebat ergo nobilitas, & grauitas potestiorum in numerum ciuium Romanorum acceptis, qui sordidas milibusque decoras exercebant artes; nam quamvis alij censu essent, qui ciues Romani non erant, ut pote & Campasai qui censiti fuerunt ex S. Consulato sine ciuitatis beneficio, qui postea impetrarunt à senatu, ut sibi Romanas ciues uxores ducere liceret, ut Livius refert lib. 38. & apud eundem Formiani, Fundani, & Arpinates, coaginare videtur magis Plutarchi mens, ut intelligamus plebiscitum, sine censoria indulgentiam proprii plebeios illos factam fuisse, sed negare non auderem præter illos, quos cumque alios censitos, ex generalitate plebisci, ciuitate Romanam adeptos fuisse. Sic strix Plutarchus, præstatis eius verbis, accipiens est: sed semper amavi verum & profiteri ex corde ausus sum, magis sane est apud me Plutarchi autoritas; sed maior veritatis, & rationis, suspicor à veritate historiæ declinatio: ad 33 quod monerit Livij authoritate, qui dict. lib. 38. rem sub Censorib. Marcello, & Quintio aetam, de censitis recipiendis in ciuitatem, enarrat alter (à quo forte principio Plutarchus dilapsus est) integrum Livij locum do. Capit, cum eos ex Senatus Consulto, quod priore anno factum erat, censores Roma censero cogissent (nam antea incertum facili ubi conferentur) petierunt, ut sibi ciues Romanas ducere uxores liceret, & si quis prius duxisset, ut habere eas, & ante eam diem nati, ut iusti sibi liberi heredes que essent, utraque res impetrata. De Formianis, Fundanis que municipibus, & Arpinibus, C. Valerius Tappo (sue Tappus) tribunus plebis promulgavit: ut ijs suffra-

gylatio (nam ante sine suffragio balneari esuitacem) esset. Huic rogationi quæsuer tribunis plebis, quia non ex auctoritate Sebasius ferretur, cum intercederent eadib[us] populi esse, non simius suffragium, quibus velut impariari, desisterunt incep-to. Rogatio perata est, ut in Aemilia tribu Formiani & Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent, atque in his tribubus, tam primum ex Valerio plebiscito censi sunt. Ad. Claudius Marcellus censor, sorte superato T. Quinctio, ius trum condidit, censiculum capita CCLVIII. milia CCC. VII. sub his censoribus Marcello, & Qui filio sic res fuit Livo autore, sci-licit quod Campanis censitis Romanis ciues uxores ducere liceret, & habere legitime duatas antea, & natu liberti illi sibi essent filii, & heredes, Formiani, Fundani Arpinatesq; municipes, ut liberti ius haberent AE-milia, & Cornelii tribubus assignasti fuerunt, in eis que ex Valerio Tappo plebiscito censi, tunc primum fuerunt quid est ergo, quod Plutarchus sub his censoribus induxit. omnes liberis parentibus censos, innumerum ciuium Romanorum receptos fuisse, compellente eos Terentio Leone tribuno plebis? Hæc in tribuno isto, nam cognomen Leonis in urbe, nec in ciuitate Romana inuenio, & digi-nisco, in Imperio sane reperio, A. Scobius in suis familij, in Terentijs non agnoscit, & in lib. de cognominib. cognomen dicit Valerii genus fuisse; sed nullo autore forte id in imperio: sane idem in lib. de genib. & familys, cū Valeriorum familias numerat, & inuenit cognomina 17. non inter eas est Leones, ego sane pro certo habeo in ciuitate, nec in urbe Romana familiā huius cognominis fuisse, nec in Terentijs nec alijs, C. sane Valerius Tappus tribunus plebis fecit, quod Livius refert. Sane cū ciuitas Romana temporibus illis ægre, nisi propter sordida merita daretur (ut hoc libro scripsi) insidium 34

dum sane mihi est, censitos omnes ciuitate absolute donari: cum & infimae indigae que sortis homines tantum beneficium apiscerentur, ut ex Halicarnas. scripti n. 30. contra maiestatem P. Romani. Sane Campani, qui censiti erant, solum iustas habere iuri prias cum Romanis obtinuerunt sub his censoribus, quod si Plutarchi relatio vera esset, non tam enixa speciale ius matrimoniorum peterent, cum illud, & alia iurecinitatis obtinerent. Credimusne tamque ingenis Terentij Leonis plebiscitum Liaium, alios que antiquos scriptores silentio incoluturos fuisse, nec aliquod vestigium remansurum? non sane.

Dices, Heliodorum de Republica Atheniensium loquutum fuisse: quae hucusque nos prescripsimus, ad Romanam pertinent: necessarium ergo est, ut assumptum opus perficiamus, inquirere, quid apud Athenienses iuris habitum fuerit, pro obtainenda ciuitate a filiis. Reperio sane utramque Republicam Romanam, & Atheniem, utpote literis cognatas urbes, sere eisdem legibus compositas circa rem istam, ut compabant subsequentia. Obseruo primo (ut certe eodemque ordine nostra inuestigatio procedat) Rempublicam Atheniensium incertas tribus destrutam fuisse, Isocrat. in Areopagistica oration. (Vt restituimus Graeca nos alibi sed ciuitate in tribus, agro in municipia distributo, Plutarch. in Solone. Est etiam opinio quorumdam nomina tribuum non ab Ionis filijs, sed a generibus, in qua dimisera vita abiuntio sunt, nomina esse possunt. lib. Pollux. lib. 8. nomast. Arist. lib. 2. Politicor. & passim, Plato etiam de legib. Harpocration in Θυλη, ubi Jacob. Mausacius in notis, docent P. Victorius & Obertus Gifanius in commentar. ad politica Arist. longe, & erudit C. Sironius de Republica Atheniensium, cap. 2. lib. 1. & lib. 2. c. 2. per tot. Tribus autem ista licet Cecropis tempore quatuor

